00035074

THE
ASIATIC SOCIETY OF BOMBAY
TOWN HALL, BOMBAY-400 023.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 05 October, 2018

00035074

[illegible] ſanctam ad ſcribendum habeant. Qui ſi [illegible] t, multum tamen temporis, ut intercedat, neceſſe eſt ad efformandum hunc partum limandumque. Ac ſi tandem perfectus ſit, adhuc premunt, occultantque, ne conſcientias viventium in d[illegible] veritatis aculeo perfodiant. Veriti illud Horatii ad Aſinium Pollionem, Hiſtoriarum ſui temporis ac belli civilis Scriptorem clariſſimum lib. 2. ode 1.

Periculoſæ plenum opus aleæ
Tractas, & incedis per ignes
Suppoſitos cineri doloſo.

Hoc igitur properatum à me ampliſſima materia breve compendium, Candide Lector, benevolo animo ut excipias rogo. Et ſi potes, ulterius progreſſuro materiam & occaſionem ſubminiſtra. Si erratum quid, aut prateritum fuerit, tua ut ſpero, prudentia erit, ut moneas, humanitatis ut ignoſcas. Memineris illud ejuſdem Poeta, ut nemo *hominum* vitiis ſine naſcitur, *ita nec ullus liber, qui ab eorum labore proficiſcitur.* Optimus ille eſt, qui minimus urgetur. *Porrò obtrectationes & calumnias malevolorum nihil miror. Vale. Coloniæ, Anno 1652. Cal. Sept.*

SUMMARIUM PARTIS PRIORIS.

Liber I. Anno 1618.

ORigo turbarum Germaniæ, Unio, & Liga Principum. Matthias Cæſar reſignat Regna Bohemiæ & Hungariæ, in Ferdinandum Archiducem. Bohemi tumultuantur ob Religionem, miniſtros Regios ex arce dejiciunt, mutant ſtatum Regni, proſcribunt PP. Societatis, declarantur rebelles à Cæſare, ejus copiæ ſub Tampicrio, & Bucquojo, item Bohemorum ſub Turriano & Mansfeldio, hic expugnat Pilſam, pacem petit à Cæſare, qui committit cauſam Bohemorum Saxoni & Bavaro. Conſpiratio Veneta. Pluretum obrutum, cometa, *Anno 1619.* Turrianus invadit Moraviam, Auſtriam inferiorem, obſidet Viennam. Buquojus cædit Mansfeldium, ejus progreſſus in Bohemia. Rex Ferdinandus repudiatur à Bohemis : idem Francofurti eligitur in Cæſarem, & Fridericus Elector Palatinus Pragæ in Regem Bohemiæ, quem dehortantur à Corona Principes. Malum omen egredientis Heidelbergâ, Motus Hungariæ, Clades Hungarorum duce Humanajo. Bethlenius conſtituit ſe Principem Hungariæ. Motus Arminianorum in Belgio. Synodus Dordrechtana, ubi Arminiani condemnati. *Anno 1620.* Induciæ Hungaricæ. Electores decernunt ſubſidia Cæſari Mulhuſii. Bavarus paciſcitur cum Unione Proteſtantium. Spinola invadit Palatinatum. Bavarus Auſtriam Superiorem. Saxo Luſatiam. Bavarus & Buquojus caſtra conferunt, pugna ad Raconitium, dein ad Pragam in monte Albo, fuga Palatini, deditio Pragæ, & reliquarum provinciarum. Bethlenius con-

conſtituit ſe Regem Ungariæ, mittitur contra illum Tampierius, tentat Poſonium, interficitur, Res Rheticæ Gallicæque. Matrimonium Regis Sueciæ. Diſcrimen Regis Poloniæ, prodigia. *Anno 1621.* Mansfeldii geſta in Bohemia, & Jegerndorffi in Sileſia. Palatinus & Socii proſcribuntur. Unio diſſolvitur. Pragæ afficiuntur ſupplicio rebelles. Res Boquoii in Hungaria & ejus mors, atque elogium. Reges Angliæ & Daniæ intercedunt pro Palatino. Mansfeldii geſta in Palatinatu & Alſatia, ei properat in auxilium Chriſtianus Dux Brunſuicenſis, cui opponitur comes ab Anholt. Societas Indica conſtituta apud Batavos, Juliacum obſeſſum ab Hiſpanis, Res Galliæ, Poloniæ, Livoniæ, Mors Pauli V. Philippi III. Regis Hiſp. Alberti Archiducis, Bellarmini, &c. Supplicium Calderonii.

LIBER II. ANNO 1622.

PAx Ungarica, Matrimonium Cæſaris cum Eleonora Mantuana. Palatinus revertitur in patriam. Mansfeldius cædit Tillium. Hic Durlacenſem, & mox Brunſuicenſem, ejus geſta per Weſtphaliam. Palatinus dimiſſis belli conſiliis redit in Hollandiam, pugna ad Floreacum inter Mansfeldium, Brunſuicenſem & Cordubam. Tillius capit Heidelbergam & Manhemium. Reformatio Bohemiæ. Seditio Conſtantinopolitana, in qua Oſmannus Imperator à ſuis interficitur. *Anno 1623.* Comitia Ratiſponenſia, in quibus definitur cauſa Palatini a Cæſare, & Electoratus ipſius confertur Duci Bavariæ. Item deciditur cauſa Haſſiæ, & Badenſis. Motus Hungarici, Tillius in Inferiori Saxonia cædit Brunſuicenſem propè Statloum. Tractatus matrimonii inter Principem Walliæ, & Hiſpaniæ Regis ſororem. Mors Gregorii Pap. XV. & electio Urbani VIII. aliorumque. Motus Rhetici. Res Turcicæ & Hollandicæ. *Anno 1624.* Comitia Polonica celebrata Varſaviæ. Konjecpolſius cædit Tartaros. Uladislaus Princeps Poloniæ viſitat nationes exteras. Res Germaniæ

maniæ & privatæ Cæſaris. Angliæ Rex dece... bellum in Hiſpanos & Cæſarem, matrimonium... filii transfert in Galliam. Spinola obſidet Bredam. Orangius arcem Antuerpianam fruſtrà per inſi... tentat. Cæſar ex ſuis provinciis ejicit prædicantes. M. Antonius de Dominis revertitur Romam & ... ritur in carcere. Carolus Cæſaris frater moritur ... Hiſpania. Res Rheticæ. *Anno 1625.* Mors Jacobi Regis Angliæ, & Matrimonium filii ejus Caroli. Mors Mauritii Principis Orangii, & deditio Bredæ. Hiſpani in Braſilia recuperant portum omnium Sanctorum. Angli cum clade rejiciuntur à finibus Luſitaniæ. Belli Danici origo, cauſæque, ... Cæſaris exercitus Duce Wallenſternio. Con... Ungarica in quibus Ferdinand. III. Cæſaris filius fit Rex Ungariæ. Sueci invadunt Livoniam. De Coſaccis qui qualeſque ſint. Mors Cardinalis Hohenzollerani aliorumque.

LIBER III. ANNO 1626.

Reformationes Religionis in Bohemia, Auſtria, Palatinatu. Pacificationes fruſtraneæ & præparationes Belli Danici. Clades & ... mors Mansfeldii, Vinarienſis & Brunſvicenſis. Tillius varias urbes recuperat, cædit Regem Daniæ ad Lutheram. Bellum Ruſticum in Auſtria compeſcit Pappenheimius. Rex Sueciæ Guſtavus Adolphus invadit Boruſſiam Polono ſubjectam. E... jus brevis deſcriptio. Clades Tartarorum & Turcarum. Mors Joannis Suickardi Electoris Moguntini & Ludovici Landgravii Haſſiæ. Leopoldus Cæſaris Frater ducit Claudiam Florentinam. Pax Rhetica, & deſcriptio Vallis Telinæ. Regum Galliæ & Angliæ ſimultates. Spinola Rheni curſum avertere in Moſam nititur. Reliquiæ S. Norberti transferuntur Magdeburgo Pragam. *An. 1627.* Continuatio Belli Danici. Nova tractatio Colmariæ cum Palatino. Conventus Electorum Mulhuſii ſuper gravaminibus Imperii. Leopoldus Cæſaris filius fit Epiſcopus Halberſtadienſis. Coronatio Imperatricis, Ferdinandi III. in Regem Bohemiæ. Geſta Polonorum & Suecorum in Boruſſia. Conſilia Poloni...

Mors Principis Lichtenſteinii, Comitis Furſtenb. Ducis Mantuani. Obſidio Rupellæ in Gallia. Hollandi capiunt Groſlam. *Anno* 1628. Hollandi claſſem Americanam Hiſpanis eripiunt. Geſta Tillii & Walleinſteinii in Holſatia & Jutlandia. Pacificatio Lubecenſis inter Cæſarem & Regem Daniæ, ad quam Regis Sueciæ legati non admittuntur, Belli Boruſſici continuatio. Principium belli Mantuani. Obſidio Rupellæ in Gallia & ejus deditio. Cædes Bucquingamii in Anglia. Cæſaris conſilium de repetitione bonorum Eccleſiaſticorum in Imperio, fundatum in Pace Religionis facta Paſſavii ſuperiori ſæculo. Ejus tam factionis capita breviter recenſentur. Quæ bona Catholici repetierint, Controverſia inter filium Cæſaris & Saxonis de Archiepiſcopatu Magdenburgenſi. *Anno* 1629. Pax Danica. Belli Suedici in Pruſſia finis & Pax. Belli Mantuani continuatio. Cæſar promulgat edictum reſtitutionis bonorum Eccleſiaſticorum, ejus executio cœpta. Gravamina militiæ Cæſareæ. Prima obſidio Magdeburgi à Wallenſteinio, Mors Bethlenii. Sylvaducis obſeſſa. Initia & cauſæ belli Suedici in Germania. Prodigia id bellum præeuntia.

LIBER IV. ANNO 1630.

Belli Mantuani continuatio. Mors Spinolæ, Mantuæ expugnatio. Pax Italica. Comitia Ratisbonenſia, in quibus exauthorato Wallenſteinio, Tillius ſufficitur in præfectura militari, poſtulata Palatini & cæterorum Proteſtantium. Coronatio Imperatricis, belli Suedici principia. Rex Sueciæ ſcribit ad Electores, occupat Rugiam & Uſedomiam, ejus Claſſis copiæ & ſucceſſus, per Pomeraniam, ac Megapolim. Turbæ novæ Magdeburgenſes. Cæſaris præparatio ad novum bellum. Hollandi occupant Fernambucum, Matrimonium Regis Hungariæ cum Hiſpania. Seditiones militares in Polonia. *Anno* 1631. Rex Sueciæ varia loca in Marchia Brandenburgenſi & Pomerania occupat, inter cætera Francofurtum ad Oderam. Tillii conatus adverſus Regem. Conventus & Confœderatio nova

Præ-

Proteſtantium Lipſiæ inita, contra Edictum reſti-
tationis. Obſidio & exciditum Magdeburgi. Oſten-
ta ejus exſcidi. Regis Sueciæ acta & ſocietas cum
Electore Brandeburgico & Saxone, aliiſque Pro-
teſtantibus. Tillius invadit Saxoniam, ſed mox
inde magna clade apud Lipſiam repellitur. Regis
poſt victoriam Lipſienſem progreſſus in Franco-
niam & ad Rhenum uſque, quem apud Oppenhei-
mium tranſit, Conventus Francofurtenſis. Saxo in-
vadit Bohemiam, & Pragâ potitur. Res Polonicæ,
Gallicæ, & Belgicæ, incendium montis Veſuvii *An.*
1632. Wallenſteinio redditur Imperium militare, is
recuperat Bohemiam. Regis Sueciæ geſta & Lega-
tiones. Clades Guſtavi Hornii apud Bambergam.
Rex perſequitur Tillium; funditque apud Lycum,
tranſit in Bavariam. Tillii mors. Rex varias in Bava-
ria urbes occupat. Ingolſtadium cum periculo ten-
tat. Regreditur inde ad Norimbergam contra Wal-
lenſteinium; ejus caſtra oppugnat cum clade. Tre-
virenſis dat ſe in Protectionem Gallicam. Res Galli-
cæ, & Belgicæ. Mors Sigiſmundi Regis Poloniæ, cui
filius ejus Vladislaus ſufficitur. Cæſariani Saxoniam
invadunt, prælium ad Lutzam in quo cadit Rex Sue-
ciæ, & Pappenheimius. Mors Friderici Comitis Pa-
latini. Reliquorum Suedicorum ducum geſta, ad
Rhenum & in Bavaria. Tuitium à Baudiſſio infeſta-
tum. *Anno* 1633. Polonorum cum Moſchis bellum.
Status militiæ in Germania poſt mortem Regis
Sueciæ. Conventus Proteſtantium Heilbronnæ, in
quo fœdus Suedicum confirmatur. Geſta Wallen-
ſteinii in Sileſia, Res ſuperioris Germaniæ. Ratiſpo-
na capta à Vinarienſi, Hamelia obſeſſa, clades Cæſa-
reorum ibidem, res Gallicæ & Belgicæ.

R.D.

R. D. CHRISTIANUS ADOLPHUS THULDENUS B. V. MARIÆ AD Gradus Coloniæ Canonicus

ADOLPHO BRACHELIO AUTHORI;

INterea dum tu ſcribendis rebus Adolphe
Invigilas; autem viſus Apollo mihi
Vellere, deſidiamque malum extorquere procacis,
Muſceumque caput talia verba volant:
Quid ſit noſter amor? tacitæ impalleſcere chartæ
Sic juvat, ut Muſam nil ceciniſſe velis?
Quo vultum ludo tranquillas? nubila quove
Pectora nunc ſtudio lucidiora facis?
Ocia tolle precor, Sirenumque aufuge cantus
Qua potes, aut ſaltem ne moriturus obi.
Ecce viam invenit, qui te præceſſit Adolphus
Brachelius, noſtri gloria certa chori.
Seu facit Hiſtoriam, ſeu condit amabile carmen,
Omnibus, hoc ſtudio mirus utroque, placet.
Non incultus ei ſtylus eſt, non turpiter hirtus;
Immò nativi floris honore viget.
Vix hæc ediderat, fati prædives Apollo,
Suſcipiens Clio, talia voce refert.
Dum genus humanum vitali veſceris aurâ,
Dum rapidas volvis Rhene bicornis aquas,
Vivet Adolphus in his ſcriptis, ſemperque loquetur
Notus & Eois, notus & Heſperiis.
His ego quid potui ſuperaddere laudis Adolphe?
Quid? niſi ut hæc quondam fama loquatur anus
rgo quod ſupereſt per ſanctæ numina Muſæ
Et per ſynceræ nomen amicitiæ
ive, vale, ſcribe hiſtoriam, metra pange per ævum
Hærebunt capiti laurea ſerta tuo.
d quia nunc moreris, calamoque exſutus & arte
Ora premis, loculo conditus oſſa brevi:
ere non ceſſas tamen, & me ſcribere tardum
pellis; ni fors mors inopina vetet.
immaturo te ſuſtulit Atropos ævos:
uo te ſurripuit, tollere meque poteſt.
nque eſt, tentabo viam, qua me quoque poſſim
Tollere humo: pennas Numen & aſtra dabunt.

Lector

ANCTISSIMUS ET BEATISSIMUS
Pater



GREGORIUS XV.

VNIVERSALIS ECCLESIÆ CATHOLICÆ
Epiſcopus, & Pontifex Maximus. &c.

IMUS ET INVICTISSIMUS
Princeps & Dominus



MATTHIAS.

IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS,
: Hung: Bohem: &c. Rex, Archidux Auſtriæ
Dux Burgundiæ, &c.

3.

RATISSIMUS ET INVICTISSIMUS

nceps & Dominus



FERDINANDUS II.

NOR. IMPERATOR SEMPER AV-
ſtus, Germ. Hung. Bohem. &c. Rex, Archidux
Auſtriæ, Dux Burgundiæ, &c.

SERENISSIMUS ET POTENTISSIMUS
Princeps & Dominus



MAXIMILIANUS,

COMES PALATINVS RHENI, VTRIV-
que Bavariæ Dux, S. R. I. Archidapifer atque
Elector, &c.

SERENISSIMUS ET POTENTISSIMUS
Princeps & Dominus



JOANNES GEORGIUS,

*ONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ ET MON-
um Dux, Landgravius Thuringiæ, &c. S.R.I.E-
lector & Archi-Mareſcallus.*

ILLUSTRISSIMUS ET EXCELLENTISSI-
mus Dominus



CAROLUS de Longuevall,
COMES DE BVQVOY, BARO D
*Vaux &c. Domus Auſtriacæ, per Belgium & Ger-
maniam Campi-Mareſcallus, &c.*

SERENISSIMUS E LUSTRIS
Princeps Dominus



FRIDERICUS,
COMES PALATINVS RHENI, S.R.I. ELECTO
& Dux Vnionis Princ. Proteſt. &c.

STRISSIMUS PRINCEPS ET
Do. nus



GABRIEL BETLEHN,
CEPS ET *WAIWODA TRANSYLVANIÆ,*
&c.

ILLUSRISSIMUS ET EXCELLENTISSI
mus Dominus



AMBROSIUS SPINOLA,

MARCHIO SESTII ET VENAFRI, DUX
Sanſeverinus, Catholicæ in Belgio militiæ, Capi-
taneus Generalis.

ILLUSTRISSIMUS ET EXCELLENTISSI-
mus Dominus



…ERCLÆS Comes de Tilli,
…DERIS EXERCITUS IN
…fectus Generalis.

IOANNES TH

OLICI FA

Germa

1.

POTENTISSIMUS PRINCEPS
& Dóminus



IBRAHIM,

MAGNVS TVRCARVM ET ORIEN
Imperator.

ILLUSTRISSIMUS ET EXCELLENTISSI-mus Princeps & Dominus



CRISTOPHORUS RATZIVILIUS,

DUX IN BIRZE ET DUBINCKI,

Supremus militiæ per Lithuaniam Præfectus.

SERENISSIMUS ET POTENTISSIMUS
Princeps & Dominus



GUSTAVUS ADOLPHUS,
*SUECORUM, GOTHORUM, ET WANDA-
lorum Rex, Magnus Dux Finlandiæ, &c.*

SERENISSIMUS ET POTENTISSIMUS
Princeps & Dominus



CHRISTIANUS IV.
DANIÆ, NORWEGIÆ, WANDALORUM & Gothorum Rex, &c.

SERENISSIMUS ET POTENTISSIMUS
Princeps & Dominus



ULADISLAUS IV.
POLONIÆ ET SUECIÆ REX, MAGNUS
Dux Lithuaniæ, &c.

ILLUSTRISSIMUS ET EXCELLENTISSI-
mus Dominus



HENRICUS FRIDERICUS,
PRINCEPS ORANGIUS, UNITORUM Belgii Statuum Supremus militiæ præfectus.

ILLUSTRISSIMUS ET FORTIS-
ſimus Heros & Dominus



GODEFRIDUS HENRICUS,
COMES DE PAPPENHEIM, CÆSAREÆ
militiæ Campi Mareſcallus Generalis.

ILLUSTRISSIMUS ET EXCELLENTISSI-
mus Dominus



JOANNES BANNIER,

*SVEDICÆ PER GERMANIAM MILI-
tiæ Campi Mareſcallus Generalis, &c.*

I.

SERENISSIMUS ET EMINENTISSIMUS
Princeps & Dominus



FERDINANDUS,
HISPANIARUM INFANS, S. R. E. Cardinalis, Gubernator Belgarum.

SERENISSIMUS ET REVERENDISSI-
mus Princeps & Dominus



FERDINANDUS,

ARCHIEPISCOPUS ET ELECTOR
Colonienſis, Dux Bavariæ, Epiſcopus Leod.
Monaſt. Paterb. Hildeſienſis, &c.

GENEROSISSIMUS ET EXCELLENTIS-
ſimus Dominus



JOANNES Comes de Werdt,
IN CÆSANEO ET BAVARICO EX-
ercitu, ſupremus Equitum Præfectus, &c.

ILLUSTRISSIMUS ET EXCELLENTIS-ſimus Dominus



LEONARDUS DORSTENSOHN,

SUEDICÆ PER GERMANIAM MI-*litiæ Campi Mareſcallus Generalis.*

SERENISSIMUS ET POTENTISSIMUS
Princeps & Dominus



CAROLUS II.

ANGLIÆ, SCOTIÆ, ET HIBER-
niæ Rex, &c.

OLIVERIUS CROMWEL,



NOVÆ ANGLICANÆ REIPUBLICÆ, EIUSQUE MILITIÆ LEGATUS GENERALIS, &c.

THOMAS FAIRFAX,



NOVÆ ANGLICANÆ REIPVBLICÆ, EIVSQVE MILITIÆ CAPITANEVS GENERALIS &c.

I.

SERENISSIMUS ET POTENTISSIMUS
Princeps & Dominus



LUDOVICUS XIII.

REX GALLIARUM CHRISTIANISSIMUS, &c.

NISSIMUS ET POTENTISSIMUS
Princeps & Dominus



LEOPOLDUS WILHELMUS,

RCHIDVX AVSTRIÆ, DVX BVR-GVNDIÆ &c. Generaliſſimus Regis Hiſpaniarum in Belgio.

ILLUSTRISSIMUS ET EXCELLEN-
tiſſimus Princeps & Dominus



GEORGIUS RAGOTZIUS,
DUX ET PRINCEPS TRANSIL-
VANIÆ, &c.

THOMASO ANIELLO



D. AMALFI, POPULI NEAPOLI-TANI REBELLICI DUX.

PARS PRIMA

HISTORIARUM
STRI TEMPORIS

Authore

ADOLPHO BRACHELIO,

LIBER PRIMUS.

Complectens geſta annorum
1618. 1619. 1620. 1621.

SUMMARIUM LIBRI. I.

1618. *ORigo turbarum Germaniæ. Vnio. & Liga Principum. Matthias Cæſar ordinat Regem Bohemiæ & Hungariæ Ferdinandum Archiducem. Bohemi tumultuantur ob Religionem, miniſtros Regios ex arce dejiciunt, mutant ſtatum Regni, proſcribunt PP. Societatis, declarantur rebelles à Cæſare, ejus copiæ ſub Tampierio & Buquojo, itē Bohemorum ſub Turriano & Mansfeldio, hic expugnat Pilſam, proſcribitur à Cæſare, qui committit cauſam Bohemorum Saxoni, & Bavaro. Conſpiratio Veneta. Pluretum obrutum. Cometa.* 1619. *Obitus Maximiliani Archiducis, Annæ Imperatricis Matthiæ Imp. Turrianus invadit Moraviam, Auſtriam inferiorem, obſidet Viennam. Buquojus cædit Mansfeldium, ejus progreſſus in Bohemia. Rex Ferdinandus repudiatur à Bohemis: idem Francofurti eligitur in Cæſarem, & Fridericus Elector Palatinus Pragæ in Regem Bohemiæ, quem dehortantur à Corona Principes. Malum omen egredientis Heidelbergâ. Motus Hungariæ. Clades Hungarorum Duce Humanaio. Bethlenius conſtituit ſe Principem Hungariæ. Motus Arminianorum in Belgio. Synodus*

nodus Dortrechtana, ubi Arminiani condemnati. 1620. Induciæ Hungaricæ. Electores decernunt ſubſidia Cæſari, Mulhuſii Bavarus paciſcitur cum Vnione Proteſtantium. Spinola invadit Palatinatum. Bavarus Auſtriam Superiorem, Saxo Luſatiam, Bavarus & Buquojus caſtra conferunt. Pugna ad Raconitium, dein ad Pragam in monte Albo, fuga Palatini, deditio Pragæ & reliquarum provinciarum. Bethlenius conſtituit ſe Regem Vngariæ, mittitur contra illum, Tampierius, tentat Poſonium, interficitur. Res Rheticæ Gallicæque. Matrimonium Regis Sueciæ. Diſcrimen Regis Poloniæ. Prodigia. 1621. Mansfeldii geſta in Bohemia & Iegerndorfii in Sileſia. Palatinus & Socii proſcribuntur. Vnio diſſolvitur. Pragæ afficiuntur ſupplicio rebelles. Res Buquoji in Hungaria & ejus mors, atque elogium. Reges Angliæ & Daniæ intercedunt pro Palatino. Mansfeldij geſta in Palatinatu & Alſatia, ei properat in auxilium Chriſtianus Dux Brunſuicenſis, cui opponitur Comes ab Anhalt. Societas Indica conſtituta apud Batavos. Iuliacum obſeſſum ab Hiſpanis. Res Galliæ, Poloniæ, Livoniæ. Mors Pauli V. Philippi III. Regis Hiſp. Alberti Archiducis, Bellarmini, &c. Supplicium Calderonij.

BEllum atrox & multiplex, quo triginta per annos vario eventu externis ſimul atque internis viribus in Imperio Germanico ætate noſtrâ geſtum eſt, compendio traditurus, operæ pretium fecero, ſi cauſas ipſius, originemque paulò altiùs repetam: Ut, quæ deinceps dicentur, & ad quos tanti mali principium referendum ſit, æquus lector, ſepoſito partium ſtudio, facilius intelligat. Verùm authores turbarum Principeſque citius, quam cauſas eorum reperias. Nam illos ipſa lux, literæque & facinora produnt; has in abdito pectoris alias atque alias non æquè agnoveris, cùm ſæpius premantur pudore, metuque infamiæ, aut quia ſic expedit. Nec una omnes cauſa impellit. Sed nihil magis noſtrorum temporum moribus receptum, quam falſas atque in ſpeciem æquas vulgi oculis obtrudere, quæ uti expertos non fallunt; ita apud ignaros rerum pro odio aut amore partium in diverſum trahuntur. Verùm me

ad

ad rerum geſtarum narrationem feſtinantem parum morabuntur, quæ jam pridem evulgatis in lucem commentariis ſuper deplorato imperii ſtatu prodita ſunt, & ſecuti paulò poſt belli non vana auguria fuere, quæ omnia præmittere, & à promiſſa brevitate alienum foret, & fortaſſe ſtudio partium obnoxium, à quo quàm longiſſimè abſum, homo privatus neque ulli eorum, quos memoraturus ſum, beneficio aut injuria cognitus. Cæterum dum in Germania ſum, externorum non obliviſcar; quorum pleraque ita hiſtoriæ noſtræ innexa ſunt, ut ſeparari non debeant; reliqua ab inteſtinis malis ſpatium reſpirandi lectoribus dabunt.

1618.

Act. pub. tom. 1. pag. 93. 70. 81. 93 107. 117.

Igitur poſtquam ſuperiore ſæculò authoribus Martino Luthero, & Joanne Calvino, Religio Germanica in partes veluti ſciſſa eſt, mox concordia Ordinum cæpit corruere, atquè ita fieri neceſſe erat, ut rupta cum Deo & Divis pace, pax quoque inter homines vaneſceret. Malum initio modicum, ut ferè omnia, confeſtim ad juſti belli molem evaluit. Neque Carolo Cæſari, tot ditionum Domino, otium erat uni Imperio intendere. Igitur pax armis quæſita, & poſtquam belli pertæſum, Paſſavii conſtituta, & triennio poſt Auguſtæ legibus firmata eſt. Excluſi tamen qui Calvini doctrinam ſequebantur, & ne quid deinceps Eccleſiæ bonis adimeretur, cautum. Inter hæc exciti Calviniani paulatim irrepere, ampla ad ſe ſacerdotia, & opulentiſſimos proventus trahere, ejectiſquè Catholicis ſuam ubique religionem firmare. Nihil reliquum erat pulſis Catholicis, niſi jus & leges; ſed vanum præſidium. Nam Dicaſterium Spirenſe & aulam Imperatoriam, quæ duo ſumma ſunt Imperio judicia, variis primùm appellationibus, reviſionibuſque fruſtrabantur adverſarii; demum dedignati, novum in Imperio Judicium fieri poſtulant, quod controverſias religionis finiret. Sed neque hujus rei facilis exitus, multò minùs comitia, aut amica colloquia novo malo medebantur. Igitur projectâ ſpe longioris pacis res iterum ad arma ſpe-

An. 1517. Origo turbarum.

An. 1555.

1618. *Origo Unionis & Ligæ.* ſtare videbantur. Inde initium novorum fœderum. Quæ Proteſtantes *Unionem Evangelicam*, Catholici *Ligam Catholicam*, appellabant. In hanc Moguntinus, Colonienſis, Trevirenſis, Archiepiſcopi Electores, tùm Bambergenſis, Herbipolenſis, Saltzburgenſis, Aichſtetanus, Duces atque Epiſcopi. In
1609. *Lot. l.1.c.1. §.6.* illam Dux Wurtenbergicus, Mauritius Landgravius Haſſiæ, Erneſtus Onolsbacenſis, & Fridericus Durlacenſis, Marchiones, Chriſtianus Princeps Anhaltinus, aliique & pleræquè Imperii urbes nomina dederant. Deſignatus etiam utrobique Dux, hic Maximilianus Dux Bavariæ, ibi Fridericus Elector Palatinus. Sollicitati interea magno ſtudio externi: Ab unione Angliæ, Galliæ, Daniæ Reges, Veneti, Batavi, Ungari, Bohemi, Tranſylvanique, à Catholicis Pontifex Romanus, Hiſpaniæ & Poloniæ Reges, Dux Hetruriæ, Princeps Belgii Albertus. Conſcripti mox milites per Germaniam, Belgium, Italiam, conſtituta pecunia, deſignati Quæſtores, omnia denique ad bellum ſummo ſtudio apparata.

Matthias Cæſar ſuadet ſolvi unionem, Merc. to. 5. l.2. ad annum 1617. 1609. In hoc Germaniæ ſtatu, Matthias Cæſar rerum potitus, nihil priùs habuit, quam ut Ordines ad concordiam revocaret, admonitis utriſque, ut perículoſa & contraria fœdera diſſolverent, quibus nihil niſi vaſtitas provinciarum, & pernicies Imperii quæratur. Se quidem effecturum apud Catholicos, ut exemplò arma deponantur, modò Proteſtantes idem faciant. Contra illi differebant. Unionem ſuam ante annos aliquot Cæſare Rudolpho atquè ipſo etiam Matthia non invito erectam, nullius exitium ſpectare, communi tantum præſidio atque adverſus injurias permiſſu legum paratam, neque in Cæſarem, neque in ullos imperii Proceres quicquam hoſtile meditari. Atque id unicum in votis habere, ut pax & concordia omnium Ordinum ſarta tectaque conſervetur. Itaquè Cæſar ſolvendorum fœderum ſpe fruſtratus, ſimul ſenio, & morbis indies graveſcentibus confectus, ut quietas poſt ſe provincias relinqueret,

1618.

ret, ſucceſſorem ordinare inſtituit. Nullos ipſe liberos habebat, nullos frater Rudolphus reliquerat, nec in Alberto Belgii Principe ſpes prolis erat. Evocatur è Stiriâ Ferdinandus, patruelis Cæſaris, Caroli Archiducis Filius, ac Ferdinandi I. Cæſaris nepos. Erant illi ex Annâ Mariâ Bavarâ liberi, deinde virtutes, & morum maturitas, quales Principem decebant. Hunc adſumptum in Filium Cæſar Matthias, primò regem Bohemiæ inaugurari curat. Adſenſere proceres. Sed ne adminiſtrationem regni capeſſeret ante exceſſum Matthiæ, interim Regio titulo contentus. Eo vero die ſeptembris quo Hungariæ Rex coronatur ternos licuit Edenburgo ſpectare Soles. Poſonii cœlum mane ſerenum, poſt prandium obductum nubibus fulgure micuit, arciſque in qua coronâ aſſeruatur turrim ſuccendit, quod incendium tamen ſubſecutus mox reſtinxit, quod infauſti ominis loco habebatur.

Origo turbarum Bohemicarum

Bohemi ſero admodum Chriſtiana ſacra edocti, ſeu ingenio gentis, ſeu magiſtrorum improbitate in varios deinde errores lapſi ſunt; poſtremo etiam Lutheranam confeſſionem amplexi, in duas factiones ſcindebantur, Catholicam ac Lutheranam. His Cæſar Ferdinandus I. hic, uti & per omnem Germaniam publicæ pacis causâ permiſerat, addiderat privilegium Cæſar Rudolphus, ut Lutheranæ confeſſionis Proceres ſuis in fundis templa extruerent. Id liberaliùs interpretati Lutherani, & tanquam promiſcuam licentiam adepti, collatis inter ſe pecuniis moliuntur templum in oppido Brunoviæ, cujus dominium ad Abbatem Brunovienſem ſpectabat; & alterum Cloſtergrabii qui vicus Archiepiſcopo Pragenſi ſubeſt. Moniti cùm non deſiſterent, defertur querela ad Cæſarem, ſed neque ejus juſſu inceptum opus omisêre. Igitur mandato Cæſaris Cives aliqui Brunovienſes capti atque in vincula conjecti ſunt, & templum Brunovienſe vi injectâ occluſum. Cloſtergrabienſem fabricam Archiepiſcopus Pragenſis intermiſſis operis dirui, & ſolo æquari mandat.

Majeſtati Brieff. 1609. *Caraffa. p. 71.*

1618. Eâ re commoti Magnates Evangelici magno numero Pragam in Collegium Carolinum conveniunt, deliberatum de conſervatione Privilegiorum, extruendis ubique templis, & liberatione civium Brunovienſium, quos injuſtè attineri querebantur. Increpiti à Cæſare per literas, quòd ſe inſcio invitoque ſeditioſos conventus celebrarent, juſſique abſiſtere, adeò non acquievêre ut menſe Majo poſtquam pridiè populum turbulentis concionibus ad libertatē & licentiam vocâſſent, ipſam arcem ac Cancellariam irrupêrint. In quâ tum de publicis regni negotiis deliberabant præcipui ex miniſtris Regiis, Supremus Regni Burggravius Adamus à Sternebergh, & Guilielmus Schlabata, Cameræ Bohemicæ Præſes, & Jaroſlaus Borzita, Comes à Martiniz, & Baro Popelius, magnus ad Sanctam Mariam Prior, & Philippus Fabricius Secretarius. Ad hos vice Cæſaris querelas ſuas Proceres deferunt, libertatem Religionis, liberationem Brunovienſium jam non petunt ſed exigunt. Reſponſum à Burggravio & Popelio modeſtè, uti viſum. Reliqui tres acriùs reſtitêre. Itaquè mox à proximis arrepti, atquè è feneſtris in ſubjectam aream præcipites dati. Ubi nihil læſos animadverſum, ſclopetis aliquot petiti ſunt, ſed ab hac quoque tempeſtate divinâ ope ſervatos fuga dein, & latebræ amicorum, iræ furentium ſubtraxêre, ex quibus Martinitzius haud multo poſt cum Secretario Viennam ad Cæſarem pervaſit. Burggravius & Popelius à Proceribus domum deducti, & per ſpeciem ſecuritatis appoſitis militibus cuſtoditi ſunt.

Lot. l. 1. c. 3 n. 16. Miniſtri Cæſarei præcipitantur ex feneſtra. Lamorm. cap 29.

Lot. lib. 1. c. 3. n. 9.

Mutatio ſtatus Pragenſis.

Ne quid autem in urbe turbaretur, Henricus Matthæus Comes Turrianus Princeps Rebellium per fora & præcipuas plateas equo vectus ad quietem cives compoſuit, teſtatus quod in arce factum fuiſſet, id ſe apud Cæſarem purgaturum. Ita facilè ſedatur tumultus, nam maxima vulgi pars Procerum ſtudiis favebat, eiſdem inſtitutis imbuti. Mox rebus novandis initium factum. Creati ex omni Procerum numero triginta Directores, qui rege abſente regni ad-

mini-

miniſtrationem ſuſciperent. In horum verba præſidiarii & Cives Sacramento adacti; *his arcis & portarum claves traditæ.* Simul aperti carceres ac dimiſſi Brunovienſes. Incluſi eorum loco qui novis conſiliis adverſabantur. Et quoniam in tam audaci facinore Cæſaris iram haud temerè metuebant, ad arma conclamatum. Collecti undique milites, erecta ſigna, corrogata pecunia, omnia demum ad bellum ſummo ſtudio parata. Interim edito in lucem ſcripto palam profitentur, nihil ſe adverſus Cæſarem & regem ſuum moliri. Quod Sclabatam, & Martinizium & Secretarium ex arce præcipites dediſſent, more Bohemico, & exemplo Majorum factum, qui in publicæ pacis turbatores, quales illi haud dubiè fuerint, ad eum modum non ſemel animadvertiſſent; beneficii loco habendum, quod vivi evaſiſſent. Cæterùm, ſi quæ mutaviſſent, ad ſuam ſuorumque defenſionem, & publicam regni tranquillitatem, quam Cæſari & Regi ſuo cordi eſſe ſcirent, pertinere.

1618. *Creatio Directorum.* *Apologia Laur. Auſt. l.2, pag.38.*

Apologiæ hujus Appendix fuit proſcriptio Patrum Societatis JESU. Intra octiduum regni finibus juſſi excedere. Additâ pœna capitis in regreſſos, aut ſi quis pro reducendis ipſis intercederet. Multa illis objiciebant turbatam pacem, diſputata privilegia Religionis, tùm trahere omnia ad jugum Pontificis Romani, ſeducere plebem injurioſis concionibus, quibus nomen omne Proteſtantium indignis calumniis proſcindant, corradere immenſas opes, Regum & Principum, quos à ſe alienos ſciant, cædem immiſſis percuſſoribus machinari, explorare arcana omnia per confeſſionem, immiſcere ſe curis Reipublicæ, atque in perniciem Evangelicorum conſilia ſtruere, palam docere, Hæreticis fidem non ſervandam.

Proſcriptio Patrum S. I. ex Regno Bohemia. *Objecta Patribus.* *Laur. Auſt. l.2. pag.43.*

Hæc & hujuſmodi alia Patres, poſtquam jam Regno exiverant, egregio ſcripto modeſtè refutavêre. Nam pacem & Privilegia Religionis nunquam evertiſſe. Suum quidem munus fuiſſe veritatem & capita Catholicæ fidei contra diverſum ſentientes omnibus modis aſſerere, feciſſe id ſine cujuſquam injuriâ, ſanè, ut facerent, conatos.

Refutata.

His

His Pontificis Romani reverentiam ita innexam, ut ſeparari non poſſit, neque propterea Regnorum finibus, aut poteſtati Principum quicquam decedere, ſi is tanquam caput Eccleſiæ aut Rex ſacrorum ab omnibus colatur. In concionibus ſuis damnaſſe contrarias Religiones ſine contumeliâ cultorum. In toto regno quinque eſſe collegia, omnia ære alieno gravata; quorum annui proventus decem aureorum millia non excedant, has eſſe illas immenſas opes quibus omnium invidiam mereantur. De cædibus Regum & Principum antiquam eſſe calumniam, multorum jam ſcriptis refutatam, atque adeò ipſorum Principum teſtimoniis, quorum vitæ inſidias ſtruxiſſe falsò arguerentur. Ex confeſſionibus præter ſalutem animæ, & profectum virtutis nihil rimari. Procurationem Regni & Reipublicæ iis relinquere, quorum id officium ſit. Rogatos conſultoſque ſuaſiſſe, quæ nemini obfuerint. Odiſſe hæreſin; hæreticos non item, quibus & fidem ſervandam doceant, modò nihil turpe, nihil illicitum promiſſum ſit. Nam id divino & naturali juri contrarium nemini unquam mortalium præſtandum.

Cæſaris ad bellum Bohemicum apparatus.

At Cæſar intellectis iis, quæ Pragæ acciderant, poſtquam pœnitentiæ aut benignitati ſuæ locum nullum ſupereſſe cognoſcit; interim Turrianum Ducem conſpiratorum volitare cum globo militum, augere indies copias, jamque ad juſti exercitûs modum excreviſſe, trahere urbes ſuas in partes, adigere in ſacramentum, firmare præſidiis. Dein' quos ſibi fidos eſſe intelligat, circumſidere hoſtiliter, & nî præſidium aut ſacramentum novum accipiant, extrema omnia comminari. Inſuper literas ſuas, & monita ſperni, aut eludi vanâ ſimulatione obſequii; Cæpit tandem & ipſe ad arma circumſpicere, declarat publico edicto perduelles, ſcribit ad omnes Ordines Imperii, Electores, Principes, liberaſque Civitates, enarrat quantâ cum injuriâ violatæ Majeſtatis, primarios regni miniſtros, inauditos & nullius facinoris compertos, loco tutô & ſacroſanctô, more barbarô, ex alto dejecerint.

Id, cum ſe purgaturos diffidant, provolare ad arma, 1618.
eligere Duces, contrahere copias. Interdicit igitur,
rogatque, ne ſuis in provinciis conſcribi militem patiantur pro rebellibus; ne aliunde evocato iter aut
commeatum præſtent, ne ope aut conſiliô adſint.
Mox Henricum Comitem Tampierium in bello Veneto nuper eximiè probatum Ducem mittit cum copiis ad fines Bohemiæ. Illi ſublegat non multò poſt
majore cum imperio Carolum Longuevallium Comitem Buquoji. Adjuncta eidem ab Alberto Belgarum Principe duo equitum, & ſex peditum millia,
robur haud dubiè Cæſarei exercitus. Inter tribunos,
præfectosque legionum eminebant Henricus Julius, *Aub. Myr. de bello Bohemico.*
è Ducibus Lavenburgicis, Balthaſar Marradius eques
& Commendator Melitenſis, Comes Bucheimius, Collaltonius, aliique magnô numerô. Sed jam Bohemorum exercitus in immenſum excreverat, Triginta *Caraffa pag. 78.*
equitum peditumque millia quidam tradidêre, adjunctis Sileſiis Moraviſque. Et Erneſtus Mansfeldius à
militiâ Sabaudicâ exauthoratus, ſuam ſecum Legionem ad partes Bohemorum traduxerat, acceptusque
cum honore, ſupremus tormentorum præfectus renunciatus eſt. Primum operum Mansfeldii fuit expugnatio Pilſæ. *Pilſa capta à Mansfeldio.*
Immiſerat Tampierius paulò ante
validum præſidium, manebatque Civium potior pars
fida Cæſari, quanquam ſæpe invitati à Rebellibus, ut
transgrederentur in partes. Igitur poſtquam conditiones urbs aſpernatur, vi adhibitâ capitur à Mansfeldio. Cives novô ſacramentô in verba Directorum
Bohemiæ adacti, claves portarum, atque arma juſſi
tradere. Pilſa eſt inter primarias Regni, ac ferè poſt
Pragam præcipua, accipiendis ex Germaniâ auxiliis & *Laur. Auſt. lib. 2.*
commeatui oportuna imprimis, Conſtantis fidei in
Reges, eoque ſemper rebellium armis appetita. Ante
annos centum & octoginta ab Huſſitis decem menſibus circumſeſſa, tandem eruptione factâ & profligatô 1433.
hoſte ſeipſam liberavit, in qua victoria cum Camelum hoſti ademiſſent, animal inſolens & tunc primum *Pilſa inſigne Camelus.*
in Bohemiâ viſum, obtinuêre à Sigiſmundo Imperatore

1618. tore, ut effigiem belluæ in Inſigni civitatis deinceps præferrent.

Cura Cæſaris in componendis turbis. At Cæſar Matthias, quanquam fidæ urbis amiſſione perquàm infenſus Imperiali fulmine notaviſſet Mansfeldium, jamque ſe ipſe modis omnibus ad bellum pararet, non tamen omiſit pacis conſilia, rogat per litteras Legatosque Maximilianum Bavariæ Ducem, Joannem Georgium Electorem Saxoniæ, aliosque Imperii Electores & Principes, ut pro ſua in Imperio authoritate, opponant ſe Bohemiæ motibus, hortentur Proceres ad fidem obſequiumque; inſpiciant poſtulata ipſorum, pacem denique & tranquillitatem regni omni modo procurent. Jam enim nôn Bohemi modo, ſed Sileſii, Moravique, & Luſatii vicinæ cognatæque provinciæ turbabantur; tractæ eodem exemplo & pulcherrimo pietatis prætextu, dum vindicanda in libertatem Religio aſſeritur. Simul Ordines Auſtriaci Viennam à Cæſare convocati uti in commune conſulerent, nihil certi expediebant. Eò magis quod jam Comitem Turrianum, diviſo exercitu, quorum partem ipſe, alteram Comes Schlickius ducebat, appropinquare in Auſtriam nunciabatur. Et ſane aderat ipſe, infeſtus promiſsâ ſecuritate, & libertate Religionis, cui plerique Nobilium ſtudebant, eoque Bohemicis progreſſibus non adverſi. Interim Ferdinandus jam quoque Hungariæ Rex ab ejus Regni Proceribus ſalutatus non deſtitit hortari per literas Bohemos, & ſe arbitrum, deprecatoremque apud Cæſarem offerre. Idem Sigiſmundus Poloniæ Rex, Idem Elector Saxoniæ Joannes Georgius, aliique Principes ſeriò monere; ſed ad arma converſis, & numero victoribus nulla erat aut certè exigua pacis cura. An quod ingentibus aliorum promiſſis ſtimulabantur, qui in omnes occaſiones intenti, unde belli initium expectabant.

Bohemi fruſtra commonentur ad pacem.

Externa. *Laur. Auſt. lib. 2. Lotich. l. 1. c. 3.* Dum hæc in Bohemia geruntur, ingens periculum Reſpublica Venetorum evaſit, ſexaginta trium millitum interficere Magiſtratum, urbemque delere incendiò conſpiraverant, quò Authore, quâ cauſa

apud

ipud ſcriptores non reperio. Aſſumpti in conſcien- *1618.*
ium ſeptingenti circiter ex diverſis nationibus, alii *Conſpiratio Veneta detecta.*
nille extrâ urbem per naves diſpoſiti, præparati ignes,
ormenta, armaque interſcindendis pontibus. Mi-
um eſt in tanto numero conjuratorum nihil emana-
iſſe. Tandem unus ex conſciis, aliud ob crimen
arceri addictus, ſpe liberationis rem aperuit. Corre-
oti qui inveniri poterant; (nam multi detectâ con-
piratione aufugerant,) & ſupplicio affecti. Indici
lata impunitas, & annuum præmium ipſi hæredibuſ-
que conſtitutum, monumentum fidei in Rempubli-
am. Apud Helvetios quoque & Rhetos turbatum,
unitique qui cum exteris Principibus periculoſa
onſilia adverſus patriæ libertatem miſcuiſſe argue-
bantur. Sed mox Pluretti oppidi miſerabile excidi- *Pluretum lapſu montis obrutum*
im animos aliò avertit. Situm erat ad radices mon-
is Contonii, in ſaltibus Rheticis, haud procul Cla *Plurs.*
rennâ. Utramque Mayra rivus præterfluens in La- *Lago di Como.*
ium lacum effunditur, Oppidum elegantibus ædifi-
iis, & amœnô collium proſpectu, Itali præcipuè
nercatores frequentabant. Igitur Nonis Septem-
oribus intermiſcente paulùm terrâ pars montis repen-
e à reliquo avulſa toti oppido, & proximo pago
chilano incubuit, eò gravior ſtrages fuit, quò im-
orovíſior, oppreſſi ad unum omnes, & communi
quaſi lapide in tumulum conjecti. Mayræ curſus in-
erceptus aliquantulùm, demum repertô exitu in
oriorem alveum ſe recepit, relicto lacu ad milliare ferè
italicum. Pridie, quam vicus everteretur, gravis &
nſolitus fætor omnium nares offendit, inventuſque
qui imminentem calamitatem prædiceret, & contem-
ptus. Quatuor tantùm evasêre, frater Præfecti ne-
gociorum causâ Rongaliam profectus, & *Franciſcus*
quidam cum cæmentario, promendo in cœnam vino
proximam in rupem progreſſus. Quartus fuit puer
quidam elinguis extra mœnia in horto pomis perſicis
carpendis repertus. Poſtridie tanta fuit fætoris gra-
vitas, ut foſſorum multi ſuffocarentur interimeren-
turque. Hæc apud Rhætos. Non multò poſt cœ- *Cometa.*
leſte

1618. leſte etiam & gravius oſtentum univerſam Europam conterruit. Menſe Novembri minaci caudâ tanquam flagellô armatus Cometa apparuit. Ortus apud Scorpionem in Zodiaco, Martem inter & Mercurium bellicoſos planetas, paulatim Tropicum Cancri egreſſus atque in Septentriones vergens evanuit. De naturâ, loco, & præſagiis ipſius Aſtronomorum noſtri temporis ingenia certavêre. Cæterùm magnitudine & ſpecie memorabilis extitit, bellique Germanici cujus tùm primordiâ parabantur, prænuncius non vanè habitus. Digniſſimum eſt obſervatu, durâſſe ad dies ferè triginta, cùm totidem annos in Germania noſtrâ acerrimè depugnatum ſit.

Ab anno 1618. uſque 1648.

Obiêre eôdem annô Maximilianus Archidux, Magiſter Ordinis Teutonici, & Anna Imperatrix ac Cæſaris Matthiæ uxor, Hungariæ & Bohemiæ Regina, genita Ferdinando, Ferdinandi Primi Imperatoris filio. Conjugem ſuam haud multò poſt ſecutus eſt Imperator ipſe Matthias annô ætatis ſexageſimô ſecundô, Imperii ſextô. Natus eſt Maximiliano II. Cæſare. Inde à fœderatis Belgii Proceribus ad gubernationem provinciarum evocatus, non ſine offenſâ Philippi ſecundi Hiſpaniarum Regis, poſt quadriennii moram, diſcordiâ & inconſtantiâ ordinum, ſimul evocatione Principis Alençonii perquàm infenſus in Germaniam revertit. Regnis Hungariæ & Bohemiæ vivô adhuc Rudolpho fratre, eô mortuô, Imperio potitus eſt, quæ omnia Ferdinando Patrueli magnis motibus turbata reliquit.

Obitus Maximil. Archid. 2. Nov. 15. Dec. Annæ Imperatricis. 20. Mart. Cæſaris Matthiæ.

Strada dec. 2. l. 4.

1619.

Geſta Bohemorum poſt mortẽ Cæſaris.

Nam Bohemi intellectâ morte Cæſaris, etſi à Rege Ferdinando Privilegiorum confirmatio ſtatim mitteretur, multò audaciùs bellum promovebant, propoſitis ad pacem iis conditionibus, quas vel illi ipſi, admiſſum iri, deſperabant, ſimul largiùs auxilium pollicebantur Sileſii, Moravi, Hungari, qui ejectis Patribus Societatis JESU eôdem plane exemplô iam defectionem auſpicabantur. Adhæc exhauſtâ continuis oneribus domus Auſtriaca contra tot motus parum valitura videbatur, longinquô Regis Hiſpaniæ auxilio, nec admodùm [illegible], cum novis ipſe bellis

quoti-

quotidiè implicaretur. At vero maximam ſpem novis rebus vacans Imperium offerebat, cujus vicariam adminiſtrationem Saxo & Palatinus, Electores de more injerant: hic etiam novis Bohemorum conſiliis clam immixtus, & Unionis Evangelicæ Dux, armis & exercitu validus. His rebus & auxilio Sileſiorum confirmatus Turrianus invadit Moraviam, multas civitates Zuambram, Lipnitium, Olomutium, aliaſque nullo reſiſtente ſuæ poteſtatis facit; Proceres in fœdus cum Bohemis adigit, inde in Auſtriam inferiorem irrumpit, occupatâque Labaviâ ad Viennæ ſuburbia exercitum ducit. Inerat Rex ipſe Ferdinandus, & Auſtriaci Proceres utriuſque Religionis, inter ſe factionibus diſſidebant, conſpirabant cum Turriano non pauci civium. Nunquam anguſtior res Auſtriacis fuit. At non ideò animum deſpondit Ferdinandus. Memorant Regem eo tempore deprehenſum à Camerario, cùm in conclavi ſuo ante Chriſti è Crucè pendentis effigiem humi pronus dejectuſque jaceret. Mox advenienti Bartholomæo Villerio, ſuo è Societate JESU Confeſſario, adfirmaſſe brevi affore divinam opem. Neque ſpes ſua Religioſum Principem fefellit. Non multò poſt Turrianus omiſſo obſidendæ Viennæ conſilio, ad tuendam Bohemiam à Directoribus revocatur, quod ita accidit. Buquojus obtinebat Budovitium cum exercitu octo ferè millium, & abſente Turriano liberioribus incurſionibus Bohemos infeſtabat, oppoſuere illi manum idoneam, acceſſit & ipſe Mansfeldius, eductis è Pilsâ copiis, quas validiſſimas habebat. Neque id latebat Buquojum, progreditur obviam Mansfeldio, & cum omnibus copiis penè ad internecionem delet, capta vexilla quatuordecim, duo tormenta, & muli quatuor, inſtrumentum Ducis argenteum geſtantes, cum apparatu militari & tormentario non contemnendo. Ipſe Mansfeldius, viâ ferro apertâ, per medias Hungarorum Alas Victorum manus evaſit. Hæc clades, etſi non magna, cum ſumma adhuc rei conſtaret, adeò conterruit Directores, ut feſtinatis curſoribus revocarent ex Auſtriâ

1619.

Vienna obſidetur à Turriano.

Caraff. pag. 84. Lamor. de virtut. Ferdin. II. cap. 2.

Mansfeldius cæditur Lot. lib. 2. c. 6. n. 7.

1619. Auſtriâ Turrianum, & tanquam in cervicibus hæreret Buquojus, communire Pragam novis operibus inſtituerent, publicato edicto, quo omnes regni Incolas in armis præſtò eſſe pro libertate patriæ jubebant. Et ſane Buquojus non ignarus militarium artium famam victoriæ in immenſum ſpargebat. Fronsberga arx, & oppidum Roſenberga cum vim meditarentur, vi capta & ad terrorem, cæterorum immitiùs tractata; pecoris magna copia, & quicquid prædæ fuit militi conceſſum.

Laur. Auſt. lib. 3 pag. 15. ex Canc. Anhalt. Dum hæc geruntur utrimque armis, occulta conſilia Directorum Ordinumque Pragæ majus aliquid parturiebant, nempe quomodo imperium Auſtriacum excuterent. Dein quam Reipublicæ formam, Regiamve, an Optimatum & liberam amplecterentur. Erant qui tranſigendum cum Rege Ferdinando ſuaderent æquis conditionibus. Hanc enim eſſe ad pacem viam faciſſimam, cætera duo nec prompta expeditu, & ſi vincerentur durioris jugi ac juſtæ ſervitutis materiam. Hæc ſententia paucis placuit: prævalentibus iis, quos rerum novandarum cupiditas, & veniæ deſperatio, ad perficiendum id, quod cœperant, ſtimulabat. Neque hi inter ſe conveniebant, quibuſdam libertatem, aliis Regium Imperium præferentibus. Libertatem ipſa nominis dulcedo & gloria ſuadebat. Memorabantur exempla Batavorum, Helvetiorum, Venetorum. Neque, ſi Rex eligendus ſit facile inveniendum qui invidiam excedat. Spretos videri quotquot præterirentur, & novos jam hoſtes. Vicêre tamen, quibus Regem elegi placebat; Ita jam aſſueviſſe Bohemos, & creandum, qui gratus multitudini propriis quoque viribus regnum tueri poſſit. Pro-

Lotich. lib. 1. cap. 2. Laur. Auſt. lib. 3 fol. 197. poſiti in exemplum, Rex Daniæ, tum Sabaudiæ, & Saxoniæ & Bavariæ Duces, tum & ipſe Fridericus Comes & Elector Palatinus. Affirmabant, reduci hoc modo jus vetus Bohemorum, quibus Regem legere, non dari aut naſci conveniat. Potentia Auſtriacorum, & adulatione Procerum multos jam annos ex unâ domo Regem acceptum. Inde jus in hæreditatem trahi. Ferdinandum Archiducem pari

dolo

dolo à Matthiâ Cæſare intruſum Regis Electi nomen ſuſtinere noluiſſe, receptum non ſtetiſſe pactis, in quæ juraverit. Privilegia Religionis confirmaſſe literis, re & facto avertere. Jam quoque inducto externo milite florentiſſimum Regnum, & innoxios incolas ferro & flammâ hoſtilem in modum perſequi, adeoque non modò non Regem ſed regno etiam indignum habendum, ſufficiendumque in locum ipſius, qui tantam perſonam ſine cujuſquam injuriâ fortiter, & cum decore ſuſtineat. Cùm igitur in hanc ſententiam itum eſſet, confirmato inter ſe arctiori fœdere, omnium ſimul provinciarum Bohemiæ, Sileſiæ, Moraviæ, Luſatiæque Ordines decernunt diem, quo ad electionem novi Regis conveniant, repudiato Ferdinando. 1619.

Sed jam ille, in quo licet admirari vices rerum humanarum, caput Imperii parabatur. Joannes Schvvichardus Archiepiſcopus Moguntinus & Electoralis Collegii Decanus auditâ morte Cæſaris convocaverat de more Francofurtum Septemviros, fruſtra Bohemis obnitentibus, ne Ferdinandi, tanquam Regis Bohemiæ atque adeo Electoris eo in conventu ratio haberetur. Optabat Palatinus moras interregni longiores rebus turbandis perquam idoneas, monebat ne electio præcipitaretur; componenda ante diſſidia tollendas controverſias, tùm rectiùs eligi, cui pacatum Imperium traderetur. Nihil ea Palatini aut Bohemorum ratio reliquos Septemviros morata eſt, quin ad diem conſtitutum convenirent. Maturandam omni opere cenſebant, quo major eſſet ex bello metus, nihil luctuoſius Imperio accidere, quam ſi flagrantibus ubiq; turbis diu ſine Rectore relinqueretur, qui authoritate & ſapientiâ rebus afflictis mederi poſſit. Obiere hunc diem Electores Eccleſiaſtici per ſe, Joannes Schvvicardus Moguntinus, Lotharius Trevirenſis, Ferdinandus Colonienſis; tum ipſe Bohemiæ Hungariæque Rex Ferdinandus, reliqui tres miſere. Legatos, Saxo, Wolffgangum Comitem Mansfeldium, Palatinus Joannem Albertum Comitem Solmenſem, Brandeburgicus Adamum

Act. Pub. to. 1, pag. 514. &c. Caraffa. fol. 88.

1619. damnum Ganſium Baronem de Purlitz. Ante Idus Julii omnes Francofurtum advenerant, & paucos dies morati, dum plenioribus mandatis Legati inſtruerentur, octavâ tandem & vigeſimâ Auguſti inter diſpoſitas armatorum Civium centurias in Curiam proceſſere. Electus eſt in Cæſarem conſenſu omnium Rex Ferdinandus, ac inſequentis menſis initio ab Electore Moguntino ſub auguſtiſſimo Miſſæ ſacrificio, Imperialibus inſignibus de more ornatus.

Ferd. eligitur & coronatur Imperat.

Fridericus Comes Palatinus, eligitur in Regem Bohem.

Interea Legatis Bohemorum Pragam reverſis non confectâ ex ſententia legatione, ſimul intellecto Regem Ferdinandum in Electorale conſiſtorium admiſſum, jamque id agi, uti Rex Romanorum ac Cæſar renunciaretur. Ordines provinciarum multum conqueſti, poſtulatorum ſuorum tam exiguam rationem haberi, ipſi quoque nihil conſenſu Septemvirorum territi, abdicato uti memoravimus Ferdinando, ad novi Regis electionem magno numero conveniunt. Prælatus multitudine ſuffragiorum Fridericus Elector Palatinus, ac ferè conſenſu omnium Rex deſignatus. Mox decreta Legatio. Et ad accipiendam Coronam accerſitus Elector non diu dubitavit ratum de ſe habere Judicium Bohemorum. Profectuſque Pragam cum Uxore & liberis novo ritu inauguratur. Ea dies tot deinceps calamitatum Germaniæ, initium fuit. Memorant quo die Heidelbergâ exceſſit, confluente, ut fit, multitudine novum honorem gratantium; aut pericula, in quæ ſe induceret, miſerantium, viſum illacrymari, non ſine omine eorum qui comitabantur, ſive jam imminentem è Bohemiâ tempeſtatem præſagiebat animo Princeps, ſi ſibi relinqueretur, non malus, ſive ſupremus Patriæ adſpectus, nam ſemel duntaxat, idque perbrevi tempore, deinde Heidelbergam reviſit, etiam inſcientem inopinata mœſtitia perculit. Neque enim tantâ in re planè extra omnem ſollicitudinem fuiſſe crediderim, etſi magnis authoribus niteretur. Certè Dux Bavariæ, multi præterea Electores, Principeſque, & externi Reges non deſiſtebant interpellare literis, legationibuſque, & hortari ut ad tranqui-

Lot. lib. 3. c. 4. & 5. Laur. Auſt. lib. 3. pag. 238. &c.

Malum omen egredientis Heidelberga.

Ei à corona dehortantur alii Principes.

tranquilliora conſilia animum adverteret; doce- 1619.
bant quantâ injuriâ Regem ſuum Bohemi repudi-
aſſent; nō omiſſuram vel cum omnium provincia-
rum periculo tanti Regni, & tot ditionum jacturam.
Conſideraret quam levia eſſent, quamque inania
quæ in Ferdinandum conjicerent. Idem ipſi, atque
aliis Regibus, Principibusque poſſe accidere Nullum
diem Regni, & Majeſtatis ſuæ ſecurum fore, ſi id in
Dominos ſubditis impunè liceat. Imo ſi Ferdinandus
Rex contra leges & pacta peccaverit, cui ſuâ in cau-
ſa ipſi judicium ſumerent. Deferrent controver-
ſiam ad Principes Imperii, admitterent arbitros,
nihil recuſare Ferdinandum, quò minus res æquis
judicibus permittatur. Videret, quam labem fa-
mæ ſuæ inureret occupando aliena. Quid ſi bello
cadat, amiſſurum etiam propria, qui tueri rapta
non potuerit, facilè bella ſumi etiam ab ignavis,
non deponi niſi cùm victori libuerit. Hæc atque
alia hujuſmodi etſi meritò turbare Principem pote-
rant; tamen multa extimulabant, Regium nomen
per ſe primum Domui Palatinæ inferendum; tum
juventus ipſa avida gloriæ & periculorum contemp-
trix. Socer Jacobus Britanniæ Rex, Genero & Fi-
liæ, & Nepotibus non defuturus. Amici Princi-
pes Unionis. Favor & ſtudia Batavorum, ſpes oc-
cultæ ab externis, honeſtus in ſpeciem titulus quia
poſtulabatur.

Sed propinquum & præſens auxilium adferebat *Motus Vn-*
Princeps Tranſylvaniæ Gabriel Bethlenus, is jam diu *gariæ.*
à Bohemis ſollicitatus in partes pari Religionis cau-
ſâ, cœpit conſcribere milites, & ſe ad bellum omni-
bus modis parare, evulgato rumore, tanquam hæc *Lotich. lib.*
omnia adverſus Bohemos pararentur. Interim ſo- *4. cap. 1.*
ciato cum Bohemis fœdere, poſtquam renunciari
Palatinum Regem intellexerat, luſtrato apud Clau- Clauſen-
diopolim exercitu, magnis itineribus in Hungariam burg.
Superiorem infeſtus irrupit. Receptaque ibidem ad
ſe Hungarorum rebellium firmâ manu, Redegum
Ferentium, & Sethſium Georgium Tribunos cum

1619. XVIII. millibus transmittere Tibiſcum, & occupare Caſſovia jubet. Præerat Ubi Andreas Doczius per Hungariam ſuperiorem rerum militarium Præfectus, nihil hoſtile metuens, & paulò ante literis Principis de pace abundè confirmatus; cùm repentè adſunt Tranſylvani, circumveniunt eluſos, oppidumque & Præfectum tradi poſtulant. Eâ re perterriti Caſſovienſes, (nam extrema omnia minabantur, niſi paruiſſent,) ſe atque oppidum hoſti dedunt. Doczius captus miſſusque in Tranſylvaniam moritur. Hæc irruptio ingenti terrore Catholicos, quique Cæſaris partes vovebant, perculit. Fit magna fuga, ſacrorum maximè hominum, in quos atrocia & pudenda dictu exempla, barbaro more cædebantur. Non deerant qui Tranſylvanorum progreſſibus lætarentur, ſtudio Religionis, cujus libertatem ſub Calviniano Principe exemplo Bohemorum quærebant. Ita Hungaria turbinis inſtar decurſa, patentibus ubique portis, ſeu metu, ſeu amore Bethlenio ſubditur. Ad Comorram & Jaurinum hæſit impetus victoris, quæ oppida loco & ſitu valida, firmo præſidio Auſtriaci communiverant. Igitur diviſo exercitu partem in Moraviam, uti Bohemis promiſerat, mittit, & cum Turriano conjungit. Partem ipſe ad Poſonium, obtinendum ducit. Inerat Palatinus Ungariæ, & præſidii aliquantum, jamque eò tres veteranorum cohortes Buquojus ſubſidio miſerat, cum tormentis aliquot. Quas ubi conſediſſe in ſuburbio imbribusque & itinere feſſas Bethlenius intelligeret, nocte intempeſta immiſſis Ungaris aggreſſus, pene ad internecionem delet, Rudolpho Tieffenbacho Tribuno vix elapſo. Ea res maturavit deditionem. Jamque intercepto Viſceto, atque arce Eberſtorfia ad Viennæ usque mœnia exercitum & terrorem tulit; cùm ſubita Ragotſii clades in ulteriorem Hungariam retraxit. Georgius Comes Humanajus ex Hungariæ Dynaſtis ſidus Auſtriacis, primo Bethlenii adventu cum parvâ manu in Poloniam profugerat, ibique colle-

Margin notes: Teyſſa. Caſchau. 6. Sept. Komorra. Raab. Preßburg. *Lotich. lib. 4. c. 2. n. 10.* *Clades Ungarorum Humanajorum.* *Lotich. lib 4. c. 4. n. 3.*

collecto exercitu, & validis auxiliis firmatus revertit in patriam. Occurrit illi Ragotſius, quem cum parte copiarum Bethlenius Caſſoviæ præſidio reliquerat, pugnatur, pelliturque Humanajus, neque propterea animum deſpondet, redit haud multò poſt recentibus copiis auctus, fit iterum acris pugna, quâ in biduum extractâ, cum neutri loco cederent, tandem Poloni ſimulata fuga, poſtquam Ungaros Tranſylvanoſque omiſſis ordinibus quaſi [illegible] victoriâ tranſcurrere ad prædas conſpiciunt, [illegible] regreſſi, incompoſitos atque impeditos adeo facile fundunt. Cæſi pedites ferè omnes. Equitum & Ducem ipſum Ragotſium fuga abſtulit. [illegible] â clade nunciatâ, Bethlenius omiſſa Viennâ Redegum Ferentium cum parte militum coercendo Humanaio dimittit, ipſe cum reliquis Poſonium contendit, indictoque conventu cogit Proceres, ac ſe repudiato Ferdinando Cæſare Principem Hungariæ renunciari curat ſequenti anno icto cum Turcis & repetito cum Bohemis ſanctiori fœdere, quorum exemplo iam altiora ſtruebat. *1619.* *3. Laur Auſt lib. 3. fol. 244.*

Interea Ferdinandus Cæſar peractâ coronatione Francofurto diſcedens, Herbipolin, inde per fines Palatinatus, Auguſtam Vindelicorum; tum, Monachium, & Græcium, poſtremo Viennam ipſam incolumis appulit, contra, quam multi ſperaverant, rati non evaſurum ſtructas inſidias ſine parricidio. Sed uti ſua illum innocentia & Majeſtas protexit; ita reverſum jam atque extra periculum poſitum, præter Coronæ Bohemicæ rapinam, de turbata Ungaria novus repente nuncius perculit. Simul unionis Evangelicæ Principes primo Rotenburgi ad Tubaram, dein' Norinbergæ congregati, præſente ipſo Friderico, qui ſe pro Rege Bohemiæ ferebat, haud obſcurè minabantur, non omiſſuros ſe arma, neque defenſionem Bohemorum, niſi Cæſar primum, dein Bavarus partium Catholicarum Dux arma poſuiſſent. Jubebant intermitti *Cæſaris cura in componendis turbis Caraffa. fol. 89.* *Caraffa. fol. 94.*

1619. termitti delectus, qui à Catholicis Principibus ad
Act. ub. ſui præſidium parabantur. Dicaſterium Spirenſe,
lib. 4. fol. & Aulicum Cæſaris, in formam à ſe præſcriptam
698. redigi. Bona poſt tranſactionem Paſſavienſem ab Acatholicis poſſeſſa, poſſeſſoribus relinqui, atque hæc intra ſpacium bimeſtre effici volebant. Tot ergo difficultatibus circumventus Cæſar; cum haud dubiè animadverteret, grave bellum immi‑nere: rapi Ungariam à Tranſylvano; Bohemiam, Sileſiam, Moraviam à Palatino; nutare Auſtriam, minari confœderatos, omnia infida aut infeſta eſſe, præter paucos Catholicos, quantum ſtudio ac cura provideri poterat, omnes in partes animum verſabat. Principibus unionis molliter reſcripſit, viſurum poſtulata ipſorum, poſtquam res domi compoſuiſſet, Coronam Bohemicam per ſummam ſibi injuriam ereptam negligere non poſſe, etiam ut maximè cupiat, nihil ibi niſi ſua repetere, neque ſperare tam iniquum in ſe quenquam futurum, qui id impediat. Sanè ſi Palatinus ſibi licere exiſtimet aliena invadere, rapta armis ac ferro tueri, cur ipſe ſua recuperare, & vim vi, arma armis opponere non poſſit. Scripſit iiſdem Maximilianus Bavariæ Dux, arma quæ ipſe ſumpſiſſet quæque Catholici pararent exemplo ipſorum ſumpta, pariter depo‑nenda cum ipſi præiviſſent. Poſtulata quæ affer‑rent non ſui eſſe judicii, ſed ad totius Imperii con‑ventum pertinere. Suadere ut omiſſis minis, quas non occultè jaciant, mitiora conſilia amplectan‑tur. Nam ſi rem ad bellum deduci acciderit, id fu‑turum, ut florentiſſimum Imperium propriis viri‑bus everſum, externis demum Principibus, aut Turcis ipſis in diſcordiam noſtram vigilantibus, prædæ fiat. Monuit dein' Electores Catholicos ut feſtinatis delectibus quantum poſſent numerum mi‑litum pararent, atque ad ſe perducerent. Nihilo ſecius pro Cæſare Rex Hiſpaniæ, Poloniæ, aliique confœderati Principes laborabant.

Eodem tempore Hollandiam Religio turbavit, jamque res ad arma ſpectare videbatur. Author novarum opinionum Jacobus Arminius, anno hujus ſæculi ſexto, Lugduni. Ubi Profeſſorem agebat, nova fidei capita de Prædeſtinatione, Gratia, liberoque arbitrio commentus, multos, ut fit, ſectatores habuit. Oppoſuit ſe illi Franciſcus Gomarus purioris Calviniſmi retinentior, crevit hæc diſceptatio magno ſtudio Procerum, & multitudinis, ut fit in re nova. Jamque Ultrajecti aliiſque in urbibus Arminiani dejectis magiſtratu Gomariſtis, invadere Rempublicam, conſcribere ad ſui defenſionem milites, & ſuam ubique ſectam promovere ſtudebant. Ea res cum fœderatis Ordinibus civilis belli initium, & haud dubiè ad diviſionem, adeoque exitium provinciarum ſpectare putaretur, occurrendum in tempore cenſebant, priuſquam coalitis utrinque viribus remedium fruſtra eſſet. Datum ergo negocium Mauritio Principi, ut Ultrajectum, aliasque urbes quæ ad arma ſpectabant in ordinem redigeret. Factum id conſilio magis, quam vi. Simul indicta Dordracum conventio, ubi de Calvinianæ profeſſionis capitibus diſputaretur. Invitati etiam Arminiani. Confluxere Batavi magno numero, quidam etiam ex Germania Angliâque. Igitur ſuperantibus Gomariſtis Arminiani damnati, juſſique dominio fœderatorum Ordinum excedere, captis jam ante & Hagam in cuſtodiam miſſis Joanne ab Olden Barneſelt, Advocato Hollandiæ, Ægidio Ledenbergio Ultrajectino, Rumoldo Hogerbeto Leidenſi, & Hugone Grotio Roterodamenſi, Syndicis. Hæc primaria Arminianorum capita cenſebantur, & rebus novis haud occultè ſtuduiſſe. Barneſeldio multa objecta, quæ contra publicam pacem molitus eſſet, ſed capitale reo fuit, quod caput Judicii Principem Mauritium infeſtum adverſariumque habebat. Igitur menſe Majo Hagæ, in ſolenni Ordinum conſeſſu damnatus,

1619. *Motus in Belgio My[…] de Bell. Bo[…] hem. 26. Lotich. lib 4. cap. 6.*

Laur. Auſt. l. 3. fol. 277.

1619\. in Aula Mauritiana capitis ſupplicio affectus eſt anno ætatis tertio & ſeptuageſſimo capite incurvo & baculo innixus. Dum floruit, rerum politicarum ſcientiſſimus & Reipublicæ ſuæ Cato habitus, certè magnorum Europæ Principum conſiliis immixtus. Ledenbergius voluntariâ morte damnationem, & longiores cruciatus antevertit, infamiam non evaſit. Cadaver loculo incluſum, atque è furca ſuſpenſum eſt. Hogerbetius & Grotius perpetuis carceribus addicti, ex quibus Grotius non multò poſt deceptis cuſtodibus elapſus, Antverpiam primùm, dein Lutetiam Pariſiorum liber appulit.

Laur. Auſt. l.2 fol.114. Myrc. fol. 90.

1620\. Sequitur annus flagrante demum bello, & memorabili rebellium clade inſignis. Nam Cæſar, ne multitudine hoſtium obrueretur, pactis cum Bethlenio ſemeſtribus induciis, ut vires omnes in Bellum Bohemicum conferret, dimittit Henricum Julium ex Ducibus Lavenburgicis & Hieronymum Elverium Conſiliarium Aulicum, ad Electores Principeſquè Imperii, & Chriſtianum IV. Regem Daniæ, alios in Angliam Galliamquè ablegat, evulgato ſimul libello docet, quam contra omne jus & patrias leges pauci perduellium receptum ſe unctumquè Regem Bohemiæ nullo ſuo meritò, regno exuere machinentur, electo vocatoquè Friderico Palatino, qui aliis oblatam dignitatem jure aſpernantibus, alienam coronam invadere non dubitaverit. Itaque rogabat, ne quis tam pernitioſis Bohemorum conſiliis faveret; quin ſibi potiùs adeſſent, ut, ſi non pace, quod optaret, armis certè & juſta vi in avitas ditiones reponeretur. Adhæc Legato Britannico ſuadenti, ut relictus in Regno Palatinus Cæſari aliunde ſatisfaceret, breviter reſpondit: Sibi aliter ſatisfieri non poſſe, niſi regno quamprimum cederetur, id Palatinus detrectaret, vi cogendum, & ſperare ſe in cauſa tam juſta propitium Deum. Dein Palatinum monuit edicto, ut ante Calendas Ja-
ni-

Cæſar paciſcitur inducias cum Vngaris. Dimittit Legatos Lotich. lib.5. cap.1.

Reſpondet Legato Angliæ. Lotich. l.5. cap.6.

nias ſub pœna perduellionis Regno Bohemiæ cederet. Idem mandatum dat ad omnes Imperii Ordines, Tribunos, militeſque Bohemicæ ſeditionis participes, ne qua in re opera aut conſilio poſthac Palatinum juvent, ſi qui contra fecerint, perſecuturum ſe eos lege Majeſtatis, & pro hoſtibus patriæ habitum, edicit. Eodem tempore Mulhuſi in Thuringia convenêre Electores Moguntinus, Colonienſis, & Saxo per ſe, Trevirenſis & Bavarus per Legatos, deliberatum ibidem de ſtatu Imperii; decretumque, ut Cæſar Ferdinandus omnibus modis juvaretur, nequicquam Mauritio, Haſſiæ Landgravio, Joannem Saxoniæ Electorem per literas deterrente, ne Catholicorum, ut ipſe ajebat, blanditiis ſeductus, eorum partibus accederet, quibus vincentibus & ipſe demum præda fieret; cùm in id unum intenderent, ut diſtractis inter ſe Evangelicorum viribus, ſingulos aggrederentur, in univerſos conjunctoſque nihil auſuri. Sed Saxo, perſtricto non obiter Mauritio, cauſæ æquitate commotus, Catholicis acceſſit. Receptaque à Cæſare, & reliquis Electoribus, Auguſtanæ confeſſionis novâ ſecuritate omni ope juvandum Cæſarem decrevit. Eo conventu, ex animi ſententiâ confecto, luſtrantur exercitus, & Saxoni quidem Luſatia ad officium reducenda à Cæſare committitur. Ea provincia attingit Saxoniam, & innexa Regno Bohemiæ novis pariter rebus ſtudebat. Sed Maximilianus Bavariæ Dux eductis ad Donavverdam Catholicorum copiis, fœderatis unionis Principibus caſtra oppoſuit. Illis Joachimus Erneſtus Marchio Onolsbacenſis vice Palatini præerat. Jamque res eò ſpectabat, ut inter ſe manus conſererent, cum Gallici Legati interventu pax aut certe induciæ compoſitæ. Ea tractatio Ulmæ inſtituta eſt, conventumque, ne una pars alteram læderet, próvinciis & ditionibus cujuſque intactis, iter & commeatus, ſine maleficio, & innoxie tranſeuntibus,

1620.

Conventus Electorum Mulhuſii.

Lotich. lib. 1. cap 3.

Merc. to. 9. lib 1. pag. 107. & ſeqq.

Tractatus Vlmenſis.

1620. tibus, liber permitteretur. Ita Bavarus non levi metu ſolutus, ad pacandam Auſtriam, diſceſſit: Relicto Onolsbacenſi, tuendo Palatinatui; in quem Marchio Ambroſius Spinola, vetus multarum palmarum Dux, cum Belgico & Burgundico exercitu, magnoque apparatu rerum militarium movere è Belgio nunciabatur, durantibus adhuc inter Regem, & fœderatos Ordines duodecennalibus induciis. Et ſane aderat ille infeſtus, occupatoque properè Oppenheimio, Crucenaco, Baccheraco, aliiſque in Palatinatu inferiori oppidis, magnum ſui terrorem ſpargebat. Neque audebat in aciem prodire Onolsbacenſis, aut ſi tentaret, variis artibus eludebatur, tantâ Spinolæ dexteritate ac fortunâ, ut Onolsbacenſis penè apud ſuos fidem amitteret, quaſi res & cauſam Unionis parum fideliter adminiſtraret. Firmata ea ſuſpicio diſceſſu Henrici Orangii, qui à fratre Mauritio paulò antè cum firmâ Equitum manu & Anglis aliquot peditibus Unioni ſubſidio miſſus, poſtquam dominari Spinolam, & Palatinatus Veteraviæque nullo impediente potiri videt, tædio rerum cum Batavis ſuis in Belgium revertit; Anglorum peditum curâ Horatio Vherio commiſſâ.

Adventus Spinolæ in Palatinatum.

Lotich. li. 6. c. 15.

Interea Bavarus fœderis Catholici Dux cum univerſo, viginti quinque millium exercitu, cui Joannes Tſerclaſius de Tylli pro Legato præerat; fortitudinis & continentiæ compertæ Dux, in Auſtriam ſuperiorem movit; convocatoſque Lintzium Ordines, cogit dimiſſo milite ab armis diſcedere, & ſe fidei clementiæque Cæſaris permittere. Paulo ante ejus adventum, haud procul Lintzio Erneſtum Ludovicum ex Ducibus Lavenburgicis cum duobus Comitibus Viennam iter facere parantem, ut Cæſari militaret, Ruſtici furentes interfecerant, nullâ aliâ de causâ, quam quod Dux forte ſuper menſam ad temerè gloriantes dixiſſet, *Lætarentur modo; affuturos mox alios hoſpites, qui iis*

Bavarus pacatâ Auſtria tendit in Bohemiam.

Lotich. lib. 7. c. 4. Cædes Ludovici Erneſti Ducis Lavenburgici.

iu

ius gaudium facile erepturi ſint. Adeò vel verbo irritare armatam multitudinem periculoſo plenum eſt. 1620.
At Bavarus redactâ in ordinem Auſtriâ, diſpoſitiſque per loca idonea præſidiis, ne ſe abſente iterum turbaretur, milites, quos ad ſui defenſionem Ordines conſcripſerant, ſibi adjungit, atque inde cum omnibus viribus rectâ in Bohemiam tendit, præmiſſo Cæſaris mandato, quo compellere ad officium contumaces vi atque armis jubebatur. Cæterùm ne res ad ea extrema deveniret, datis ad Palatinum & Bohemos literis hortatur rogatque ut arma & vim omittant, reddant Cæſari regnum, vero & coronato Regi: audirent Electorum Principumque Imperii fida conſilia, adhuc eſſe locum gratiæ, & clementiæ Cæſaris, viderent, in quæ pericula, & damna, ſe, liberos, uxores, fortunas, patriamque omnem conjiciant, ſi perſiſtere in propoſito deſtinatum, ſeſe ſacramento, quod Cæſari præſtiterit, urgeri demonſtrat, ut bello, atque armis perduelles perſequatur. Ad eas literas Palatinus & Bohemi diverſis quidem literis, ſed in eundem ferè ſenſum utrique reſpondent; ſeſe Regem alium præter Palatinum non agnoſcere. Ille etiam fateri, electum ſe vocatumque unanimi Ordinum conſenſu, non ſponte, nullo ambitu, neque id aliter, quam oblatum divinitus beneficium interpretari; quod omittere ſine ſummo ſcelere neque poſſit neque debeat. A Bavaro nihil adverſi metuere, quem nulla re offenderint. Quod ſi tamen, ut ille minabatur, armis infeſtentur; ſe vim atque injuriam vi depulſuros; eò alacrius, quod ſcirent ſe pro libertate patriæ, pro vitâ, & fortunis pro Deo denique & Religione decertare. Hæc Palatinus eo liberius jactabat, quod, inter filios ipſius, natu majorem Fridericum Henricum, Bohemi concordibus ſuffragiis ſucceſſorem deſignaverant, ut jam non ipſe modo, ſed filius quoque Regni ſecurus, ſpem faceret hanc deinceps dignitatem domui ſuæ perpetuam fore.

Bavarus admonet Bohemos & Palatinum.

1620. Interea Joannes Georgius Saxoniæ Elector pa-
Bohemi omni ex parte oppugnãtur. lam jam Bohemorum hoſtis, infeſto cum exercitu Luſatiam invadit. Primum impetum Budiſſina accepit, provinciæ caput, & auſa reſiſtere, vi compellitur; ſecutæ ejus deditionem arces permultæ.
Bautzen. Simul in Bohemiâ Bavarus Badnam, Buquojus
Piſcka. Bragaditium, dein conjunctis viribus Piſſecam vi intercipiunt, nullo jam loco auſis conſiſtere Bohemis, quibus pro Palatino Chriſtianus Dux Anhal-
Laur. Auſt. lib. 4 pag. 265. tinus præerat. Neque Palatinus intellecto periculo, abeſſe à caſtris ſuſtinuit, Eliſabethâ conjuge, cum parvis liberis Pragæ relictâ, & paucis Proceribus commendatâ, dimiſſo non multò ante filio majore Stetinum, in curam Electoris Brandeburgici: ut, ſi quid ſibi in tanto diſcrimine accideret, revocari inde mox poſſet, nova ſpes partium, & jam ante Rex deſignatus. Quibus ita diſpoſitis, revocatâ tandem ad animum magnitudine imminentium periculorum, mittit ad Bavarum, expoſcitquè colloquium, ut de loco & modo conditionum ipſe videret. Reſponſum eſt à Bavaro: Sibi nihil gratius fore, quam tantis malis amico colloquio finem imponere, ſed perſpectam ſibi Cæſaris mentem, neque eſſe conveniendi ullum modum, niſi regno Bohemiæ & provinciis annexis, quam primum reſtitutis, ſi id detrectet Palatinus, fruſtra conventuros. Cæſarem tam amplam Patrimonii ſui partem, per vim atque injuriam ereptam, nullis à ſe pactis, conditionibuſque dimiſſurum. Poſt hæc à Bavaro, & Buquojo de modo belli gerandi conſulatium eſt. Nihil expeditus viſum, quam prælio decertare, & juſtiſſimam Cæſaris cauſam Deo committere. Uno ſecundo prælio plurimas arces & oppida capi, quæ ſine magnâ militum ſumptuumque jacturâ diviſis exercitibus intercipi non poſſint. Inſtabat hyems gerendis rebus haud ſane idonea, commeatus longè petendi erant ex Bavariâ, Auſtriaque, devaſtatis circa provinciis, aut in cauſam Bohemorum proclivioribus. Igi-

Palatinus petit colloquium Bavaro.

Conſilia Cæſarianorum.

tur

tur ad unum agebant, quomodo Bohemos æquum in locum deducerent; qui comportatis undique frumentis abundante annonâ partem victoriæ tebantur, ſi Cæſarianis cunctando eluſis, propinquâ jam hyeme, anni ejus expeditionem irritam feciſſent. Tandem hortante maxime Bavaro decretum Pragam petere belli caput; & extemplò mota eò ſigna, progredientibus ad latera Bohemis. Ultimo Octobris Raconitium venêre; ibi cognitum per exploratores non procul abeſſe hoſtes. Mox agniti iſique. Montem leniter acclivem, ſed foſsâ operibuſque communitum inſederant, eo loci, quoniam difficile erat aggredi ſuperiores, conferre caſtra, & vallare in hoſtium conſpectu placuit. Aberat haud longe ſylva in mediam montis proclivitatem aſſurgens, quam Bohemi firmo præſidio obtinebant. Hanc Itali, & quidam Bavarorum occupare juſſi, tanta alacritate adorti ſunt; ut ſtatim pulſis loco hoſtibus & vicina in caſtra terrorem inferentibus, expugnari eodem impetu caſtra, & debellari potuiſſe, quidam crediderint, ſi cum univerſis copiis Buquojus adfuiſſet. Neque incruenta hæc Cæſarianis velitatio fuit, amiſſo Aſcanio Aquaviva & Scipione Serlano, nobiliſſimis Italorum. Triduum ibidem commorati, dum commeatum qui è Bavaria advehebaur expectant, variis concertationibus cum hoſte congreſſi fruſtra eum ad ſummæ rei diſcrimen, prælio tentandum elicere nitebantur, non ſine ipſius Buquoij periculo, in ſummo femore, incommodo, etſi non lethali vulnere perſtricti. Ergo diſtributâ per milites annonâ, quæ recens advenerat, recta Pragam contendunt, prælatumque in ea profectione vexillum prætorium Guilielmi de Verdugo, cujus cuſpidem paulo ante arſiſſe felici præſagio plurimi viderant. Nec Bohemi diu cunctati, poſtquam abire Cæſarianos vident, id quod agebatur rati, & ipſi breviore via cum omnibus copiis, quanta maxime celeritate poſſunt, Pragam perveniunt, & occupato

1620.

Cæſariani petunt Pragam.

Rackonits. Conflictus ad Raconitium.

Vulneratur Buquojus.

Omen Cuſpidis ardentis.

1620. to monte Albo, regioque Palatio, cui à Stella nomen, munire ſe, & caſtra vallare incipiunt; cùm eodem veſperi abeſſe Cæſarianos haud procul exploratores renuntiavêre.

Clades Bohemorum nocturna. Myr. de hoc bello.

Eâ nocte ne quies daretur fatigatis, juſſu Buquoij, Gaucherius Burgundus vetus ac ſtrenuus Belgicæ legionis Tribunus, cum expedita manu ad laceſſendos hoſtes mittitur. Is pagum monti vicinum, atque ab Hungaris equitibus inſeſſum magno tumultu aggreditur. Latior quam pro numero victorum ſtrages edita, juvantibus tenebris, & quia plus pavent qui invaduntur, abducti equi ſupra mille, quingenti cæſi aut capti. Reliquos incenſo vico in vicina caſtra fuga abripuit. Cæterum is terror fugâ Hungarorum hoſtibus illatus ſequentis diei victoriam feſtinaviſſe creditur. Vix illuxerat, cum vocati in concilium duces diverſum ſenſêre.

Deliberatio de pugnâ.

Quidam circumgredi montem, & urbem hoſtibus obverſam invadere tutius putabant; alii ſcandendum montem non adeò editum, & rectâ eundum in hoſtem nocturno adhuc metu perculſum ſenſebant, priuſquam ſe operibus & vallo, quod jam maximè agi exploratores referebant, communiviſſet. Omnem moram ſibi damno, hoſtibus pro vallo & munimento forè. Accedebat dubitantibus hortator non contemnendus, ex ordine Diſcalceatorum Carmelitarum Monachus, Dominicus Aragonius, inſigni vitæ morúmque probitate, quem Bavarus ſecum ad caſtra eduxerat. Is certam à Deo victoriam pollicitus; mox, dato ad pugnandum ſigno, primam in aciem progreſſus, Chriſti Crucifixi effigies ejuſque Matris manu prætendens, ad ſtrenuè fortiterque agendum milites hortabatur. Igitur poſtquam placitum hoſtem aggredi in ipſo monte ſupremum in exercitus Imperium pro Bavaro, Joannes Tillius pro Buquojo adhuc ægro ex vulnere Rudolphus Tieffenbachius accipiunt, data à Bavaro teſſera *Sancta Maria* cujus effigies ... vexillo ejus prætoriano viſebatur.

Aub. Myr. de bello Bohem. p. 43. Merc. to. 9.

Acies Cæſarianorum. Lotich. l. 7. 9. n. 4.

de

de conſilio forte prælaudati Patris, qui cum in hac expeditione in pago quodam effigiem Deiparæ invenisset, cui alienæ fidei homines effoderant oculos, tactus injuria Matri DEI magis quam imagini illata, mutilam hanc imaginem ſecum tulit, & quo vindicarent Reginæ cæli contumeliam illatam enixe confligentes admonuit. Cumque victoria Cæſareanis obtigiſſet, interceſſioni hujus ſanctiſſimæ & inviolatæ Virginis Trophæa dictus Pater aſcripſit: Quo igitur ſanctior eſſet impoſterum effigies illa Romam tulit, quam multis manubiis ſtiparunt Victores: Gregorius XV. in proceſſione portavit imaginem ad Eccleſiam Carmelitarum Reformatorum, templumque nomine mutato, de Victoria appellavit, ſuſpenſis etiam hic trophæis vexillis & armis à Palatinis ablatis. &c. Aciem tres in partes hoc ferè modò inſtructam referunt. Prima pars duplici peditum agmine conſtabat, ſex fere millium; adjunctæ ad latera aliquot Sclopetariorum centuriæ, quorum iterum latera binæ equitum alæ firmabant. Mediâ in parte tria millia Neapolitanorum, duæ utrinque equitum alæ tegebant. Tertiam priori perſimilem Poloni à tergo equites claudebant. His Bohemi ſuam quoque aciem hoc ordine oppoſuere. Acceptis poſt principia Ungaris, medium agmen pedites tenebant, ſex equitum legionibus ad latera appoſitis, oblongâ ſeriè, pro loci opportunitate; hic accedebant quinquaginta cohortes equitum, quæ Vivarium obtinebant, Anhaltino Juniore, Hojenlojo, & Styrumjo Ducibus omnem in occaſionem intentæ paratæque. Ab utraque aciei parte tria tormenta in ſubjectos Cæſarianos crebro fulminabant. Quos, ubi conſcendere montem, & omni ex patre concinentibus tubis invadere caſtra conſpiciunt, ipſi quoque ſe ad vim repellendam expediunt. Committuntur acies, infeſtis utrimque animis. Jamque aſpectum fumus, auditum fragor tormentorum, clamorque militum, utrumque metus aut furor abſtu-

1620.

Spreng. Roma nova. p. 722.

Acies Bohemorum.

Pugna.

1620. abſtulerant. Aliquantulùm dubio Marte pugnatum eſt. Cum intercepto Preunero Tribuno, cedere Legionem ejus, unaque Tieffenbachianam, urgente maxime Anhaltino Juniore, Tillio nunciaretur, miſſus continuo Cratzius Tribunus cum Lichtenſteinianâ & Bauriana legionibus, aciem reſtituit, mox victor pellit, Anhaltinum Juniorem, quem vulneribus confectum, dum ex equo procideret, caſu impeditum Guilielmus Verdugus cepit. Eâ re turbatam haud paulùm Bohemorum aciem, repente Hungaricorum equitum fuga deſtituit. Octo millia erant à Bethlenio & fœderatis Hungariæ Ordinibus, Bohemis ſubſidio miſſa: ſed illi prædæ magis, quàm cauſæ ſociorum ſtuduerant, quæ utriſque cauſa exitii fuit. Nam infugientes Hungaros immiſſi *Poloni*, magnâ parte ferro trucidatâ, cæteros in amnem Moldaviam effuſo curſu præcipites agunt. Ubi ſpoliis graves, tum metu & curſu exanimes violentiâ fluminis multi abrepti hauſtique ſunt. Bohemi quoque tantâ parte exercitus nudati, ubi inſtare acrius Cæſarianos, neque ſpem victoriæ reliquam animadvertunt, projectis armis, quâ cuique pronum, fugere incipiunt, denunciante Anhaltino, cum jam amplius fugam inhibere non poſſet, ac per Centuriones jubente, ut Brandiſium, quod duobus fere milliaribus *Praga* diſtat, peteretur, ibidemque ſe ſub ſigna reciperent, ſed in tantâ rerum confuſione imperium à paucis acceptum, pauciores exſecuti ſunt, quidam ignoratione viarum, alii terrore & hoſte aliorſum exigente, multi, quod res prolapſas reſtitui aut non curabant aut deſperabant. Ita unus horæ ſpacio maximus exercitus, fuſus fugatusque, male cæptæ Rebellionis pœnas condignas luit, inſigni ſane ad memoriam die, quo per univerſum Chriſtianum orbem in Evangelio legebatur: *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo*: quod ergo Palatinus Bohemiq; neglexerant, ea dies abundè

Fuga Hungarorum.

Brandis.

Dies prælij.

[illegible]ſtitit, Provinciis omnibus mox ad fi-[illegible] Cæſaris & obſequium reverſis. 1620.

Atquè hæc eſt celebris illa ad Pragam victoria, quæ tum quidem bellum finiviſſe, videri poterat: ſed peccatis noſtris aliud exigentibus imminentium deinceps calamitatum initium fuit. Cecidere ex Bohemis Ungariſque novem ut maxime millia, ferro vel aquâ. Capti Anhaltinus & Turrianus juniores Ducum ipſorum filii, tum Styrumbius, Rheingravius, Schlickius Comites, & Dux quidam Vinarienſis. Tribuni dein, Centurioneſquè & gregarii permulti, ſigna pedeſtria, equeſtriaque ſupra centum, tormenta majora decem. Apparatus bellici, curruum, impedimentorumque magnus numerus. A Cæſarianis deſiderati ſunt paulo ſupra ducentos, è quibus maxime inſignes Comes quidam Rechbergenſis, & Baro Peterſemius ſupremus hoſpitiorum deſignator. Saucii ferè plures extitere, inter quos Godefridus Comes Pappenheimius inter cadavera repertus, jam penè exanimis, ac vix agnitus à ſuis, adhibitâ deinceps curatione præter omnium expectationem, magno hoſtium malo revaluit, fortiſſimus hæros, & ſæpe in poſterum memorandus. Sunt, qui Palatino hanc fortunam, ut fere præſagia hujuſmodi poſt eventa produntur, jam diu ante ab homine quodam Veterano, Joanne Forſtero prædictam, memorant. Adferuntur ex Joanne Liechtenbergico alia, obſcura ſane, & ſi interpretari velis, quibuſcunque regnorum mutationis applicanda. Quæ tamen omnia neque ut falſa rejiciam, neque æſtimanda magnopere exiſtimem, incerta plerumque, ſemper ambigua, ſæpe vanitati & mendaciis obnoxia. Certe divinæ vindictæ luculentius præſagium ex die ipſo acceptæ cladis petere licebit. Nam præterquàm quod ſupra memoravimus, fuit is omnium Sanctorum cultui per Eccleſiam Catholicam octavus, ac pe anniverſarius illius, quo anno ſuperiore Pa[illegible]us Eccleſiam Pragæ Primariam omni ſacrarum

Victoria Cæſarianorum. Lotich. l. 7. c. 9.

Laur. Auſt. p 376. l. 4. Florus Germanicus.

Lot. l. 7. c. 7. n. 17. Mercur. to. 9. li. 2.

Caraff. p. 104. 1619. ipſo.

1620. feſto S. Andreæ. rum imaginum cultu ſpoliari juſſit, ex[illegible] bus, ſublatis reliquiis, dejectâ Cruce, remo[illegible] neque omni ſacrorum apparatu, quem accendit fidelium pietati, vetetis Eccleſiæ ſanctimonia, nos longo uſu traduxit. Sed hæc alii memore[illegible] quæ tamen neque tum ſine præſenti ultione atq' ira violati Numinis accidiſſe, apud Authores pr[illegible] batiſſimos lego. Sunt qui aſſerant duabus ar[illegible] *Fuga Palatini.* prælium horis in Caſtris Bohemorum ita trepi[illegible] tum fuiſſe, ut non homines modo, ſed & jumenta [illegible] ſolitus horror perculerit, duraviſſe hunc tremor[illegible] *Ratſchin.* ad ipſum prælii momentum, & fugientibus Hungaris alas addidiſſe, quorum dein fuga, reliquos traxerit. Cæterum Palatinus intellecta clade, ſummâ feſtinatione ex arce Regia in veterem Pragam *Piaſec Chron ad an. 1620.* confugit, neque ibi plus quam unicam noctem moratus, poſtridie convaſatis, quæ aſportari in e[illegible] *Breßlaw.* tumultu poterant, cùm conjuge Eliſabethâ, liberiſque, & multis Bohemicis Dynaſtis Uratislaviam perrexit, mæſto jam atque infelici agmine Regiæ poſſeſſionis brevi gaudio velut in ſcenâ perfunctus. *Praga deditio & univerſæ Bohemiæ.*

Fugam Palatini Pragæ deditio conſecuta eſt, nemine jam auſo reſiſtere, poſtquam tanti exercitus vires uno lapſu prociderant. Adacti in verba Cæſaris cives, Ordineſque, juſſi ponere arma, tradere literas, renunciare fœderibus, neminem denique niſi Ferdinandum Cæſarem, Regem ſuum agnoſcere. Simul reducti cum Archiepiſcopo Clerici omnis generis ante ejecti, inque priſtinas ſedes ac bona reſtituti; repurgata templa, reſtaurata altaria, & Imagines, cultus denique atque apparatus ſacrorum in priorem formam magno gaudio Catholicorum repoſitus.

25. Novemb. Quibus rebus ex animi ſententia confectis, [illegible] varius Monachium revertit, relicto Pragæ Max[illegible] liano Principe Lichtenſteinio & Joanne T[illegible] cum copiis, qui revertentes jam ultro rel[illegible] Bohemiæ urbes in fidem ac deditionem recipe[illegible]

Buq[illegible]

inquo jus dein præmiſſo Balthaſare Marradio, & Wolpho Tieffenbachio in Moraviam movit, occupataque Iglaviâ aliiſque locis, nullo negotio, fruſtra nitente Turriano, confirmare perculſos, & ſtile ad officium redegit. Moravi igitur dimiſſo ad Cæſarem Carolo Tſcherotinio noxam deprecati, veniam impetravere. Miſſus ad eos Cardinalis Dietrichſteinius ut in Authores turbarum inquireret, ſtatumque provinciæ componeret. Eadem victoriâ deditionem Sileſiæ maturavit. Hanc recepta paulo ante Luſatiâ petiturus Saxoniæ Elector, priuſquam vim experiretur, conditionibus in fidem Cæſaris recepit. Conventum Dreſdæ, Carolo Friderico, Munſterbergenſi Principe, Legationis Duce. Multati Sileſii tolerabili pecuniæ ſummâ, quàm Cæſari in belli ſumptus refunderent, apud quem pro ſupplicibus deprecator ipſe dein Saxo acceſſit. — 1620. *Item Moravia, & Sileſia.*

Dum hæc in Bohemiâ geruntur, integris adhuc Palatini rebus; Gabriel Bethlenius pactis, ut ante memoravimus, cum Cæſare induciis haud ſane ex fide uſus eſt. Nam indicto Ordinum conventu Neoſolium, postquam eo frequentes indulgentiâ Cæſaris conveniſſent; quidam metu minarum, plerique omnes multo ante novi Principis ſtudio, blanditiiſque præparati, multa decernunt. [Centum & ſexaginta quinque capita fuere] quibus regni Ungarici ſalutem pacemque contineri arbitrabantur. Inter quæ cum multa eſſent antiquis Regni *Regibus*, & *Catholicorum maxime* privilegiis contraria, ac facile appareret, quorſum eæ mutationes *urgerent*, *parva admodum* ratio habita eſt Legatorum, quos Cæſar miſerat alios ſubinde atque alios. Demum is Comitiorum finis fuit, ut Gabriel Bethlenius, omnium fere ſuffragio Rex Hungariæ renunciaretur, non ſine periculo paucorum adverſantium, ne exemplô Bohemico ex alto præcipites darentur. Menſe Auguſto dimiſſis Cæſareis, Gallicis, Polonicis, Turciciſque Legatis, cum contrà — *Res Ungaria. Lotich. li. 5. c. 15. Newſol. Bethlenius curat ſe renunciari Regem Ungariæ.*

1620. ſociarum Provinciarum Oratores remanſiſſent, in frequenti ordinum Legatorumque corona Regium titulum accepit. Inauguratio Poſonium dilata eſt, ubi Corona Regni de more aſſervatur. Natus eſt Bethlenius in Tranſylvania loco nobili, dein in Aulâ Gabrielis Bathrii Tranſylvaniæ Principis, poſt Conſtantinopoli aliquot annis educatus, animum ad rem militarem gnaviter appulit, adeò, ut bis & quadragies prælijs interfuiſſe memoretur. Cæterum privatus adhuc, ea aliquando inopiâ fuit, rebus omnibus in militiam abſumptis, ut à mercatore quodam Caſſovienſi ne centum quidem aureos, mutuò accipere potuerit. Sed brevi ope Turcarum dejecto Bathorio Principatum Tranſylvaniæ aſſecutus, indulgentia fortunæ majora deinceps ſtatuere aggreſſus eſt, vi, dolo, jure an injuria, haud ſane contendens. Ita primo turbarum Bohemicarum motu facile in ſocietatem armorum pellectus, Hungariam invaſit, cujus ſe tum Principem, mox & Regem conſtituit. Igitur Cæſar cum finitis jam violatiſque induciis cum Bethlenio novum ſibi bellum inſtare cerneret, revocatum è Bohemia Tampierium Ungaricæ militiæ ſummum Ducem denunciat, addit è Buquojanis Auſtriaciſque & recenti Stiriorum delectu tantum militum, ut decem millia expleret, ſimul Preunerum Tribunum, qui antea in Ungariæ præfecturam geſſerat Javarino imponit cum firma manu. Ita rebus adverſus Hungariam proviſis Tampierium in novum bellum omni ope incumbentem, poſt minutas aliquot velitationes occupandi Poſonii cupido ſimul, & ſpes inceſſit, neglectiore, ut rebatur cuſtodia per abſentiam Bethlenii. Navigia ergô aliquot Viennam ſumma celeritate conducit, in hæc milites, arma, quæque aggreſſioni huic neceſſaria videbantur, imponit. Adjungunt ſe multi Procerum. Omnibus ad iter comparatis ſolvit noctu, nihil turbatus infelici omine, cum tria navigia apparatu bellico onuſta, in conſpectu reliquorum

Ejus Natales & Origo.

Tampierius mittitur contra Vngaros.

Rabb.

Tampierius tentat Poſonium ſtratagemate.

quorum mergerentur. Poſtridie circa meridiem Poſonium appellit, capit munimentum quod ante ſuburbium eſt, mox ipſum ſuburbium, dejectoque ponte; cum manu Sclopetariorum ad arcem properans dum loci ſitum recognoſcit, animadverſus à præſidiariis, agnituſque, omnium ſimul jaculationibus petitus proſternitur. Caſu Ducis, conſternati Cæſariani, cùm etiam tempus, quod ſtruendis inſidiis compoſuerant cum conſciis oppidanis, præteriiſſet, re infectâ diſcedunt, exanimi ducis corpore hoſtibus relicto. Hunc finem habuit Henricus Comes Tampierius, vir ſane ſtrenuus militarique fortitudine & prudentia inſignis. Natus eſt apud Lotharingos loco nobili, & in Auſtriacam militiam adſumptus, domui illi fidam adverſus hoſtes operam diu navavit. Virtuti ejus hoc quoque Bethlenius dedit, ut Poſonii præſente Gallico Legato magno cum decore parentaret. Cadaver deinde à Cæſare redemptum, ac Viennæ militari pompa conditum eſt. Verum Ungaris inimici ducis mors haud diu læta extitit, poſtquam exacto è Bohemia Palatino receptiſque rebellibus provinciis ad recuperandam Hungariam Carolus Buquojus majore cum exercitu famaque deſtinatus eſt.

1620. *Interficitur.* *Aub. Myr. pag. 40.*

Eodem anno in Rhetia apud Griſones civilium armorum motus diuturno inter Hiſpanum Gallumque bello occaſionem dedêre. Catholici Evangelicorum injuriis laceſſiti, occultis inter ſe conſiliis initis Calvinianos omnes arreptis armis interficiunt, imploratoque Ducis Feriani Præfecti Mediolanenſis auxilio aliquot illi muniendarum arcium poteſtatem faciunt. Adhæc Rhæticum omne nomen commotum, indignantibus Venetis hæc Italiæ clauſtra perpetuâ poſſeſſione teneri ab Hiſpanis. Invocatus ab oppreſſis Ludovicus Galliæ Rex non defuit, obtinuitque ab Hiſpano per Legatos, ut ſe in integrum omnia reſtituturum promitteret, dum Catholicis conſuleretur. Quæ

Externa Motus in Rhetia. *Peta. Rat. par. I. lib. 9.*

1629. res cum nihilominus exitu careret, ad arma perventum, & per annos aliquot vario eventu continuata. Sed neque civiles in Galliâ turbæ quievêre, conſpirantibus adverſus Luinium, cujus ad invidiam uſque potentia creverat, Proceribus quibuſdam, quos clandeſtina ex oppido Bleſenſi Reginæ Matris fuga, & in arcem Andegavenſem tranſitus ad res novas impulerat. Quo in bello Ludovidus, Henrici Condæi, quem ſuperiore anno ex cuſtodia dimiſerat, fideli opera conſilioque uſus, brevi ocium & quietem Gallis reddidit, uno ad Pontem Cæſaris conflictu, cæſis adverſariorum copiis. Quâ victoria Regina Mater, & cæteri earundem partium cum Rege conciliati. Pari celeritate in Regione Bearnenſi quæ ab reliqua Gallia ſeparatum jus habet, oppreſſi Calviniani, ejectiſque eorum Magiſtris Catholicæ fidei profeſſores utrobique inducti. Inter Hiſpanos quoque & Batavos, expirantibus duodecennalibus induciis, arma recruduêre, quorum initium fuit munitio infra Bonnam, quam adverſus Spinolam ex occupato Palatinatu reverſurum, in Inſula Rheni Mauritius Orangii Princeps extrui juſſit. Authores ipſi Sacerdotalem pileum indigetarunt, non ſine injuria finitimorum Principum, quos ea contumelia haud obſcurè notabant. In Suecia Guſtavus Adolphus Rex Mariam Eleonoram, Georgii Guilielmi Electoris Brandeburgici ſororem in matrimonium accepit. Deducta nova nupta Stocholmiam, & à Rege exquiſitiſſimo apparatu accepta, menſe Novembri coronata eſt. Per idem tempus magnam cladem Poloni à Turcis ac Tartaris accepere. Confirmata enim cum Turcis ac Tartaris pace, dum Gratiano Moldaviæ Palatino in auxilium veniunt, repente rupta pace, omnem belli molem in ſe derivarunt. Dux Polonicæ militiæ Stanislaus Zolkievius in Moldaviam cum exercitu progreſſus, cum aliquoties haud improſperè pugnaſſet, tamen ad extremum numero ac viribus hoſtium victus, dum regreſſum

Gallica turba.

Propugnaculum Hollandorum die Pfaffenmutz. Lot. l. 16.

Matrimonium Regis Sueciæ.

Aub. p. 84. Lot. l. 6.

greſſum in Poloniam meditatur, haud procul Tyra fluvio, qui Poloniæ limes eſt, funditur fugatur que, paucis admodum fuga elapſis. Zolkievii caput à cervicibus reciſum, ac haſtili oblongo infixum, ante prætorium Turcium, ac dein Conſtantinopoli publico ſpectaculo fuit. Quæ victoria adeo Turcas extulit, ut bellum longe graviſſimum Regno Poloniæ in ſequentem annum indicerent. Non multò poſt præſens periculum Rex Sigiſmundus domi evaſit. Michael Piecharſchi Nobilis Polonus, non ſatis compos mentis, Curatores à Rege gubernando patrimonio acceperat. Id vecors ille ignominiam interpretatus; ſeu quod Rex propter auxilia Auſtriacis miſſa, concitaſſe in regnum Turcas ac Tartaros vulgo ferebatur, hanc ſive privatam ſeu publicam injuriam morte Regis ulciſci ſtatuit. Igitur quinta decima Novembr. Progredientem ad ædem ſacram magno comitatu, in ipſo templi veſtibulo, è latebris forium repente proſiliens, ferro invadit, & priuſquam animadverteretur, bis in facie ac humero, etſi non lethaliter, vulnerat. Rex ipſe periculo ac metu conterritus, in terram prolabitur, accurrunt Proceres atque ipſe filius, Sicariumque intercipiunt. Laceratus per tormenta, ut conſcios atque ordinem inſidiarum ederet, neminem nominavit, forte, quod tantum nefas ſolus conceperat. Id unicum pertinaciter conqueſtus, nihil ſibi gravius dolere, quam quod deſtinata non perfeciſſet. Damnatus dein, atque ignitis forcipibus concerptus, amputata dextra, poſtremo à quatuor equis totidem in partes diſtractus eſt, quæ mox in cineres redactæ, atque in Viſtulam fluvium projectæ ſunt. Ex bonis ejus in fiſcum redactis, prædium unum Adamus Calenskius obtinuit, qui Regem cadentem primus ſublevaverat. Rex adhibitis Chirurgis convaluit, & indicto publico conventu omnium Regni Ordinum de imminente bello Turcico cum Proceribus conſultavit. Cujus præfecturam cum multi Optimatum ambirent, Rex

1620.

Regis Poloniæ periculum à ſicario. Piaſec. Chronica. p. 404.

C Carolo

1621. Carolo Chodkievicio Palatino Vilneſi detulit, longo armorum uſu, & multis præclarè partis victoriis probato Duci. Prodigia quoque eo anno nunciata ſunt. Claudiopoli in Tranſylvania agni tres uno capite, Mitſchinæ verò in Hungaria, qui pagus uno miliari à Neoſolio diſtat, infans biceps in lucem editus eſt. In Pomerania, ingens Balæna ex mari in littus ejecta eſt, quam de Cælo tactam ſigna prodidêre. Per Poloniam ſanguine pluit, Caſſellis, Donavverdæ, Viennæ atroces tempeſtates frugibuſque & pecori noxiæ extitêre.

Prodigia. Mer. to. 9. l. 1.

Palatini fuga.

1621. At verò Palatinus, cùm deſeri ſe ab omnibus jam provinciis videret, multa de fide conſtantiaque provincialium queſtus, omnes tamen pactorum & Sacramenti commonens, promiſſo celeri reditu relicta Uratislavia, in Marchionatum Brandeburgicum conceſſit; modica ſpe reparandi belli. Inde ſcribit Bethlenio, pergeret porro cæptis ſuis ſtrenuè inſiſtere, habere ſe parata auxilia ab Angliæ & Daniæ Regibus, Principibuſque Inferioris Saxoniæ, ad quæ colligenda receſſiſſet, adfuturum mox cum viginti millibus.

Mansfeldii geſta in Bohemia.

Relicto interim in Bohemia Mansfeldio, qui fidas ſibi arces urbeſque egregia virtute ſuſtentaret; & ſane curabat Mansfeldius Palatini res non armis magis, quàm aſtu doliſque, quæ ei perinde atque audacia adfuêre. Nam cæteris ferè urbibus ad obſequium Cæſaris redeuntibus, Pilſam & Taborinum firmo adhuc præſidio obtinebat, hîc collectis è fuga quamplurimis, dum ſpem Cæſarianis facit, accepta pecuniæ ſumma Bohemiam relinquendi, pactis aliquot hebdomadum induciis, ut ea de re tranſigeretur, nihil interim omiſit, quò ſe omnibus modis novum ad bellum compararet. Finitis ergo induciis, & Cæſarianis magnam partem per hiberna diſpoſitis, repente cum idonea manu provolat, Schlackenvvalden, Tachaviam, & alia nonnulla oppida invadit. Inde Palatinatum ſuperiorem progreſſus, evaſtatis circa locis Vicinis;

nis, lapſus Palatini res aliqua ex parte recreavit. Ejus exemplo excitatus ex Ducibus Brandeburgicis Marchio Jegerndorffenſis, Joannes Georgius collecta non invalida manu Sileſiam Moraviamque crebris excurſionibus infeſtam habuit, nihil territus edictis, quibus Cæſar utrumque proſcripſerat, conſtitutis inſuper in caput Mansfeldii centum florenorum millibus. Sed Cæſar non in illos tantùm; verùm & in ipſum Rebellionis principem Fridericum Electorem Palatinum, Chriſtianum Anhaldinum, Georgium Fridericum Comitem Hojenloium, alioſque Proceres Imperiale fulmen contorſit, privavitque, uti reos læſæ Majeſtatis; omnibus dignitatibus & fortunis. Inde de reliquis perduellibus cognitione Carolo Lichtenſtenio Principi, Proregi Bohemiæ, & ſelectis ex aula Conſiliariis aliquot permiſſa; lætus intelligit, fæderatos Unionis Evangelicæ Principes, Civitateſque certis cum Spinola conditionibus transfigere, atque arma omittere decreviſſe. Moguntiæ convenêre, Joanne Suickardo, Electore Moguntino, & Ludovico, Landtgravio Darmſtattano arbitris; decretum ut Principes Civitateſque unitæ renunciarent fœderi, copias dimitterent, Palatino contra Cæſarem non ſuffragarentur. Viciſſim Marchio Spinola fæderatos non læderet ſecluſo Palatino, cui tamen ad Idus Majas induciæ armorum darentur. Ita diſſolutum fædus anno, poſtquam magno Imperii motu coaluerat, undecimo, clade Palatini ad paucos jam Principes redactum. Igitur dimiſſis copiis ad Horatium Veherium Anglum, & Michaelem Obertrautium Tribunum Germanum tuendi Palatinetus cura rediit. Is proprius Palatini miles erat, neque Unioni immixtus. Dum hæc Moguntiæ tractantur, Princeps Lichtenſteinius correptis undique reis, cognitionem Rebellionis Bohemicæ exorſus eſt, eo majore terrore provinciarum, quo id crimen à paucioribus aberat. Citati edicto abſentes, poſtquam non comparuêre, ſtatuto

1621.

Jegerndorff. res geſtæ. Lot. l. 9. c. 5.

Proſcriptio Palatini & ſociorum.

Unio diſſoluta.

Executio Pragenſis & ſupplicium rebellium. Lot. l. 8 c. 4. & 5.

1621. tuto die damnati, omnibuſque muneribus ac bonis exuti ſunt. Id Judicium ad Directores primùm tanquam ad capita factionum pertinuit. Neque defunctos mors exemit, ſervatus tamen hæredibus honos, & bona fiſco addicta. Cæterum qui vivi in poteſtatem Cæſaris venêre, inſtituta quæſtione, dignas ſeditionis pœnas morte luerunt. Quorum omnium ſuppliciis præluſit Fridericus Baro Tieffenbachius. Bis adverſus Tampierium pugnaverat, Moravicæ rebellionis manifeſtus, dein valetudini curandæ in Rhetiam ad thermas Piperinas profectus, & juſſu Cæſaris in vincula conjectus, Oeniponte tandem capite plexus eſt. Sed Pragenſe ſupplicium dignitate & numero reorum omnium in ſe oculos convertit: tres & quadraginta erant Judicum ſententia damnati ad mortem, variis cruciatibus ſubeundam, ex quibus Cæſar multa mitigavit, quoſdam etiam ſupremo ſupplicio exemit. Novem Directores capite puniti ſunt. Inter quos Joachimus Andreas Comes Schlickius ſupremus Regni Judex, Wenceslaus à Budovvitz appellationum, Chriſtophorus Harandus, Cameræ Regiæ Præſes, & Boguslaus Michalovitius, Burggravius Græzenſis, eminuere. Schlickio & Michalovitio poſt amputatas cervices manus quoque dextra ferro carnificis ablata eſt. At Joannes Jeſſenius, Medicus & Collegii Carolini Profeſſor, prius lingua, dein capite minutus, poſtremo quatuor in partes ſectus eſt, reliqui inferioris conditionis ferro aut laqueo finiêre. Bona interfectorum fiſco attributa. Narrat Author fide digniſſimus ſuperiore anno, eodem plane die quo de Rebellibus ſupplicium ſumptum eſt, in templo Pragæ primario, paulo ante mediam noctem, ab ipſis Acatholicis & Satellitibus Palatini auditas voces, quaſi canentium Sacerdotum in odeo ritu Catholico, quas ille voces Cælitum fuiſſe exiſtimat, & Patronorum Pragenſium, vindictam oppreſſæ Religionis, & debi-

Miraculum Caraff. in Germ. Reſt. p. 121. A. 1620. 21. Junii.

tam

tam rebellibus pœnam à Deo poſtulantium. Hæc ego authoritate & ſapientiâ viri graviſſimi permotus, libenter commentationibus meis inſerui; cæteroquin quomodocunque auditis, narratisque, uti facile fidem non habeo; ita nec commemorandis credulitate legentium abutar. Authorem habeo Carolum Caraſam, Epiſcopum Averſanum, ſummi Pontificis apud Cæſarem Legatum, cujus tum in reformanda Bohemiâ diligentia & zelus enituit, quique effecit ſuo pro munere imprimis, ut ejectis Miniſtris Bohemicis (qui multa in Cæſarem ſeditioſe petulanterque, non ad populum modo pro concione declamitaverant, ſed ſcriptis etiam atque editis libellis vulgaverant) Sacerdotes Catholici, eruditi modeſtique ſufficerentur, erectis hunc in finem Collegiis, reductis omnis generis Religioſis, quæque huc ſpectare videbantur, magnâ curâ, induſtriaque proviſis. *1622.*

Dum hæc in Bohemiâ geruntur, non procedentibus Hungaricæ pacis tractatibus, qui Haimburgi Cæſarem & Bethlenium inter, procurante Gallico Legato fruſtra celebrabantur, res iterum ad arma devenit. Equidem neque Bethlenius regio titulo abſtinebat, quem ei Cæſar ſub finem anni ſuperioris edicto abſtulerat, neque poteſtatem Ordinibus faciebat, libere cum Cæſare & Rege tranſigendi; & ſcriptis ſubinde literis, Tartaros Turcasque, ut bellum Cæſari moveretur, ſolicitabat in partes. Qua re permoti Proceres Ungariæ, maxime ubi & Sileſios cum Saxone tranſegiſſe nunciatum eſt, inſcio Bethlenio redire ad Cæſarem inſtituunt. Ita Serſcius Georgius valida cum manu in gratiam receptus, alios attraxit. Redeuntem Ferentium Legatum Bethlenii viadortus, cepit, qui tamen non multo poſt ex mœrore contabuit, primus Ungaricorum Dynaſtarum, qui ad Bethlenium transfugerant, parteſque ipſius adverſus Cæſarem propugnaverant. Interea Buquoyus miſſo Cæſaris cum duorum & viginti millium *Res Hungariæ. Laur. Auſt. l. 5.* *Buquoyus venit cum*

1621. exercitu magnoque rei tormentariæ apparatu in Hungariam properat, ex qua averſis jam Procerum animis, & re inclinata in Tranſylvaniam ſuam Bethlenius exceſſerat, Poſonio, Tyrna, Neoſolio, aliiſque, quæ obtinebat, valido prius præſidio adverſus vim communitis. Sed Buquojus, Poſonium, diſſidentibus inter ſe Germanis Ungariſque præſidiariis, ut fit ſtudio nationum, opinione celerius intercepit. Inde Tyrna & Altenburgo, mox Schittenavia, & toto tractu illo pari facilitate potius, Neoſolii obſidionem, fatalem ſibi tumulum aggreſſus eſt. Spes erat Buquojo, cum magnam pecuniæ vim in ſtipendium militum Viennæ accepiſſet, præſidiarios auro ad deditionem compellere, ſed id conſilium Bethlenius avertit, miſſo in tempore Stanislao Turſone cum firma Ungarorum manu, cui urbem arcemque omni ope tuendam tradiderat, plura ſubinde ſubſidia pollicitus. Igitur ad vim converſus obſidionem ſtrenuè urget. Neque minus laborabant Tranſylvani, ut Cæſareanos commeatu & pabulatione prohibitos, penuria tandem ab obſidione urbis depellerent. Itaque cum quotidie pabulatores infeſtarentur, Buquojus urgente periculo cum parte equitum ſuis auxilio profectus, ſtatim confoſſo equo, priuſquam alius admoveretur, circumventus ab hoſtibus, multis vulneribus interficitur. Corpus ab ignorantibus hoſtibus in campo relictum Cæſariani in caſtra avexêre, quod dein Viennæ militari pompa magno Cæſaris dolore conditum eſt; atque hunc exitum ſortitus eſt Carolus Longuevallius Comes Buquoji, egregia in Eccleſiam Catholicam, & Auſtriacos fide conſtantiaque. Patrem habuit Maximilianum Vauxii Dominum, ærario regio in Belgio Præpoſitum, & Alexandro Principi Parmenſi inprimis charum; quò procurante Comitis appellationem, ex Bucquojo, gentilitio in Arteſia dominatu, à Philippo Rege impetraverat. Mortuo in obſidione Tornacenſi

exercitu in Hungariam.

Presburg, Tirna, Nevvſol.

Buquojus interficitur ab Hungaris.

Buquoji origo, elogium, Strada, dec. 2.

Maximi-

Maximiliano, munia ipſius & turmam Wallonum in Carolum adhuc duodecennam tranſtulit Alexander. Is in Belgica Martis Schola ſub magnis præceptoribus ad militiam eruditus, virtute, fide, continentiaque in magni Ducis nomen inclaruit. Multis victoriis, & rerum benè geſtarum gloria inclytus, non vita quam morte illuſtrior; niſi in hac id forte reprehenderis, quod ſe militem magis quam ducem fuiſſe meminerit. Cæterum morte Buquoji ſtatim res Cæſaris in Ungariâ procubuere, emerſitque iterum è Tranſylvania Bethlenius novo cum exercitu. Ejus metu (jam enim obſicientes ſe Ungaros Dynaſtas fudiſſe prælio nunciabatur,) ſoluta obſidio Neoſolienſis, & miles in urbium præſidia diſpoſitus. Ita hoſtili exercitu vacuam Hungariam nactus Bethlenius, Turriano & Jegerndorfio Comitibus, Tirnaviam, ſummâ vi adhibitâ expugnat, ſævisque populationibus more ſuo late graſſatus, tentato nequicquam Poſonio, quod præſidiarii acerrime defendebant, in Moraviam invitante Jegerndorfio perrexit, hic occupatis expilatiſque variis locis hæſit tandem impetus victoris, objiciente Cæſare novis hoſtibus Tribunos, Eſterhaſium, Wallenſteinium, Hannibalem Dohnavium, alioſque. Qui cum minutis ſubinde damnis exercitum Bethlenii carperent, tum diffugientibus Tranſylvanis, ac recedente in Sileſiam Jegerndorfio, adhæc in evaſtatis longe provinciis deficiente celeriter commeatu, cui à raptoribus parum ſtudebatur, adjecit iterum animum ad pacis conſilia, miſſi quo Edenburgum Legatis, tranſactionem à Cæſare poſtulat. Cum interea Jegerndorfius, maxima parte copiarum à Saxonicis Cæſarianiſque interceptâ, tota Sileſiâ ejiceretur, amiſsâ ad extremum Glazâ, quam Turrianus Junior animo quam fortuna meliore diu fortiter ad extremum fruſtra defenderat.

1621.

Lotich. lib. 10. cap. 4.

Bethlenius populatur Ungariam.

Jegerndorfius Sileſia ejectus.

Interea Palatinus jam in Hollandiam uſque fugâ delatus, Mansfeldio fruſtra tuente Bohemiam, multo-

Interceſſiones pro Fa-

1621. latino. Lotich. lib. 9. c. 6. & Regis Daniæ & Angliæ.

multorum apud Cæſarem literis Legatiſque ſuvabatur. Rex Daniæ Chriſtianus indicto conventu apud Sigebergam Holſatiæ urbem, cum omnes fere Saxoniæ inferiores Proceres in partibus haberet, abolitionem proſcriptionis & reſtitutionem Palatini per literas Legatoſque non obſcurè moliebatur, additæ precibus minæ; & cùm causâ non proficeret, terrorem ac metum novo ex bello oſtentabat. Idem egit Jacobus Rex Britanniæ, eò intentius, quò Generi Filiæque, & Nepotum exilium vicinius habebat.

Digbius Legatus Ang. ſollicitat pro Palatino.

Mittitur Digbius Legatus ad Cæſarem, petit revocari Palatinum, recipique in gratiam, reddi priſtinæ dignitati patrimonioque, atque omnibus iis, quæ ante bellum Bohemicum poſſediſſet. Curaturum ſe ut Palatinus veniâ donatus Regno Bohemiæ, viciniſque provinciis renunciet. Oſtendit hanc eſſe viam, qua ſolida Imperio quies & pax reddi poſſit. Sin Cæſar decretis adverſus Palatinum inſiſtere, & ſeveritatem clementiæ præhabere pergat, minitatur bellum inexplicabile, non quieturam Britanniam, quæ larga Palatino auxilia tanquam conſanguineo Principi decreverit. Non Daniam Sueciamque & alios externos Principes omiſſuros indignum caſum florentiſſimæ domus, tot Principum matrimoniis & ſanguini immixtæ.

Cæſar reſpondet.

Ad ea Cæſar reſpondit: nihil ſibi quiete Imperii optatius, quæ in Palatinum reum Majeſtatis ſtatuiſſet, non poſſe ſine conſenſu Electorum Principumque, quorum conſilio uſus ſit, revocare. Securitatis omnium Regum intereſſe, ut raptores regnorum puniantur. Nullam adhuc videri apud Palatinum pœnitentiam, gerere ſe ipſo in exilio pro Rege, accipere & præferre titulum, tueri adhuc Oppida quædam in Bohemiâ, adminiſtrare bellum per Legatos ſuos Mansfeldium & Jegerndorphium, concitare Principem Tranſylvaniæ, aliaque omnia moliri; ut ad repetendam Bohemiam nihil ipſum, niſi fortuna & fractæ vires impediant, ſanè non eſſe hæc ejus,

qui

qui veniam deſideret. Opportere agnoſcere delictum, poſcere veniam, venire ſupplicem. Quod ſi tamen Rex Britanniæ pro ſuâ apud Generum authoritate conficere ſe poſſe exiſtimet, ut Palatinus Bohemiam & annexas provincias omittat, ſibique de injuriis ac damnis ſatisfaciat, ſe in proximis Imperii Comitiis, quæ in menſem Julium edixerit, de venia & reditu Palatini relaturum. Poſthæc egit Digbius de induciis armorum, inter quas de modo & conditionibus reſtitutionis deliberaretur, aſſenſit Cæſar, modo Bavaro & Iſabellæ, Belgii Gubernatrici idem videretur, ſed excurſiones populationeſque Mansfeldii hanc demum tractationem irritam fecêre. 1621.

Mansfeldius invadit Palatinat. ſup.

Etenim Mansfeldius è Bogemia in Palatinatum ſuperiorem digreſſus, ut dimiſſum ab Unione militem ad ſe pertraheret, ſpe rapinarum ac licentiæ multis ad eum confluentibus, juſtum brevi exercitum collegit; dein adveniente Tillio cum Herbipolitanis auxiliis, poſitis muniſque caſtris apud Weidthuſium adverſus Cæſarianos conſedit, interminatus extremam vaſtitatem Herbipolenſi & Bambergenſi Epiſcopis, niſi miſſa Tillio auxilia quam primum revocarent. Multa ibi & minuta prælia intercedebant, cæſo ex Cæſarianis Joanne Jacobo Baurio Legionis Franconicæ Tribuno, & Godefrido Comite Gelenio tribus vulneribus ſaucio. Is tum temporis Anholdiæ Legionis Centurio cum Britannico forte Centurione congreſſus, poſtquam haſtis primùm, dein gladiis diu certaſſent, defluentibus præ laſſitudine telis ventum ad manus, dejectique in terram, dum infeſtis inter ſe pugnis, quantum vires patiebantur, concertant, agnito tandem Gelenio Gregarius ex eadem Legione miles accurrit, incumbentem ipſi Anglum interficit, atque ita velitationi huic finem imponit. Sed tutior Mansfeldius fuit ipſa in acie, quam per caſtra, in quibus duplex vitæ periculum evaſit, unum fortuitum, alterum voluntate homi-

1621. *Lotich. lib. 10. cap. 1.* *Ejus periculum.*

nis, dum cædem ipſi machinatur, repente in diverſum mutati. Globus è tormento excuſſus pedes Mansfeldii equitantis prætervolans tantam vim terræ in Comitem excuſſerat, ut mox præceps datus, ſemianimi ſimilis corrueret, omnibus, qui proxime adſtabant, caſum ac mortem hominis horrentibus; ſed omne intra trepidationem diſcrimen fuit. Gravius eſt id quod ſequitur. Neapolitanus quidam, necem Mansfeldii conceperat, dumque in caſtris, occaſionem & tempus commodum exſequendo facinori præſtolatur, repente mutata mente, projectaque palam ſica fatetur propoſitum, prodit authores; pretiumque, cujus ſpe corruptus ſit. His dein periculis perfunctum Mansfeldium adveniente cum XXVI millium exercitu Bavaro, nova cura excepit. Mox enim multitudine Cæſarianorum ita circumventus eſt, ut deficiente commeatu, egreſſus ferro ac vi tentandus, aut omnibus in poteſtatem Bavari concedendum eſſet. Inter eas anguſtias deprehenſus, ad fraudes atque ingenium convertitur; mittit ad Bavarum Legatos, cum quibus conventum, uti ipſe copias numerata pecuniæ certa ſumma quam primum dimitteret; dantur utrinque obſides, denique, ne quid dubitaretur, tradit Bavaro munimenta caſtrorum apud VVeidhuſium. His conſtitutis, nondum elapſo quatuordecim dierum intervallo, quod monendo Palatino ſpacium acceperat, & numerata parte pecuniæ, quam pepigerat, oſtendit Bavaro, velle ſe exercitum dimittere, id uti ſecurius fiat, petere Tribunos ſuos locum à Cæſaris caſtris remotiorem; ut cuique, quorſum velit, libera diſcedendi facultas fiat. Quo impetrato nihil opinantibus Cæſarianis, clam indicta profectione cum omnibus copiis in Palatinatum inferiorem ſumma celeritate contendit. Receptiſque ad ſe Britannicis Legionibus, quas ſupra diſſoluta Unione in præſidium Palatinatus relictas memoravimus, tranſmiſſo apud Manheimium Rhenos Francken-

Cingitur Bavaro & Tillio.

Elabitur dolo.

ckenthalium obſidione liberat. Id oppidum validis operibus communitum Gonſalvus Ferdinandus Corduba, à Spinola in Belgium reverſo Hiſpanico exercitui præpoſitus, circumſidebat toto jam menſe; & magnas in anguſtias compulerat, non ſine ſpe, brevi fore, ut potiretur; tum vero inopinato Mansfeldii adventu pene oppreſſus, omittere rem pene ad exitum perductam, non ſine indignatione debuit. Non prætereunda hic mihi eſt opilionis Palatiniani ſeu fortitudo ſeu feſtivitas. Cum Corduba ad obſidendum Franckenthalium educeret, emiſit, qui oppidum Ogersheimium ex itinere interciperent, ſed Cives omnes præter paucos admodum & Opilionem unicum inde Manheimium profugerant. Opilio addere animum ſuis, [viginti fere erant,] claudere portas, dejicere pontes, demum procedere in muros, atque in hoſtem audacter explodere. Interim adfuit Tubicen, oppidumque dedi Cæſari poſtulet; audito Cæſaris nomine oppidani cæteri, qua cuique viſum fuit, profugiunt, Opilio ſolus cum uxore gravida relictus, ſolitudinem tamen ſuam diſſimulans, quoniam oppidum in Cæſaris nomen peteretur, dedere ſe velle ſignificat; modò ſibi de fortunis ac Religione caveretur. Admiſſa conditio, ac mox portis patefactis, ingreſſi Hiſpani, oppidum vacuum reperiunt. Celebre inde nomen Opilionis factum, & ille, quo magnorum virorum affinitate clareſceret, cum paulo poſt uxor filium enixa eſſet, Cordubam, ut filium è Baptiſmo ſuſciperet, rogavit. Neque abnuit ille, miratuſque hominis feſtivitatem, donis liberalioribus excoluit. Porro fugientem Mansfeldium cum parte exercitus juſſu Bavari Tillius inſecutus eſt; ſed jam illum celeritas abſtulerat. Præda fuit Franconia. Alſatiaque, quas gravibus exactionibus exhauſtas, [ex una fere Hagenoa centum millia Imperialium expreſſerat] demum inclinante anno pro hybernis habuit, nihil interim per hyemem ceſſantibus armis.

1622. Liberat obſidione Franckenthalium.

Lotich. lib. 10. cap. 3.

Populatur Franconiam & Alſatiam.

1621. mis, quin modo hunc, mox alium locum invaderet, ubi ſpes lucri affulſiſſet. Sed Tillius, elapſo Mansfeldio, poſtquam potiundi ipſius ſpes nulla ſupererat, diſpoſitis in Palatinatu inferiori hibernis, Heidelbergæ intendit, miſſis qui ditionem flagitarent. Reſponſum ab oppidanis audacter fiducia tam propinqui Mansfeldii, tum anni tempore obſidionibus incommodo, nec iiſdem de cauſis quicquam ultra Tillius molitus eſt, ſatis arbitratus, excurſiones populationeſque Mansfeldii ab amicis provinciis, quantum liceret prohibere.

Adventus Ducis Brunſuicenſis. Lotich. lib. 10. cap. 6. Sub id tempus ex Saxoniæ inferioris Principibus, Chriſtianus Dux Brunſuicenſis, Epiſcopus Halberſtadienſis, novus Cæſari hoſtis cum exercitu in Imperium contendit, ætate atque ingenio ferocior, imbutuſque à puero apud Batavos rudimentis militaribus. Cum ergo profligatum è Boiemia Palatinum à Cæſare & Catholico exercitu regni videret, jam ante iis partibus odio Religionis infeſtus, juvare exulem, atque aſſerere in regnum conſtituit; tanta arrogantia, ut Eliſabethæ conjugi Friderici ereptam è manibus chirothecam pileo ſuo accommodans juraverit, non demiſſurum ſe ſymbolum illud è capite, priuſquam Regem Fridericum ſolio Pragenſi redditum vidiſſet. Igitur per Saxoniam, VVeſtphaliamque collecta haud ſpernenda manu, tanta licentia per amicas etiam provincias inceſſit, permiſſa ubique populandi libertate, ut ſociis Principibus gravis vi atque armis eorum è finibus ejiceretur, factoque per Haſſiam itinere, & occupato per dolum Amænoburgo, quod Moguntiæ ditionis oppidum eſt, id intendit, uti in Franconiam ad Mansfeldium evaderet, conjunctis cum eo viribus rem Palatini curaturus. *Fremdenberg.* Miſſus eſt ineunte jam hyeme adverſus Brunſuicenſem Jacobus Comes Anholdius, ſupremus in exercitu Catholico vigiliarum Præfectus, qui conflato *Opponitur illi Comes Anholdius.*

ex

ex Hiſpanis, Herbipolenſibus, Moguntinis, & Darmſtadianis non ſpernando exercitu in Veteraviam conceſſit, auſumque reſiſtere Brunſuicenſem levi quidem copiarum damno, ſed Ducis ipſius majore periculo, cujus equus confodiebatur, fundit tamdem, atque in VVeſtphaliam rejicit, recuperando interim Amænoburgo intentus. 1622.

Sub finem anni hujus tota demum Bohemia in Cæſaris fidem rediit, expugnato ad extremum Taborino à Balthaſare Marradio. Oppidum illud profunda foſsâ ac triplici muro Ziska Dux Huſſitarum circumdedit, indito nomine à monte Thabor, ex quo & Thaboritæ dicti, qui factioni ipſius adhærebant; jam Mansfeldiani inerant, & diu ſpe liberationis fortiter reſtitêre, poſtquam auxilium ad conſtitutum diem non adfuit, defuncto interea *Præfecto*, Præſidiarii deſperata defenſione, bimeſtre ſtipendium, utque cum duobus ſignis ſarciniſque militari more exirent, pacti, oppidum Marradio dedidêre Novembri menſe. Cives promiſſum Mansfeldianis ſtipendium juſſi pendere; multati inſuper, ut direptionem redimerent magnâ pecuniæ ſummâ. Nobiles ad arbitrium & cognitionem Cæſaris reſervati. Thaborinum, Wittingavia ac Glingenbergenſe caſtrum non multò pòſt ſecuta ſunt, Iſque reliquiarum Mansfeldii in Bohemia finis fuit. Sub id tempus Anhaltinus Junior qui in prælio *Pragenſi* captus fuerat, à *Cæ*ſare in gratiam receptus, *Patri* proſcripto, ut veniam quoque per literas peteret, ſpem fecit. Ignovit eidem *Cæſar* triennio poſt tardiore gratiâ, quia gravius offenderat. In Belgio quoque expirantibus induciis bellum recruduit. Cæterum Ordines provinciarum fœderatarum, ut impeditam, domi negociationem, quâ maxime re opes eorum conſtant, majore ſecuritate ac lucro

Thabor expugnatum. Lau. Auſtr. lib. 5.

Societas Indica apud Batavos. Weſt-Indianiſche Schiffahrt.

1621. *Mer. Gallo belg. to. 9. lib. 2.* tro foris exercerent, Societatem mercatoriam ad annos viginti quatuor in Indias Auſtrales certis legibus firmatam edicunt. Præſcripti limites à Tropico Cancri ad Promontorium bonæ ſpei per Africæ atque Æthiopiæ littora. Inde dextrum in latus Braſiliam legendo, ac rurſus tranſmiſſo Maggellanico per immenſos Americi maris tractus ad fretum uſque Anian. Prohibitæ privatorum negociationes intra hos terminos, ne ſingularis lucri ſollicitudine boni publici ſpes everteretur: deſignati Quæſtores, Præſideſque rei nauticæ & mercatoriæ periti. Indultum Societati cum Indicis Regulis ac Dynaſtis quibuſcunque inire fœdera, bella gerere, arces Regioneſque invadere, terras incultas inductis populis excolere, demum ſecuritati & fortunæ ſuæ pro arbitrio Præſidum, & re natâ, omni ſtudio, quam optime conſulere. His conſtitutis præfixi quinque menſes, intra quos, qui in Societatem admitti vellent, nomina ſua; & quantum quiſque conferre meditaretur, apud Conſulem Amſterodamenſem, alioſque deſignatos profiterentur, tertia pecuniæ parte ſtatim depoſitâ, reliquis duabus ſequenti triennio conferendis.

Proſcriptio Patrum. Lotich. lib. 10. c. 7. Societatis Indicæ conſtitutionem proſcriptio Societatis JESU conſecuta eſt. Juſſi Patres intra ſex dierum ſpacium Ordinum imperio excedere; prohibita cum iis commercia, hoſpitiaque, impoſitum parentibus certa ſub mulcta, ne liberos Patribus Societatis erudiendos darent; datos intra menſis unius ſpacium revocarent? Eadem edicta in reliquos Religioſos Ordines & Clerum ſæcularem repetita, vetiturque ſub vitæ & necis pœnâ, ne in eos, Eccleſiaſque & monaſteria, aut quovis prætextu pecuniæ conferrentur.

Juliacum obſeſſum Tum ab bello reditum. Hiſpani tentatâ impro- ſpere Sclusâ menſe demum Septembri Juliacum

circum-

circumvallare incipiunt, miſſum eò Henricum Comitem Bergenſem, Iſenburgicus mox ſecutus eſt cum re tormentariâ & parte exercitus. Cæterum ne circumvallationem prohiberent Hollandi, Spinolá cum alterâ exercitus parte adverſus Mauritium Orangii Principem conſedit. Qui Reeſam inter & Embricam luſtrato exercitu, deſperata demum Juliaci liberatione, in hyberna diſceſſit. Ita Juliacum duobus exercitibus media hyeme acerrime preſſum, multis ultro citroque illatis damnis, ſequentibus anni initio, menſe Januario in poteſtatem Spinolæ conceſſit. 1621. *ab Hiſpanis occupatur.*

Eodem anno Ludovicó Galliæ Regi res cum Hugonottis fuit. *Redacta Bearnenſi provincia in poteſtatem, reliquam Aquitaniam ſubjicere inſtituit, concivit ea res omnes in Gallia Calvinianos*, ut celebratis apud *Rupellam* conventiculis, defenſionem meditarentur. Sed Rex eorum propoſito nihil territus, occupatis multis urbibus, Santonum ac Novempopuloniæ, vicinarumque provinciarum, munitiſque præſidio, quanquam plures è nobilitate amitteret, à monte Albano etiam pertinacia obſeſſorum rejectus; tamen circumferre arma, atque urgere obſtinatos, demum ad Rupellam ipſam caput perduellium terra marique circumſidendam animum adjecit. Gravius bellum Sigiſmundo Poloniæ Regi adverſus Turcarum Imperatorem fuit, qui relicto Perſis Babylone, ut vires omnes ad bellum Polonicum contraheret, publicato edicto, omnes imperii ſui copias primo vere ad limites Poloniæ præſto eſſe juſſit. Menſe Septembri uterque exercitus Polonorum Turcarumque apud fluvium Tyram conſedit, Poloni haud procul arce Cochimo. Belli curam Rex Sigiſmundus mandaverat Carolo Chodkievicio, rerum militarium per Lithuaniam Præfecto, is munitis caſtris, receptoque ad ſe Principe Regio Vladiſlao;

Externa Res Gall. Petau. rat. temp. lib. 9. la Rochelle. Montauban.

Res Polonæ Piaſec. ad hunc annum Bellum Polonorum cum Turcâ. Nyeſter.

1621. ſatis habuit prohibere hoſtes, ne, multitudine ſuperante flumen tranſgreſſi, Regni ulteriora peterent; ſed caſtra Polonica lues magis quam hoſtis afflixit. Caſtra à Turcis ſæpius oppugnata ſunt, magno ſemper oppugnantium damno, quod tamen tanto in numero facile ferebant, nam ſupra trecenta millia, cum ipſo Oſmane Turcarum Imperatore erant; Poloni haud plures ſexaginta millibus. Morbus dein & ipſum Chodkievium ſuſtulit, magna Polonorum jactura. Sexaginta annorum erat, non manu magis, quam conſilio promptus, diſciplinæ vero militaris ſeveriſſimus exactor.

Surrogatus illi Stanislaus Lubomiercius, Regni Pincerna; qui jam ante partem exercitus duxerat, pacem certis conditionibus pepigit, non aſpernante Oſmane: poſtquam jamdiu caſtris fruſtra oppugnatis, Cameneciam quoque & Panovicium irrito ſucceſſu tentaſſet. Primi Turcæ diſceſsêre, amiſſis hac expeditione ſexaginta ſuorum millibus, major jactura redeuntium fuit inopia commeatum & pabuli, morientibus paſſim jumentis, ipſis dein hominibus longinqua & difficili via, continuis imbribus, hoſpitiorumque & aëris varia injuria, enectis. Nec minor Polonorum pro numero clades fuit. Ferro vix quadringenti periêre, fuga & lues plures abſtulerant. Equorum morbis in omnes pene

Piaſ. ib. Regni provincias contagio vulgata eſt, ex immunditie caſtrorum & ſordibus nata; non exiguâ eorum culpâ, quibus cura Caſtrorum incumbit; cum facile removeri ſordes Tyrâ tam propinquo, atque in profluentem abjici potuerint. Cæterum Polonos bello Turcico perfunctos gravior à tergo hoſtis excepit Guſtavus Adolphus Sueciæ Rex, cum viginti quatuor millium manu in Livoniam irruens, eo ipſo tempore, quo apud Tyram Poloni contra Turcas caſtra fixerant. Riga valida ad ſinum

Bellum Poloniæ cum Suecis. Liefflandt *Riga occupata à Suecio Abr. Golnitz.*

ſinum Livonicum urbs, præparatis jam ante multorum civium animis, in poteſtatem Guſtavi facilius conceſſit, quam ut coacta videretur, ſpreto auxilio, quod audito Suecorum adventu, Chriſtophorus Radzivilius in tempore ad Dunæ fluminis littus adduxerat. Rigam Dunamunda ſecuta eſt, duobus ab ea militaribus diſtans munimentum. 1621. *Georg. li. 1.*

Obiêre hoc anno ex Viris illuſtribus, Paulus V. Papa, Philippus III. Rex Hiſpaniæ, Albertus Archi-Dux Auſtriæ, idemque Belgii Princeps, Robertus Cardinalis Bellarminus, & Carolus Albertus Dux Luinius. *Mortes variorum.* Paulus V. præfuit Eccleſiæ annos quindecim, cui à Collegio Cardinalium omnium ſuffragiis ſuffectus eſt Alexander Ludoviſius Benonienſis, Gregorii XV. nomine accepto. *Pauli V.* Philippus tertius paulò ante finem Belgicarum induciarum è vita exceſſit, ex Margaretha, Ferdinandi II. Cæſaris ſorore, ſex liberos reliquit. Philippum, qui Patri ſucceſſit, Carolum & Ferdinandum, dein Annam nuptam Ludovico XIII. Galliæ Regi, Mariam & Margaretham. *Philip III. Hiſp. Regis morientis effatum.* Vixit annos tres & quadraginta, ex quibus duos & viginti in ampliſſimo Imperio plenos curarum habuit. Princeps religioſus ac mitiſſimus, vanitatem gloriæ mundanæ, & tot provinciarum titulos graviſſimos expertus, cùm deponeret. Id ſupremâ voce teſtatus, ſatius ſibi fuiſſe, ſi ignoti potius nominis monachus, quam tantarum opum Rex decederet. In Alberto ſtirps maſcula Maximiliani II. Cæſaris defecit, jure jam omni in Ferdinandum II. translato, viduam reliquit Iſabellam Claram Eugeniam, quæ ſola deinceps aliquot adhuc annos Belgium gubernavit. Bellarminus Marcelli II. Pontificis Maximi ſorore genitus eſt. Adoleſcens Societati JESU nomen dedit, miſſus dein Lovanium Theologiam expoſuit magnâ famâ eruditionis. *vita & encomium.*

1621. tionis, reverſus in Italiam adverſus ſæculi noſtri hæreſes opus abſolutiſſimum edidit. Anno ſuperioris ſæculi duodecenteſimo à Clemente VIII. S. R. E. Cardinalis, poſt Archiepiſcopus Capuanus creatus eſt; hanc tamen dignitatem revocatus ad urbem, magno modeſtiæ exemplo, ſponte dimiſit. Deceſſit Romæ menſe Septembri, anno ætatis nono & ſeptuageſimo, pari ſanctimoniæ & doctrinæ famâ. *Carolum* Albertum Ducem Luinium & Regni Galliæ Comeſtabilem, humili è loco gratia & indulgentia Ludovici XIII. Regis evexit, non ſine invidiâ Gallicorum Procerum, eo vel nomine memorandum, quod occupatum ſemel Regiæ amicitiæ locum inter infinitos æmulos ad finem vitæ indejectus obtinuit, miraculo potentiæ raro ſempiternæ.

Luinii.

Contrarium plane exitum in *Hiſpania* ſortitus eſt Rodericus Calderonius, Comes Olivæ, & ſeptem Eccleſiarum Marchio, Philippo III. Regi ab arcanis conſiliis, & graviſſimorum negociorum primarius miniſter, ac cohorti Germanorum prætoriæ Præfectus. Natus eſt Antverpiæ, patre Franciſco Calderonio Valliſoletano, tenui admodum fortunâ, matre Maria Sandelina, natione Belgicâ. Adoleſcens cum patre in Hiſpaniam abductus, atque in familiam Franciſci Rogii Sandovallii, tum Marchionis Dianenſis & Cancellarii Aragoniæ adſcriptus eſt, id illi principium potentiæ pariter atque exitii fuit. Nam à florente Sandovallio, qui poſtea Lermæ Dux & Cardinalis, apud Philippum III. ſummum amicitiæ gradum obtinuit, in anſam inductus, & mox inter intimos Regis ſecretioribus negociis adhibitus, tantum brevi conſilio, obſequioque effecit, ut à Lermæo *Patrono* proximus haberetur. Ingenio acri & prompto fuit, atque ad nutum Principis verſatili; corporis forma venuſta & decora, quæque Belgam magis quam Hiſpa-

Supplicium Calderonii. Myr pag. 24. Gaſp. Ens in pauſil. pag. 236.

num referret; mores diſſimiles, Comis iis, quorum gratiæ ſtudebat; aſper ferociorque adverſum eos, qui opera ipſius indigebant, quorum tum erat ingens numerus. Quæ res invidiam illi apud ſummos juxta infimoſque feſtinavit, inſita mortalibus natura, ut recentem aliorum felicitatem ægris oculis introſpiciant, modumque fortunæ à nullis magis exigant, quam quos in æquo videre. Patrem ſuum, obſcuritati natalium tegendæ, negare auſus; tandem pænitentia ductus, (an quod celare poſſe diffideret, atque adeo publicum convicium veritus,) agnitum ad honores maximos evexit; quos ille tenuitatis priſtinæ memor modeſtè & cautè geſſit, identidem filio infelicem exitum prædicens. Uxorem duxit ex illuſtri Vargorum familia, Agnetem, Olivæ. & ſeptem Eccleſiarum Dominam. Divitiarum atque opum magnitudine, quarum annuus proventus biſcentena ducatorum millia attigit, multos Hiſpaniæ Magnates ſuperavit. Igitur regnante adhuc Philippo III. cum declinandæ invidiæ, cui impar jam erat, Valliſoletum conceſſiſſet, ejecto ſimul ex aula Lermæo Duce, cujus gratia opes Calderonii nitebantur, tandem gliſcente mirum in modum publico odio, juſſu Regis comprehenditur. Biennio ferè & ſex menſes de reo etiam per tormenta quæſitum eſt. Variis criminibus poſtulabatur; Artium Magicarum & necis in Margaretham Reginam multoſque illuſtres veneno procuratæ. Quæ tamen cum parum probarentur abſolutus eſt. Sed in Auguſtinum Avilam & Franciſcum Ivatrani cædis convictus, præter alia complura, mortis ſententiam imperterritus accepit. Datum biduum animo ad æternitatem comparando magno pœnitentiæ ad fortitudinis exemplo tranſegit, demum Mantuæ Carpentanorum, erecto apud forum theatro, producitur damnatus mulæ inſidens.

1621.

Tacit. lib. 2 Hiſt.

Madrit.

1621. dens, circa viginti Religioſi variorum Ordinum, major numerus lictorum. Ipſe capillis & barba in pectus promiſſa horridus, & crucifixi imaginem manu præferens, nunc conjectis in multitudinem curioſè oculis, modo elevatis in cælum, & mox in protenſam crucem religioſè reductis, ad ferale pegma pervenit. Ibi ſellæ ligneæ impoſitus, & obvelatis oculis nullo ſigno formidinis edito, more Hiſpanico ſecandum guttur carnifici præbuit. Mors ipſius in magna multitudinis corona, poſtquam invidia diſceſſerat, apud ipſos etiam inimicos miſeratione non caruit.

HISTO

PARS PRIMA

HISTORIARUM NOSTRI TEMPORIS

Authore

ADOLPHO BRACHELIO,

LIBER SECVNDVS.

Complectens geſta Annorum 1622. 1623. 1624. 1625.

SUMMARIUM LIBRI. II.

1622. *PAX Vngarica. Matrimonium Cæſaris cum Eleonorâ Mantuanâ. Palatinus revertitur in patriam. Mansfeldius cadit Tilliũ. Hic Durlacenſem & mox Brunſuicenſem. Ejus geſta per VVeſtphaliam. Palatinus dimiſſis belli conſiliis redit in Hollandiam. Pugna ad Floreacum inter Mansfeldium, Brunſuicenſem & Cordubam. Tillius capit Heidelbergam & Manheimium. Reformatio Bohemiæ. Seditio Conſtantinopolitana, in qua Oſmannus Imperator à ſuis interficitur 1623. Comitia Ratisponenſia, in quibus definitur cauſa Palatini à Cæſare, & Electoratus ipſius confertur Duci Bavariæ. Item deciditur cauſa Haſſiæ & Badenſis. Motus Hungarici. Tillius in inferiori Saxonia cadit Brunſuicenſem prope Statloum. Tractatus matrimonii inter Principem VValliæ, & Hiſpaniæ Regis ſororem. Mors Gregorii Papæ XV. & electio Vrbani VIII. aliorumque. Motus Rhetici. Res Turcicæ & Hollandicæ. 1624. Comitia Polonica celebrata Varſaviæ. Conjecpolſius cadit Tartaros. Vladiſlaus Princeps Poloniæ viſitat nationes exteras. Res*

Germaniæ & privatæ Cæſaris. Angliæ Rex decernit bellum in Hiſpanos & Cæſarē. matrimoniumq; filii transfert in Galliam. Spinola obſidet Bredam. Orangius arcem Antverpianam fruſtra per inſidias tentat. Cæſar ex ſuis provinciis ejicit Prædicantes. M. Antonius de dominis revertitur Romam, & moritur in carcere. Carolus Cæſaris frater moritur in Hiſpania. Res Rheticæ 1625. Mors Iacobi Regis Angliæ, & Matrimonium filii ejus Caroli, Mors Mauritii Principis Orangii, & deditio Bredæ. Hiſpani in Braſilia recuperant portum omnium Sanctorū. Angli cum clade rejiciuntur à finibus Luſitaniæ. Belli Danici origo, cauſæque. Novus Cæſaris exercitus Duce VVallenſteinio. Comitia Vngarica, in quibus Ferdinand. III. Cæſaris filius fit Rex Vngariæ. Sueci invadunt Livoniam. De Coſaccis, qui qualeſque ſint. Mors Cardinalis Hohenzollerani, aliorumque.

1622. *Pax Vngarica Taur. Auſt. lib. 6.* PRincipio hujus anni Gabriel Bethlenius cum Cæſare paciſcitur. Inſtituta tractatio Nicoleopoli, conventumque in has conditiones, ut Bethlenius retentâ Caſſoviâ, & ſeptem in Hungariâ ditionibus, nonnulliſque in Sileſiâ; dein titulo Principis Imperii contentus, coronâ & cæteris Regni Ungarici urbibus cederet. Status vero Religionis & Patres Societatis reſtituerentur in eum locum, quo ante bellum fuiſſent. Non multo poſt *Matrimonium Cæſaris.* Cæſar Eleonoram Mantuæ Ducem in matrimonium accepit, profectuſque obviam Sponſæ Oenipontem, ibidem nuptias celebravit, modeſto apparatu, pro temporum ratione. At Fridericus *Palatinus advenit in patriam.* Elector Palatinus intellectis Mansfeldii & Brunſuicenſis progreſſibus, per Galliam in Palatinatum mutato habitu revertit. Duos comites itineris habuit, Unum ex Dynaſtis Bohemicis Michalovitium, alterum Mercatorem quendam Argentinenſem. Neque ſane caruit periculo, ſemel pene agnitus à muliere cauponariâ, quæ ex picturæ ſimilitudine faciem agnoverat. Dein in Alſatiâ; cum in *Lotich. lib. 10.* diverſorio publico in duodecim milites gregarios Archiducis Leopoldi incidiſſet. Ubi incognitus multa

multa in ſe convicia jaci militari licentiâ audivit; jocoque tranſmittere; & in ſalutem hoſtium ſuper menſam reſpondere propinantibus debuit. Cæterum poſtquam Landaviam pervenit, depoſitâ perſona, ſumma Mansfeldii gratulatione exceptus eſt omnemque ſpem tractatuum abrupit, quos tum Hiſpani de Mansfeldio ſuas in partes pertrahendo ut maximè agitabant. Ejus ergo adventu bellum in *Palatinatu* recruduit. In quem, ut Electorem Fridericum reduceret, ſtatim cum exercitu Mansfeldius movit; expugnata arce Meydenburgenſi, tranſmiſſoque Rheno, adverſus Tillium ducit, qui prope Viſilochum cum Bavaricis copiis conſidebat, Heidelbergæ intentus. Tillius, cognito hoſtium adventu, non diu cunctatus, in eos primum invectus eſt, quos ad laceſſendum Mansfeldius præmiſerat: atque his facile rejectis, reliquum dein exercitum horum fugâ perculſum aggreditur, tantâ contentione atque ardore militum, ut Mansfeldius perturbatis ſuorum ordinibus, magna confuſione ſe recipere, & inſequentibus victoribus locum dare compelleretur. Jamque duarum fere horarum itinere victor Tillius fugientes defatigaverat, ad pagum uſque Mingelsheimium; cum neceſſitas ipſa & deſperatio erexit circumventos, anguſtia loci fugam prohibente. Igitur Mansfeldius incenſo celeriter pago, ut fumo conſpectum adimente non animadverterent Tilliani, quid ageretur, ſiſtit fugam, atque ordines reſtituit hortatuſque pro tempore, ut, neceſſitate in virtutem verſa, in prælio quam fugientes mori mallent, convertit agmen, atque in primos Tillianorum, qui jam pagum prætergreſſi erant, impetum facit. Ita re inopinata perterriti Tilliani, cum viciſſe ſe exiſtimarent, victi ſunt, compulſique in fugam. Adeo contrariis momentis fortuna præliorum variat, dum victoribus confidentia ad ignaviam & metum, victis deſperatio virtutis atque audaciæ incitamentum fuit, Verum ignominia damno ma-

1622.

Mansfeldius ducit in Tillium.

Stratagema. Mansfeldii.

Tillii clades.

1622. no major extitit. Amiſſa pauca ſigna, & ex minoribus tormentis quatuor, quas *Falconetas* vocant. Tillius ipſe, confoſſo cui inſederat equo, haud longe periculo abfuit, & reliquum exercitum ignominia & pudore accepti incommodi irritatum Wimphenam reduxit. Interea Mansfeldius Sinshemio, Eppinga deditione, & Ladenburgo per vim potitus, non modicam ſpem fecerat Palatino, cujus reditum tam felici auſpicio celebraverat. Cum improviſa iterum clade breve id gaudium victoribus effecit. Georgius Fridericus Marchio Durlacenſis, translato in filium majorem ditionum ſuarum jure, ut expeditius bello vacaret, quod pro palatino, magno militum numero conſcripto, jam diu meditabatur, junctis cum Mansfeldio caſtris, etiam Tillium poſſe advertit; communicandæ gloriæ impatiens, ſolus, Tillium cum ſuis aggredi, conſtituit. Erant illi octo legiones peditum, equitum turmæ octo & viginti, tormenta majora decem, currus mille & octingenti novo imprimis genere, omni apparatu militari & annona inſtructiſſimi. Jamque Wimphenam inter & Heilbrunnam haud procul hoſtibus in patenti campo caſtra fixerat. Quæ uti ab exploratoribus Tillius cognovit, delendæ prioris ignominiæ percupidus, adjuncto ad ſe Corduba, & Hiſpanicis legionibus, Durlacenſem invadit, cæpta eſt pugna ſummo mane, neque ante veſperam finita, cum ſumma utrinque contentione certaretur. Cæterum Durlacenſem aciem improviſa res ſubito perculit; nam continua tormentorum jaculatione, aut certe miniſtrorum indiligentia ignis curribus, qui pulverem pyrium vehebant, illatus, ingentem mox ſtragem, & in tanto periculo, ut fit, majorem trepidationem edidit, ignorantibus cunctis, dolo hoſtium, an forte eveniſſet. Narrat Carolus Caraffa Legatus Pontificis, cum initio prælii res Cæſarianorum in arcto eſſent, viſam à milite Hiſpano in aere mulierem, candido amictu, quæ Catholicos

Tillius cædit Durlacenſem.

Caraff pag 145.

7. Maii.

Victoria præludium

ad pugnam hortaretur, & victoriam promitteret, 1622.
mox eundem militem caſu majus tormentum, cui aſtabat, ignem intuliſſe, ex quo erumpentes illico pilæ, hoſtium currus incenderint, tanto impetu; atque omnium terrore, ut diſperſus hoſtilis exercitus nequaquam vires colligere, aut reſtaurare prælium potuerit. Ita perturbata acies & loco mota eſt, nullam requiem concedente Tillio perterritis, donec effuſa omnes fuga campo excederent. Capta eſt ingens præda, tormenta omnia & apparatus bellici magna vis, equorum curruumque ingens numerus, inter quos aliqui pecuniâ onuſti. Cecidere ex illuſtribus Magnus Dux Wirtenburgicus, & quidam Palatinus Birckenfeldienſis, capti ſupra mille & centum, inter quos multi Tribuni & primorum ordinum ductores fuere. Durlacenſis ipſe cum parte equitum ad Mansfeldium perfugit. Qui tum Ladenburgo intentus, poſtquam eo potitus eſt, tranſmiſſo iterum Rheno, Hagenoam, quam Archidux Leopoldus obſidione premebat, liberat. Inde rurſus Epiſcopatu Spirenſi evaſtato Landgravii Darmſtadienſis ditionem cum Electore Palatino invadit, captumque Landgravium ipſum Ludovicum Manheimium in cuſtodiam mittit. Neque Tillium evitavit, qui audito Landgravii periculo, ſtatim accurrens, etſi eripere Principem è manibus hoſtium non poterat, tamen extremum agmen gravi clade affecit, magnâ præda parte hoſtibus extortâ, quæ eò opulentior erat, quo Mansfeldiani, in ſtipendii vicem populationum licentiam nacti, ſpoliis magis, quam cauſæ partium ſtudebant.

Mansfeld. depopulationes.

Dum hæc in Palatinatu geruntur, Chriſtianus Dux Brunſuicenſis in Weſtphalia dominabatur, Paderbornenſem & Monaſterienſem Epiſcopatus omni cladium genere devaſtans. Jamque Lipſtadio & Suſato, aliiſque in eo tractu oppidis, demum & ipſa Paderborná potitus, magnam ubique vim pecuniæ corraſit: ſed nullam luculentiorem quam

Brunſuicenſis geſta in VVeſtphalia.

Paderb-

1622. Paderbornæ, ubi expilatis Judæis, Clericiſque, ne ab Ecclesiæ quidem theſauris manus abſtinuit. Erat in templo primario ſtatua Divi Liborii, Patroni Baſilicæ, ex auro ſolido magni ponderis, quidam octoginta librarum fuiſſe tradidêre, magna præterea copia inſtrumenti argentei, auréique pro uſu ſacrorum, quæ ille omnia per ſummam injuriam erepta in nummos conflavit, quibus ſe exercitumque firmaret. Spoliatis templis, ſacro ex metallo monetam conflari juſſit, novo & arroganti ſane ſymbolo inſignitam. Ab unâ parte manus è nubibus protenſâ evaginatum enſem vibrabat, utque, cujus eſſet, agnoſceretur, nomen ſuum adſcripſerat FRIDERICUS, ab altera parte non abſimile lemma addiderat: AMICUS DEI, HOSTIS CLERICORUM. Sed brevi ſenſit, in quem pugnaret: omnia deinceps infauſta expertus, atque eodem adhuc anno amiſſa manu; qua tam impotenter ſacro Catholicorum Ordini minabatur, uti infra memorabitur. Nam acceptis à Palatino literis, ut ſe cum Mansfeldio jungeret, rebus jam per Weſtphaliam præclare geſtis, dum Palatinatum verſus iter intendit, in victorem Tillium incurrit prope Hœchſtium oppidum, ubi per pontem Mœno impoſitum tranſire conabatur. Fuſus eſt menſe Junio, prælio memorabili, amiſſis ſuorum ad minimum quatuor millibus, quorum tamen major pars fracto ponte aquis interiit, inter quos duo Comites, Joannes Caſimirus Lovenſteinius, alter Eberſteinius fuêre, ipſe cum Styrumio comite & parte equitatus, invento vado, Darmſtadium, atque inde ad Mansfeldium evaſit. Impedimenta & currus omnes in Tillianorum poteſtatem pervenêre, cum machinis quatuor muralibus, quas ex Neohuſio Paderbornenſi arce in hanc expeditionem Brunſuicenſis adſumpſerat. Hœchſtium oppidum paulo ante à Brunſuicenſibus captum, juſſu Tillii Comes Ghelenius recuperavit, haud ſine ſuo periculo. Primum trajecto juxta portam brachio, dein

Lot. lib. 11. c. 6. Laur. Auſt. lib. 6.

Gottes Freund / Pfaffen Feind.

Sacrilegi pœna.

Brunſuicenſis cadi tur.

Comes de Ghelen recuperat Hœchſtum.

Ydein repentino pulveris tormentarii incendio correptus, ac prope ſuffocatus, ut multos exin dies, deſperatâ valetudine, decubuerit. Tandem Palatinus duplici jam clade Durlacenſi & Brunſuicenſi perculſus, ſimul Angliæ & Daniæ Regum literis permotus, ut arma omitteret, ſpe pacis, quæ Bruxellis tractabatur; dimittit exercitum apud Tabernas Alſatiæ, datâ facultate Mansfeldio & Brunſuicenſi, poſtquam iis pro ſuis in ſe meritis gratias egiſſet, quo vellent, cum copiis liberè concedendi. Ipſe dein Sedanum, & paulò poſt mutato habitu per Galliam ignoratus in Hollandiam revertit. Fama eſt utrumque Ducem Mansfeldium & Brunſuicenſem Cæſare & Tillio obtuliſſe operam ſuam, ſi abolitâ proſcriptione reciperentur in gratiam, & militibus de ſtipendio ſatisfieret. Incertum ex vero? an quia ſpacium explicandis conſiliis quærebant, ita ex Alſatiâ in Lotharingiam vicinam digreſſi, modo reditum in Germaniam minabantur, mox in Galliam obverſi, quaſi laborantibus ibi Hugonottis auxilio futuri, tandem à confœderatis Belgii ordinibus acciti, magnis itineribus Brabantiam petivêre. Quos eâdem celeritate Gonſalvus Corduba cum Hiſpanicis & Burgundicis copiis apud Floriacum haud procul Namurco aſſecutus, ſiſtere fugam, & committere aciem coegit. Pugnatum utrinque acriter, Auguſto menſe, jamque nutabant in fugam Hiſpani equites, niſi Embdana & Iſenburgica Legiones ſua conſtantiâ res labantes reſtituiſſent. Ita æquo fere Marte diſceſſum, & Mansfeldiani cum Brunſuicenſibus, quo intenderunt, ad Hollandicum exercitum mutilati pervenerunt, quorum adventu cognito ſoluta obſidio Bergæ ad Zomam, quam Marchio Spinola magnâ exercitus parte premebat. Nam alteram Henrico Comite de Monte contra Mauritium Orangii Principem permiſerat. In hoc prælio Chriſtianus Dux Brunſuicenſis ſiniſtrum brachium amiſit. Nam adacto per manum ſclopeti globulo,

1622.

Palatinus conſilia belli dimittit.

Caraff. pag. 150.

Flern.

Pugna ad Floriacum.

Brunſuicenſis a-

1622. *mittit brachium.* bulo, dum in ipſo pugnæ ardore atque inter primores vulneris curam omittit, adeo, cæpit ingraveſcere vel ex eâ morâ vel certe vindicante Numine, ut putreſcente carne vicinâ, & accedente gangrænâ, jam non eſſet ſalutis aut vitæ remedium, niſi brachium tolleretur. Pertulit autem ſectionem fortiter, & plane militari pompâ inter occinentes undique tubas, ut avocatus hoc ſtrepitu animus magnitudinem cruciatus aut minus perciperet, aut facilius diſſimularet. Sed de altitudine animi imbecillitas corporis nil detraxit, nam audito advenisse Bredam, ubi curandi cauſa decumbebat, Tubicinem Hiſpanicum perduci ad ſe hominem juſſit, collocutuſque Tandem. *Vade, inquit, & nuncia Marchioni Spinolæ amiſiſſe me brachium, ſed ſupereſſe adhuc alterum, quo in hoſtes propediem utar.* Reſtitutus dein valetudini, ferreo machinamento, quod in ſimilitudinem brachii non ignobilis ex Hollandia artifex affabre expreſſerat, officia manuum per quam multa non incommode exſecutus eſt arte naturam imitante, ut, quo vellet brachium flecteret, manuque, diductis & contractis rurſum digitis, obvia quævis apprehenderet, retineretque. Liberatâ Berga ad Zomam Mansfeldius in Friſiam Orientalem capiendis hibernis, & reficiendis ſimul copiis diſceſſit.

Tillius Heidelbergam obſidet. Laur. Auſt pag. 569. Lot. li. 21, 6. At Tillius Palatinatum hoſte vacuum nactus, dum Leopoldus Archidux Haganoam, Spiram, Wormatiam, Germersheimium, & reliqua Alſatiæ loca recuperat, ad ſubigendam Heidelbergam animum adjecit. Sita eſt Heidelberga ad Nicrum amnem, qui juxta Manheimium in Rhenum effunditur ſedes Electorum, & Palatinatus inferioris caput, eò validiori præſidio & operibus communita eſt. Inerat Præfectus Nervius cum legione Britannica, mille & quingentos militum numerus haud ſuperabat, ſed oppidani, ſtudioſique & vicini agreſtes, qui eo res ſuas comportaverant, militum alacritatem virtutemque æmulabantur, eò etiam

animo-

animoſius, quod pro fortunis, libetiſque & patriâ pugnabant. Menſe Auguſto Tillius, tranſmiſſo Nicro, urbem undique circumvenit, &, poſtquam literis apud Præfectum civeſque nihil effecit, appropinquare munitionibus, & continuâ tormentorum verberatione cepit impetere muros, turreſque. Ita dies aliquot in ſequentẽ menſem abſumpti, donec, expugnatis fere omnibus caſtellis, ad ipſa mœnia accederet. Hic iteratâ monitione obſeſſos hortatus, ut neceſsitati cederent, & honeſtas conditiones anteponerent inexcuſabili excidio. Ubi ne ſic quidem contumaciam exuere animadvertit, ſtatuit urbem coronâ invadere. Ita urbs poſtridie indictâ aggreſsione capitur, militum civiumq; magnâ parte cum Præfecto in arcem confugiente; qui ſe non multò poſt victorum arbitrio temperatis conditionibus tradidêre. Multum ibi prædæ captum eſt, non è privatis modò ſingulorum ædibus, ſed maximè è theſauro & ſuppellectile Principum, inter quæ Bibliotheca eminuit, omni librorum genere inter Germanicas celeberrima, cujus dein pars Romam miſſa, ad Vaticanam Bibliothecam à Maximiliano Elect. Bavariæ æſtimatis manuſcriptis ſolum 80000. coronatis. Heidelbergam vi expugnatã, Manhemium deditione ſecutum eſt. Validiſſimum id ad Rheni & Nicri confluentes propugnaculum Fridericus IV. Elector Palatinus hoc ineunte ſeculo communiverat. Ubi triennium fere Joannes Papa XXII. à Concilio Conſtantienſi exauctoratus delituit, donec poſtmodum à Martino V. in Cardinalium numerum reciperetur. Horatius Veerius Tribunus Anglicanus præerat munimento, potuiſſetque tueri ad ſeptimanas aliquot; ſed deſperato tandem auxilio, maluit maturatâ deditione honeſtas & viris dignas conditiones emercari. Ita permiſſum, ut cum duobus tormentis, explicatis vexillis, ardentibus funiculis, ſarcinisque, & vini plauſtris triginta, ac bis mille ſaccis farinæ excederent. Additi præſidio mille equites, qui egreſſos Francofurtum tutò deducerent.

1622. *Capit.* *Unà cum Manhemio.* *Laur. Auſt. li. 6.*

Omnis

1622. *Franckenthalium obſeſſum, & amiſſum.* Omnis jam Palatinatus in Cęſaris poteſtatem conceſſerat, præter unicum Franckenthalium; ad quod ſubigendum dum Tillius accingitur, ingraveſcente jam hyeme, tum authoritate Iſabellæ, Principis Belgarum, (quæ permiſſu Cæſaris cum Palatino tractabat,) demotus eſt, juſſuſque exercitum in hybeina diſponere, quæ illi in locis recens occupatis, tum per vicinam Hanoviam & Veteraviam opulenta ſatis & commoda contigêre.

Bohemia reformatur. Interea Cæſar, gliſcente in Palatinatu bello, & rebus ad voluntatem fluentibus, ad repurgandam Bohemiam varias ob cauſas acceſſit, præcipua erat, quòd tumultuum omnium cauſam apud diverſæ Religionis Magiſtros reſidere exiſtimabat. Illos enim, quantamcunque pro tempore modeſtiam ſimularent; irrepere tamen vulgares animos vanis perſuaſionibus, & cum occaſio ſe tulerit, magno motu exſurgere. Igitur inſtigante maximè Carolo *Conſ. pag. 159* Caraffa, Epiſcopo Averſano, mandavit Proregi Bohemiæ, Carolo Principi Lichtenſteinio, ut quamprimum Pragâ & reliquâ Bohemiâ Acatholicos miniſtros, qui adhuc prætextu *Privilegii Rudolphini* *Majeſtäts-Brieff. Pag. 106.* tolerabantur, ejiceret; Academia Pragenſi, & totius ſtudii regimine curæ fideique Patrum Societatis commendato. Si enim (ita conficiebat Caraffa) ſuis in ditionibus Acatholici Principes nullum patiuntur Sacerdotem Catholicum, nulla iis Gymnaſia, nulla Sacra veteri ab iis ritu adminiſtrari publicè permittunt, cur non idem ſuis in provinciis Cæſari liceat, Domino in ſubjectos, victori in rebelles? Certè ſi tam iniqui in Cæſarem ſunt, ut majorem ipſi in ſuos, quàm ſibi, poteſtatem non concedant; æquum eſſe de paritate ſaltem, ut non detrahant. Quanquã & Cæſar jure victoriæ in victos gravius animadvertere potuiſſet, nunc exilio paucorum contentus, de reliquis conſervatis laudem *Elector Saxoniæ id ægrè fert.* clementiæ merebatur. Ejecti igitur Prædicantes magno numero ad Electorem Saxoniæ confugêre. Qui ſuſcepto eorum patrocinio, Lichtenſtei-

nio primùm, dein Cæſari ſcribit atque obteſtatur, ne victoriæ ſuæ fructum acrioribus conſiliis peſſundaret. Seſe in omnibus Bohemiæ motibus Cæſari auxilio fuiſſe, quia bona ſua & avitas provincias repetitum ibat, nunc iis per Dei gratiam & cauſæ æquitatem receptis, punitiſque tumultuum authoribus, pacis interfuturum, ſi cætera in priorem ſtatum reſtitueret. Itaque petebat, ut exules miniſtri revocarentur, juſque illis ac libertas liberè docendi inſtruendique ſuos fieret, dummodo id ſine cujuſquam injuriâ facerent. Addebat, quantam invidiam apud conſortes Religionis ſuæ Principes incurriſſet tunc, cùm ſe Cæſari adjungeret, haud falſo prædicentes victoriæ illius finem, Auguſtanæ Religionis, cæterarumque exterminium futurum. Denique adjungit, niſi his ſublatis, ſeſe ad Comitia venire non poſſe, quæ in finem anni hujus Ratiſponam indicta eſſent. 1622.

Comitia Ratiſponenſia.

Caraffa pag. 163 166. &c.

Cæſar interim ad Comitia cum Imperatrice ac totâ aulâ profectus, etſi ſatis cognoſceret, quantum Electori Saxoniæ optimè ergà ſe Imperiumque affecto Principi deberet, denuò ipſum invitat ad conventum hunc per ſe celebrandum, addit, multa inter præſentes de reformatione Bohemica componi poſſe, ſeſe inſuper omnium factorum decretorumque ſuorum plenam atque integram rationem redditurum. At verò Saxonem, quò minus ipſe veniret, alia fortaſſe retinebant, nempe quia videbat agendum fore de Palatini privatione, atque Electoratu ipſius in Bavarum transferendo, in quam rem haud facilè conſentire poſſet metu invidiæ, quæ ſibi à ſuæ Religionis affinibus immineret, ſi ſe præſente tanta Imperii dignitas à partibus Proteſtantium in Catholicum Principem transferretur, tum quia exiſtimabat privationem illam ſupra poteſtatem Cæſaris eſſe, & ad judicium Collegii Electoralis juxta Bullam Auream Caroli Quarti pertinere. Imò profitebatur, non eſſe hanc ad pacem Germaniæ viam, quæ multò certiùs

1622. recipiendo in gratiam Palatino & noxarum omnium condonatione haberi poſſet. Ita tranquillitatem rediturām, ubi hoſtile nihil reliquum fuerit. Cæſar rebus omnibus maturè perpenſis, dum abſentes Principes expectat, & cum præſentibus deliberat, ad anni inſequentis initium capita Tractationum differt, quæ antequam referamus, inſignem, quæ hoc anno in Imperio Turcico accidit, mutationem præmittere ordo temporis expoſcere videtur.

Oſmannus Imperator Turcarum interficitur à ſuis. Lotich. lib. 14. Piaſe.

Oſmannus Imperator Turcarum, viginti ferè annorum juvenis, cùm ab expeditione Chocimenſi adverſum Polonos inglorius Conſtantinopolim revertiſſet, nullâ re effectâ, & amiſsâ magna parte exercitus, ſtatuit milites ſuos, prætorios (Janitſcharos vocant) quorum ignaviæ præteritam cladem imputabat, è medio tollere, velut ad militiam inidoneos, atque in eorum locum novos ex Arabibus legere, quorum iſto in bello fortitudinem promptitudinémque probaverat. Ad ea melius ac citra tumultum perficienda in Syriam proficiſci conſtituit, ſimulatâ religione viſitandi ſepulchrum Mahometis Prophetæ ipſorum, quod in urbe Mechâ apud ſinum Arabicum magnâ inter Turcas famâ ac veneratione colitur. Igitur indictâ in menſem Majum profectione, Janitſcharos ſuos, ſine quorum comitatu Imperator nunquam proficiſcitur, ad iter expeditos eſſe jubet. Interim multos ipſorum quotidie ſpecie quidem, quaſi vini potu leges Mahometicas transgreſſos, atque adeo ad bella inutiles, ſtrangulari curat; inſuper aurum omne argentúmque publicum, & theſauros regios in navigia importat. Jamque dies profectioni deſtinata appropinquaverat, cùm Janitſchari longi itineris laborem deteſtati (nam quindecim ferè menſibus domo liberiſque & uxoribus cariturí erant:) tum veriti id, quod res erat, ne Oſmannus ſe longis viarum laboribus, tum commeatuum inopiâ, aliiſque incommodis exhauſtos, ad extre-

mum

mum aut neci daret, aut in ultimas oras regni abſtractos aliarum nationum jugo ac ſervituti ſubjiceret; primum ſupplices Præfectos ac Magiſtratus adeunt, rogantque, uti Imperatorem à tali conſilio averterent. Cumque nihil proficerent, imo ille obfirmato animo pretioſiora quæcunque aſportanda ad littus Aſiaticum, qua proficiſcendum erat, curaret; octavâ decimâ Maji tumultuoſius palatio circumfuſi, profectionem illam abrogari, & quatuor ejus authores ſibi ad puniendum tradi poſtulant. Cæterum eo die, quia inermes venerant, nihil aliud tentatum, niſi quòd per vicos & fora ſeditioſis ubique concionibus perſtreperent, vociferantes, prodi Rempublicam, Imperiumque Othomannicum, ſeſe innoxios in extrema regni ad cædem trahi, Conſtantinopolim atque caput Imperii Polonis, Germaniſque & Hiſpanis diripiendum deſeri. At poſtridie armati Palatium circumſident, (viginti quatuor millia erant) & expectato paululum, donec Muphtius (ita ſummum ſacrorum Antiſtitem vocant) & Diſaverius Vezier, ultima ſua Imperatori poſtulata exponerent. Ubi hos quoque irrito reſponſo reverſos cõſtitit, (nam Imperator diſſuadentibus iter, indignatus reſponderat, *ſic volo*) repente magno furore in palatium irruunt, & obvios quoſque eunuchos, ac familiares Imperatoris, ut in quēque inciderant, nullo reſpectu crudeliter trucidant. Tum, Oſmanno ipſo, mutatis ſubitò veſtibus, in latibulũ quoddã elapſo, Muſtaphã patruum ipſius è carcere, in quẽ illum Oſmannus condiderat, extrahunt, eumq; trementẽ, & ſe ad necem quæri exiſtimantem, Imperatorem conſalutant. Hic Muſtapha frater erat Achmetis, patris Oſmanni, & ex more domus Othomannicæ in uno ſoloq; Imperii hærede regni tranquillitatem conſervare nitentis, (quod ſolenne, at barbarum ſanè Imperii Turcici arcanum jam diu omnes eorum hiſtoriæ prodidêre) ſæpe ad mortem deſtinatus, ſemper aut præſtigiis matris, aut alio quodam caſu evaſerat. Ergo Turcas

1622.

Seditio Ianitſcharorum.

Piaſec.
Hoc anno Muſtapha in ſolium Turcicum aſſumitur.

1622. cas in ſuperſtitionem vertit, ut eum fato ad Imperii firmamentum ſervatum crederent, & vitâ privari piaculum reputarent. Unde, quanquam rejeciſſent illum poſt Achmetem à ſucceſſione Imperii ob ingenii debilitatem, prætuliſſentque ei Oſmannum impuberem, ac regno immaturum, & dein Oſmanno ſurrogatum iterum ex eâdem causâ repudiaſſent, vivum tamen ſemper conſervavêre. Hic igitur Muſtapha extractum latebris Oſmannum ad carcerem Ediculæ prope portam Andrinopolitanam equo vili impoſitum duci jubet. Sed Janiſſchari metuentes, ne, ſi vivus aſſervatus, uti Muſtapha præceperat, recuperaret Imperium, eamque tum injuriam vindicaret; fruſtra culpam in Conſiliarios rejicientem, & dona ampla offerentem, interficiunt. Cadaver ejus ſine ullo honore ad templum novum Divano vicinum delatum, ibique in Imperatorio ſepulchro reconditum. Tum ad cædem Baſſarum Principumque diſcurſum, qui Oſmanno profectionis iſtius, & conſiliorum authores fuiſſe putabantur. Neque quieverunt, donec bimeſtri ſtipendio à Muſtapha, & à matre ipſius ampliſſimo congiario placati ſunt. Quatuor hominum millia omnis conditionis ſtatuſque in hoc tumultu periêre. Chriſtiani etiam, Legatique Principum Chriſtianorum, ac Judæi, mercatoreſque omnes præmoniti à Præfecto prætorii, (Caimachan vocant,) clauſis ædibus ſeſe continentes, periculum evasêre; ſed tanto omnes terrore perculſi, ut, niſi motu illo plenè ſedato; nullus ex eis in publicum prodire auſus fuerit. Cæterum Muſtaphæ haud diuturnum imperium fuit. Anno inſequente eâdem, quâ aſſumptus fuerat, levitate dejectus eſt, atque in priorem carcerem reconditus, ſubſtituto Amurathe, fratre Oſmanni, annorū quatuordecim.

Et poſt annum dejicitur.

Canonizatio SS. Ign. Xav. Nerii ac Thereſia.

Eodem anno Romæ Gregorius Pontifex Maximus, Philippum Nerium, Congregationis Oratorii, Ignatium Lojolam, Societatis JESU, Fundatores; Franciſcum Xaverium, ejuſdem Societatis. Iſidorum

dorum Madritanum, & Tereſiam ſanctimonialem, Ordinis Carmelitani Reſtauratricem, in album Sanctorum retulit; ſtatuitque, ut memoria B. Joachim, Patris Deiparæ Virginis tertio decimo Calendas Aprilis celebraretur. Exceſsêre ex hac vita Philibertus Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis filius, ac Prorex Siciliæ. Lugduni in Galliis Franc. Saleſius, Epiſcopus Genevenſis cum fama ſanctitatis. Et in finibus Moſcoviæ, Carolus Philippus, Adolphi Guſtavi Suecorum Regis frater. 1622.

Cæterum anni inſequentis initio Cæſar Ferdinandus diu expectatis Saxone & Brandeburgico Electoribus, cùm ſpes non eſſet venturos, tandem coram iis, qui aderant, ſeptimâ Januarii cauſam adventûs ſui per Imperii Procancellarium expoſuit. Summa Capitum erat: Quòd Fridericum Comitem Palatinum, quem jam ante ob rebellionem Bohemicam, cui ſe Ducem præbuerat, imperiali fulmine notaviſſet, Electoratu privare, & dignitatem illam ad ſe devolutam, in alterum conferre vellet. Conferre autem Maximiliano Bavariæ Duci, cujus in his Imperii motibus magna in ſe atque omnem Germanicam Rempublicam merita eſſent. Ipſum enim ſibi in hoc bello non conſilio modò & proprio vitæ periculo Pragenſi prælio adfuiſſe; ſed multas præterea impenſas, quæ aliquot myriades argenti excederent, pro augendo alendoque Imperiali exercitu, & coercendis hoſtibus Imperii feciſſe, & adhuc facere. Poſtulabat deinde, uti de reducenda pace Germaniæ, de tuendâ Ungariâ, de reſtaurando ærario, ſi fortè rurſus à Bethlenio, aut ipſo Turcarum Imperatore appeteretur, de reprimendis Hollandorum conatibus, qui provinciam Burgundicam, atque in ipſum adeo Imperium tot ſeditionibus incompoſitum, invadere non vererentur, denique de querimoniis Statuum, & Cameræ Spirenſis reformatione, poſtremò de moneta à falſariis jam pridem corrupta, in priorem valorem reducenda, deliberarent, atque in commune

1623.

Comitia Ratiſponenſia, & translatio Electoratus in Ducem Bavariæ.

Caraffa in Germania Sacra.

Propoſitio Cæſarea in Comitiis.

1623 conſulerent. Ad ea Electores, Principeſque & Legati abſentium reſpondent; ac primum quidem de privatione Palatini, ac promotione Bavari, de tuenda pace, multi neceſſarium putabant, ut cæteri Principes abſentes expectarentur. Alii ſatis putabant, ſi Cæſar rurſus illos tertiis literis evocaret, atque interim præſentes, quæ exorirentur difficultates, diſcuterent. Proſcriptionem autem Palatini, etſi juſtiſſima pleriſque videbatur, exiſtimabant aliqui, non ad ſolum Cæſarem, ſed ad Electorale Collegium pertinere, juxta pacta regia quæ loco legum in imperio eſſent habenda, & integerrime cuſtodienda. Deinde modus ipſius & executio diſplicebant; putabant enim oportere, ut ſervato juris ordine, Palatinus citaretur prius, atque audiretur, quàm proſcriptionis nota afficeretur. Quod ad pacem Germaniæ attineret, putabant quidam, eam clementiâ & benignitate Cæſaris melius, quàm ulla ſeveritate aut pœnis revocatum iri. Itaque ſuadebant, omittendam reformationem Bohemicam, revocandos Proteſtantium miniſtros, quorum ejectione apud cæteros Imperii Status, qui diverſæ Religionis eſſent, magnam ſibi Cæſar invidiam concitaſſet. Dein ad pacem plurimum profuturum aliqui credebant, ſi Cæſar Palatinum renunciantem regno Bohemiæ, & veniam deprecantem in gratiam reciperet, atque in provincias ſuas & dignitates reponeret; aut ſi id fruſtra eſſet, ut ſaltem filiorum, ac fratris, aut proximorum cognatorum, qui à culpa ipſius abeſſent, in tranſlatione Electoratus ratio haberetur. Quem, ſi contra fieret, neque filii ipſius, neque proximiores agnati aliorum Regum Principumque auxilio, qui his Germaniæ diſsidiis libenter immineant, eſſent omiſſuri, atque ita neque Cæſarem neque Imperium ullo unquam tempore quietum fore. Contrà alii affirmabant, rectè, atque ex ordine Cæſarem feciſſe, quòd Palatinum rebellem, atque hoſtem Imperii, quique novas etiamnum expeditiones

Reſponſio Imperii

Caraffa.

nes moliatur, proſcripſerit. Et rebus ſic conſtitutis, Electoratum ita ad Cæſarem eſſe devolutum, ut poſtpoſitis omnibus proximioribus, diſpoſitio illi ſoli competeret. Quippe ſi, uti aliqui ſentiebant, Palatinus reſtitueretur ſine ullâ delictorum pœnâ, timendum fore, ne illius exemplo alii idem molirentur; facili tranſitu ad ea, quæ ſi ſuccederent commoda, atque ex re audentis; ſin contra irent, impunita futura ſint. Imò inter Cæſarem ac Palatinum nullum diſcrimen fore, cùm provinciæ & regna Cæſaris ad eundem omnino modum vaſtata ſint, atque ipſius Palatini. Addebatur, Palatinum pacem non quærere, neque debitâ ſubmiſſine, ſed vi & armis cauſam ſuam peragere. Collegium autem Electorale neceſſariò complendum, atque id ſibi munus Cæſar[illegible] meritò vendicare. Hæc maximè ſententia Catholicorum Principum erat, eamque propugnabat imprimis Joannes Godefridus, Epiſcopus Herbipolenſis, qui durante hoc conventu, è vivis exceſſit, magno rei Catholicæ detrimento, quam ſemper acerrimè defendit. Cæterum Cæſar priori ſententiæ, quæ Legatorum Saxonis & Brandeburgici, ac Ludovici Haſſiæ Landgravii erat, in hunc modum reſpondit: Se pactorum ſuorum in proſcriptione Palatini nunquam oblitum, imò ea in tam gravi caſu diligenter conſideraſſe. Verùm eum fuiſſe rerum ſtatum & animorum diſſenſum, ut non tantum literis, ſed etiam coràm de proſcriptione cum aliis agere non potuerit. Neque adverſus Palatinum temerè quicquam ac feſtinanter actum. Quin imò monitum ſæpiùs fuiſſe, à ſe atque à conventu Electorum Mulhuſii, cæterorumque Principum literis, ſed omnia omnium monita pari contumacia ſpreviſſe. Quare ſperare, Electores Principeſque habitâ ratione temporis ac periculi, hunc agendi modum in deteriorem partem non accepturos. Quòd ſi verò de reducendo in gratiam Palatino præciſo Electoratu ſecum agatur, daturum ſe precibus Regum

1623.

Io. Godefr. Epiſcop. Herbipol. moritur.

1623. gum Angliæ, Daniæque, & reliquorum Electorum Principumque, qui pro Palatino intercederent, ut illum in gratiam reciperet, multumque de pœnis ei illatis remiſſurum, modò is ſupplex delictum ſuum agnoſceret, & in fidem gratiamque recipi depoſitis armis peteret. Reformationem verò Bohemicam conſtanter negabat ad hunc conventũ pertinere. Illam enim cuilibet Electori & Principi inferiori in ſuis Provinciis ſemper liberam fuiſſe, neque hac in re Cæſarem deterioris conditionis eſſe debere. Neque verò ſatis cauſæ eſſe, cur ex hoc capite aut vicini Circuli, aut reliquum Imperium fidem ſuam ſuſpectam habeant, cùm non ſemel teſtatus ſit, & adhuc profiteatur, ſe Tranſactionem Paſſavienſem, in qua pax Religionis Germanicæ fundata ſit, quoad omnes articulos ſervaturum, neque hac in re cuiquam moleſtum fore.

Ducis Neoburgici prætenſio in Palatinatum.

Huic Cæſaris declarationi cùm ferè aſſentirentur Catholici, perſtitêre tamen Saxonici & Brandeburgici Legati, unà cum Ludovico Haſſiæ Landgravio, pro Palatino deprecati, ne Electoratu privaretur, tum, ſi id obtineri nullâ ratione poſſet, ut ſaltem filiorum aut nepotum ipſius ratio haberetur, atque id Bavarum admiſſurum ſperabant. Accedebat his omnibus Dux Neoburgicus Wolffgangus Wilhelmus, qui contra Conſtitutiones Caroli Quarti (quam Bullam Auream vocant) diſponi de Electoratu dicebat ſe prætermiſſo, qui proximus eſſet hæres, adeoque ab omni culpa innoxius. Nam frater Palatini contra Cæſarem arma geſſerat, legioni præfuerat, & fratri ſemper adhæſerat. Filii autem patris delicto innexi videbantur. Itaque conficiebat, ſi omnino Electoratus transferendus eſſet, ſibi illum uti proximo Agnato atque innoxio, juxta leges Imperii deberi. Cæſar igitur, re diu liberatâ, cùm reliqua ferè poſtulata de querelis Ordinum, Reformatione Cameræ, & re monetariâ in frequentiorem conventum rejecta eſſent, cauſam Palatinam in hunc modum defini-

definivit. Se in gratiam Regum, Electorum ac Principum, qui pro Palatino intercesserant, & ad declarandam clementiam paciſque ſtudium, Palatinum depoſitis armis ſupplicem in gratiam quidem receptutum, condonatis omnibus, quæ in ſe ac provincias ſuas perperam admiſiſſet; Electoratum tamen alteri omnino conferre velle, ſine præjudicio Electoralis Collegii, vel Aureæ Bullæ, aliarumque Imperii ſanctionum. Quia verò plures jam eſſent, nempe filii Palatini, frater, Princeps Wolffgangus Wilhelmus, Dux Neoburgicus, aliique proximi agnati, qui dignitatem iſtam appeterent, neque ſtatim decerni poſſet jus cujuslibet, cùm abeſſent proximi cognati Friderici: nequaquam autem expediret, locum hunc in Collegio Electorali diutiùs vacare; has ob cauſas ſe Electoralem dignitatem Maximiliano Duci Bavariæ propter eximia illius merita conferre. Ut verò filiis atque agnatis Palatini conſuleretur, promiſit propediem conventum evocandũ, in quo amica transactio & compoſitio ſuper jure cujuslibet inſtitueretur. Et ſiquidem ea ad felicem exitum perduci non poſſet, addidit Cæſar, ſe rem totam, per viam Juris coram Electorali Collegio decidendam terminandamque commiſſurum; ut poſt Ducis Bavariæ obitum Electoratus aliaque adjudicata illius eſſent, cui tum attributa forent. Quibus conditionibus contentus Maximilianus, vigeſimâ quintâ Februarii, eodem die, quo ſuperiori ſæculo Carolus V. Mauritium Saxoniæ Ducem Electorem creaverat, Electorali dignitate ſolenni pompa ornatus eſt in hunc modum: Cæſar Imperatorio paludamento indutus, ac ſolio deaurato inſidens, præſentibus Electoribus Moguntino, Colonienſi, & Legato Trevirenſis, dein Archi-Epiſcopo Salisburgenſi, Epiſcopo Ratiſponenſi, duobus Principibus Haſſiæ Darmſtadanis, ac Illuſtrium magno numero, per Imperii Procancellarium expoſuit, quòd Friderico Palatino ob delicta

1623. *Cauſa Palatina à Cæſare definitur.*

Dux Bavariæ inveſtitur Electoratu. Caraffa.

1623. licta ſua & contumaciam Electorali dignitate privato, illam cum omni jure, quæq; eò pertinerent; in Maximilianum Ducem Bavariæ præſenti conſeſſu conferre vellet. Eâ oratione finitâ, Joannes ab Hohenzolleren, aulæ Bavariæ ſummus Præfectus, Ducem in proximo conclavi præſtolantem adiit, expoſitâque illi voluntate Cæſaris, ſtatim reverſus, nomine Ducis ſui gratias Cæſari agit, nunciatque Ducem Electoratum acceptare, & ut ſacramentum diceret paratum; tum Dux per Procancellarium juſſu Cæſaris evocatus, inter Archiepiſcopatum Salisburgenſem, & Albertum fratrem medius comparuit, atque ante Cæſarem in genua provolvitur. Ibi Procancellarius repetitâ altiùs oratione, dixit Cæſarem ex ſupremâ, quam habeat poteſtate, Maximilianum Ducem Bavariæ, Sacri Romani Imperii Electorem Archidapiferum renunciare, eumque jam ad ſolitum ſacramentum dicendum admittere. Dux actis gratiis, & fidem dare paratus, accepto Electorali pileo pallioque ex manibus Cæſaris, dextrâ Evangelium contingens, Sacramentum prælectum repetiit. Quibus peractis, oſculanti enſem Cæſareum Cæſar novam dignitatem porrectâ manu gratulatus eſt, atque in conclave Cæſareum reduxit. Ubi ſtratâ menſâ Dux officio Archidapiferi defunctus, primam lancem accumbenti Cæſari appoſuit, dein menſæ aſſidens, eodem convivio exceptus fuit. Actui huic Orator Regis Hiſpaniarum, Legatique Electorum Saxonis & Brandeburgici, cæterorumque, qui Translationem illam non probabant, haud interfuêre.

Deciſio cauſæ Haſſicæ. Eiſdem comitiis Cæſar Principatum Marpurgenſem, jam diu inter Mauritium Caſſellenſem & Ludovicum Darmſtadienſem, Landgravios Haſſiæ, controverſum, Ludovico attribuit: Mauritio, quòd teſtamentum patrui ſui violaſſet, in omnes litis expenſas, utque fructus jam perceptos refunderet, condemnato. Id quod pari ferè in cauſâ

Anno ſuperiore in cauſa Badenſi fecerat, reſtitutis 1623.
filiis Edoardi in Marchionatum Badenſem, quem
Georgius Fridericus Marchio Durlacenſis ac nepotum
ſuorum tutor pupillis eripuerat, nullâ aliâ
de causâ, quàm quòd pater ipſorum ad impares
nuptias tranſiiſſet, & Catholicam Religionem revocare
niteretur. Ea res ſub tribus ordine Imperatoribus
ventilata, ac tum demum deciſa eſt, datumque
negotium Archiduci Leopoldo, ut Wilhelmum
primogenitum in Marchionatum reduceret.
Cæterum Cæſarem magis angebat, quâ ratione
Electores Saxonem & Brandeburgicum,
Brunſuicenſem & Pomeraniæ; alioſque Duces
placaret; qui auditâ Electoratus translatione, palam
factum id improbabant; dolebantque monita
ac poſtulata ſua in causâ Palatini tam parum valuiſſe,
quæ tamen æquitati omninò conſentanea,
atque ex ipſis Legibus Imperii pactiſque Regiis
profluxiſſent. Dicebant Palatinum damnatum
punitumque, antequam auditus eſſet. Neque moderationem
Cæſaris probabant, quâ filiis agnatiſque
Palatini conſuluiſſet. Hoc enim pacto diſputari
jura agnatorum, & incerto diſceptationis
eventui permitti, quæ innocentibus per ſe clara
ſint. Itaque metuebant, ne ea aliquando res Cæſari,
patriæque magnam perniciem allatura eſſet.
Cæſar non eo magis reſponſo, quàm Mansfeldii &
Brunſuicenſis fama, quorum hic ditionem Oſnabrugenſem,
ille Friſiam Orientalem miſerè vexabant,
excitatus; evocato ad ſe Ratisbonam Joanni
Tillio, quem in eo Principum conſeſſu Comitis
titulo ornavit, mandat, ut eductis copiis, quæ
in Palatinatu hibernabant, in Veteraviam, & porrò
contra Brunſuicenſem & Mansfeldium duceret,
eorumque conatus diligenter obſervaret; tum
Ludovicum Landgravium Darmſtadienſem ad
placandum Saxoniæ Electorem dimittit. Erat is
gratiſſimus Saxoni, effectumque ejus operâ imprimis,
ut Saxo dein & Brandeburgicus in translationem

Item Badenſis.

Caraffa. 179.

Io. Tillius creatur Comes.

1623. lationem Electoratus haud gravatè conſenſerint. Iis omnibus perfectis, Cæſar diſſoluto conventu in Bohemiam profectus, Pragæ Archiepiſcopum Erneſtum Harrachium conſtituit, Principem virum, ſummæque prudentiæ ac pietatis. Inde auditis novis Hungariæ motibus, ad pacandos illos, reformandasque Auſtriæ & Stiriæ Provincias, Viennam diſceſſit.

Erneſtus Harrach fit Pragenſis Archi-Epiſc.

Motus Vngarici. Laur. Auſt. l. 7.

Bethlenius Tranſylvaniæ Princeps, per idem tempus Hungariam invadebat, cum validâ Turcarum ac Tartarorum manu, quos ab Imperatore Turcarum ope Comitis Turriani, eum in finem Conſtantinopolim ablegati, impetraverat. Cauſam hujus irruptionis habebat, quòd pecunia, quæque nuper in conventione Oedenburgenſi Legatis ſuis promiſſa erant, non ſolverentur. Igitur improviſo in ſubjectas Cæſari ditiones, tranſito Tibiſco, cum ſexaginta armatorum millibus irruens, legionem Tieffenbachianam prope Tyrnaviam facilè opprimit. Tum Comitem Schvvartzenburgicum tanto numero imparem, intra Goettingam oppidum compellit, & obſidere incipit, præſtructis quatuor munimentis ad eam urbis partem, qua exitus patebat, cætera, quæ ſtagnum, paludeſque & ſylva cingebant, valido præſidio obſervabat. In iis anguſtiis Schvvartzenburgicus, diviſâ prudenter annonâ, hoſtium vim ad initium uſque hyemis fortiter ſuſtinuit, donec Turcæ Tartarique moræ, frigoriſque impatientia, non expectato jam Bethlenii imperio, caſtra desererent, quibus rebus impulſus, & ipſe demum ad inducias pertractus eſt. Ita obſidio ſoluta, haud gravatè conſentientibus Cæſarianis, qui extrema annonæ, & rerum omnium inopia premebantur. Bethlenius tamen, ne ſe pro victo gereret, has Cæſari conditiones præſcribere auſus eſt, ut duos in Sileſia principatus, Oppeliam & Ratiboriam, quos illi Cæſar initio motuum abſtulerat, reſtitueret, ut Hungariâ omni ab urbibus Montanis ad Tranſylva-

Componuntur.

ſylvaniam uſque cederet, ut ſumptus in hoc bellum expoſitos refunderet, & tum Palatinum ſe aut Proregem Hungariæ crearet. Cæterum Cæſar in longè alias dein conditiones pacem fecit. 1623.

Dum hæc in Hungaria geruntur, Tillius collectis quibus poterat copiis in Veteravia Haſſiâque conſedit. Conſcribebant tum exercitum inferioris Saxoniæ Circuli Proceres, ſui, ut ajebant, defendendi causâ, & illam militiæ præfecturam prenſabat haud obſcurè Chriſtianus Dux Brunſuicenſis idemque Epiſcopus Halberſtadienſis, cui tum erant ſub ſignis viginti ferè millia. Igitur Cæſar adhortatus Saxoniæ Proceres, ut arma omitterent, & Brunſuicenſem manifeſtum Imperii hoſtem finibus ſuis ejicerent. Denique & Brunſuicenſi ipſi gratiam offert, ſi depoſitis armis, ac dimiſſo exercitu, ſeſe ad quietem componeret. At Brunſuicenſis non pro ſe modò, ſed etiam pro Palatino, cæteriſque rebellibus veniam poſtulabat, & quamquam rogaretur à ſuis, ne gratiam oblatam reſpueret, induci haud potuit. Itaque juſſus è Saxoniæ finibus excedere, multùm incuſatâ Procerum timiditate ſocordiâque, in ditionem Monaſterienſem exercitum inde cœpit deducere. Fugæ ſimilis erat ea profectio. Itaque Tillius adjuncto ad ſe Comite Anholdino, prope Statloum præeuntem aſſecutus, gravi clade profligat, peditatu ferè omni aut cæſo aut capto. In poteſtatem Tillii venêre, Guilielmus Vinarienſis, & Fridericus Altenburgicus, Duces, tum Iſenburgicus, Rheingravius, Wittgenſteinius, Schlickius, Comites, aliique Tribuni, & Centuriones magno numero, cum vexillis pedeſtribus ſeptuaginta, omnique bellico inſtrumento. Dux Chriſtianus cum Comite Turriano juniore graviter ſaucio, & paucis reliquiis in Hollandiam evaſit. Cæſo Brunſuicenſi, Mansfeldius quoque, qui Friſiam obtinebat, partim Tilli metu, quem tamen abruptis ubique pontibus per loca paludibus clauſa fruſtrabatur, partim tædio provincialium acceptis trecentis

Tillii geſta in Saxonia inferiori.

Lotich. lib. 1. cap. 3. 2.

Clades Brunſuicenſis.

1623. trecentis florenorum millibus in Hollandiam conceſſit. Emda Friſiæ caput ſollicitatâ à Tillio, ut præſidium Cæſareanum adverſus irruptiones Mansfeldii admitteret, Hollandicum prætulit, accepto in urbem Erneſto Caſimiro Naſſovio cum centuriis aliquot; & omnis generis bellico apparatu. Lipſtadium deinde ab Hiſpanis Cæſareiſque, etſi tempore incommodo, expugnatum eſt. Tillius copias ſuas per Haſſiam in hiberna diſpoſuit, reclamante plurimùm Mauritio Landgravio.

De matrimonio Caroli Principis Walliæ cum ſorore Regis Hiſpaniæ tractatur.

Cæterùm Angliæ Rex Jacobus reſtitutionem generi Friderici Palatini, quam ad eum diem fruſtra tentaverat, tandem matrimonio filii ſui cum ſorore Regis Hiſpaniarum experiri conſtituit. Itaque Franchenthalio, quod unum adhuc in Palatinatu oppidum habebat, in manus Iſabellæ Eugeniæ Belgii Gubernatricis tradito, huc omnes cogitationes intendit, ea ſpe, ſi id matrimonium proceſſiſſet, reconciliationem generi ſui honorarii nuptialis loco acceſſuram. Menſe Februario id conſilium Regni Ordinibus (quod Parlamentum vocant) propoſuit; neque ea in re quemquam ſibi refragari voluit, haud modicè perſtrictis iis, qui in domum Auſtriacam iniqui, filium ſuum ab illo conjugio avertere nitebantur. Igitur menſe inſequenti Carolus, Walliæ Princeps (ita natu maximum Regium Principem, & ſucceſſioni deſtinatum Angli vocant) annorum tunc viginti trium, in Hiſpaniam ſummo ſilentio cum quatuor tantùm comitibus proficiſcitur. Inter eos erat Marchio Bucquingamius, eorum negotiorum potiſſimus conciliator. Carolus tranſitâ Galliâ, ubi in Hiſpaniam venit, ſummo honore, ac regia magnificentia exceptus eſt. Ibi de conditionibus matrimonii agi ceptum, inter quas hæ præcipuæ fuêre: Ut Rex Hiſpaniæ ſuper eo matrimonio diſpenſationem ſummi Pontificis obtineret; idque ritu Catholico in Hiſpania celebraretur, in Angliâ verò, ſi qua ejus ſolennitas repetenda foret; ne-

quid

Quid contrarium Religioni Catholicæ, aut quod regiam nuptam offenderet, admitteretur. Familiam Regina Catholicam haberet nullo numero præſcripto, neque ex Regis Angliæ ſubditis, ſed quam Rex Hiſpaniæ ordinaret, & in decedentium locum alios ſufficeret, neque ii legibus Angliæ tenerentur. Familia hæc fidelitatem Regi Angliæ juraret, eâ juramenti formulâ, quam Pontifex Romanus probaviſſet. Denique, ut Regina in palatio haberet ſacellum, & templum palatio vicinum, in quo Religio Catholica liberè exerceretur, tanto numero Sacerdotum, quantus Reginæ neceſſarius videretur. Ad extremum, ut liberi regii à matre educarentur, atque in regno ſuccederent, quanquam Religionem Catholicam profiterentur. His conditionibus utrimque approbatis, addidit Rex Hiſpaniæ; ut de matrimonio non reſcindendo, & adimplendis cæteris ejus conditionibus caveretur, atque ſe Angliæ Rex declararet, quamdiu liberi regii in poteſtate matris futuri eſſent. Ad quæ Anglus reſpondit: Vinculum conjugale, & cæteras conditiones appoſitas indiſſolubiles atque æternas fore, ſeque illud & filium jurejurando confirmaturos; liberos verò in poteſtate matris futuros, quamdiu id ætas & conſuetudo permittant. Cùm igitur hi articuli Romam miſſi eſſent, ut à Romano Pontifice approbarentur; viſum eſt Cardinalibus, qui ejus rei cognitionem acceperant, regiæ quidem perſonæ ac familiæ ipſius de exercitio Religionis Catholicæ ſatis proviſum, ſperaviſſe tamen ſummum Pontificem, Regem magnæ Britanniæ amplius aliquid in favorem Romanæ Eccleſiæ permiſſurum fuiſſe. Itaque deliberandum adhuc ſeriò ajebant, quid hac in parte Rex magnæ Britanniæ præſtare velit aut poſſit. Cùm igitur non per Hiſpaniam modò Britanniamque, ſed univerſam propè Europam hoc matrimonio nihil certius haberetur, Carolus, relictis, qui tractationi reliquæ intereſſent, 1623.

1623. menſe Septembri in Angliam revertit, ſemel tan-tùm toto eo tempore, quo in Hiſpania fuit, idque præſcriptis verbis, visâ ac ſalutatâ ſponſâ. Abeuntem Rex Hiſpaniæ aliquouſque, ac deinde Cardinalis Zapata cum inſigni Procerum comitatu ad portum Aſturiæ S. Andreæ deduxit. Cæ-

At fruſtra. terùm Carolo in Angliam reverſo, tractatus ille matrimonii paulatim evanuit, eâ maximè ex causâ, quòd Hiſpani reſtitutionem Palatini (nam ejus quoque mentio ab Oratoribus Anglicanis ingerebatur) ad arbitrium Cæſaris rejicerent. Ita tandem Rex Jacobus Hiſpanicæ affinitatis ſpe omiſsâ, quòd ad Palatini cauſam parum conduceret, matrimonium Filii in Galliam tranſtulit, Generumque & Nepotes armis in amiſſas ditiones reducere conſtituit, uti annis inſequentibus videbitur.

1623. Eodem anno Gregorius XV. Pontifex Maxim.

Mortes variorum. Greg. XV. moritur. Vrbā. VIII eligitur. ex hâc vitâ exceſſit, abſoluto prius Melchiore Cleſelio Cardinali, quem Matthiæ Imperatoris intimum Ferdinandus Cæſar ex aula removerat, antè quadriennium, cognitione cauſæ ipſius Pontifici permiſsâ. Gregorio Mapheus Barberinus ſuffectus, Urbani VIII. nomen accepit. Is ortus Florentiæ honeſtâ familiâ, & dein in ſcholis Patrum Societatis Jeſu, ſub Horatio Turſellino, ac Franciſco Bencio Magiſtris in literis humanioribus, ac Poeſi præcipuè plurimùm profecit: inde ad altiores ſcientias pari felicitate contendens, in aulam Pontificiam adſcitus, Referendarius primùm, dein Abbreviator, ut vocant, tum Cameræ Apoſtolicæ Clericus, ita ſe Clementi VIII. probavit, ut Nuncius in Galliam miſſus, ejus etiã nomine Regis filiũ de ſacro Baptiſmatis fonte ſuſciperet. Is dein Ludovicus XIII. Galliæ Rex fuit. Re in Gallia bene geſta à Paulo V. in Cardinaliũ ordinẽ cooptatus eſt, atque ita demũ ad

Lothar. Elector Trev. moritur. Pontificatũ ipſum evehitur, Gallis haud paulò gratior quàm Germanis. Lotharius quoq; Elector Trevirenſis Gregorium haud multò poſt ſecutus eſt, cui Philippus Chriſtophorus, Epiſcopus Spirenſis, ex

familiâ

familiâ Baronum de Soteren, à Collegio Metropolitano ſublectus eſt. Venetiis Antonius Priulus Dux, & ei ſuffectus Franciſcus Contarenus, eodem adhuc anno fatis conceſſit. Contareno Joannes Cornarus, Procurator S. Marci, ſubſtitutus eſt. 1623. *Succedit Phil. Chriſt. à Soteren.*

Per idem tempus in Rhetiâ tumultuatum eſt, initio à Pretigavienſibus orto, qui iniquè ferentes, quòd Auſtriacis copiis, exactionibuſque premerentur, ſeſe in priſtinam libertatem vindicare nitebantur. Ita pauci primùm fuſtibus armati, præſidia in cuſtodia dejiciunt. Dein creſcente, ut fit, audaciâ, plures invecti, & jam juſtis armis metuendi, in Auſtriacos impetum faciunt, eventu plerumque felici. Demum Curiam ipſam, quæ eſt Rhetorum metropolis, fame ad deditionem cogunt, adeò impotenter, ut Balderonium Tribunum, & Curienſis præſidii Præfectum, omnes certatim ad necem depoſcerent; adeoque vix cohiberi ab Epiſcopo ac Senatu Curienſi potuerint, injecto metu, ne ſi in Balderonium dedentem ſe id facinus deſignaſſent, Auſtriaci juſta ultione permoti, eadem laniena in Miniſtros, ſeu, uti vocant, Prædicantes Rhætorum ſævirent, qui Oeniponte captivi attinebantur. Cùm autem turbæ illæ Hiſpanos, mox Galloſque excitaſſent, & utrique ad arma conſurgerent, res demum ita componitur, ut munimenta Rhætiæ in cuſtodiam Summi Pontificis deponerentur, atque is ea ſequeſtri loco tam diu poſſideret, donec negocium omne, amica compoſitione ſedaretur. *Res Rhetica. Lotich. lib. 13.* Chur

Conſtantinopoli porrò Turcæ Muſtapham Imperatorem, ſenio, & mentis etiam vitio tantæ majeſtati haud parem, in priſtinos carceres rejiciunt, delato Imperio ad Amurathem, annorum quatuordecim, fratrem Oſmanni, quem ante annum interfecerant. Amurathes igitur equo impoſitus, atque ad templum Metzenium extra mœnia productus, à Muphtio ſacrorum Turcicorum ſupremo Præſide, frameâ accingitur, qui apud ipſos ſanctiſſimus inaugurandi modus habetur. *Amurathes fit Imp. Turcarum. Piaſec. hoc anno.*

1623. Sub id tempus in Hollandiâ gravis adverſus Mauritium Orangii Principem, & Ordines ab Arminianis Concionatoribus conjuratio detecta, atque in ipſo principio compreſſa eſt, comprehenſis quibuſdam, atque extremo ſupplicio affectis, qui noxæ participes habebantur. Sub finem anni Cæſar, miſſo ad Hollandos Legato, poſtulavit ab Ordinibus, ut præſidia ſua ex urbibus Imperii liberis deducerent, & bona Eccleſiaſtica, quæ ad Imperium pertinerent, reſtituerent; tum ut annuam penſionem Archiduci Matthiæ olim promiſſam, & deinde quotannis aliquid adverſus Turcam communem Chriſtiani Nominis hoſtem conferrent, ſeſe, ſi his poſtulatis ſuis annuerent, apud Regem Hiſpaniæ interceſſurum, ut inter hunc illoſque pax firma ac perpetua ſanciretur. Ad quæ Ordines Fœderati reſpondent: Urbes Imperii, à ſe in nullius præjudicium, ſed finium tantùm tuendorum causâ obtineri. Promiſſam Archiduci Matthiæ penſionem tam diu locum habuiſſe, donec ipſe Belgii protector fuerit. Ut aliquid contra Turcam conferant, ſe aſſentiri non poſſe, cùm pluribus impenſis annuè graventur. Quòd Cæſar interceſſorem ſe inter ipſos atque Hiſpaniæ Regem offerat, magnas gratias habere, ſe nullum in ſuas Provincias Hiſpaniæ Regis jus agnoſcere, illas jam diu à majoribus ſuis, ac à ſe juſtiſſimo bello in libertatem aſſertas; quam adverſus omnes, eam oppugnare conantes, ſemper defendere parati ſint. Cum eo reſponſo dimiſſus Legatus, conſcenſa navi Amſtelodamo Hamburgum vectus eſt. Porrò Societas Indica, quam ante biennium conſtitutam diximus, in Oceano Hiſpanico Æthiopicoque multa Luſitanis mercatoribus damna intulit, cùm omnes circa portus & vaſta Oceani infeſtis excurſionibus obtineret. Quare Rex Hiſpaniæ, collectis, quas poterat ex Dunquerchâ, Oſtendâ, Neoporto, & Hiſpaniâ navibus, omnique apparatu inſtructis, novam claſſem adornare inſtituit, quam hoſtibus oppo-

Res Hollandicæ.

Laur. Auſt. li. 7.

Poſtulata Cæſaris ab Hollandis.

opponeret. Atque ita licentia hæc in præſens compreſſa, maritimæque expeditiones utriuſque partis animos à terreſtri apparatu atque urbium excidio averterunt. 1623.

Sequitur annus milleſimus ſexcenteſimus vigeſimus quartus, cujus initio, (ut in Poloniam revertamur) cùm Tartari in Ruſſiam populabundi excurrerent, & Rex Sueciæ Guſtavus Adolphus magnam Livoniæ partem armis obtineret, Sigiſmundus Poloniæ Rex Ordinum Comitia Varſaviam indixit, ut de utroque Hoſte coercendo conſilia cum Proceribus caperet, ſumptuſque in id bellum neceſſarios exigeret. Convenerant frequentes; ſed privatæ cujuſvis querimoniæ publicis Regni neceſſitatibus antepoſitæ, non parva Reipublicæ incommoda intulêre. Ægrè ferebant Magnatum plerique, quòd Rex Epiſcopatum Varmienſem, morte Simonis Rudnicii vacantem, filio ſuo Principi Joanni Alberto contuliſſet, non modò per ætatem ad id munus inidoneo; verùm etiam quia Legibus regni ab ejuſmodi Senatoriis dignitatibus & publicis præfecturis, regii ſanguinis Principes arcebantur, quo nempe in communibus de Republica conſultationibus liberiora Procerum ſuffragia eſſent, & Rex minus factionibus polleret. Acceſſit, quòd Regina Comitatum Zyvvecenſem à Nicolao Comorouſio ſexcentis aureorum millibus contra eadem regni ſtatuta emerat, quibus prohibetur, ne Rex acquirendo agros & bona Nobilium potentiam ſuam augeret, Procerum verò imminueret. Adeo, ut Rex ne quidem per læſæ Majeſtatis crimē Nobilium bona in fiſcum regium devoluta, pro uſu ſuo retinere poſſit; ſed teneatur ea alteri ſtatim, ſuo tamen arbitratu ex eodem ordine tradere. Neque eadem ex cauſa, ne quid regiorum Comitiorum libertati obeſſet, Principibus filiiſque regiis licebat, arces & munimenta in regni finibus obtinere, cui rei Comitatus ille Zyvviecenſis inprimis opportunus habebatur, cùm inter confinia

1624. Comitia Polonica.

Piaſecius hoc anno.

Polonorum gravamina.

1624. confinia Sileſiæ, Hungariæque & Moraviæ medius conſiſteret, ex quo & facilè Cracovia, octo inde paſſuum millibus diſtans, oppugnari, exercitusque ſcribi & ali commodè ad res novandas poſſet. Non minus offenderat, quod Rex inconſultis Ordinibus bello Germanico ſe immiſceret, & Coſaccos in auxilium Cæſari mittere non deſineret. Quæ res & nuper bellum Turcicum Polonis conciverat, & Poloniæ Germaniæque confinia continuis populationibus infeſta redderet. Demum & de re pecuniaria & corrigenda moneta, querimoniæ auditæ, eò magis, quòd id malum ad ſingulos pertineret. Nam privata acriùs urunt, publicorum ſenſus faciliùs tranſmittitur. Sed & Lithuani maximè Proceres, oſtenſâ ærarii, populique continuis tributis exhauſti inopia, bellum Suecicum diſſuadebant, & adferebant conditiones non indecoras, quibus cum eo hoſte tranſigi poſſe, ex Sueciæ Regis intimis intellexerant. Illæ erant, ut redditâ Livoniâ, univerſam præterea Eſtoniam Finlandiamque, aliquis ex Sigiſmundi Regis liberis haberet, cum ſpe ſucceſſionis, ſi Guſtavum ſine prole maſcula decedere contingeret. Titulo quoque Regis Sueciæ Sigiſmundus uteretur, dummodo Guſtavus cum eodem titulo Regnum Sueciæ ſecurè poſſideat. Præter hæc omnia non modicam inter Regem Proceresque diffidentiam excitarunt literæ ex Polonia in Belgio interceptæ, quibus Gaſtoni Duci Aureliacenſi, ac Galliæ Regis fratri ſpes fiebat, poſt obitum Sigiſmundi Regis in regnis Poloniæ ſuccedendi. Earumque literarum Dux Chriſtophorus Ratzivilius, ex primaria Poloniæ Nobilitate, & minor Lithuaniæ Præfectus conſcius habebatur. Neque diſſimulabat offenſionem Rex, denegatâ ipſi majoris Lithuaniæ præfecturâ, ad quam morte Caroli Chodkievicii vacantem Ratzivilius meritis atque ordine proximus erat. Ita Præfectura illa Leoni Saphiea Palatino Vilnenſi collata eſt, Octuagenario propè & authoritatis

erimagnæ, ac, quod maximè ſpectabatur, ad ſuſti- 1624.
nendos belli ſumptus proprio peculio abundè in-
ſtructo, ſed profeſſione, tota vita à militari, alie-
na. Idque deinde cauſa jacturæ Livoniæ fuit. Cæ-
terùm exacerbatis omnium animis, nihil in com-
mune conſulebatur. De pecunia in belli Sue-
dici ſubſidium haud quicquam impetratum, ideo-
que Rex, licèt invitus, cum Guſtavo ad anni in-
ſequentis Martium inducias prorogavit. Ex quo
Regi Sueciæ id commodi acceſſit, ut ex ipſiuſmet
Livoniæ opibus ad bellum dein diuturnum vires
confirmaverit. Negocium Zyvvyecenſe ad alia
Comitia rejectum eſt. De Epiſcopatu Varmienſi
decretum, ut Rex diplomate caveret, Principem
Joannem Albertum Epiſcopum, poſtquam ad i-
doneam ætatem perveniſſet, ſacerdotio inaugu-
randum, neque priùs ad ſeſſionem & ſuffragium in
Senatu Ordinum dicendum admiſſum iri, quam
fidelitatem Reipublicæ jurejurando obligaſſet.
Porrò, pro auxiliis Imperatori mittendis majori
contentione certatum eſt ad ultimum uſq; Comi-
tiorum diem, cui Rex in auroram uſque inſequentis
diei magnis altercationibus protracto, ſumma pa-
tientia interfuit, neque tamen ideò effecit, ut non
adverſaria factio pervinceret. Ita ſenatus conſul-
tum factum, ne quis deinceps apud exteros mili-
taret, quique jam extra patriam eſſent, intra præſti-
tutum diem militiæ illi renuntiarent: qui ſecus
facerent, loco perduellium haberentur, punirèn-
turque. Ita Comitia hæc, dum legibus patriis, & li-
bertati à majoribus acceptæ nimio ſtudio inſiſti-
tur, ſine fructu ullo earum rerum, propter quas in-
ſtituta erant, finita ſunt. Sub idē tempus Staniſlaus *Tartari*
Conjecpolſius recèns ex captivitate Turcica re- *caduntur*
verſus, Cantimirium Murzam cum triginta Tar- *à Polonis.*
tarorum millibus ex Valachia in Poloniam irruen-
tem, haud procul Martinovio aggreſſus, prælio
fudit, prædâ omni hominum pecudumque recu-
peratâ. Quæ victoria eò mirabilior fuit, quòd

1624. Polonorum adverſus triginta Tartarorum millia, non ampliùs equitum tria millia, peditum verò tantum ſeptingenti fuêre. Eodem anno Uladislaus Princeps natu maximus filiorum Sigiſmundi, impetratâ ægrè à patre facultate, ut exteras nationes inſpiceret, Viennam primùm, inde per Germaniam in Belgium ivit, inſpectâque Bredæ obſidione, per Alſatiam dein & Helvetios in Italiam contendit; ubique, etſi ſe pro Principe Ratzivilio venditaret, magnis honoribus exceptus.

Res Germanicæ. *Cõventus Electorum Scleuſingæ.* In Germania hoc anno omnia quieta fuêre, exactis Mansfeldio & Brunſuicenſi, qui ad accerſenda auxilia, & novi belli apparatus ſtruendos in Britanniam ad Regem Jacobum profecti, benevolis animis à Rege & Ordinibus excepti ſunt. Scleuſingæ conventus Electorum celebratus eſt, quem cæteri per Legatos, Moguntinus & Saxo per ſe obiêre, in quo propoſitis Germaniæ periculis expenſiſque, id maximè actum fuit, uti Bavaro Electoratus confirmaretur, conſenſitq; tandẽ Saxoniæ Elector. Tum *Caraffa pag. 210.* Cęſar Fridericum Saxonię Ducem Altenburgicum & Guilielmum Vinarienſem, & Chriſtianum Principem Anhaltinum læſæ Majeſtatis reos in gratiam recepit, duoſque alios Saxoniæ Duces ex Neoſtadiana cuſtodia dimiſſos, eidem Electori remiſit. *Caraffa 216.* Cæſar quoque aliquantum ocii à publicorum negociorum tractatione nactus, res ſuæ familiæ privatas ordinare aggreſſus eſt. Cùm enim omnes Maximiliani Cæſaris filii, inter quos Rudolphus & Matthias Imperatores fuêre, ſine hæredibus deceſſiſſent, omne Auſtriacorum patrimoniũ ad filios Caroli devolutum eſt. Is frater Maximiliani fuit, Ferdinando I. Cæſare genitus, ejus ergo tres filii adhuc ſuperſtites Ferdinandus II. Cęſar, Leopoldus & Carolus Archiduces Comitatum Tyrolenſem, Landgraviatum Alſatiæ cum Briſgoja & adjacentibus ditionibus in tres partes diviſêre, ex quibus una Cæſari, altera Leopoldo, tertia Carolo obtigit. Reliquam patrimonii partem, Stiriam, Carinthiam,

Carniolam,

Carniolam, Bohemiam Auſtriamque jam ante Ferdinandus Cæſar variis titulis acceperat. Cæterùm Carolus ſacro voto obſtrictus, ſolo Marchionatu Burgoviæ, & paucis in Sileſia dominiis, præter annuam penſionem, contentus, partem ſuam Cæſari remiſit; quam & Cæſar dein fratri ſuo Leopoldo, liberiſque ipſius attribuit. Hujus amicæ compoſitionis duo præcipui authores fuêre, Joannes Ulricus Dux Cromavii, Princeps Eggembergicus, & Joannes Baptiſta, Baro de Wettenbergh, qui id negocium non feliciter modò, ſed & celerrimè confecêre, contra, quam multi exiſtimaverant, rem tam gravem haud facilem compoſitu fore. 1624.

At in Anglia Jacobus Rex matrimonio Hiſpanico fruſtratus, palam Regi Hiſpaniarum amicitiam renunciat, liberatoq; è cuſtodia Comite Oxonienſi, qui ſemper affinitati Hiſpanicæ adverſatus fuerat, novum conventum Regni Ordinibus edicit. Qui cùm frequentes conveniſſent, principio redditâ ratione Religionis ſuæ, (nam quòd demerendis ſibi Hiſpanis, Catholicis multa indulſerat, haud parum favere partibus eorum videbatur) exponit per Buckingamium, qui filio Carolo comes in Hiſpania fuerat, quàm ejus matrimonii ſpes vana eſſet, nullâ apud Hiſpanos Palatini curâ. Eam rem non ad ſuam modò, filiique, ſed & totius Regni infamiam pertinere, ſeſe conſtituiſſe hanc injuriam bello perſequi, Generumque ſuum, Filiam, & Nepotes armis in amiſſas ditiones reducere: ſatis hactenus lenitate peccatum, qua id tantùm effectum ſit, ut hoſtibus pertinaciam auxerit, à quibus nihil, quàm vi & juſto bello impetrari poſſe videat. Itaque hac ſuper re conſilium opemque Procerum poſtulabat. Ordines re conſideratâ, nempe qui jam ante affinitatem Hiſpanicam faſtidirent, & in nuperas matrimonii conditiones, magis, ut regiæ voluntati obſequerentur, quàm quòd probarent, conſenſiſſent, magno omnium conſenſu decernunt, de matrimonio Hiſpanico nullum amplius

Angliæ res. Rex decernit bellum contra Hiſpanos & Cæſarem.

Piaſec. Lotich. lib. 14.

1624. verbum faciendum, Palatinum Electorem vi & armis in avitas ditiones reducendum, Regemque Hiſpaniæ hoſtem judicandum. Cùmque Rex de ſumptibus & nervo belli orationem ſubjiceret, decreta mox claſſis, arma, milites, cæteraque quæ ad gerendum bellum neceſſaria ſunt. Mox per regnum univerſum Catholicis arma adempta, Sacerdotes præterea, ac imprimis Patres Societatis intra conſtitutum diem regno juſſi excedere. Mox de matrimonio Caroli cum Henrica Maria, Galliarum Regis ſorore agi ceptum. Initum proinde fœdus cum Daniæ, Sueciæ & Galliæ Regibus, Hollandis, Venetis, Duce Sabaudiæ, quique in Germania Cæſaris potentiæ adverſabantur, Mansfeldius quoque & Brunſuicenſis, qui ad id incendium accurrerant, pecuniâ copiiſque inſtructi.

Breda obſidio & periculum Antverpia Laur. Auſt. lib. 8.

Dum hæc in Angliâ alibique contra Auſtriacos parantur, Ambroſius Spinola, Hiſpanici in Belgio exercitus Dux, præmiſſo Henrico Comite Bergenſi, mediâ æſtate Bredam obſidere aggreſſus eſt. Inerant præſidiarii ſex mille, pedites omnes, & equitum quinque turmæ: præterea ad ſuſtinendam diu obſidionem nihil deerat. Mauritius, poſtquam communitis undique caſtris & aditibus occluſis, neque oppugnari aut dejici inde Hiſpanos, neque importari aliquid in urbem poſſe, vidit, ipſe haud procul inde caſtris poſitis eventum operiri conſtituit, ratus, Hiſpanos ingruente paulatim hyeme, ultrò obſidionem omiſſuros. Interim dum ibi eſt, ſpes eum ſubiit occupandæ arcis Antverpianæ per inſidias, quod ſi proceſſiſſet, haud dubiè Spinolam à Breda avertiſſet. Quatuor millia peditum delegit, Præfectis eorum omnibus in morem Hiſpanicum ornatis, addit currus triginta, omni machinarum genere onuſtos, atque ad diſſimulandam hoſtilitatem, coopertos velo, aut tegumento lineo, cui crux Burgundica intexta erat. Ita per ambages profecti, cum vulgo Hiſpani eſſe putarentur, qui commeatum in caſtra conducerent, nocte intem-

Antverpiam perveniunt. Vehemens ventus erat, & dolum molientibus peropportunus. Itaque non intellecti, cùm unum alterumque & tertium pontem foſſis impoſuiſſent, jamque ſcalas admovere inciperent, una earum ſublime cum fragore decidens, excubitorem Hiſpanum excivit. Is igitur, inclamato more militari, quis illic eſſet, cum nemo reſponderet, eò magis ſuſpectans, aliudque ſubinde murmur, & ſtrepitum euntium redeuntiumque advertens, ſclopetum explodit, ſocioſque, qui in proximo ſtationem habebant, compellans, ad arma conclamat. Ita fraus detecta, & Batavi omiſſo incepto, beneficio noctis eò, unde exierant, ſalvi omnes revertêre, relictis pontibus aliquot, ſcaliſque atque aliis machinis, quæ poſtera die reperta egredientibus Antverpianis dolum hoſtium, atque arcis periculum aperuêre. Antverpiani igitur de conſervata urbe, convocato in Eccleſiam populo, Deo Servatori gratias egêre. Spinola intellecto Antverpiæ periculo, eò intentiùs in promovendam Bredæ obſidionem incubuit. Et quanquam ingruebat hyems, Mauritiuſque undique auxilia accerſeret, haud tamen omittere inceptum decrevit, niſi loco potitus. *Loſſch. lib. 14.*

Sed Cæſar in Auſtria Bohemiaque & Moravia omnes ſectarum magiſtros ejiciebat, publicato edicto, quo intra conſtitutum diem omnes aut patriam aut religionem mutare jubebantur. Id cùm Cæſar non ſua magis in Catholicam Religionem propenſione, quàm aliorum Regum Principumque Acatholicorum exemplo faceret, haud tamen potuit ejus facti invidiam evadere, dum, quod cæteri in ſe jus & æquum vocant, id in Cæſare licentiam & crudelitatem nominabant. Eodem anno Marcus Antonius de Dominis, Archiepiſcopus Spalatenſis, qui nuper à Religione Catholica defecerat, ex Anglia Romam reverſus, & in caſtro S. Angeli in cuſtodiam datus, brevi ex morbo deceſſit. Cadaver ad templum S. Mariæ ſupra Minervam dela- *Cæſar reformat provincias hæreditarias.* *Archi-Epiſc. Spalatenſis exuitur.*

1624. delatum, damnatumque in campo Floræ, igne exuſtum eſt; cineres in Tyberim abjecti. Interim Archidux Carolus, Cæſaris frater, ut Luſitaniæ regno præeſſet, in Hiſpaniam evocatus, trigeſimo quam advenerat die, magno omnium dolore fatis conceſſit, Princeps prudentiâ & moderatione inſignis. Fuerat idem Magnus Magiſter Ordinis Teutonici, & Epiſcopus Vratislavienſis ac Brixienſis. Magiſterium Ordinis Teutonici ab Equitibus Domino de Weſternach Ordinis Vicario collatum eſt, eâ conditione, uti illud Archiduci Leopoldo Wilhelmo Cæſaris filio cederet, cùm is annum ætatis decimum octavum attigiſſet, perſolutis illi interea quotannis duodecim florenorum millibus, quæ & ipſe poſt renunciationem ab Archiduce reciperet. Cæſar enim, etſi liberam Ordini electionem relinqueret, tamen rationem filii ſui haberi volebat, ne Domus Auſtriaca prætenretur, cujus magna & permulta in eum Ordinem conſervandum tuendumque beneficia extitiſſent. De Epiſcopatu Vratislavienſi, major difficultas fuit; dum Canonicorum pleríque, ad quos libera electio ſpectabat, in Archiducem Leopoldum inclinant, potentiâ Cæſaris ſeſe tutiores rati. Alii in inferiorem aliquem Canonicum, qui non exinde tam altè emineret, dignitatem illam conferri malunt, idque vulgo Civium Vratislavienſium gratius erat, potentiam Catholicorum Epiſcoporum invidiosè ſuſpectantium. Tandem etiam voluntate Cæſaris, proprium filii commodum hîc negligentis, Carolo Ferdinando Epiſcopatus defertur, Regis Poloniæ filio, quique jam ante ab Archiduce Carolo in Hiſpaniam abeunte, Coadjutor adſumptus fuerat. Epiſcopatus Brixienſis per ſuffragia Canonicorum ejuſdem Collegii Decano delatus eſt.

Carol. Archidux moritur. Caraff. 220.

Sub finem anni hujus Rex Galliæ Vallem Tellinam, & Alpium Rheticarum clauſtra, etſi depoſito Pontificio tenebantur, ſubitâ irruptione invadere aggreſſus eſt, occupata Mansfeldia, Curia, Prettin-

De bello Rhetico. Piaſec. hoc anno.

Rettingavia, Tyrano, tum Wormſâ & Clavennâ, 1624.
quæ partim Pontificio, partim Hiſpanico præſidio tenebantur. Riva ad oſtium lacus Comenſis ſita, loco ad ſubſidia accipienda oportuno, diu atque ad extremum fortiſſimè reſtitit; donec cum duobus millibus ex Germaniâ Pappenheimius adveniret. Cæterùm Pontifex dimiſſo in Galliam fratris ſui filio, Franciſco Cardinale Barberino, anno inſequente inducias fecit, cùm novum ſubinde bellum Genuenſibus Dux Sabaudiæ moviſſet.

Mors Regis Angliæ Iacobi.

1625. Anni inſequentis initio Rex Angliæ Jacobus, ejus nominis ſextus, è vitâ deceſſit, duobus liberis relictis, Carolo Principe Walliæ & ſucceſſore, ac dein Eliſabethâ Palatino nuptâ. Princeps, uti fertur, pacificus, & hominum eruditorum Patronus præcipuus, eò felix, quòd non vidit imminentium calamitatum infanda; quæ, dum hæc ſcribimus, in parricidio Caroli Regis tota Europa exhorruit. Natus eſt Jacobus Edenburgi in Scotia, Henrico Stuarto, & Maria Scotiæ Regibus, 12. Julii, anno 1556. Parentibus Catholicis, imprimis matre Mariâ, quæ deinde ab Hæreticis Regno pulſa, cùm ad Eliſabetham Angliæ Reginam confugiſſet, diu cuſtodita, ac demum interfecta eſt. Interim Jacobus, cùm adhuc infans Rex Scotiæ ſalutatus eſſet, ab Eliſabetha Præceptoribus hæreticis imbuendus traditur, uſuſque eſt maximè in literis Georgio Buchanano, homine eruditionis famâ percelebri, ſed commutabilis fidei, aut certè nullius. Porro mortua ſine hæredibus Eliſabethâ, cùm jam ante Annam Daniæ Regis filiam in matrimonium duxiſſet, ad Regnum Angliæ profectus, tria Regna Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ primus ante ſe Regum ſolus obtinuit. A nulla re magis, quàm bello alienus, proptereà, quòd maximè literarum commentatione oblectabatur. Cæterùm paulò ante mortem, cùm reſtitutionem Palatini nulla aliâ viâ procurari poſſe deſperaret, translato filii matrimonio in Galliam, confectoque, ſerio bel-

1625. lum meditari viſus eſt, quod & moriens filio Carolo diligentiſſime commendavit. Mortuo igitur Jacobo ſepultoque, Henrica Maria Galliæ Regis ſoror, cum inſigni & regio plane comitatu in Angliam deducta, & Regi Carolo in matrimonium data eſt, cùm jam ante ſub finem anni prioris in has conditiones præcipuè conveniſſet, ut Rex Galliæ diſpenſationem ſuper hoc matrimonio intra tres menſes à Pontifice Romano impetraret. Sponſæ Reginæ miniſtriſque ipſius, & omnibus ex iis naſcituris liberum Catholicæ Religionis exercitium, ſacellum præterea ritu Catholico ornatum, cœmeterium pro ſuis ſeparatum, tum viginti octo Sacerdotes, quos qualeſve illos Rex Galliæ legiſſet, permitterentur, unà cum Epiſcopo, cui ſubeſſent, quique in eos à Magiſtratu Politico immunes, juxta Juris Canonici ſanctiones juriſdictionem exerceret: ad hæc, ut neque Rex Angliæ, neque Princeps Walliæ ullâ ratione Sponſam inducere conarentur, quod à Religione Catholica deficeret, idque jurejurando affirmarent. Dotis loco Sponſæ à Rege Galliæ octingenta millia coronatorum, à Rege Angliæ octodecim millia librarum Anglicarum numerarentur. Addita dein, quæ in ſtatu viduitatis tum circa dotem, tum alimenta Sponſæ & neceſſarios aulæ ſumptus obſervarentur. Ita rebus invicem compoſitis conventiſque, Calendis Julii in magno Procerum conventu, nuptiæ Londini magno apparatu celebratæ ſunt. Jacobum Angliæ Regem haud multò pòſt ſecutus eſt Mauritius Princeps Orangius, & fœderatæ in Belgio militiæ Imperator præclarus, ſane inter paucos concepto haud dubiè mœrore ex inevitabili Bredæ obſidione, quã Spinola continuato in hunc annum labore, ingentibus impenſis, & admirabili novorum operum machinatione tandem ad exitum felicem perduxit. Natus eſt Mauritius ſuperiore ſæculo anno quinto ſupra ſexageſimum, ex Annâ Saxonicâ, Patre Gulielmo, Orangii Principe, qui primus adverſus Hiſpania-

Conditiones, cum quibus matrimonium inter Principem Walliæ, & ſororem Regis Galliæ concluditur. Piaſec. Lotich. lib. 14.

Mors Mauritii Principis Orangii.

Famian. Strada de bell.

amarem Regē in Belgio arma ſumpſit, cui deinde Delphis per inſidias interfecto, in Hollandiæ, Zelandiæque, & Ultrajecti, ac maris Belgici præfecturæ, quæ Patris fuerat, à confœderatis Ordinibus ſubſtitutus eſt, annorum tunc novendecim adoleſcens, additusque juventuti ejus rector Philippus Comes Hollachius. Conceptam deinde de ſe ſpem Ordinum non fefellit. Præcallidus imprimis domi militiæque egregii ducis munia per annos quadraginta implevit. Suffectus eſt Mauritio, quia liberos ex matrimonio non habebat, in confœderatæ militiæ præfectura, cæteriſque ditionibus frater ejus Henricus Fridericus, Princeps Orangius, ... ad extremum menſe Majo cum toto pene exer... liberationem Bredæ tentans, poſtquam is co... fruſtra fuit, deduxit inde exercitum, miſit ... qui obſeſſis nunciaret; quoniam nulla ratio ..., vi atque armis urbem liberandi, eam ipſi tuerentur, quoad poſſent, ac deinde quàm æquiſſimis conditionibus cum hoſte tranſigerent. Eas literas ... im Spinola intercepiſſet, ſub finem Maji menſis, de deditione agi ceptum eſt. Atq; in has paulò pòſt conditiones convenit, ut præſidiarii omnes cum ſarcinis armiſque & ſignis explicatis, quatuor item tormentis, & duobus mortariis excederent. Ut civibus intra biennium liberum eſſet aut permanere in urbe, aut aliò domicilium transferre; neve iis qui manere vellent, majora vectigalia imponerentur, quàm cæteris Brabantinis, qui in eâ provinciâ commorabantur. Concionatores hæretici ſtatim urbe excederent. Qui pecuniam civitatis adminiſtrâſſent, nullam de eâ rationem reddere tenerentur. Neque veteres Præfecti, & Magiſtratus urbani loco moverentur. Præſidium, quod Rex Hiſpaniarum imponeret, amicè per hoſpitia cives acciperent. Captivi utrinq; permutarētur. Principis Orangii bona mobilia, quæ in arce eſſent, intra ſex mēſes avehere liceret. Præfectis demum & militibus, qui per biennium in urbis præſidio fuerunt, permiſſum,

1625.
Belg. dec. 1. & 2.

Ei ſubſtituitur frater Henricus.

Breda deditur.

Laur. Auſt. lib. 9

1625. ſum, intra ſeſqui annum bona ſua divenderent, urbe manere noluerint. Ita pactis conditionibus die quintâ Junii urbe egreſſi ſunt. Victoriam Brasilianam laureatæ ex Braſilia literæ Friderici Toletani cumularunt, is enim cum triginta navibus Hiſpaniâ in oceanum Atlanticum velafaciens, cùm ſub finem menſis Aprilis in Braſiliam appuliſſet, mox portum Omnium Sanctorum, quem anno ſuperiori Hollandi Duce Eremitâ Architalaſſo interceperant, oppugnare aggreſſus eſt; & decimo quinto, poſtquam advenerat die, cepit. Præſidiariis omnibus, quorum mille & nongenti fuêre, ſine armis dimiſſis. Hollandi quidem aliam claſſem ſubſidio miſerant, ſed illa vi tempeſtatum disjecta, curſum tenere non potuit, ex quibus dein naves aliquot Hiſpani intercepêre.

Victoria Braſiliana.

Los todos Santos.

Haud meliorem fortunam Rex Angliæ Carolus hoc anno in mari habuit. Qui ductâ, ut ſupra memoravimus, Henricâ Mariâ, Galliæ Regis ſorore, Regi Hiſpaniarum amicitiam renunciaverat, negotiatione omni inter ſuos, Hiſpanoſque prohibitâ. Claſſe igitur centum & quinquaginta navium inſtructâ, quibus decem millia peditum impoſuerat, cum equitum aliquot numero, omniq; bellico apparatu, Luſitaniam peti juſſit; ſed illa cum Pleymoutho ſeriùs ſolviſſet, Luſitaniam quidem tenuit, cæterùm tentatâ Gadibus exſcenſione, à Ferdinando Gironio cum validâ Hiſpanorum manu Angli repulſi ſunt, rejectique ad naves. Ubi ingruente jam hyeme, dum patriam repetunt, fœdis tempeſtatibus jactati, multis frigore ac lue enectis, pauci oppidò in Angliam revertêre.

Claſſis Anglicana in Luſitaniam. Caraff. 246.

Sed Anglorum contra Auſtriacos infelix expeditio, Regis Daniæ Chriſtiani IV. propoſitum, ut inter Confœderatos convenerat, haud diu moratum eſt. Is igitur, infortunio Palatinorum aliorumque qui iis favebant, literis & legationibus diù ſollicitatus, tandem in inferiori Saxoniâ hoc ordine bellum moliri aggreſſus eſt. Principio indicto conventu

Bellum Danicum.

1625.

…tu Circuli Saxoniæ inferioris, [cujus & ipſe …s eſt, ratione ditionum, quas in Imperio poſſi…] expoſuit Proceribus, quam gravi jugo Cæſar …æcipuam illam Germaniæ partem ſibi vendica…e conſtituiſſet, quodque Catholicam ubique Reli…onem inducere, Epiſcopatus Proteſtantibus ad…ere, omnia denique ad ſe trahere tentaret, idque …am palam eſſe, ut negari non poſſit. Quare ma…e conſiderandum ſuadebat, quomodo impen…tibus his malis occurri poſſet; ſibi quidem nul…am magis congruam rationem videri, quam uti …ilites in defenſionem Circuli ſcriberentur, quos …pportunis locis præſidio imponerent, nullius qui…em offendendi causâ, ſed ut omnem à ſe vim inju…amque depellerent. Adhæc, quoniam Dux Lune…urgicus, cui alias Circuli ejus præfecturâ de more …ermittitur, ſenio feſſus, atque adeo novis curis in…oneus habebatur, maxime ſi vis ingrueret, ac res …d bellum perveniret, ſuadebat, deligendum eſſe …ovum Circuli Ducem, qui & ætate viribuſque atq; …pibus tantis curis par eſſet, ac ſe Rex huic præ…cturæ offerebat. Ita Rex, deſtituto Luneburgico, …ævalente regiâ factione, Dux Circuli deſignatur, …o igitur novo titulo inſignitus ſcribit Cæſari, ſeſe …Ordinibus inferioris Saxoniæ uti Ducem Holſa…æ ac Circuli NB. electum, neque id alio ſpectare, quam ad provinciæ ejus defenſionem, quæ variis Militum incurſionibus miſerè premeretur, maxime ipſius Tillii, qui nulla vicinorum Principum petitione, neque *Cæſaris* ipſius mandatis locum ullum intactum reliquerit; ſibi ſane nuper à Tillio, ut exercitum ſuum ab innocentibus ſubditis deduceret, …nixè poſtulanti per ludibrium reſponſum fuiſſe: Cæſarianum militem in aëre vivere non poſſe. De…num petebat, ut Cæſar, revocato quamprimum è Saxoniâ Tillio, imminentibus novarum turbarum periculis occurreret. Cæterum Cæſar novam dignitatem miratus monuit Regem, ut ſuſpectam inſolitamque externis Regibus præfecturam Duci Lunebur-

Rex Daniæ fit Dux circuli Saxoniæ inferiori. ſcribit Cæſari.

Cæſar reſpondet Regi.

1625. nebutgico, qui eam multis jam annis egregiè ad-miniſtraſſet, reſtitueret, ſe, quod è re ejus Circuli fo-ret, & quomodo impendentibus malis in tempore oc-curri poſſit, cum Ordinibus Imperii conſideratu-rum. Quod ſi interim Rex exercitum ſuum, quem conſcripſerit, dimittat, & circuli præfecturam de-ponat, ſe mox Tillio mandaturum, ut è Saxonia recedat: ſin Rex ea facere detrectet, ſatis cauſæ ha-bere, ut non Tillium modo; ſed etiam Albertum Wallenſteinium cum novo exercitu in Saxoniam dimittat, qui videant, ne quid detrimenti Imperium capiat, ex novis belli apparatibus, quos ibi Rex mo-liatur; ita quoque fidos Imperii Electores Princi-peſque monere. Interea Rex Daniæ Tillio quo-que, qui in Haſſiæ & Saxoniæ confinibus ſtativa habebat, ſcribit. Cum Ordines Principeſque infe-rioris Saxoniæ nihil contra Imperium, Cæſarem-que machinentur, ut milites ſuos ab eo Circulo ab-ſtineat, præſidia deducat, nullam vim innocentibus & fidis ſubditis inferat: ne ea neceſſitate permoti vicini Principes populique ad neceſſariam defenſio-nem atque arma conſurgant. Ad ea Tillius re-ſpondit, ſe nihil non ex præſcripto Cæſaris atque Electorum Imperii facere, ſi illi eum deducere ex-ercitum jubeant, quibus ſacramento obſtrictus ſit, properè id facturum. Quod Rex Daniæ putet mi-litem Cæſarum Circulo ſuo metuendum videri, ſe, cur id credat, inducere animum non poſſe, dummo-do is in fide atque officio adverſus Cæſarem mane-at, qui jam ſæpe promiſerit, ſeſe leges Imperii & Pa-cem Religionis ſanctiſſime obſervaturum. De Coſaccis aliiſque externis militibus (nam id quo-que Rex conqueſtus fuerat) quos in Imperium contra ſe induci exiſtimant vanum metum eſſe, cum Cæſar in ſubjectos ſibi fidoſque nihil hoſtile molia-tur. Illud autem præterire non poſſe, haud imme-rito Cæſari aliiſque Electoribus, & Principibus, ſi-bique ſuſpectas videri ingentes illas belli præpara-tiones quas Rex tum in Circulo illo, tum in Regno

Rex ſcribit Tillio.

Tillius reſpondet Regi Daniæ. Lau. Auſt. lib. 9.

ſuo

inſtituat, quæ multo majores videantur, quam defenſionem circuli illius, neceſſarium ſit. Quæ tamen defenſio multo honeſtius ab ipſo Cæſare, qui & ſupremus Imperii protector ſit, & exercitum paratum habeat, quam externo Rege peteretur, quorum ejuſmodi in Imperio dignitates ſemper ſuſpectæ fuerint: Cum igitur cauſas non habeat, cur tantos apparatus faciat, Circulumque illum immenſis ſumptibus & impenſis gravet, rogare ſe, ut ejuſmodi præparationes, & ſuſpecta belli meditamenta intermittat. Quod ſi facere detrectet, ſe nomine Cæſaris Principumque Imperii petere, an & quomodo Cæſari ab fidis Imperii Ordinibus de ſecuritate caveri poſſit: deinde, an non Comiti Palatino ipſiuſque ſociis à Cæſare & Imperio jam pridem proſcriptis per hos apparatus opem ferre decreverit. Super iis reſponſum ſe Germanicâ fiduciâ expectare, ut Cæſar Ordineſque, quid ſibi de eo polliceri poſſint, intelligant. Ad ea Rex, Verdæ tertia Julii reſpondit: Nihil contra Cæſarem, aut alios Imperii Principes parari, ſe quidem ex animo optare, ita nunc tempora comparata eſſe, ut poſitis armis atque intermiſſis delectibus pace & quiete frui liceat; verum contra eveniſſe. Nam à multo jam tempore Circulum inferioris Saxoniæ, cujus & ipſe pars, jam quoque ſuffragiis Procerum caput ſit, gravia à militaribus copiis incommoda pertuliſſe, ut de minis, quæ non obſcurè jactatæ ſint, nihil dicat. Eâ de causâ ſecundum ſanctiones Imperii conveniſſe, ac pro defenſione ſuâ delectus inſtituere: adeo autem nihil occultè moliri, ut Cæſarem de omnibus, quæ acta & conventa fuerint certiorem fecerint; cui ſoli & præterea nemini rationem inſtituti ſui reddere teneantur. Quod Tillius dicat, Principes atque Ordines inferioris Saxoniæ à ſe ſumptibus gravari; in eo illum ſibi injuriam facere, & contrarium ex decreto Circuli, quod ille cum prolixo ſcripto ad Cæſarem miſerit, apparere. Æquum igitur eſſe, ut copiis, quas ex Circuli decreto ad Regni ſui & vicinarum

1625.

Reſponſum Regis.

1625. rum ditionum præſidium conſcripſerit; in ſuum vicinorum commodum utatur: quod ut faciat, g... ves ſe, & juſtiſſimas cauſas habere.

Initia Belli Danici. Eadem fere Tillius miſſis Legatis cum Principibus Ordinibuſque Circuli irrito fere eventu tractabat, cum tandem poſito calamo res manu ac ferro geri cepta eſt. Nam Tillius audito adventu Mansfeldii & Brunſuicenſis; qui cum duodecim millibus ex Belgio Regi Daniæ in auxilium properabant oppoſito illis Comite Anholdino cum octo millibus equitum peditumque, ipſe ex Haſſiâ & Veteravia movens Viſurgim verſus contendit, ubi Rex Daniæ poſitis ſtativis quietus conſederat. Qui, ubi Tillium appropinquare atque Hoxteram, & Holſmundam præſidiis majoribus firmare intellexit; Hammeliam & Mindam cum exercitu retro ceſſit, ibique aliquamdiu conſiſtens, quid tandem Tillius machinaretur, præſtolari conſtituit. Cæterum Regem, dum Hammeliæ eſt, quis imminentis belli exitus futurus eſſet, ſiniſtro eventu ac plane ominoſa fortuna docuit.

Lapſus Regis ominoſus. Obibat Rex noctu ſtationes militares, eques ipſe cum paucis, perveneratque ad vallum, quod muro impoſitum certo loco ad quatuor fere paſſus dejectum erat, ne murus aggeris pondere plane concideret; nam cedere ab eâ parte ac dehiſcere inceperat. Igitur Rex, dum ignarus & proſpectum etiam impedientibus tenebris per vallum ſecurus adequitat, poſtquam perveniſſet ad eam partem ubi agger demotus erat, cum equo in ſubjectum muri pedem prolabitur. Et equus quidem per foſſam aquis plenam, Rege exanimi relicto, in adverſam partem ſalvus enatavit. Rex totum biduum linguæ impos jacuit, eo major formido omnium animos invaſit, metuentium, ne ad extremum ſpiritus ac vita conſternatum deficerent. Porro ubi ſpiritus ac vox rediit, necdum ſatis confirmatâ valetudine, Rex relictâ Hammeliâ, Mindaque Verdam uſque retroceſſit, ut ubi auxiliares ſibi copias adjungeret Mansfeldii &

Brun-

unſuicenſis, quæ Oſnabrugenſem ditionem mi- 1625.
ſè vexabant. Tillius occupatis illis, quæ Rex re-
ceperat, munitiſque, menſe Aug. Nienburgum ob-
ſidere inſtituit. Id oppidum Luneburgicæ ditio-
nis valido præſidio Rex firmaverat. Sed labor ibi
major opinione Tillii fuit, & Rex nihil omitttebat,
quo obſeſſis omni ope ſuccurreret. Itaque oppu-
gnatione aliquoties cum clade nequicquam tentatâ, infectâ inde re, exercitum deduxit, amiſſis plus
quam quatuor millibus. Sed incommodum illud
brevi Tillius reſarſit, occupata haud multo poſt Ca-
lenberga, & occiſa apud Honnoveram Danicarum
copiarum magna parte, inter quos multi Nobiles
fuere, tum ipſe Obertrautius nuper à Duce Vinarienſi
equitatui præfectus, & Fridericus Dux Saxoniæ Al-
tenburgicus, qui dudum Neoſtadii captus, atque à
Cæſare in gratiam receptus, per ſanctè ſpoponderat,
nunquam ſe deinceps contra Cæſarem militaturum.
Obertrautius ictu ſclopeti confoſſus & currui Co-
mitis Anholdini impoſitus, poſt dimidiam horam
expiravit. Is paulo ante mortem in ipſo adhuc præ-
lii loco rogatus, quo pacto id ipſi infortunium acci-
diſſet, dixiſſe fertur: in tali prato hujuſmodi roſæ
carpuntur.

Nienburgum à Tilio obſeſſum.

Caraff. 225.

Lau. Auſt. l. 9.

Dum hæc apud Viſurgim geruntur, novus cum
exercitu Dux à Cæſare Tillio in ſubſidium miſſus
Albertus Wallenſteinius, diſtrahendis hoſtium viri-
bus Albim fluvium occupare inſtituit. Is duorum
menſium ſpacio partim novis delectibus, partim ex
præſidiis Bohemiæ Moraviæque viginti trium mil-
lium exercitum collegerat, quem apud Egram in
Bohemiæ confinibus luſtratum, relicta apud lævam
Norimbergâ, in Franconiam duxit: ſertiſque inde
caſtris Magdeburgenſium & Brunſuicenſium fines
attigit. Ibi ſeſe per anguſtias contendere paranti
Dux Brunſuicenſis objecit cum Nobilium Militum-
que manu, quibus magnam agreſtium turbam miſ-
cuerat. Ita repulſus per aliquot dies, adveniente
tandem Tilliano auxilio, ſuperatis ſylvis anguſtiisq;

Novus Dux exercituſque VVallenſteinius.

1621 viam in interiorem Saxoniam ferro aperuit, occupatoque mox Halberſtadio, deinde Hallâ, totam Magdeburgenſem ditionem invaſit. Atque hæc ſunt, quæ de initio belli hujus traduntur; quod deinde toto quadriennio geſtum ſequenti libro, eadem brevitate, pro inſtituto noſtro, proſequemur.

Ferdinandus III. fit Rex Ungariæ. Caraff. pag. 227. & ſeqq.

Sub hæc novi belli initia Ferdinandus III. major natu Cæſaris filius Rex Ungariæ concordibus Procerum ſuffragiis renunciatus eſt. Id Regnum varia bellorum incommoda per annos aliquot pertulerat, imprimis à Bethlemo Tranſylvaniæ Principe, qui non modo illud in poteſtatem ſuam aſſerere ſperaverat, ſed ubique Religionem Catholicam & cultores ipſos, maxime Monachos & Sacerdotes fœdum in morem tractaverat; neque jam procul erat ab interitu Religio, niſi Cæſar Ferdinandus pro ſuâ in Eccleſiam obſervantiâ; in ejus conſervationem non minus quam Regni terrarumque recuperationem intendiſſet. Cæſari vero hac in re auxilio imprimis fuit Petrus Paſmannus Archiepiſcopus Strigonienſis & Cardinalis, qui erectis Viennæ, Strigonii, Ternaviæ alibique variis collegiis, in quibus adoleſcentes Ungari in ſacris profaniſque literis erudirentur, brevi ſuo aliorumque exemplo effecit, ut Curionum ac Parochorum ut vocant, (quod unum ad conſervandam Religionem apprime neceſſarium erat,) nulla jam amplius inopia eſſet. Cum Religione Ungarorum erga Cæſarem amor & domum ipſius, ex qua tot in Regnum illud beneficia profecta eſſent, rediit; paulatimque cupido inceſſit animos Procerum, id quod Cæſari placiturum haud dubie ſciebant, Regem nominandi filium ipſius, qui parenti poſt mortem ſuccederet; ut ſucceſſore jam certo nulli alteri ſpes foret rerum novandarum.

[...]mitia [...]arica. [...]f. 241.

Comitia igitur in menſem Octobrem Cæſar Regni Ordinibus Oedenburgum indici juſſit; ad quæ ipſe cum Conjuge & liberis, Carolo Caraffa Nuncio Apoſtolico, qui hæc ipſa literis mandavit, Legatiſque Hiſpanico & Florentino profectus, magnâ pompâ

exce

exceptus eſt. Legati quoque Bethlenii adfuere, qui cum Cæſari à Principe ſuo amica omnia ſpopondiſſent, petierunt ad extremum, quoniam Princeps ad novas nuptias tranſire vellet, ut ſibi Cæſar ex Principibus Imperii aliquam deligeret. Unde multis ſuſpicio orta eſt, Bethlenium petitâ à Cæſare filia, ex domo ejus matrimonium quæſiviſſe. Duxit tamen deinde Catharinam Electoris Brandeburgici ſororem, cujus nuptiæ initio anni inſequentis Caſſoviæ regiâ penè pompâ celebratæ ſunt. Porro in comitiis cum frequentes Ungariæ Proceres convenisſent per ſupremum Aulæ Cancellarium Cæſar Ordinibus expoſuit, cum regnum Hungariæ variis turbis hactenus vexatum ſit, ut ipſi in communo conſulerent, quo remedio iis deinceps malis occurri & turbatoribus pacis obviam iri poſſit; tum ut mandatis regiis ſerio pareatur, & in refractarios ſeverè animadvertant ii, quorum id munus ſit, ex cujus rei negligentiâ hactenus non perfunctoriè peccatum ſit. Deinde cum non pauci matrimonii ſanctitatem, pluribus inductis uxoribus ritu Turcico contaminare haud vereantur, ut id Chriſtianæ Religionis probrum ſeveriſſimis pœnis coerceatur. Ut ad munitiones contra Caniſiam conſervandas, & cohibendos prædones, & ad ſtipendia Præſidiariis numeranda, quoniam in eo ſalus Regni vertatur, paulo liberalius, quam hactenus factum fuerit, tributum perſolvant. Addita nonnulla de ſecuritate itinerum, de vitandâ familiaritate Turcarum, de Raba fluvio purgando, de pulvere tormentario ex Regno non avehendo, aliiſque ad Regni ſalutem ſpectantibus, ſuper quibus uti Proceres conſulerent, Cæſar poſtulabat. Interim dum hæc deliberatio ſuſcipitur, & Cæſar paucorum querimoniis, qui militum licentiam, tempora iniqua, Bethlenii inſidam vicinitatem, & Turcarum inſolentiam arguebant, ſatisfaceret, de Cæſaris filio in Patris locum ſufficiendo à paucis mentio illata eſt. Erant ii Archiepiſcopus Strigonienſis, Epiſcopus Quin-

Laur. Auſt. l. 9. PropoſitioCæſaris in Comitiis.

Deliberatur an Rex eligendus. Caraff. 2.

1625. Quinque Eccleſienſis & Eſterhaſius, qui propoſito periculo, ſi Rex ſine ſucceſſore decederet, electionem illam modis omnibus ſuadebant. Catholici plerique, etſi adverſi non erant, tamen negocii difficultate terrebantur; quidam etiam eorum ſufficientibus ad id mandatis non inſtructi. Acatholici palam repugnabant, & præcipue Legati Bethlenii, qui ſingulos prenſantes contra jura regni, contra libertatem ſuffragii id fieri adſtruebant, proponebant exemplum Polonorum qui quartum rogati à Rege, in electionem Uladislai, vivo Rege, conſentire noluerint. Falli in eo, quod jacturam libertatis novi Regis gratia, quem tanto beneficio demerituri ſint, compenſaturos ſe credant; qui id non ſibi, ſed Cæſari parenti datum fuiſſe exiſtimaturus ſit, cum adoleverit. Neque ſane ſciri adhuc per ætatem poſſe, qualem eligant. Optimum quidem fore ſperari poſſe, ſed hanc ſpem ſæpe fefelliſſe. Adjiciebatur alia non minor difficultas, quod Legati Comitatuum & ditionum, penes quos erat ſuffragium, ejus rei poteſtatem nullam acceperant propterea, quod convocationi Cæſareæ nulla hujus electionis mentio inſerta fuerit. Hæc aliaque cum electionem illam difficilem redderent, tamen Strigonienſis & Eſterhaſius haud deſperabant; quin majorem ſaltem Procerum partem ad ſe pertraherent, quare oſtendebant neceſſitatem atque evidens periculum, ſi Rege defuncto, diuturnum interregnum futurum ſit, nemini utile, niſi iis, qui ex tumultibus commodum quærerent, & privata vicera publicis calamitatibus obtegerent. Poſſe evenire, ut aut adſpiraret Bethlenius, aut Turca minus potentem invaderet; hinc non ipſi tantum Ungariæ regno, ſed & cæteris Chriſtianis ditionibus, quibus illud velut munimentum objectum ſit, exitium imminere. Rege jam electo, qui idoneus futurus judicetur, vitari factiones & ſtudia, & contentiones animorum, quibus ad perniciem atque interitum nihil ſit efficacius. Neque diu quærendum, quis Ferdinando Cæſari ſuccederet.

Argumenta contra electionem.

Argumenta pro electione.

retineſſe in domo ejus, inque omnium conſpectu filium juvenem, tantæ ſpei parem, atque ad majora genitum. Quod de Poloniâ adductum ſit, huc conferri non poſſe, eſſe alium Polonis, alium Ungaris electionis modum; hos ad proximum ſanguinis, ſi idoneus fuerit, vel ad domum Auſtriacam, obligari: illos ex omni natione, ex omni familiâ domoque poſſe quærere, cui regnum deferant. Ejuſmodi etiam exemplum in Poloniâ nunquam viſum; in Ungariâ frequentiſſimè. Alios aliis nationibus mores eſſe. Ungaros certe ut ejus conſuetudinis pœniteret, nunquam accidiſſe plena eſſe monumenta hiſtoriarum exemplis turbarum, quæ per interregna acciderint. Imo vivis valentibuſque Regibus non deeſſe regnorum invaſores; quid futurum, ubi Rex nullus fuerit. De poteſtate Legatorum non videri argumentum ſufficiens. Illis, qui ad hæc commitia miſſi ſint, id mandatum, ut ſaluti & commodis Reipublicæ quam optimè fideliſſimeque conſulerent; nihil autem magis è re omnium & ſingulorum eſſe, quam id, de quo jam ageretur negocium; igitur Legatos tam de eo, quam de cæteris ſententiam dicere, ac ſuffragium ferre poſſe. His aliiſque confirmati multorum animi ſunt, ut jam ſibi aliquid de electioe promittere auderent. Interim etiam Legati Regnorum Sclavoniæ, Croatiæ, & Dalmatiæ advenerunt Catholici fere omnes; ut jam non pares modo, ſed numero etiam ſuperarent, qui electionem malebant. Præmiſſa eſt tamen veluti in experimentum electio Palatini, qui eſt Prorex Ungariæ, quem Magiſtratum Stanislaus Turſus haud multo ante defunctus geſſerat. Cæſar quatuor de more, duos Acatholicos, ſed inter illos Comitem Eſterhaſium præcipue Ordinibus commendaverat. Illi igitur cum magno numero ſuperantibus ſuffragiis ea dignitas ad mentem Cæſaris obveniſſet, nemo jam dubitabat, quin Regia quoque electio ſuccederet. Nam ſoli tantum Tranſylvani cum paucis aliis obluctabantur. Inter hæc vidua Budcani

1625. Eſterha[illegible] eligitur [illegible] latinu[illegible]

1625. Budeani inſtigantibus haud dubiè Bethlenianis Imperatricem aggredi auſa oſtendit, quantum ipſi hac novi Regis deſignatione decederet, quæ defuncto Cæſare poſſet vidua jus atque adminiſtrationem regni ejus ſuſcipere tuerique, & ad novi uſque Regis inaugurationem retinere. Cæterum Auguſta actis Budeanæ gratiis pro eo in ſe affectu, nolle ſe, inquit, poſt Cæſarem vivere, multo minus regnare; itaque jus illud Cæſaris filio libentiſſime concedere. Porrò confirmata jam in animis omnium electione, Cæſar advocatis extra ordinem in conſilium Carolo Caraffa Nuncio Apoſtolico, Archiepiſcopo Strigoniensi, Cancellario Ungariæ, Legato Hiſpanico, & Eſterhaſio Palatino, præter arcani conſilii præcipuos, de coronatione novi Regis, quæ electioni ſuccedit, deliberare inſtituit; & multi quidem ſtatim adhibendam cenſebant ob externam illam pompam quæ in Ungarorum animis ad novi Regis amorem plurimum valeret. Tum pro matrimonio Infantis Hiſpanicæ, & Comitiis Imperialibus inſigniorem coronati quam electi Regis titulum cenſebant, propterea etiam, quod Auſtriaci titulum electi haud facile admittant, qui jus ſibi in Regnum Ungariæ hæreditarium attribuant. Alii tamen coronationem differendam cenſebant ſtudio Religionis, cui metuebant, ſi Rex in eaſdem conditiones jurare adigeretur, in quas pater ejus iniquiſſimo tempore compulſus fuerat; poſſe enim ex his mitigari aliqua credebant, ſi melior occaſio expectaretur. At qui ærario præerant difficultates illius & ingentes coronationis ſumptus cauſabantur. Neque videbant, unde pecuniam ad hanc rem, & alendum dein Regem, neceſſariam acciperent. Cæſar hac re nihil; ſed ſolo Religionis periculo permotus tandem conſtituit, ſolam electionem Ordinibus permittere, coronatione in aliud tempus dilata. Quare per Palatinum propoſita, Ordines admiſere electionem, ea conditione ut Rex electus, quod alias à coronato fieri ſolebat, omnia regni privilegia tam ſacra, quàm

Deliberatur an Rex mox coronandus.

giana, juramento confirmaret. Ita compulſus Cæſar, ne negato juramento omnium à ſe Procerum animos averteret, qui privilegiis ſuis tenaciſſimè inhærent, non electionem modo, ſed etiam coronationem permiſit. Igitur vigeſima ſexta Novembris concordibus omnium Procerum ſuffragiis Ferdinandus Erneſtus Archidux, Cæſaris filius, Rex Ungariæ ac ſucceſſor patri eligitur. Tum poſtulatis ab Archiduce literis, quibus Privilegia & Pacta regia confirmaret, poſtquam eæ exhibitæ ſunt, electio publicata eſt magno ſtrepitu tormentorum campanarumque, & feſtivis acclamationibus multos annos & felix regimen novo Regi optantium. Poſthæc Ordines præeunte ſemper Archiepiſcopo Strigonienſi Cæſarem adeunt, in ſublimi ſolio ſedentem, adſtante juxta Archiduce Ferdinando, ibi, poteſtate à Cæſare facta, primum Strigonienſis, tum cætera nobilitas expoſita electionis felici tertie Ferdinandum Regem ſalutarunt. Quibus cum ille præparata oratione gratias egiſſet, fauſta omnia ac diuturnam vitam Cæſari parenti precatus, ſolium ſibi adornatum conſcendit. Ibi rurſum à Palatino Eſterhaſio, Ungarico idiomate Rex ſalutatur. Dein ab adſtante Procerum ac Nobilium multitudine oſculatâ manu adoratur. His interveniens Auguſta cum Archiduce Leopoldo Wilhelmo, gratulatione peracta, novum Regem unà cum Cæſare ad proximam Eccleſiam deduxit, ibi Deo actæ ſolennes gratiæ, reliquum diei & nox inſequens feſtivis ignibus & læto tormentorum fragore traducta; coronatio dein in octavum Decembris diem, qui conceptæ Dei Matri ſacer eſt, conſtituitur, interim omnia, quæ huc pertinent, ſummo ſtudio apparata. Miſſi continuo, qui ſacrum diadema cum regio paludamento Poſonio adportarent. Hæc Ungari ſumma religione jam inde ab annis uſque ſeptingentis, à Stephani primi Chriſtiani Regis temporibus, aſſervant; adhuc, quod mireris non corona modo, ſed ſceptrum etiam, gladius, & globus veſteſque, integra omnia

1625.

Ritus auguris.

omnia

1621. omnia atque illæſa apparent. Cæterum quanta veneratione hanc theſaurum Ungari proſequantur, ex ritu atque ordine adſportantium intelligas. Præcedebant Germani Tubicines, tum Barones aliique equitum Magiſtri cum ſuis turmis cataphractorum. Hos ſequebantur Ungaricorum Procerum primarii cum magno Nobilium comitatu. Tum tres Gubernatores Regnorum Dalmatiæ, Sclavoniæ, & Croatiæ (vulgo Banni dicuntur.) Dein equitabant quinquaginta fere è Miniſtris Palatini Ungarici, leopardorum, tygridum, aliarumque ferarum pellibus contecti. Poſt hos Palatinus ipſe medius inter Germanos atque Ungaricos Barones, Conſiliarios, Principeſque. Tum corona ipſa cum cœteris regiis inſignibus currui Cæſareo impoſita vehebatur. quam quadraginta jam Reges geſtaverant: circa currum cuſtodes, ſtipatoreſque incedebant, non aliter, ac ſi Rex ipſe adeſſet. Agmen claudebant rhedæ quinquaginta, cum prætorianis, aliiſque tribus turmis cataphractorum, & certâ militum manu perpetuò ad coronæ præſidium deputatâ. Cum igitur dies inaugurationis illuxiſſet, ſummo mane datum eſt tormento ſignum, ut Nobilitas conveniret, Cæſarem, Auguſtamque ad Eccleſiam deductura: qui, ubi ad ſiniſtram chori partem in præparato ad id ſolio conſediſſent, Rex quoque inaugurandus cum magnâ Nobilium manu, veſte Attalica in morem Ungaricum ornatus, ad Eccleſiam proceſſit. Quem mox Archiepiſcopus Colocenſis, & Epiſcopus Agrienſis in veſtibulo occurrentes, datâ luſtrali aquâ, exceptum ad ſolium ei ſeorſum præparatum deduxêre. Inde paulo poſt ad ſummam aram, ubi Archiepiſcopus Strigonienſis ſacris operaturus, ac multis Prælatis circumdatus præſtolabatur, à primariis regni miniſtris deducitur. Rogatus dein Archiepiſcopus, ut eum in Regem Ungarorum coram univerſis Regni Ordinibus conſecraret, reſpondit, an præſentatum Principem idoneum agnoſcerent, atque ita fieri vellent. Acclamantibus

omnibus

omnibus, ſe velle, ſurrexit Strigonienſis, atque ſacrum exorſus eſt. Ibi præter conſuetas in Regnum inauguratione ceremonias Rex primum aræ gradum aſcendens gladium S. Stephani evaginavit. Tum Palatinus ad latus Evangelii conſiſtens, & coronam de manu ſacrificantis accipiens, converſus ad populum magnâ voce clamavit: O Regnum inclytum? O Ungari quotquot eſtis, vultiſne hunc Ferdinandum Erneſtum Archiducem Auſtriæ ſacrâ S. Stephani coronâ ſolenniter inaugurari? Reſpondentibus omnibus: *volumus*; *volumus*, *vivat Rex vivat Rex.* Archiepiſcopus coronam de manu Palatini recipiens, regio capiti impoſuit. Sacro finito Rex verſa ſede ad populum quatuor Equites, ter gladio S. Stephani leviter percuſſos creavit. Omnibus denique ceremoniis finitis novus Rex regio adhuc ornatu inſignis extra oppidum in clivum quendam equum adegit, ubi educto gladio, ut illi genti mos eſt, quatuor ictibus, verſus quatuor mundi regiones aërem diverberans ſuæ Majeſtatis ſpeciem dedit. Tum moneta aurea argenteaque in populum ſparſa, ad palatium regreſſus magnifico convivio exceptus eſt; quod Cæſar ipſe cum Auguſta, tum Nuncio Apoſtolico Carolo Caraffa, Archiepiſcopis item Strigonienſi & Colocenſi, Legatiſque Hiſpanico & Florentino & Palatino Eſterhaſio celebravit. Reliqua nobilitas in alia aulâ per quinquaginta menſes diſcubuit. 1625.

In Polonia per idem tempus Jaroslavia, poſt Francofurtum ad Mœnum ditiſſimum celeberrimumque Europæ emporium, orto forte incendio ut ædes ſunt ubique per Poloniam ligneæ, unius horæ ſpacio conflagravit, incomparabili mercium ac mercatorum damno; iſque majoris infortunii prodromus fuit. Nam Guſtavus Adolphus Suecorum Rex finitis induciis, quas anno ſuperiore pepigerat, ad ſubigendam totam Livoniam animum adjecit. Itaque menſe Aprili fuſo Stanislao Saphicha, qui incompoſitis ordinibus hoſti obviam *Sueci invadunt Livoni[am]. Piaſec. 455.*

pro-

1625. proceſſerat, reliqua facile loca ad deditionem cogit, inter quæ arx Coconhauſia fuit, in ripâ fluminis Dunæ, opere Ordinis Teutonici & ſitu loci munitiſſima. Derpatum quidem poſtquam aliquantum reſtitiſſet, deſperato tandem auxilio, deditionem fecit. Inde in Lithuaniam erupit, occupatâ ſubitò arce Bierze, quæ ad Ducem Chriſtophorum Ratzivilium ſpectabat; munita quidem, ſed adverſus tam inſperatam irruptionem non ſatis proviſa apparatu: inde ſexaginta ænea tormenta victor Rigam abduxit. Ita tota Livonia præter unicam Dunamundam in poteſtate Suecorum fuit; cumque jam bellum in Lithuaniam promoturi victores viderentur, Rex Sigiſmundus ad recuperandam Livoniam comitia in anni ſequentis initium Varſaviam indixit. Sed jam Sueci de bello in Boruſſiam transferendo agitabant. Interim Coſacci in vicinam Tauricam Cherſoneſum perrumpentes, à Sangerio Tartaro evocati, ut fratrem ipſius à Turcis exauthoratum in principatum illum reſtituerent, non leve Turcarum odium incurrerunt; ut propterea Imperator Turcarum apud Regem Poloniæ quereretur, & revocari ex ditionibus ſuis Coſaccos peteret. Sunt Coſacci proprium Polonicæ militiæ genus, non gentis vocabulum, dicti à Polonica voce Koza, quæ capram ſignificat, à velocitate fortaſſis, nam celeres ſunt ac levis armaturæ milites. Hos initio ſine certo duce latrocinii magis more, quam ex juſti belli legibus pugnantes Stephanus Poloniæ Rex dato duce, legibusque in legitimæ militiæ formam compoſuit. Ducem illum à Regibus ſemper accipiunt, minores præfectos ipſi legunt. Stativa habent in inſulis fluminis Boriſthenis, quæ Saporoiæ dicuntur adverſus Tartaros Tauricanos, ut incurſiones eorum populationesque prohibeant. Æſtatem in caſtris agunt vivuntque prædâ, aut piſcibus ad ſolem duratis, quos Boriſthenes largè ſuppeditat. Hyeme niſi vis major ingruat, revertuntur ad ſua uxoreſque & liberos reviſunt. Omnes Poloni

Coſacci invadunt Tauricam peninſulam.

Coſacci unde dicantur, quales. Piaſec. pag. 12. &c.

ſunt, aut ex provinciis Poloniæ ſubjectis, arma eorum olim arcus & pharetra, & acinaces erant, nunc etiam ſclopetis ac loricis ferreis utuntur. Hi proprii Coſacci ſunt, ad quorum dein ſimilitudinem, quotquot in regno Poloniæ levi armaturâ militant, eodem vocabulo nuncupantur. Igitur auditis querimoniis Turcarum, cum moniti Coſacci arma non deponerent, Conjecpolius cum exercitu adverſus obſiſtentes miſſus, una alteraque clade, cùm caſtra eorum expugnare non poſſet, nam triginta millia erant, tandem effecit, ut ſtipendiis aliquantulum auctis, ad obedientiam redirent: ita impetratum, ut ab excurſionibus in ditiones Turcicas abſtinerent. 1625.

Mors variorum.

Eodem anno præter Jacobum Angliæ Regem, & Mauritium Orangii Principem, uti ſupra expoſuimus obiere Philippus Julius Dux Pomeraniæ, & Joachimus Sigiſmundus Marchio Brandenburgicus, atq; Electoris frater, & Joachimus Erneſtus Onolsbachanius Dux olim unionis Proteſtantium; Cardinalis item Hohenzolleranus, Epiſcopus Oſnabrugenſis. Epiſcopatus ille, quanquam Rex Daniæ pro filio ſuo ambiebat, adnitente imprimis Archiepiſcopo Colon. Franciſco Guilielmo Comiti à Wartenberg delatus eſt.

PARS PRIMA

HISTORIARUM NOSTRI TEMPORIS

Authore

ADOLPHO BRACHELIO

LIBER TERTIUS.

Complectens geſta Annorum
1626.1627.1628.1629.

SUMMARIUM LIBRI. III.

1626 REformationes religionis in Bohemiâ, Auſtria, Palatinatu. Pacificationes fruſtraneę, & preparationes belli Danici. Clades & deinde mors Mansfeldii, Vinarienſis & Brunſuicenſis. Tillius varias urbes recuperat; cædit Regem Danię ad Lutheram. Bellum ruſticum in Auſtria compeſcit Pappenheimius. Rex Suecię Guſtavus Adolphus invadit Boruſſiam Polono ſubjectam. Ejus brevis deſcriptio. Clades Tartarorum & Turcarum. Mors Ioannis Suickardi Electoris Moguntini, & Ludovici Landgravii Haſſię. Leopoldus Cæſaris frater ducit Claudiam Florentinam. Pax Rhetica, & deſcriptio Vallis Telinę. Regum Gallię & Anglię ſimultates. Spinola Rheni curſum avertere in Moſam nititur. Reliquię S. Norberti transferuntur Magdeburgo Pragam. 1627. Continuatio belli Danici. Nova tractatio Colmarię cum Palatino. Conventus Electorum Mulhuſii ſuper gravaminibus Imperii. Leopoldus Cæſaris filius fit Epiſcopus Halberſtadienſis. Coronatio Imperatricis &

Ferdi

...II. in Regem Bohemiæ. Geſta Polonorum & ...corum in Boruſſia. Comitia Polonica. Mors Principis ...tenſteinii, Comitis Furſtenbergii, Ducis Mantuani. ...dio Rupellæ in Gallia. Hollandi capiunt Grollam. ... Hollandi claſſem Americanam Hiſpanis eripiunt. ...ta Tillii & VVallenſteinii in Holſatia & Iutlandia. ...cificatio Lubecenſis inter Cæſarem & Regem Daniæ; ... quam Regis Sueciæ Legati non admittuntur. Belli Boruſſici continuatio. Principium belli Mantuani. Obſidio Rupellæ in Gallia, & ejus deditio. Cædes Bucquingamii in Anglia. Cæſaris conſilium de repetitione bonorum Eccleſiaſticorum in Imperio, fundatum in Pace Religionis facta Paſſavii ſuperiori ſæculo. Ejus transgreſſionis capita breviter recenſentur. Quæ bona Catholici repetierint. Controverſia inter filium Cæſaris & Saxonis de Archiepiſcopatu Magdeburgenſi. 1629. Pax Danica. Belli Suedici in Pruſſia finis & pax. Belli Mantuani continuatio. Cæſar promulgat edictum reſtitutionis bonorum Eccleſiaſticorum, ejus executio cœpta. Gravamina militiæ Cæſareæ. Prima obſidio Magdeburgi à VVallenſteinio. Mors Bethlenii. Sylvaducis obſeſſa. Initia & cauſa belli Suedici in Germania. Prodigia id bellum præeuntia.

1626. *Reformationes in religione.*

INitio anni milleſimi, ſexcenteſimi vigeſimi ſexti Archiepiſcopus Pragenſis Erneſtus Adalbertus ab Harrach, à Pontifice Romano procurante Cæſare in Cardinalium numerum adſcribitur. Is, ut Bohemiam ad avitam Catholicam religionem reduceret, maximè laboravit; inſtitutis ubique viris eruditione & virtute præſtantibus, qui populo præeſſent, & rudibus præcepta fidei exponerent. Sed & Elector Bavariæ, Palatinatum quem armis obtinebat, inductis ubique Catholicis Doctoribus, amotiſque, qui diverſum ſentiebant, ad Romanæ Eccleſiæ obedientiam reducere nitebatur. Ante omnes Cæſar Catholicis Principibus exemplo præibat, publicato ſub finem anni ſuperioris per Auſtriam edicto, cujus hæc erat ſententia;

1626. tia: notum eſſe, quàm in nuper Boh... lione, Auſtriæ ſuperioris Ordines, quæ ſupra ... ſum eſt, graviter in Cæſarem legitimum Princi... peccaverint; dum non modo ipſi ſacramen... mortuo Matthia dicere detrectaverint; ſed ... contumaciam armis & vi tueri auſi ſint, in q... finem milites ſcripſerint, præſidia per arces & o... pida quædam diſpoſuerint, hoſtibus ſeſe & rel... libus Cæſaris miſcuerint, Palatino imprimis, Mar... feldio, Bethlenio; eorumque conventus conciliabula contra Cæſarem frequentaverint commeatu, annona, pecunia juverint, eo uti ap... parebat fine, ut Cæſaris Domini ac Principis ſu... imperium excuterent, & ſeſe aut in libertatem a... ſererent, aut alterius externi Principis dominat... ſubjicerent. Quare, cum læſæ majeſtatis crimen amiſſionemque omnium privilegiorum, fortu... narumque ac vitæ incurriſſent, Cæſarem Elector Bavariæ negocium dediſſe, ut perduelles ſubigeret, atque ad obedientiam priſtinam, quoniam aliter non poſſet, armis reduceret, quod & ipſe Elector fecerit. Cum autem ejus rebellionis maximam cauſam dederint homines turbulenti, qui prætext... Religionis ſeditioſis vocibus & concionibus no... ceſſaverint, neque adhuc ceſſent, Catholicam Re... ligionem proſcindere, & populum adverſus Magi-ſtratum, qui illam ſuadeat jubeatque, concitare. Hinc ſe, ut hujuſmodi pacis turbas amoveat, omni-no velle, ac præſenti edicto jubere, ut intra octo dies omnes hujuſmodi Concionatores, Auſtria ac ditionibus Cæſareis, cum facultatibus ſuis excedant, nulla unquam reverſionis ſpe. Simul mandatum Adamo Comiti Herberſtorphio, Lintzii Guberna-tori, uti in refractarios animadverteret. Id edictum etſi Auſtriaci primum quidem deprecando ſe amoturos ſperarent; tamen poſtea nova Ru-ſticorum rebellione aliquantulum intermiſſum eſt;

...niâ cum deductis in hibernâ militibus ...eius ...ems dediſſet, de pace inter Danum Cæſaremque agi ceptum eſt. Obtuleratque ſe huic pacificationi Arbitros Saxo & Brandeburgicus Electores; quos vicini belli contagio maxime pre...bat. Tillius quoque & Wallenſteinius Le...os miſerant; hic Comitem Vratislaum, magnum ...iorem Ordinis Melitenſis in Bohemiâ; ille Lu...ovicum Comitem Furſtenburgium, & generalem Commiſſarium Rupam, ſed & deinde alios. Brunſuici convenêre; ibi poſtulatum à Saxoniæ inferioris Ordinibus, ut Tillius præſidia, quæ in eo Circulo haberet, quam primum deduceret, dam...a illata reſarciret, & ab armorum metu provin...as illas, data harum rerum idonea cautione, im...ſterum liberaret. Tum, ut Cæſar non in ſuis modo provinciis, ſed etiam in iis quas per liberam electionem acquiſiviſſet, liberum religionis uſum cuilibet permitteret, abolitis decretis, quæ contrarium præciperent. Hæc ſi fierent, ſe mox exercitum ſuum dimiſſuros ſpondent. Cæſar contra vo...bat, ut Rex & Circulus copias ſuas prius dimitterent. De Mansfeldio & Brunſuicenſi aliiſque Imperii hoſtibus cautio daretur, nihil deinceps contra Cæſarem molituros: nulli ſine Cæſaris licentiâ milites ſcriberentur. Hoſtibus ipſius non tranſitus, non annona, non pecunia ſuppeditarentur. Damna Cæſari & Principibus illata refunderent; loca occupata reſtituerent, præſidia deducerent, pacem religionis ſancte colerent. Cæterum exacta jam hyeme, omnis de pace ſuſcepta tractatio irrita fuit; dum neque Cæſar neque Danus, neuter prior copias ...as vult dimittere; ſed neque in pace religionis ...onveniebant. quam Cæſare juxta verba receſſus Imperii obſervandam volebant, Danus Principeſque ... magnum Catholicæ religionis præjudicium ex...icabant, neque reſtituere volebant, quæ ex bonis ... leſia... contra eam pacem invaſerant. Igitur Rex ... Angliæ & Succiæ Regibus, Hollandiſque, Ve-

1626.

Pacificatio Danica fruſtranea.

netis

1626. netiis & Bethlenio, aliiſque ſociis co[...] dere; ſerio ſe iterum ad arma cœpit præpa[...]. Erant in exercitu ipſius ſexaginta millia Militum, cum omnibus auxiliis, quæ ſocii ſubmiſerant. Has copias in tres partes diviſit. Unam regebat Chriſtianus Dux Brunſuicenſis, Epiſcopus Halberſtadi[...] quem paulo ante Ulrico fratri, natu majori in [...]gimine Ducatus contra morem & pacta Germani[...]ca ſubſtituerat. Iſque juſſus erat diſtinendis Cæſarianis Epiſcopatus Oſnabrugenſem, Hildeſienſem, Mindenſem excurſionibus infeſtare. Alteram exercitus partem apud Albim fluvium ducebat Mansfeldius contra Wallenſteinium qui eas oras tueretur, atque in Sileſiam ad recipienda Tranſy[l]vanica auxilia excurreret. Tertiæ Rex ipſe præera[t] apud Viſurgim medius inter reliquas, adverſus Tillium, commodeque illum ſitum delegerat, ex quo & ſtatim quid ubique gereretur, cognoſcere, & laborantibus, cum opus foret, ſuccurrere, poſſet. Omnem autem militiæ ſuæ diſciplinam centum & quadraginta articulis comprehenſam publicari, ſerioque per manipulos ſervari juſſit.

Mansfeldius initio anni ejus occupata prius Servesta, ac tota Magdeburgenſi ditione, in Sileſiam inde erumpere nitebatur. Sed obſtabat pons ad Deſſaviam, quem Albi impoſitum Joannes Aldringerius juſſu VVallenſteinii cum firmo præſidio obtinebat. Igitur ut Cæſareanos inde dejiceret menſe Aprili, unâ alteraque oppugnatione infeliciter tentata, haud tamen deſtitit, donec VVallenſteinius cum omnibus copiis adveniret, præmiſſo Comite Schlickio cum aliquot equitum turmis. Ut autem Mansfeldio adventus ejus celaretur, pont[is] conſpectum, qua hoſti objectus erat, velament[is] papilionum obtegi juſſit, ne, quot qualeſve copi[æ] traducerentur, Mansfeldiani adverterent. Mansf[el]dius verò vigeſima quinta Aprilis cum omnib[us] copiis aggreſſus ſummo conatu pontem oppug[...] Eâ re jam ante præcognita, VVallenſteinius ſu[...]

mane, nihil tale metuente Mansfeldio, ſuos traducit, explicataque acie, munitionem, quæ ponti præſtructa erat, egreſſus, Mansfeldium memorabili clade profligat, peditatu fere omni aut cæſo aut intercepto. Nienhovius Hollandici ſubſidii Præfectus cum magna ſuorum ſtrage cecidit. Capta impedimenta omnia, machinæ majores ſex, ſigna pedeſtria triginta quatuor, & tria equitum. Mansfeldium cum maximâ equitum parte fuga abſtulit. Victoriæ appendix recuperatio *Serveſtæ* fuit, quam fugiente præſidio, Cives Victori tradidêre. Inter captivos illuſtriores fuere Kniphauſius, ſupremus vigiliarum Magiſter, & duo Proceres Bohemi, Michalovitius & Chudcovulſius, qui aliàs quoque Cæſareas partes deſeruerant. Vexilla ab hoſtibus capta Wallenſteinius per Baronem Queſtenbergium Cæſari præſentavit. Mansfeldius collectis ex fugâ, quos poterat, in Marchionatum Brandenburgicum conceſſit, adjunctis ſibi ex itinere tribus millibus, quos Adminiſtrator Hallenſis & Magdenburgenſis haud multo ante conſcripſerat; inde in Sileſiam profugus, munitâ prius Tangermunda, Joanni Erneſto Duci Vinarienſi conjungitur. Jamque exercitum ad viginti penè millium numerum refecerat: nam & Palatinus Birchenfeldienſis, & Nobiles aliquot, & Bohemiæ, Moraviæque exules ſe adjunxerant, ut jam Wallenſteinio par videretur. Sed nihil in Victorem tentare auſus, an ut Bethlenium ad ſe pertraheret, ad Ungariæ fines populabundus duxit. Sequebatur à tergo Wallenſteinius, præmiſſo cum tribus millibus Pechmanno Chiliarchâ, qui extremos ſubindè feſtinantis agminis intercipiens, remorari tamen cæteros non potuit, quin, quo intendebant, progrederentur. Wallenſteinius tandem in Hungariam penetrans, omiſſo aliquantum Mansfeldio, qui inter Montana & ſylveſtria regni illius hærebat, Bethlenium & Turcas obſidione Novigradi depulit. Inde caſtra ipſius Ungarorumque, qui Cæſar[illegible] 1626.

1626. militabant, commune diverſis nationibus malum discordia invaſit. Qua re non parum victoriarum curſus retardatus, ac florentiſſimus Wallenſteinii exercitus fame ac frigore rerumque omnium inopiâ affligi cæpit; dum Ungaris malignè alimenta ſuppeditantibus, hoſpitia, pecuniam, commeatus vi ſumere debuit. Sed & eadem contagio hoſtes invaſerat, Bethlenius enim Mansfeldio & Vinarienſi junctus, mox interveniente diſcordiâ ſeparatus, dilabentibus paſſim Turcis & ipſe in Tranſylvaniam ſuam conceſſit, oblatis Cæſari melioribus pacis conditionibus, quam unquam fecerat, ut jam tandem aliquando pacem ſincerè quærere crederetur. Reliqui duo Duces haud multò poſt mortem obière. Mansfeldius contracto morbo ad thermas Ungaricas, ac dein Budam delatus, dum nihil remittente vi morbi per ditiones Turcarum Venetias cogitat, in itinere apud Racaviam, ignobilem vicum, Zaram inter & Spalatum extinguitur. Fama eſt, dum Budæ decumberet, accepiſſe à Muphti Budenſi, qui eſt ſacrorum Turcicorum per ea loca ſupremus antiſtes, literas Turcicis formulis exaratas, ad Mahometum, ad modum fere ſalvi conductus, quibus poſtulabatur à Mahometo, ut Mansfeldium in cœlum introduceret; quanquam non eſſet Muſulmannus, ob inſignia ejus in gentem Mahometicam beneficia. Atque hunc finem habuit Erneſtus Mansfeldius, cauſam perduellionis Bohemicæ & Friderici Palatini ad extremum ſpiritum proſecutus. Editus eſt ex illuſtri Mansfeldiorum familia, Patre Petro Erneſto Comite Mansfeldio; qui poſt Alexandrum Ducem Parmenſem ad Erneſti Archiducis adventum præfecturam Belgii adminiſtravit; ſed matre degenere. Adoleſcens cum fratre Carolo in bellum Ungaricum profectus, dein à Duce Sabaudiæ aſſumptus, demum gliſcentibus Bohemiæ motibus in partes contra Cæſarem tranſgreſſus, & clade Pragenſi fractis ſociorum

viribus

viribus, ſeparato exercitu ſolus fortunam partium ſuſtentavit. Ter propterea proſcriptus à Cæſare, ac pluribus præliis non ſine incommodo victorum fractus, ſemper à clade terribilior ſurrexit. Bis tervé peragrata universa Germania famam egregii ducis meruerat, ſi infamiam rapinarum populationumque, quibus inopem exercitum aluit, neceſſitate & more præſentis ſæculi excuſes, dum ea in re amicos inimicoſque juxta habuit. Mansfeldium Joannes Erneſtus Dux Vinarienſis in Sileſia ſecutus, proſcriptionem morte antevertit. Deceſſit fine anni, cum jam ante menſe Majo Chriſtianus Dux Brunſuicenſis vitæ finem feciſſet, anno ætatis necdum trigeſimo. Ita fata in tres hoſtium Cæſaris primarios conſpiraverant. Erat Brunſuicenſis ad gubernandum avitas ditiones, amoto fratre Ulrico Friderico ſeniore ut ſupra diximus Guelpherbyto impoſitus; ſed breve illi alienæ hæreditatis gaudium fuit, intra alterum menſem extincto. Fama eſt, dum corpus ad condituram, uti Principibus mos eſt, aperitur, prodigioſæ longitudinis lumbricos inter viſcera repertos: ut hinc Catholicis, quos ſupra modum hoſtilis animi perſecutus eſt, haud temere creditum ſit, hoc ei mortis genus, præproperum ſimul & ominoſum divinitus eveniſſe.

1626.

Mors Joannis Erneſti Ducis Vinarienſis & Chriſtiani Brunſuicenſis.

Tillius autem omiſſa tandem irritæ pacis tractatione, cum primum per anni tempus licuit Oſnabrugam & Weidenbrucum per Comitem Anholdinum recuperat. Inde demiſſo in Haſſiam cum aliquot millibus Comite Gronsfeldio Caſſeliam circumſideri jubet. Inerat Landgravius ipſe Mauritius haud dubie hoſtilium partium: quare metu armorum Cæſaris, partim Ordinum patriæ curâ atque interventione res in hunc modum compoſita, ut Mauritius, translato in filium Wilhelmum natu majorem regimine, ſeſe quieti daret. Dein Tillius Mundam, in qua quatuor centuriæ ex Le-

Tillius recuperat urbes.

Lotich. l. 15.

1626. gione Rheinardi Comitis Solmenſis inerant, vi expugnat: & quoniam tanto exercitui pro modo virium ſuarum pertinacius reſtiterant, nemini militum civiumque, qui quidem inter arma reperiebantur, parcitum, adeo, ut ex duorum millium ac quingentorum Militum Civiumque numero vix viginti ſuperfuerint. Ea clades Gottingenſium animos fregit, ne extrema experiri vellent; quare cum ſe ſeptimanis aliquot egregiè defendiſſent, ad extremum impares honeſtis conditionibus oppidum Tillio dedunt. Cùm paulò ante Comes Furſtenbergius ad liberandam Calenbergam à Tillio cum triginta ſex turmis equitum miſſus, inſigni clade Danos profligaſſet, cæſis in acie quingentis prope, cum Fretagio Chiliarcha, & ſex turmarum Præfectis, captiſque vexillis viginti & uno. Ita hæc expeditio, quam ad divertendum à Gottinga Tillium Rex Daniæ emiſerat, Regi irrita fuit. Tillius dein dedita Gottinga Northemium movit, id quoque oppidum valido præſidio Danus obtinebat. Igitur Rex, ne cunctatione ſuâ Tillius hujus quoque urbis potiretur, ſummo ſilentio obſeſſis auxilio proficiſcitur: necdum munimenta perfecerant Cæſareani, cum equitatus Danicus ante caſtra apparuit, ſequente haud procul peditatu. Ea res non parum turbavit Tillium, cum adhuc triginta milliaribus abeſſe hoſtem crederet. Ipſe namque loco iniquo & depreſſo urbem inimicam à latere, hoſtem loco edito à fronte habebat, neque numero par erat. Igitur conſilium ex re capiens, omittere obſidionem ac recedere decrevit, ut vicina adſe auxilia reciperet. Texit nox ingruens recedentes, & addidit dolum Tillius, canendo receptui. Juſſi remanere in caſtris tympaniſtæ ac tibicines, & continuo canere, ut ſpeciem remanentis exercitus præberent. Cum jam omnes abſceſſiſſent, hi quoque in tutum recepti ſunt. Poſtero mane Danus Tillii caſtra ingreſſus, cum aliquantulum quieviſſet, Tilliano ſub-

Tillius obſidet Northeimium.

Fugit Geo-[illegible]

dio ab Exploratoribus cognito obviam cœpit contendere. Tres erant equitum legiones, & duæ peditum; quas ubi in caſtra Tillii perveniſſe nunciatum eſt, Rex mutato conſilio, ne ad pugnandi neceſſitatem adigeretur, retroceſſit. Quem modico intervallo præcedentem, laceſſentibus ſeſe invicem primis poſtremisque, toto biduo Tillius ſecutus tandem apud arcem Lutheram in manibus habuit. Arx ad Ducem Brunſuicenſem ſpectat, juxta eam æquabili planitie latè patentem campum medius rivus interſecat, humilibus ripis neque admodum impedientibus tranſgreſſum. Danus, cum effugere Tillium non poſſet ob viarum anguſtias, ab alterâ campi parte aciem explicat, rivo pro munimento uſuros; neque credebat ſuo in conſpectu tranſgreſſum auſuros: aut ſi id facere conarentur, facile impeditos propelli poſſe. Tillius æſtimato loci ac hoſtium ſitu, cum ſuos ad pugnandum animâſſet, multo jam die Comiti Gronsfeldio negocium dat, ut cum quatuor legionibus rivulum tranſgreſſus hoſtes invadat. Ita pugna cæpta, ac tanta vis irruentium Danorum fuit, ut bis Tilliani loco pulſi etiam penè tormenta deſererent. Demum verſa eſt fortuna, Tillianique cohortatione Ducis ſui animati, redintegrata virtute feruntur in hoſtem. Tum motus loco equitatus pedites in manibus Cæſareorum reliquit, qui omnes aut cæſi aut capti. Pauci cum equitatu & Rege ipſo per ſylvas & occulta callium Guelpherbytum evaſere. Cecidere in acie ex Danico exercitu Philippus Landgravius Haſſiæ, Mauritii filius, & Generalis Fuchſius ſupremus poſt Regem militiæ Præfectus, vir expertæ virtutis, & rerum militarium peritiſſimus machinator; quique antehac ſub Comite Buquojo, honoratiſſimas præfecturas geſſerat. Capta ſigna octoginta ſeptem cum tormentis omnibus, apparatuque militari, & magno numero impedimentorum. Incidit ea victoria in menſis Auguſti diem

1626.

Pugnatur ad Lutheram.

Danus cæditur.

1626. vigeſimum octavum, quo ante annos aliquot Ferdinandus Cæſar Francofurti Romanorum Imperator ab Electoribus Imperii ſalutatus fuerat. Rex Guelpherbytum primo, deinde in interiorem Saxoniam ac fines Holſatiæ profugiens reſtaurare vires & novas copias conſcribere omni ope cœpit. Interea Tillius haud ſegniter victoria uſus Steinbrucum imprimis, tum Verdam, Rotenburgum, Ottersbergam, Hojam, aliaque in eo diſtrictu oppida nullo jam reſiſtente recuperat. Major victoriæ fructus fuit, cum Brunſuicenſis & Luneburgenſis ditionum Reguli Ulricus Fridericus & Georgius cum magna parte Ordinum deſerto Rege ad Cæſarem rediere: & Luneburgenſis quidem injuſti militis formam tranſlata integra legione, quam ſuis ſumptibus conſcripſerat, Tillio acceſſit. Rex tamen acceptis ſub initium autumni novis ex Hollandia Daniaque copiis, cum jam Tillius hiberna circumſpiceret Hojam arcem non ſine ſuo filiique periculo recuperat, inde Tillium atq; imminentem hyemem metuens, in hiberna exercitum diſtribuit.

Bellum Ruſticum in Auſtria. Lotich. lib. 16.

Medio belli Danici ardore in Auſtria ſuperiore, quæ ſupra Onaſum eſt, convolantibus ad arma Ruſticis novus Cæſari hoſtis repente apparuit: non tam mole & vi, quam numero, rapina, incendiis & omni cladium genere timendus. Obtinebat eam regionem Maximilianus Elector Bavariæ ex pacto, donec ſumptus in bellum pro Cæſare expoſitos reciperet. Igitur conferendis Bavaro pecuniis gravatos, ut fere ea res popularium ſeditionum fons eſt, novo inſuper edicto Cæſar exterruit, quo juſſi omnes Acatholici Concionatores, ac ſcholarum Præfecti patria cedere: id teli inſtar omnibus viſum. Nam plerique admodum novitiis opinionibus jam pridem imbuti, Catholicam religionem morte ipſa infeſtiorem habebant. Neque deerant latitantes paſſim Miniſtri, qui iniquitatem Cæſarei edicti api-

1626

...os jam incenſos criminabantur. Nempe, poſtquam in bona & opes ipſorum continuis exactionibus ſævitum ſit, nunc etiam animis & conſcientiæ parem vim inferri. Enimvero unum adhuc miſeris ſolatium ſuperfuiſſe libertatem animorum, nunc ſpoliis fortunarum hanc cladem ...remam addi. Fruſtra authorem naturæ Deum ...æſtantiſſimum humano generi donum obtuliſ..., voluntatem; ſi eâ ad colendum illum pro arbitrio uti non liceret. Sane fortunarum jacturam & continua tributa gravia eſſe; ſed tolerari adhuc poſſe, etiam cum modum excedunt: imperium in animos & conſcientias nulli unquam Chriſtiano tolerabile viſum. Ne Turcarum quidem Imperatorem, quantumvis ſævè & crudeliter ſuos ...beat, credendi modum præſcribere. Eſſe ibi vivere Judæos, Saracenos, Chriſtianos, Paganos, alioſque permultos pari ſectarum diverſitate & libertate. Hujuſmodi ſermonibus haud dubie ad arma ſtimulabantur. Placuit tamen Cæſaris voluntatem experiri miſſis literis, qui...s ſeveritatem edicti deprecantes permiſſam ...ctenus fidei libertatem poſtulabant. Cæſar nihil ſe, quam ſalutem ipſorum & commoda quærere profeſſus, decreto ſuo inſiſtebat, datumque Adamo Comiti Herberſtorphio negocium, ut imperata urgeret. Igitur conglobari multitudo è pagis primum Bohemiæ vicinis, mox latius emanante famâ è longinquo. Plerique palâ & ſarculis, ruſticanis armis, quidam etiam ſclopetis ferroque inſtructi ad decem fere millium numerum convenerant. Ipsâ jam multitudine ferociores; & ubi vires ſuas reputaverant, ſecuri. Jamque Herberſtorphius cum globo militum & carnifice ad coercendos turbatores egreſſus; magis cupidus vindictæ, quam quod ſatis virium contra tantam multitudinem providiſſet, in urbem repellitur, cæſis ex militibus quibuſdam, ...i audacius furentibus reſtiterant. Cum gli-

ſcente

1626. ſcente numero audaciâque nulla jam reliqua eſſe apud armatum vulgus obſequii memoria, mox in prædas & Spolia provolant, multi nobilium arces direptæ, monaſteria expilata, ſacra & profana omnia furioſo ritu conculcata; Catholicorum maxime ædibus boniſque ignis injectus, ipſi dignisſimis modis vexati, ægrè pecunia aut pignoribus vitam redimebant, ita Welſium, Stiram, Lambachium, Ebersbergam, & præcipuos Danubii tranſitus invadunt, vi adhibitâ ubi reſiſtebatur. Erat inter ſeditioſos promptiſſimus quidam Stephanus Fadingerius nomine, qui artem pileariam exercebat: hunc ſibi in ducem multitudo deligit, deſignato ipſi Cœnobio Cremphanienſi, ex quo velut prætorio rem militarem adminiſtraret. Adhæc regio omnis in quatuor partes diſtributa eſt, indictoque conventu, ſingulis partibus aſſignata præſidia, quæ ſe mutuo contra vicinos Stirios, Bavaros, Bohemos, & Auſtriacos inferiores tuerentur. Cæſar initio tumultuum Legatos miſit, qui ad quietem agreſtes hortarentur. Quibus illi detentis ſex alios è ſuis ad Cæſarem ablegant, excuſatoque, quod arma ſumpſiſſent, neceſſitate id factum docent. Tum multa de præſidiis Bavaricis, gravitate tributorum, decreto religionis, & ſeveritate Herberſtorphii conqueſti hæc omnia amoveri, & veniam præſentium turbarum ſibi fieri poſtulant, ita ad obſequium mox redituros. Sin repulſam patiantur, neque Cæſar tam æquis ipſorum poſtulatis ſubſcribat, ſeſe ſibi neceſſariæ defenſionis conſilium capturos demonſtrant. Cum tam audacter apud Cæſarem agerent, ne & Legati ipſius violarentur haud multum abfuit. Erat inter Legatos, Ignatius Abbas Liliorum, qui accuſatus, quod bona exulis cujuſdam emiſſet, rationem rei hujus reddere, & vitam verbis facundiſſimis deprecari coactus fuit. Porro cùm legationes tranſactioneſque non procederent, conjurati ad obſidendum Lintzium, qui

Caraff. 295.

Lintzium obſidetur

[S]uperioris Auſtriæ caput eſt, animum adjiciunt. 1626
Inerant ordines *Patriæ* fere omnes, tum Herberſtorphius Gubernator cum valido præſidio, cui multitudo, quod *Cæſareorum* decretorum exactor eſſet, erat infenſiſſima. *Sexaginta* fere armatorum millia in caſtris Ruſticorum erant; numerus cuicunque etiam expugnando per Germaniam munimento par, ſi æque ars & diſciplina affuiſſent. Adeo non multitudo & copia Bellatorum, ſed virtus ac ratio bella conficiunt. Primum igitur tormentis in urbem directis muros ac propugnacula quatere; deinde ubi ſtratis alicubi mœnibus aditus patuit, incompoſiti ac promptiſſimus quiſque adoriri, eo audacius, quod plerique eorum magicis incantamentis contra ictum pilarum, ac ferri aciem durati, mortem non horrebant. At obſeſſos non modo hortator Herberſtorffius, (etſi quidam Procerum, ut cederent furori, atque inde cum præſidio abiret, orarent) ſed certum, ſi vincerentur, exitium ad fortitudinem ſtimulabat: & plerumque impediebant aggreſſores ſeipſi: dum ſine ordine modoque per ruinas aſcenderent, & poſtremi primos propellerent; tum hi majori vi repulſi ab oppidanis, aut continuo confoſſi haſtis gladiiſque cadebant, aut ſi retro niterentur obſtructo aditu receptuque, ut perniciem vitarent, in aliam ſe perniciem per abrupta murorum præcipitabant. Et plerunque indulgebant temeritati hoſtium oppidani fugam ſimulantes, mox dato ſigno reverſi latiorem ſtragem edebant. Ita ſemper ab aggreſſionibus cum clade repulſi, amiſſo inſuper duce Fadingerio, non tamen omiſere ſpem potiundi urbe. Creatus novus è turba dux Achatius Willingerius, homo audax & turbulentus, eoque vulgo gratus. Ejus hortatu inſtaurata oppugnatio, multoque, quam ante, acrius pugnatum. Ad extremum tamen, ubi crebris invaſionibus nihil profectum, & novum ſubinde auxilium in urbem inductum eſt,

nam

1626. (nam prius ipſi ductore Adolpho Duce Holſatiæ intercepérant) cæpere animi agreſtium, quorum omnis in impetu fortitudo eſt, langueſcere, atque de expugnatione deſperare. Multis quoque lentum illud obſidendi & ſterile belli genus diſplicebat, adſuetis jam ante rapto & populationibus vivere. Sed & Herberſtorphius agreſtes animos beneficiis & clementiâ mitigabat, cum multos in urbem à ſuis protractos, captos & faucios, poſtquam vulnera eorum diligenter obligari curaſſet, donis liberaliter cultos dimiſit, monitos, ne in Principem ac Dominum ſuum paucorum ſeditioſis vocibus ſeducti tam temere inſurgerent: horum dein exemplo & alii permoti caſtra paulatim deſerebant, ſeque ad uxores ac liberos conferebant. Igitur haud gravatè ſolutâ obſidione Willingerius ad priora latrocinia converſus, per immunita circum oppida pagoſque inopem turbam circumducebat.

Laur Auſt. lib. 9.

Caduntur tandem à Pappenheimio.

Rebus ita conſtitutis, ſuperveniens in tempore Godefridus Comes Pappenheimius cum ſex millibus, adjunctiſque ſibi Preunero, ac Lobelio Tribunis, qui bis terve cum ruſticis pugnaverant, ſuo magis quam eorum incommodo, prope Efferdingam incompoſitos aggreditur & profligat, haud pauciores ibi quam duo millia ceciderunt, interque eos Dux ipſe Willingerius. Pappenheimium dein Efferdinga patentibus portis excepit. Ibi intellecto, Ruſticos eâ nocte relictis aliquot majoribus tormentis Danubium trajeciſſe nequaquam fractis animis & reparaturos haud dubie bellum, ni obſiſtatur, ſtatim fugientes inſecutus eſt, nullum ſpacium dandum perterritis ratus. Ita menſe Novembri duobus adhuc prœliis victi, & interfectis ferociſſimis quibuſque, reliquum vulgus fractis jam & debilitatis animis clementiæ victoris ſe permiſit. Pauci ex omni numero vel conſuetudine rapinarum, aut conſcientiâ ſcelerum, atque ob id veniam deſperantes per Moraviam Sileſiamque vagi Da-

nicis

...ico ſe aut Ungarico bello miſcuêre: haud ſane invito Cæſare, qui paucorum ſupplicio contentus, pleraque multitudine ad ſua redire juſſa, reliquorum jacturam velut turbidi ac noxii ſanguinis emiſſionem lætus accipiebat. Multi hanc conſpirationem altiùs ſpectaſſe, & ex nobilitate ...eroſque faviſſe clam credidêre; ſed Cæſar ultra non quæſivit, fortaſſe ne pœna conſpectior illuſtraret culpam facile in exemplum ituram. Ita hic annus Cæſari feliciſſimus fuit cæſo apud Lutheram Dano, apud Deſſaviam Mansfeldio, & in Auſtriâ Ruſticis, compulſo inſuper ad pacem Bethlenio, liberatâque Ungariâ, trium inſuper infeſtiſſimorum [illegible] morte, Comitis Erneſti Mansfeldii, Chriſtiani Brunſuicenſis, & Erneſti Vinarienſis ducum. 1626. *Epitome rer. Germanicarum.*

Eodem anno Sueciæ Rex Guſtavus Adolphus, cum ſuperiore anno Livoniam ſuæ poteſtatis feciſſet, & jam in Lituaniam irrupturus crederetur, nihil tale opinantibus Polonis, cum primùm per anni tempus licuit, claſſe Stockholmio ſolvens Boruſſiam petiit. Ingreſſuſque Pilaviam, quæ Ducis Pruſſiæ præſidio tenebatur, eo dimiſſo ſuum impoſuit. Pilavia maris Balthici apud inſulam Nerungam munimentum, viginti fere milliaribus Regio Monte abjungitur, atque inde brevis trajectus eſt in lacum Fritſchavium, qui mari Baltico ab ea parte, quâ Boruſſiam reſpicit, inter oſtia Viſtulæ ad Regiomontem inſigne emporium, prætenditur. In hunc lacum inductâ claſſe, cum aliquantum quieviſſet, apud flumen Paſſeriam militem expoſuit. Boruſſia autem omnis hodie bifariam dividitur, in eam ſcilicet partem, quæ ſubeſt Regi Poloniæ, & alterum, quæ Duci paret, qui eſt Elector Brandenburgicus. Rex obtinet ea, quæ circa Viſtulam ſunt, uſque ad oſtium ipſius, cui adjacet Dantiſcum totius Europæ granarium, atque inter urbes Hanſeaticas primaria. Reliqua ejus tractus oppida magis inſignia *Rex Sueciæ invadit Pruſſiam.* *Pruſſiæ deſcript. Golnitz. lib. 2. cap. 7. Georg.*

1626 nia ſunt Thorunium, Culma olim metropolis, Mariæburgum, & Elbinga nitidiſſima omnium. Ea quæ ad Ducem ſpectant ab Aquilone mare Balticum cum lacu Curovienſi, & orâ Curlandiæ, ab ortu Samogitia & pars Lituaniæ clauſ-

Piaſecius hoc anno 1626.

dunt. Ab Auſtro Maſovia, ab occaſu Regia Boruſſia adjacet. Igitur Guſtavus relictis, quæ ad Ducem ſpectant, aut benignè acceptus, in regiam ditionem converſus, Bransbergam primum, tum & Fravenbergam, cum repentinus pavor omnis defenſionis conſilium oppidanis abſtuliſſet, ſine ullo negocio occupat. Inde poſtridie Elbingam pergit: ubi cum plebs arreptis armis ſeſe ad defenſionem compararet, Conſul & primarii ex Magiſtratu Regi extra portam obviam progreſſi, ſpecie tractandi, ſe atque urbem dedunt. nullâ inita tractatione, nec ſibi nec civibus proviſâ ſecuritate; forte quod oblatâ ultro deditione nihil non benignitate Regia ſperaverant, ſi tamen dolus abfuit. Rex ab iiſdem cum firmo præſidio in urbem introductus, ſtatim remotis cuſtodiis urbanis ſuas impoſuit. Et cives non ſecus atque vi capti, ingenti pecunia direptionem civitatis redimere coacti ſunt. Inde majora tributa, commeatuſque & inſtrumentum bellicum imperari & conferri cepta. Hic primum confluentibus paſſim ex Ducali Pruſſia, exercitus Suedicus mire auctus atque in juſtas legiones diſtributus eſt. Elbingam tertio poſt die Mariæburgum ſecutum eſt, quod Albertus Penclavius cum ducentis peditibus in Livoniam contendens audito periculo, converſo itinere illuc advolans, firmaverat occupata arce. Deinde rerum militarium ignarus, licitumque reputans, ſtationem ſibi non commiſſam deſerere, liberum cum ſarcinis abitum ſuper cœnam cum Rege pactus, oppidum atque arcem tradidit, relicto in manibus hoſtium Jacobo Soſnovio Quæſtore regio, cum multa ſua ac regia pecunia. Eadem facilitate Rex Guſtavus recepto ad ſe e-

ſtatu, quem Comes Turrianus ex Livoniâ per Ducalem Pruſſiam adduxerat, Mevam ac Dirſaviam ad ripam Viſtulæ intercepit, eo conſilio, ut Polonos Dantiſco intercluderet. Cæterum Rex Poloniæ Sigiſmundus intellecta Suecorum in Pruſſiam irruptione, omnes quas in proximo habebat copias conduxit, atque Derſaviâ Mevam verſus proceſſit. Ibi apud aggeres Viſtulæ brevi pugnâ commiſsâ nihil ultra tentatum eſt: tum quia Poloni numero inferiores erant, tum quod Suecus ſatis arbitrabatur, Mevam commeatu & recenti præſidio firmaſſe. Menſe Octobri Stanislaus Conjecpolſius ex ultimis Ruſſiæ confiniis legiones ſubſidiarias adduxit, cumque jam in Inſulam Mariæburgenſem Suecus receſſiſſet, totâ hyeme Dirſaviam obſedit. Rex Sigiſmundus interim Dantiſcum abiens, ac civitate illa in fide ſuâ confirmatâ, Thorunii ſub finem Novembris Comitia Regni celebravit. Ibi magno omnium conſenſu pecunia in bellum decreta. Injecta verò mentio de creando Regni ſucceſſore, tantâ Procerum indignatione audita eſt, ut author ejus continuo ad pœnas legum depoſceretur. Adeo Poloni libertati ſuæ conformius exiſtimant, non niſi defuncto Rege novum creare. Archiepiſcopo dein Gneſnenſi, qui Regni Primas eſt, Henrico Firleio nuper defuncto, Joannes Wezk Epiſcopus Poſnanienſis à Rege ſuffectus eſt. Cæterum cognito Conjecpolſii abitu, Tartari cùm triginta millibus in Ruſſiam irrupére, quos Stephanus Chmielecius ibi à Conjecpolſio abeunte præſidio relictus cum aliquanta Nobilium ac Coſaccorum manu apud flumen Roſiam aggreſſus; magnâ clade concidit. Cæſa Tartarorum quatuor millia ex Polonis non niſi novem deſiderati ſunt, quinquaginta ſaucii. Geſtumque id prælium frameis maxime & gladiis fuit, cum ſclopetorum atque arcuum uſum repentina pluvia ademiſſet.

1626. *Comitia Poloniæ Thorunii.* *Clades Tartarorum.*

1626. *Joannes Schvvickardus Elector Mog. moritur.* Menſe Septembri deceſſit ex hac vitâ Joannes Schvvickardus Elector Moguntinenſis, anno ætatis quinto & ſeptuageſimo. Fuit is ex familia perilluſtri Baronum de Cronenburg, vir concordiæ & pacis in Imperio amantiſſimus, adhæc facundia, comitate, prudentiaque inſignis & ſupra hæc vitæ innocentiâ ſanctimoniaque commendatus, atque utriuſque religionis Principibus, cum quibus ſæpe de rebus graviſſimis tractabat gratiſſimus. Subleċtus illi eſt à Capitulo Metropolitano Georgius Fridericus à Greiffenclau, Epiſcopus Wormatienſis. *& Ludovicus Landgr Haſſiæ.* Idem annus Ludovico Haſſiæ Landgravio extremus fuit: fidelis imperii Principis titulum ex eo conſecutus eſt, quod turbatiſſimo tempore etiam cum vitæ ac fortunarum ſuarum diſcrimine Cæſari Imperioque, etſi diverſæ religionis eſſet, fidus adhæſerit.

Leopold frater Cæſ. ducit Claudiam Ducis Flor. filiam. Eodem anno Archidux Leopoldus Cæſaris frater, dimiſſis Epiſcopatibus Paſſavienſi & Argentinenſi, Romam pro diſpenſatione profectus, inde Florentiam abiit & Claudiam Ferdinandi Hetruriæ Ducis filiam, eandemque Urbini Ducis Viduam in matrimonium duxit, quo pluribus munimentis Domus Auſtriaca inſiſteret. Epiſcopatus ambo Cæſaris filio Leopoldo Wilhelmo collati ſunt, decretumque, ut quinquennii totius proventus, donec Leopoldus, qui erat annorum tredecim, ad annum octavum decimum perveniſſet, ſeponerentur; ex eoque æs alienum, quo Eccleſiæ gravatæ erant, diſſolveretur: atque interea temporis Capitula bona Eccleſiarum moderarentur.

Pax Rhetica Pia ſec. Per idem tempus Bellum Rheticum inter Hiſpanos Galloſque Pontifex miſſo Cardinale Franciſco Barberino fratris filio, primo in Galliam, dein in Hiſpaniam compoſuit; etſi Rheti ipſi pacis articulos haud omnes probarent. Quorum hæc ſumma fuit: ut Vallis Tellina reſtituatur Mini-

ſtris

...tis Pontificiis, qui ſecuritati religionis providerent. Munitiones recens extructæ diruantur, tranſitu utriſque Regibus libero. Rheti conſervatores à Tellſiniis electos confirmare teneantur. Comitatus Wormſianus ſub Valle Tellina comprehendatur, uti & Comitatus Clavennæ, atque inde præſidia utriuſque partis abducantur. Tellinii certam pecuniæ ſummam Rhetis in teſtimonium veteris Clientelæ quotannis pendant, idque ut diligenter obſervetur, ambo Reges Tellinios in defenſionem ſuam accipiant. Vallis Tellina mediis in Alpibus ſita eſt, patetque in longitudinem decem milliaria Germanica, juxta Adduam flumen, quod inde in lacum Larium ſive Comenſem effunditur. Ab ortu Comitatui Tyrolenſi, à meridie Bergomati Venetorum ditioni adjacet: cæteris partibus Engaddinos ac Bregellenſes finitimos habet, cingiturque tota altiſſimis montibus, præterquam, ubi lacum Larium attingit. Regio temperata eſt, & omnium rerum proventu nobiliſſima, vini inprimis frumentique & pecoris piſciumque; quos ſcaturientes paſſim è montibus amnes, tum Addua ipſe, cujus ripæ multis ubique vitibus veſtiuntur, liberaliter ſuppeditat. Habet & thermas ſalubres, & æris aliorumque metallorum fodinas. Hæc regio aliquamdiu Ducum Mediolanenſium imperio ſubjecta fuit. Dein anno ſuperioris ſæculi duodecimo, cum Rheti & Helvetii Ducatum Mediolanenſem Gallis ereptum Maximiliano Duci reſtituiſſent, Dux Helvetiis alia, Rhetis Vallem Tellinam cum Wormſiano & Clavennenſi Comitatibus perpetuo donavit. Ita hæc regio à Rheticis Præfectis deinceps gubernata eſt: qui, cum poteſtate eâ abuterentur, atque Incolas durius haberent, cœperunt quidam eorum Regis Hiſpaniarum, qui jam Dux Mediolanenſis eſt, auxilium reſpicere. Eâ occaſione Petrus Comes Fontanus, ac Gubernator Mediolanenſis, anno hujus ſeculi quinto, in finibus

1626.

Vallis Tellina deſcript.

 Vallis

1626. Vallis Tellinæ, ubi Addua in Larium labitur, munimentum extruxit, atque à nomine ſuo Fontanum dixit, in aſpero atque eminenti colle. Hæc dein Gallis Hiſpaniſque & Helvetiis bellandi materia, ſæpe compoſita, ſæpe novis intercedentibus cauſis renovata, diu utroſque Reges exercuit, donec hoc iterum anno in ſequeſtrum Pontificium repoſita fuit.

Regum Galliæ & Angliæ ſimultates. Galliæ Rex Ludovicus vitatis domeſticis inſidiis, & ſupplicio affectis proditoribus, in apertam cum Anglo affine ſimultatem erupit. Ejus rei hæ cauſæ erant, quod Angliæ Rex Carolus ſacerdotes aliquot ex Comitatu Reginæ Uxoris ſuæ, contra quam pactum erat, in Galliam remiſiſſet; tum quod Duci Subiſſio ex Gallia profugo hoſpitium atque arma adverſus Regem Galliæ permitteret. Et res quidem Reginæ ita compoſita eſt, ut duodecim ſacerdotes, unus Epiſcopus, duodecim Matronæ, unus Cubicularius, Secretarius, Medicus & tres præterea miniſtri in Reginæ obſequio manerent; ſed ne patrocinium Hugonottis ac Subiſſio præſtaretur, impetrari non potuit; ex quo deinde in longe acerbiores inimicitias utrique Reges exarſere.

Alveus pro Rheno avertendo à Spinolâ inchoatur. In Belgio hoc anno nihil memorabile peractum, niſi quod Ambroſius Spinola, novam domandi Hollandos artem commentus, Rheni curſum ab iis avertere, atque ita commerciis, quæ iis cum ſuperioribus Germanis intercedunt, prohibere molitus eſt. Cœptuſque apud Rheinbercam novus alveus duci Geldriam verſus, qui inde Rhenum in Moſam apud Venlonam deferret. Cæterum non minus Hollandi ad impediendum, quam illi ad moliendum opus intenti erant. Itaque levibus præliis ibidem crebro certatum, & Comes Stirumius Hollandicæ legionis Tribunus ab Henrico Comite Montenſi captus. Sed novi operis curſum non tam aſſultantes continuo hoſtes contra quos ſe extructis propugnaculis Hiſpani

conveniverant, quam difficultas ipſa magnitudo ſumptuum haud parum retardavit; ad extremum res plane intermiſſa eſt, extantque adhuc tanti conatus non obſcura veſtigia. 1626.

Sub finem anni Magdeburgenſes, ut ſacra Divi Norberti Oſſa, quod diu ante poſtulatum fuerat, Pragam transferrentur permiſere. Is ante annos fere quingentos Ordinis Præmonſtratenſis fundator, atque Archiepiſcopus ejus urbis fuerat, magnoque dein ob vitæ ſanctimoniam honore habitus; donec ſuperiore ſæculo, una cum religione hic quoque cultus in animis Magdeburgenſium defecit. Ita Ordo Præmonſtratenſis gloriæ conditoris ſui avidus, cæpit oſſa illa à Magiſtratu populoque Magdeburgenſi petere; ad eamque rem literas Cæſaris commendatitias impetraverat is, qui rem maxime urgebat, Caſparus Queſtembergius, Abbas Strohovienſis. Cæterum res apud Magdeburgenſes haud ita facilis expedita fuit; nam licet primarii quique Lutheranorum aſſentirentur, quod rei apud ipſos non pretioſæ jactura gratiam Cæſaris libenter promererentur, neque Catholici, quorum adhuc pauci ſupererant, honorem Divo majorem inviderent: tamen plebs, etſi Acatholica, ſeſe huic translationi opponebat, propterea, quod ſibi perſuaſerant, idque vulgo ferebatur, cum horum oſſium amiſſione urbis fortunam abituram. Callidiores ferventioreſque hac vulgi ſuperſtitione parum movebantur, potiuſque exurenda igni, & ſpargendos in profluentem cineres cenſebant, ne idololatriæ Catholicorum, ut dicebant, fomes adderetur: id autem, ne fieret, Miles Cæſareus qui extrema omnia minabatur, prohibebat. Igitur decretâ translatione Queſtembergius Abbas Pragâ evocatur. Eo præeunte, teſtibus aliquot admiſſis, ſacrum corpus effoſſum eſt. Conditum erat in æde Divæ Virginis, quam à multo jam tempore Concionatores Acatholici

Reliquiæ S. Norberti transferuntur Magdeburgo Pragam Caraff. 319.

1626. obtinebant, ſub arâ S. Crucis, repertumque eſt loco ſatis profundo, in ſarcophago lapideo, integrum adhuc, atque omnibus ſuis partibus ritè compoſitum: ſed ubi moveri cœpit, conſumptis jam diu nervis, repente defluxit. Oſſa reverenter collecta ſunt, atque in arcam ad id præparatam ſuo ordine depoſita; inde Bohemiam verſus deportata, atque in Monaſterio quodam Doxanenſi prope Leitomericium, donec Pragæ locus ſacro pignori adornaretur, relicta. Porro à multis è plebe Magdeburgenſi hæc translatio Divi tutelaris urbi exitio futura, haud dubiè prædicabatur, & ſecutum paucos poſt annos excidium non vanam hanc formidinem fuiſſe, luculento exemplo affirmavit. Omnibus Pragæ apparatis convocatiſque ex tota fere Europâ Religioſorum Præmonſtratenſium primariis, ſacrum corpus curru, quem ſex equi candidiſſimi trahebant, ex monaſterio Doxanenſi Pragam devectum eſt. Ita tota urbs & primarii quique cum Clero obviam effuſi, pleríque facibus ardentibus inſtructi, pompam hanc ad Eccleſiam Montis Sion deduxêre: arcam ipſam quatuordecim Abbates infulati deferebant. Sequebatur Archiepiſcopus Pragenſis: pone illum Prælatorum, ac virorum illuſtrium magna turba. Ita honor cultuſque, qui diu ſacris reliquiis defuerat, quaſi poſtliminio reſtitutus eſt. Hæc autem media ferè æſtate anni vigeſimi ſeptimi acta ſunt.

Continuatio belli Danici Piaſec. 473.

1627. Quo anno multis jam cladibus Rex Daniæ afflictus, etſi reſtauratis ſubindè viribus reſurgere conaretur; tandem tamen è Saxonia atque omni Germaniâ exactus, atque in Cherſoneſum ſuam compulſus eſt, inſequente haud indiligenter exercitu Cæſareo. Etenim Wallenſteinius, pacata Auſtria Hungariaque, novo militum ſupplemento confirmatus ad expurgandam Sileſiam animum intendit; hærebant ibi adhuc copiæ, quas Mansfeldius ac Vinarienſis introdu-

ſerant, Baudiſio ductore eorum primario. Igitur occupatâ imprimis Troppavia, cùm invento vado Oderam Wallenſteinius tranſiviſſet, in eas anguſtias Danicos compulit, ut dimiſsâ mox Sileſia per fines Poloniæ in Marchiam erumpere, inde ad ſuos pervadere debuerint. Sed id quoque conſilium Baudiſium fefellit, nam ſubmiſſus extemplo à Wallenſteinio cum ſeptem millibus Pechmannus, aſſecutus eſt fugientes haud procul Schaverino ad Neſſram Poloniæ oppido, atque inſigni clade proſtravit; adnitentibus maximè Croatis, ut pauci admodum cum Duce Baudiſio evaderent: reliqui autem ab agreſtibus trucidati, aut in ſylvas profugi, inediâ miſere periêre. At victoriæ gaudium Cæſarianis non parum imminuit mors Pechmanni, qui inter primos ordines fortiſſime dimicans, globo majoris tormenti ictus occubuit; vetus miles, ingenioque & fortitudine præclarus, conſtantique in Cæſarem fide, tametſi profeſſione Lutheranus. Inde Wallenſteinius in Saxoniam movit: ubi jam Rex Haberbergâ aliiſque locis fruſtra tentatis, cum ſe duobus Cæſaris exercitibus poſt tantas clades imparem videret, paulatim ſeſe cæpit retrahere, quo ſuis ditionibus propior eſſet. Sed Tillius tranſito Albi. & diſiectis munitionibus recedentem non minus ſtrenue inſecutus una cum Wallenſteinio, in ipſam denuo Holſatiam Iutlandiamque, mox etiam trans mare rejecit: oppreſſa eo impetu magna pars copiarum Regis. Marchio Durlacenſis, quem Rex in Holſatiâ reliquerat, à Comite Schlickio Wallenſteinei Legato magnâ clade multatus. Inde in Schleſvvigam, Iutlandiamque pari fortunâ properatum, ut jam nullum Danicis, niſi intra munimenta aut clauſas mari inſulas, profugium eſſet: pari curâ proviſum ut reliquæ in Saxoniâ urbes reciperentur. Tres adhuc præcipui nominis Regis Daniæ præſidio tenebantur Nienburgum, Northeimium, & in Ducatu Brunſuicenſi Guelpherbytum,

Pechman. occumbit.

1625. quod quam Dux Brunſuicenſis in partes Cæſaris tranſgreſſus ſæpe fruſtra à Rege repetierat. Nienburgum validum ad Viſurgim munimentum Anholdinus ad deditionem coegit, poſtquam Oppidanos omnis liberandi ſpes defecit, defuncto inſuper Limbachio præſidii Præfecto, viro ſtrenuo fortique: datæ quoque contrahentibus, dignis viris conditiones, deditionem acceleraverunt. Contra Comes Furſtenbergius, cui Northemii expugnatio mandata fuerat, cum offerentes urbem, niſi omnino ſuum ad arbitrium ſine ullo pacto dederetur, ſeverè rejeciſſet, excitatis ad deſperationem præſidiariis, atque ideo magnâ cum clade his repulſus, ad extremum offerre ipſe, quæ ante negaverat, coactus eſt. Guelpherbytum, quod Brunſuicenſis ſedes eſt, Comes Papenheimius domuit; nulla vi magis, quam inundatione aquarum: obſtructo inferne rivo (Okerum nominant) qui urbem circumluit. Ita amnis nullo exitu reperto paulatim ſtagni inſtar in tantam altitudinem excrevit, ut loca ſubterrania & inferiorem etiam ædium partem aqua pervaderet, vicis jam & compitis navigio perviis, timebaturque, ne ad extremum ſuperiora ædium, atque adeo omnes omnino ſubmergeret. Ita menſe Decembri urbs in poteſtatem Papenheimii conceſſit.

Guelpherbytum domatur.

Sub idem tempus Elector Brandeburgicus, probato Cæſaris Judicio de Electoratu Bavari, ejus quoque exercitibus per ditiones ſuas tranſitum atque annonam promiſit, quem inſecutus eſt haud multo poſt Boguslaus Dux Pomeraniæ admiſſis octo legionibus Cæſareis, quibus commeatum, pecuniam, hiberna ad ſeptimanas aliquot indulſit. Sed & Fridericus Comes Palatinus, cum vi parum proficeret, per Ducem Lotharingiæ & Wirtenbergicum reconciliationem apud Cæſarem tentavit. Indicta igitur Colmariæ dies; neque Cæſar abnuebat Comitem in gratiam recipere, modo Electoratus Bavaro maneret, Palati-

Tranſit Brandeburgicus in partes Cæſaris

Nova tractatio Colmariæ cum Palatino.

Palatinus ſupplex veniam peteret, omni in Bohemiam juri ipſe & filius renunciaret; tum ut ſumptus in bellum expoſitos Cæſari redderet, & reductam in Palatinatum Catholicam religionem relinqueret, provideretque ejus Cultoribus Miniſtriſque de commodâ vitæ ſuſtentatione. At Palatinus Electoratum quidem reddi magnopere poſtulabat, aut ſi id impetrari non poſſet, ſaltem ut ſuam inter ac Bavari domum alternaretur, de veniâ non abnuebat: ut tamen per alium ad id deſignatum peteretur; Quo minus Regno Bohemiæ ipſe filiuſque cederent, nullam difficultatem fore. Quod ad ſumptus ſpectat, impotentiam ſuam excuſabat, exul & profugus tot jam annos à patriis ditionibus. At de religione Catholicâ nihil concedere voluit, cum omnia in priorem ſtatum, uti ipſo regnante fuerant, reponi cuperet. Cæſar auditis Palatini poſtulatis, etſi in Electoratus alternationem poſt mortem Bavari haud gravate conſenſiſſet; tamen quod animadverteret, Palatinum neque Catholicam religionem admittere, neque bona Eccleſiæ reſtituere, quæ res maxime cordi erant Cæſari, neque æs alienum, quod Cæſar hoc bello feciſſet perſolvere velle, continuo tractationem abrupit, perſcripſitque Wirtenbergico ſe, niſi iis conditionibus, cum Palatino in gratiam redire non poſſe. 1625.

Eodem tempore, quod ad reducendam Germaniæ pacem diu deſideratum fuerat, conventus ſacri Imperii Electorum Mulhuſium, quæ Thuringiæ urbs eſt, indictus; atque à Moguntino & Saxone ipſo obitus eſt, cæteri per Legatos, ut & diverſi alii Principes per ſuos Oratores, comparuere. Rex Daniæ & Palatinus, uti Legatos mitterent, non potuerunt impetrare. Cæſar Petrum Henricum à Stralendorph, Vice-Cancellarium Imperii cum Hermanno Queſtembergio ex interiore conſilio, miſit. Per hos ab Electoribus petiit, ut de reducendâ tandem per Imperium pace *Conventus Electorum Mulhuſii.*

1626. in commune conſulerent : nemo erat, cui non id deſiderium eſſet; ſed de modo & conditionibus laborabatur. Multi reducendam pacem religioſam, quæ anno ſuperioris ſæculi quinquageſimo quinto conſtituta fuerat, & publicandam per Imperium probandamque ſuadebant. Ita ſatisfieri querimoniis Catholicorum, qui non deſiſterent, bona contra eam tranſactionem ablata repetere: idque officium Cæſaris eſſe exiſtimabant, qui Eccleſiæ Catholicæ Advocatus ſit ac Patronus. Audiebantur poſtulata Conſtantienſis & Wormatienſis Epiſcoporum, nec non Abbatis Cæſarienſis, varia monaſteria à Duce Wirtembergico, ac Marchione Anſpacenſi repetentium, exiſtimabantque jam tempus eſſe, in eam reſtitutionem incumbere, quam alii retro Cæſares variis ex cauſis impediti, non ſponte omiſiſſent. Tangebat ea res omne Proteſtantium nomen. Saxo etiam & Brandeburgicus mitiora ſuadebant, ſatisque oſtendebant, minime idoneam videri hanc reſtituendæ pacis viam; cum neque ita omnibus ſingulorum querimoniis ſatisfieret, imo multo major in Imperio diffidentia, ac novorum tumultuum cauſæ timeri poſſent. Tandem communi omnium decreto ſancitum eſt, ut Palatino ſupplici ac Regno Bohemiæ & Electoratui renuncianti venia factorum, & ex ditionibus hæreditariis portio aliqua arbitrio Cæſaris daretur. Cæſar querimonias publicas ex legibus Imperii quamprimum definiret, neque permitteret cuiquam ab altero injuriam fieri. Si Palatinus eas pacis conditiones reſpueret, omnes Cæſari adverſus illum opem ſubſidiumque promittebant; dum Cæſar tamen ita militiam ſuam ordinaret, ne fidi Imperio Electores Principesque continuis militum ſtationibus, exactionibus, æſtivis aut hibernis premerentur.

Leopoldus Cæſ. filius fit Epiſc. Vacabat ſub idem tempus Epiſcopatus Halberſtadienſis per obitum Chriſtiani Ducis Brunſuicenſis, quem anno ſuperiore Guelpherbyti obiiſſe memora-

moravimus, & jam armis Wallenſteinii in nomen Cæſaris obtinebatur. Erant Canonici plerique, ut iis in partibus à Catholicâ religione alieni, quidam etiã præſenti bello adverſus Cæſarem immixti atq; ideo læſæ majeſtatis rei. Cæſar multas in hujus ditionis recuperationem impenſas cauſans, Leopoldum filium ſuum in hanc ſpem proponebat haud invitis Catholicis. Neque libertatem ſuffragiorum Canonicis Electoribus eripere volebat, dummodo admitterentur ad eam rem non inidonei. Sed plerique à Leopoldo, ut à Catholico & præpotenti, abhorrebant, magiſque metuebant; ne aut ipſi ſacerdotiis ſuis privarentur, aut decretorum, quæ ſub Brunſuicenſi contra Cæſarem & Catholicos tulerant, rationem poſcerentur. Cæſar omnibus in gratiam clemẽtiſſime receptis, mox obtinuit, ut Archiduci Leopoldo Epiſcopatus liberis ſuffragiis conferretur, eidem dein Abbatia Hirsfeldenſis, quam multos jam annos Haſſiæ Landgravii tenebant, à Romano Pontifice, attributa eſt. Sed & Halæ Suevorum, ut Parochum Catholicum à Præpoſito Eluacenſi, & Argentinenſibus, ut ejectos olim Canonicos Parochosque Catholicos in urbem reciperent, ablata redderent, neminemque deinceps Civium aut Catholicæ religionis exercitio, aut ſenatu, eo ſolum nomine, quod Catholicus eſſet, prohiberent, ſeverè Cæſar edixit. Jamque pluribus in locis ad Paſſavienſis Tranſactionis formulam religionis exercitium urgebatur. Neque Cæſar quicquam volebat, niſi ex legibus Imperii facere; ne ea victoriarum magis fiducia, quam jure agere videretur. Quanquam ex eo, quæ Catholicorum poſtulatis ſatisfaciebat, Proteſtantium querimonias auxit; qui hanc rei Catholicæ reparationem in ſui perniciem exitiumque interpretabantur.

1627. Halberſtadienſis Caraff. 135.

Interea Cæſar Vienna Pragam cum Conjuge liberiſque & ingenti comitatu profectus, Imperatricem die Præſentationis B. Virginis ſacro, Reginam Bohemiæ; Ferdinandum vero Filium paucos poſt dies Regem Bohemiæ inaugurari curat; eo

Coronatio Imperatricis, & Ferdinandi III.

ſolum

1627. ſolum excepto, ne filius vivo patre regnum capeſſeret. Convenere Proceres Regni convocati à Cæſare magno numero. Cum igitur, ut inaugurationibus illis intereſſent, poſtulaſſet, ea quæ ad Reipublicæ conſervationem neceſſitatemque ſpectabant, copiosè expoſuit, juſſitque ut in commune conſulerent. Hæc erant præcipue: Legum novarum obſervantia. Vicinorum Principum amicitia. Arcium in regni finibus defenſio & diligens cuſtodia, cura pacis atque in eâ expeditus armorum apparatus, ſi forte vis ingrueret, perditarum recuperatio, aliaque ejuſmodi quæ ad publicum regni conſilium ſpectant. Porro ut Ordinem Eccleſiaſticum in priſtinam dignitatem reponeret, voluit eos Regni deinceps conventibus & publicis de Republica conſiliis, quod multos jam annos non ſine inſigni ejus Ordinis contemptu intermiſſum fuerat, intereſſe: dato loco ac jure ſuffragii ante reliquos Proceres, uti fere per omnem Germaniam. Coronatio poſt hæc Imperatricis Eleonoræ, & Regis Ferdinandi, nemine contradicente, ſolenni ritu peracta eſt, adminiſtris Cardinale Harrachio, Archiepiſcopo Pragenſi, & ſupremo Regni Burgravio Adamo Wallenſteinio. In qua illud quidem diverſum fuit, quod Ferdinando Regi ſolus Archiepiſcopus; Imperatrici verò, cum Archiepiſcopo, Burgravius, & Abbatiſſa S. Georgii, quæ Regni Princeps eſt, diadema regium imponerent.

Geſta Polonorum & Suecorum in Pruſſiâ Piaſecius. In Boruſſia per totam hyemem Derſaviam obſedit Stanislaus Conjecpolſius, prohibuitque ne Suedici ex iis locis, quos interceperant, reliquæ Boruſſiæ infeſti eſſent; occupato interim Bucenſi portu, ex quo, uti & ex Pilavienſi, Sueci Dantiſcanos concluſerant, ac veluti circumſederant. Rex Guſtavus, cum per idem tempus ſæviente Oceano ſuis auxilia ſubmittere non poſſet, in Marchiâ Germanica & Pomeraniæ confinibus copias aliquot conſcripſerat. Quinque peditum ac tria

equiſ

equitum millia erant, quas Streffius & Taufelius Tribuni in Boruſſiam ducerent. Quâ re per Exploratores cognitâ, Conjecpolſius ſumma celeritate ad fines Pomeraniæ duxit, ſecuroſque & nihil hoſtile expectantes coronâ cinxit, ut neque inire pugnam, neque fugâ poſſent evadere. Cum igitur equitatus Polonicus irruptionem pararet, ſublatis in hoſtilia pileis dedidêre ſe, ſignis equeſtribus viginti quinque, pedeſtribus triginta ad pedes victorum abjectis. Streffius ac Taufelius Præfecti capti ſunt; reliqui in Germaniam dimiſſi; dato prius juramento, ne intra annum adverſus Regnum Poloniæ militarent: major tamen pars, peditum præſertim, in militiam Polonicam conceſſit. Ea potiti victoriâ Poloni in diverſa hoſpitia diſtributi ſunt, ut collapſas per hyemem vires reficerent: ſed breve id iis otium Guſtavi Regis adventus effecit, qui menſe Majo mare Balticum cum ſubſidio ex Suecia evectus, majore curâ bellum apparavit. Primo ſui adventu munimentum Mariæburgenſe oppugnans, quod Dantiſcani adverſus ſubitarias Suecorum irruptiones extructum valido præſidio firmaverant, & potiturus illa aggreſſione fuiſſe credebatur, niſi primo loco dimicantem Regem accepto vulnere ſuum inde diſcrimen abſtinuiſſet. Quo tamen percurato, cum inopinatus regrederetur, conditionibus, cum locum obtinuit. Ea res Conjecpolſium hibernis excivit, qui dum Rex æger decumbit, Mevam paucorum dierum ſpacio recuperat: inde in hoſtem ducens, adverſus Guſtavum caſtris poſitis conſedit, nihil auſus, donec auxilia à Rege Sigiſmundo adveniſſent. Rex Guſtavus caſtra Polonorum prius, quam ſubſidia adeſſent, oppugnare properans, cum inſigni clade & ſuo etiam vulnere rejicitur, iterum globo ex bombarda ſecundum humeros trajectus. Dein media inter arma tractatio pacis injecta ab Oratoribus Hollandicis, qui ſe Arbitros offerebant; ſed Polonis non admodum gratos 1627

1627 gratos, propterea, quod prius ad Regem Sueciæ diverterant, communicatiſque cum eo arcanis conſiliis ſatis oſtenderant, quam in partem propenderent. Nihilominus Rex Sigiſmundus admiſit arbitros, locumque tractationi ipſa caſtra dixit atque ad ea ſe venturum oſtendit. Menſe Septembri initum de pace colloquium, ac fere ad finem perductum, (maxime cum Rex Sueciæ omnia ſe redditurum, præter Rigam promitteret) Sigiſmundus ſpe aliunde factâ abrupit, atque inde ad Comitia Regni, quæ in menſem Novembrem Varſaviam indixerat, diſceſſit. Sueci quoque cum pax fruſtra eſſet, occupato repente VVormdituo, & firmatis ubique præſidiis in hiberna; & Rex in Sueciam, diſceſſere.

Comitia Polonica, & pax Suedica everſa.

In Comitiis Polonicis Rex officium Vice-Cancellarii Jacobo Zadicio, Epiſcopo Culmenſi, & Epiſcopatum Camenecenſem paulo ante comitia Paulo Piaſeccio detulit; Decretum dein diu obluctantibus Lituanis, ut commercia inter ipſos ac Regimontanos, unde Suecis annona & neceſſaria reliqua ſuppeditabantur, prohiberentur. Sed præcipuæ Procerum querimoniæ erant de bello Pruſſico necdum confecto, indigneque ferebant tranſactionem pacis pene ad exitum perductam, everſam diſſipatamque eſſe, atque ejus rei invidiam Hiſpanicis Commiſſariis attribuebant, qui paulo ante cum Staniſlao Macovio advenerant. Ii erant

Piaſecius.

Gabriel de Roij, & poſt eum Baro Auchius. Hi Regem Sigiſmundum in ſpem induxerant recuperandæ Sueciæ, ad eamque rem Rex Hiſpaniæ claſſem viginti quatuor navium in mari Baltico comparandarum offerebat, & data eum in finem Auchio ducenta millia imperialium, quibus dicta navigia coemeret inſtrueretque. Aucta dein indignatio, poſtquam Rojus Lubecam ac Roſtochium dimiſſus nullas ejuſmodi naves, etſi abunde pecunia inſtructus, obtinere potuit, propterea quod Societati Anſeaticæ hujuſmodi Hiſpanica naviga-

navigatio in mari Baltico periculoſa videbatur, 1627.
metuebantque, ne per hujuſmodi conceſſionem vicinorum Regum Daniæ ac Sueciæ, adverſus quos ea parabatur, offenſam atque arma in ſe concitarent. Rex Sigiſmundus ſpe navium fruſtratus, ut ſibi pecunia eum in uſum deſtinata daretur, poſtulavit. Neque id poterat impetrare, cum Legati de pecunia tradenda nullum haberent ex Hiſpania mandatum. Rex tamen nequaquam animo dejectus, cum nullum à Republica ſubſidium haberet, propriis opibus naves aliquot comparare, atque omni militari apparatu adornare inſtituit, in portu Dantiſcano, duce Apelmanno, rerum maritimarum non imperito. Qui ſub finem anni hujus in naves aliquot Suedicas invectus, quæ portum Dantiſcanum veluti obſidebant, duas earum cepit, unam demerſit, cæſo Suedico Præfecto, reliquas laceras fractaſque in portum Pilavienſem compulit.

Mors Liechtenſteinii. Obiêre eodem anno Carolus Princeps Liechtenſteinius Prorex Bohemiæ, & Ludovicus Comes Furſtenbergius, heros fortiſſimus, & eodem pene tempore menſe Decembri, Vincentius Mantuæ ac Montisferrati Dux ſine liberis, cujus mors repentino mox bello Italiam implicuit, uti annis ſequentibus memorabitur. Id bellum ingens terræ motus per Italiæ extremam partem, quæ Apulia dicitur, præceſſit. Multæ urbes pagique deletis Incolis aut funditus everſi, aut miſere afflicti diſruptique. Lacus abſorpti, averſi fluminum curſus, eradicatæ ſylvæ, complanati montes, apertæ magno rictu convalles, & tanquam tantis in malis luderet fortuna, repertus eſt in urbe S. Severi æde destructâ Infans ſub campanâ vivus valensque, reliquis omnibus circa ipſum lapſu ædium attritis.

Furſtenb. Comitis. Ducis Mantuani Lotich. li. 21. Terræ motus in Apulia. Piaſec.

Res Gallica. Eodem anno Rex Galliæ Ludovicus, rejectis ex Inſula Rhedenſi Anglis, quos Bucquingamius & Subiſſius adduxerant, ad componendos Hu-

1627. *Obſidio Rupellæ.* gonotrarum motus ipſe cum exercitu profectus eſt. Vetus erat eorum receptaculum Rupella in Sanctonibus ad ſinum aquitanicum, portus emporiumque iis locis percelebre: ſed munitum imprimis ſitu & arte; idque contumaciam augebat Oppidanis addita ſpe Anglicani auxilii, ut ſuſtinere obſidionem multos in menſes adverſus Regem ſuum auſi ſint: qui nihil motus difficultate, operis, ad edomandam Rupellam omnes vires convertit; certus, ſi hunc ſcopulum excidiſſet, nullum deinceps fore, qui Regi debitum obſequium detrectaret. Igitur cepta obſidio, atque in annum inſequentem ſumma ope continuata eſt. *Hollandi Grollam capiunt.* Hiſpani interim in Belgio ab occupatæ nuper Bredæ labore interquieſcentes Grollam amittunt. Eam Henricus Princeps Orangius, luſtrato inter Reeſam & Embricam exercitu, dum Hiſpani Veſaliam peti putant, celeriter obſederat, & paucorum dierum ſpacio ita communierat ſe, ut depelli non poſſet. Spinola deinde in Hiſpanias abiit ad Regem curâ exercitus Henrico Comiti de Monte commendata, qui initio Veſaliæ metuens, quatuor millia præſidio impoſuerat; poſtea animadverſo hoſtium conſilio, cum nulla jam eſſet liberandi ratio, ſupervenit. Urbs honeſtis conditionibus dedita eſt, ac primam novi Principis victoriam Batavi ingentibus gaudiis, & magno triumphalium ignium apparatu celebravêre.

Et claſſem Hiſpanicam Peruanam. 1628. Anno inſequente nihil admodum ab iis terra actum eſt; res maritima felicius proceſſit. Petrus Heinius Societatis Indicæ Architalaſſus, poſtquam littora Hiſpaniæ & portum Gaditanum diu infeſtâ claſſe vexaſſet, menſe Majo in Americam vela convertit, & deprehenſam, cui diu inſidiatus fuerat, Peruanam claſſem, quæ vectigale aurum ferebat, dilapſis paucis, ſuæ poteſtatis fecit. Quidam eam prædam ſeptendecim millionum fuiſſe exiſtimant, magna Regis Hiſpaniæ jactura metuque, ne communis omnes ejus Legio-

nes ſeditio incideret; in Belgio maximè, quibus multa ad eum diem debita ſtipendia ad claſſis hujus appulſum repræſentari debebant. Batavis ſuffecit, quod illius ſequentiſque anni expeditiones irritas Hiſpano feciſſent, à quo multi indies, non procedentibus ſtipendiis, ad eos transfugiebant. Major tamen ad privatos Indicæ Societatis affines, quam in publicum tantæ prædæ portio pervenit. 1628.

In Germaniâ hoc demum anno bellum Danicum confectum eſt. Tillius percurato vulnere, quod apud Pinnenbergam Comitis Schauvenburgici arcem ſuperiore æſtate acceperat, ad obſidendum Stadium copias aliquot dimiſit; cæteris in hiberna diſpoſitis. Stadium Carolus Morganius tribunus Anglicanus, dimiſſo à ſe equitatu, confugerat cum peditibus: vetus miles & in omnes belli caſus animo ſuffecturus. Extracta igitur per hyemem obſidio, donec Tillius initio veris adductis majoribus copiis, ad deditionem omne jam ſubſidium deſperantes compelleret. Datæ præſidiariis honeſtæ conditiones, ut more militari concinentibus tubis cum armis ſarcinisque excederent, neve intra ſpacium ſex menſium adverſus Cæſarem militarent: ita additis, qui præſidio eſſent, ad fines Batavorum copiæ deductæ ſunt. Ad alteram Albis partem Glucſtadium & Crempena diviſis exercitibus premebantur. Gluckſtadium ab hoc ipſo Rege conditum munitumque, diu eluſis rejectiſque Cæſarianis, & magnâ clade multatis, libertatem ſuam & fauſti nominis auſpicium retinuit. Crempenam conditionibus deditam Comes Torquatus, & Dux Guadagnoldus in fidem accipiunt. Sed Wallenſteinius, acceptis à Cæſare Meckelenburgenſi & Sagano in Sileſiâ Ducatibus, ſummâ ope in id bellum incumbebat, multumque providebat, qua ratione in Daniam perrumperet cum exercitu. Deerant ad id naves neceſſariæ; & civitates Hanſeaticæ, ut navigia

Tillius occupat Stadem.

Wallenſt. fit Dux.

Conatus.

1628 *Wallenſteinii.* vigia aliquot commodarent, rogatæ à Cæſare, per Comitem Suartzenburgicum aulæ Imperatoriæ Præfectum, nulla ſe dare poſſe excuſabant, propterea quod fœdere cum vicinis Regibus ini[...] prohiberentur. & periculoſum negotiationibus ſuis foret, bellum ſuſcipere adverſus Principes maris illius: Dominos, in quorum ditionibus commorari & negociari ipſi conſueverint. Ea ſpe fruſtrati Cæſareani occupare urbes aliquot maritimas, atque ibi fabricare naves inſtituunt. Roſtochium & Viſmaria facile in poteſtatem Wallenſteinii conceſſêre. Straleſunda tenui freto ab Inſulâ Rugiâ abjuncta obſidionem magna virtute ſuſtinuit; & cum tantis viribus impar eſſet, vicinorum Regum Daniæ Sueciæque auxilium reſpexit. Uterque milites miſit; Suecus etiam pulveris tormentarii copiam aliquam, neque commeatus aut annona deerat, libero adhuc mari, quod Cæſariani defectu navium occludere non poterant. Itaque cum terra *Lotich. lib. 21.* ſummis viribus res ageretur, Dux Pomeraniæ Boguslaus unâ cum Legatis Brandeburgicis rem ita cum Wallenſteinio componunt, ut Straleſunda dimiſſo Regum externorum præſidio, Ducis Pomeraniæ copiis firmaretur, Cæſarique fidem atque obedientiam promitteret; nihil hoſtile in copias ejus Inſulam Rugiam obſidentes deſignaret, nullasque novas munitiones moliretur. Ita pactis conditionibus Wallenſteinius Guſtroviam propere diſceſſit, ad capiendam poſſeſſionem Ducatus Meckelenburgenſis, quem illi Cæſar in belli impenſas conceſſerat, demotis Dominis proſcriptisque jam pridem Alberto & Adolpho Friderico, quod Regi Daniæ militaſſent, neque Cæſari revocanti paruiſſent. Abſente Wallenſteinio novo à Rege Sueciæ auxilio Stralſundani firmantur, neque Dux Pomeraniæ obtinere potuit, ut conditiones admitterent. Ita rebus iterum turbatis, Cæſareani imminuto multum numero veriti, ne ad extremum vi reiicerentur, obſidionem omiſere; quam tamen Wallenſtei-

lenſteinius majore vi non multo poſt repetiit, non ad publicum modo imperii decus vindicandum, ſed privatæ etiam injuriæ memor. At irrito ad extremum eventu; cum Stralefunda aperto ſemper mari recentia a Rege Sueciæ auxilia acciperet, cujus ſe clientelæ fideique ſolenni ſponſione tradiderat. Atque id primum illi *Regi* conſilium fuit pervadendi in Germaniam, in quam jam pridem ab hoſtibus Cæſaris ſollicitabatur. 1628.

Regis Daniæ extremi conatus.

Inter hæc Daniæ Rex, cum duobus maximis exercitibus, Tillii & Wallenſteinii premeretur, mari & navibus, quibus valebat, tentandum aliquid ratus, Femeram inſulam improviſus invadit, ejectisque inde Cæſareis, converſo curſu Kylam oppidum aggreditur. Ibi primo impetu excluſus, deſperatâ potiundi ſpe, Rugiam atque inde Uſedomiam inſulas meliore fortunâ adoritur, ejectis aut cæſis, qui reſiſtere audebant, Cæſarianis, mox Wolgaſtum urbem modico freto ab Uſedomiâ abjunctam occupat, videbaturque ex Daniâ in Pomeraniam belli molem translaturus. Wallenſteinius intellecto periculo, collectis celeriter copiis advolat, auſumque aciem haud procul Wolgaſto inſigni clade profligat, Rege ipſo cum copiis in oppidum primo, atque inde in naves compulſo: inſulæ mox cum urbibus recuperatæ; atque id Regi extremum belli hujus operum fuit. Qui dein Hafniam reverſus, ſerio ad pacis tractationem, quam Cæſar Lubeccam indixerat, animum advertit; ſatis jam fortunæ adverſitatem edoctus, & triſtibus inſuper omnibus territus; cum haud multo ante Coppenhagæ in regium ſacellum fulmen incidens omnia Regum præteritorum inſignia dejeciſſet. Ita ad pacis compoſitionem Lubeccam ventum. Ex parte Cæſaris adfuêre Joannes Aldringerius Baro, Maximilianus Comes Gronsfeldius, Joannes Chriſtophorus Baro de Rupa, & Rheinardus Walmerodius; Rex *Daniæ* miſerat Chriſtianum Frieſe, Jacobum Ulefeldium

Caraffa pag. 397.

Florus Germ.

1628. hunc regni, illum Regis Conſiliarium; Albertum Sckeel Danici maris Architalaſſum. Dictolphum & Henricum Ranzovios, ambos ex arcano conſilio, & Levinum Mareſcallum, cum Gunthero Secretario. Sex pene menſes ea conſultatio tenuit, & acerrimis contentionibus in hyemem producta, anni demum ſequentis initio finita, atque ad exitum felicem perducta eſt, uti ibi memorabitur. Rex Sueciæ ſuos quoque delegatos ad hanc pacificationem deſtinaverat, Gabrielem Oxenſtirnam, & Joannem Sparrium, qui proſpicerent, ut res in priorem ſtatum, ſicut ante bellum fuerant, reponerentur; maximè Stralesunda & Meckelenburgici Duces; quos Rex in ſuam fidem acceperat. Legatis Joannes Salvius Secretarius Regis in Daniam præmiſſus, dum literis pro Suedicorum Legatorum adventu ſollicitat, reſponſum accepit, etſi aliquantulum dilatum. Nullum ſe à Cæſare cum Rege Sueciæ tractandi mandatum habere, neque quemquam ſine juſſu ipſius poſſe admittere. Quod ſi tamen adducerent, quæ pacem promoverent, rectè facturos, ſi ad Cæſarem deferrent; relaturos ab eo benevolum reſponſum. Hanc Legatorum Suecicorum repulſam, reclamantibus cæteris Cæſareis, quidam ſoli Walleniſteinio adſcribunt. Rex Sueciæ admodum indignè tulit, dignamque exiſtimavit, quam inter cauſas illati in Germaniam belli poſtea poneret. Et ille, quo minus hanc injuriam ſtatim vindicaret, adhuc bello Boruſſico detinebatur: quod in alterum jam annum, abruptâ ſpe pacis gerebatur; meliore tamen Suecorum fortunâ, quos Dux Boruſſiæ, cujus ſororem Guſtavus in matrimonio habebat, non occultis ſtudiis juvabat. Permiſerat enim illis omne Pilavienſe vectigal, convectiones item commeatuum, & aliorum belli inſtrumentorum: adhæc, ſi forte Suedicæ copiæ à Polonis funderentur, habebant ditiones ejus apertas, in quas ſe tuto reciperent. Igitur in comitiis regni Varſavienſibus

Boguslaus Chemnit. de bello Suec. vol. 1 li. 1. c. 3.

Legati Suecici ad pacificationem Danicam non admiſſi.

Belli Pruſſici continuatio.

Piaſec.

enſibus, quæ menſe Julio hoc anno celebrata ſunt quidam Procerum decreverant, non aliter Sueco reſiſti poſſe, niſi & Dux Boruſſiæ pro hoſte haberetur. Sed Rex, miſſo Henrico Dnoffio Secretario ſuo, contentus monuiſſe Ducem fidei, quam regno Poloniæ deberet, ad colligendam pecuniam pro bello Suedico intentior fuit. Parùm oppidò impetrari potuit, cum Nuncii provinciarum & magna Procerum pars pacem mallent, quam æquis conditionibus impetrari poſſe, exiſtimabant. Itaque bello parum profectum eſt, ſatiſque habebat, eo anno, Conjecpolſius, ut vim hoſtium arceret, paucitate ſuorum non auſus in aciem prodire, Rex Guſtavus menſe Septembri, cùm tota æſtate nihil memorabile tentaſſet, Brodniciam proditione cepit, cæſo fugatoque Alberto Coſacovio ad cuſtodiendos tranſitus præmiſſo. Conjecpolſius Montanium Gallum Brodniciæ Præfectum capite plecti juſſit: inde ad perſequendos hoſtes properans, poſtremum agmen trium millium equitum ſub Tribuno Baudiſio apud Oſtrodam oppidum aſſecutus, prælio commiſſo fundit: pleriſque captis aut cæſis. Baudiſius ſaucius cum duodecim ſignis equeſtribus in poteſtatem Polonorum pervenit.

Initio anni hujus ſæculi vigeſimi octavi novum repente bellum in Italia coortum eſt, morte Vincentii Ducis Mantuani ſine hæredibus; uti ad finem anni ſuperioris memoravimus. Quæ hæreditas, cum ad Carolum Ducem Nivernenſem ex proximis agnatis ſpectare videretur, atque eum in finem filium Caroli Vincentius diu apud ſe habuiſſet, deſponſata illi in matrimonium Mariâ Franciſci Ducis Mantuani filià; quo eſſet ſecurior ſucceſſio; cœpit tamen res controverti. Hiſpanique mox, tracto in partes Sabaudo, ad arma convolant, ut è captâ ultro poſſeſſione Nivernenſem ejicerent. Cæſarem quoque ea res tan-

1628. *Belli Mantuani origo.*

tangebat, à quo, tanquam ſupremo Domino, inſtitutio petenda; idque neglexerat Nivernenſis. Et Cæſar haud multo poſt miſerat Mantuam Joannem Comitem Naſſovium, atque Equitem aurei velleris, qui Nivernenſi ſuaderet, ut controverſas ditiones in manus Cæſaris deponeret, donec ea res judicio diſceptata eſſet. Quod cum Nivernenſis facere detrectaret Gallicani ſubſidii ſpe, Naſſovius inde Mediolanum diſceſſit; cujus Gubernator Gonſalvus Corduba una cum Sabaudio, diviſis inter ſe exercitibus, Marchionatum Montisferratum invadit. Et cæteræ quidem urbes facile in poteſtatem oppugnantium concedebant, præter Caſale, quod inter munitiſſima Italiæ habetur. Igitur Corduba ad obſidendum id domandumque animum adjecit, irrito ad extremum conatu, non loci tantum munitione viribuſque defenſorum, ſed exundantis Padi eluvione, ac continuis fere tempeſtatibus rejectus: ita hâc ſpe evolutus, inſtante jam hyeme, in vicina quæque loca valida præſidia diſpoſuit, prohibendo commeatui cæteriſque, quæ ad ferendam obſidionem, quam anno inſequenti repetere decreverat uſui eſſe poſſent.

Obſidio Rupellæ eiuſque deditio. Rex Galliæ, quo minus Nivernenſi in tempore ſuccurreret, adhuc inteſtinis Regni motibus tenebatur, & maxime obſidione Rupellæ; ad quam ſubjugandam omnes pene regni vires contraxerat. Ea urbs multos jam annos reſiſtebat Regi, contumaciâ Hugonottarum, (ita Galli Calviniaños vocant,) eratque naturâ loci & operibus præmunita; adhæc accipiendis ex mari Anglicanis auxiliis oportuna. Igitur Rex diu eludi, 1628. Majeſtatem ſuam unius intra regnum urbis rebellione haud ultra laturus, inſtigante maxime Cardinale Ricolocio anno ſuperiore obſidionem cœpit, difficilem plane, ac laborioſam, cum non modo Oppidani ipſi obſervandi, ſed exterum quoque auxilium arcendum eſſet, quod Angliæ Rex magno

gno numero ſubmittebat. Una ratio erat obſtruendi portum, ut hæc auxilia prohiberentur: invenitque viam, quâ id perficeret, Pompeius Targonius regius caſtrorum metator; partim depreſſis in fundum navigiis doliiſque, quæ ſabulo lapidibusque oneraverat, partim catena ferreâ ex una in alteram partem productâ; tum certo intervallo diſpoſitis navibus, quas ingentibus trabibus pontium inſtar inter ſe commiſerat. Et quanquam repentina nonnunquam tempeſtas cœptum perfectumque opus convelleret, aut partem ejus dejiceret; nihil intermiſit Targonius, quin & ſtatim deſtructa reponeret, & collapſa convulſaque validioribus fulcimentis ſtabiliret. Ita tandem magno atque arduo opere effectum eſt, ut Anglicana claſſis ingenti navium numero appellens ingredi portum auſa non fuerit: & dies aliquot nullo ibi fructu ſubſiſtens, converſis mox velis in Angliam redierit. Inſpexit idem opus, & regiorum caſtrorum formam ex itinere Marchio Ambroſius Spinola, ejuſmodi rerum ingenioſus machinator, laudavitque apud Regem ingenium Magiſtri. Igitur urbs, deſperato omni externo auxilio, cum tandem ad extremam & pudendam famem perveniſſet, victoris arbitrio ſe neceſſario permiſit: præſidiarii omnes ſine armis ſarcinisque inglorie dimiſſi. Cives Rex, quanquam in aliquos eorum gravius animadvertere potuiſſet, conſervari voluit: ſed religio Catholica extemplo reſtituta eſt, prohibitusque uſus illi contrarius. Demoti magiſtratu Hugonottæ, atque in locum eorum Catholici repoſiti. Urbs dein ipſa mœnibus denudatur ad pagi modum, ut cæteris exemplo ac terrori eſſet.

Porro Regem Angliæ Carolum infauſtus navalis hujus expeditionis eventus non parum turbavit, & Dux Bucquingamius intimo

Cædes Bucquingamii.

1628

1628. *Lotich. li 24, c. 3.*

ejus conſilio, ac potiſſimorum negociorum præcipuus miniſter manu ſicarii interfectus eſt; Feltonius nomen homini fuit, Scotus natione, idemque miles atque ordinum ductor. Forte, an E[illegible] compoſito Portumniam venerat, ibi cum Comite Subiſſio exule Gallo, familiaribus ejus immixtus ad Bucquingamium penetrat, & dum Bucquingamius ac Subiſſius inter ſe ſecreto colloquuntur, in id intenti, adrepit ſenſim Feltonius, cultrumque, quem hunc in uſum jam præparaverat, in viſcera nihil minus cogitantis Ducis manubrio tenus immergit; & mox, relicto ferro in vulnere, ſeſe ex conclavi per gradus in aream præcipitat, adhuc incognitus, ſeu forte averſis omnium oculis nemo facinus perſpexerat, ſive rei atrocitas obſtupefecerat ſingulorum animos ſenſumque. At mox ad ſtrepitum collabentis Ducis coorti famuli, poſtquam manifeſta cædes, neque author appareret, haud dubiè id fraude Gallorum factum Angli arreptis armis conclamant; jamque in necem Subiſſii ac comitum ipſius prorumpebant, cum Feltonius periculum Gallorum animadvertens, neſcio majorene patrati an ſponte detecti facinoris audacia, regreſſus in conclave, immiſtusque furentibus rogat, uti ferrum ab innocentibus abſtineant, ac ſe authorem cædis profitetur, dum detractam pilio ſchedam oſtendens admirantibus frementibusque; Hic, inquit, ordo atque author cogitati facinoris deſcriptus eſt, ne ignoraretur, ſi forte me cadere inter manus veſtras hoc loco contigiſſet, quod ſi & id levius eſt, extrahite ferrum è vulnere; videbitis albo manubrio inſtructum eſſe. Ita comprehenſus, atque in vincula conjectus, cum exquiſitiſſimis cruciatibus laceraretur, ſeſe ſolum facinus illud diu animo volutaſſe conſtanter profeſſus eſt: lætari proinde de felici eventu & ſperare, Deum peccatis ſuis

pro-

propitium fore, quod publico odio jam diu maturam victimam immolaviſſet: neque mortem magnopere vereri, cui aliquando moriendum certo ſciret; ita extremo ſupplicio affectus eſt. 1628
Dux Bucquingamius nequaquam multis lacrymis deploratus eſt, ad extrema Procerum ac plebis odia magnitudine potentiæ evectus; dum illi æmulum atque obicem ſuæ apud Regem ambitionis; hæc Tyrannum & novarum exactionum artificem juxta averſantur, tanta audacia, ut non multo ante ex intimo Bucquingamii conſilio quendam, quem Bucquingami Dæmonem appellabant, quidam coacti è plebe palam multis cum conviciis interficerent. Sed neque Rex in cædem ducis præter percuſſoris ſupplicium quicquam amplius quæſivit, fortaſſe, ne deprahenderet authores, quos punire non liceret: aut quia ſic odio publico litatum putabat, quod Dominis debitum in miniſtris ſecurius exſpirat.

Menſe Aug. obiit Joannes Fridericus Dux Wirtenbergicus, ex Barbara Sophia Electoris Brandeburgici filia ſex liberis ſuſceptis. Eodem anno ductum eſt funus inſigni pompa Joannis Guilielmi Juliæ, Cliviæ, ac Montium Ducis, anno nono & decimo, poſtquam ex hac vita ſine hæredibus deceſſerat. Cujus ditiones diu inter agnatos literis armisque diſceptatæ, tandem inter Electorem Brandeburgicum & Palatinum Neoburgicum ita diviſæ ſunt, ut illi Clivia ac Marchia, huic Iulia ac Montes obtingerent. *Mors VVittenbergi i. Funus Ducis Iuliæ.*

Porro Cæſar, debellatis jam omnibus per Imperium hoſtibus, conditoque apud Pragam templo S. Mariæ de Victoria eo loco, quo ante annos octo prælio ac bello ſimul Bohemos vicerat, cepit tandem animum adijcere ad reformationem religionis multis gravisſimisque rationibus impulſus. Quæ res, etſi antehac ſæpe expetita, atque ab aliis retro Imperatoribus tentata fuerat; tamen aut potentia Adverſariorum, aut aliis ſubinde *Cæſaris conſilium de reformatione.*

enaſcentibus bellis, eluſa vel impedita fuerat. Sed quo arduum erat atque periculoſum magis negocium, eò cautius ſibi incedendum exiſtimab[it] Cæſar. Comprimis autem obſervare ſtatuerat leges & ſtatuta Imperii, ad quorum obſervantiam, ſi cuncta revocaret, neminem cenſebat fore, qui juſtè conqueri poſſet. Primum igitur in ſuis hæreditariis provinciis, qui alterius, quam Catholicæ religionis eſſent, Magiſtros maxime &. Concionatores intra conſtitutum tempus, aut patriam aut religionem mutare juſſit. Idque ad morem cæterorum Principum, qui ſuis in ditionibus nullam facile aliam religionem, quam cui ipſi dediti ſunt, patiuntur, certe Catholicam ubivis fere proſcribunt: Igitur nova de religione edicta per Bohemiam. Moraviam, Sileſiam, Auſtriam, Stiriam, Carinthiam, Carniolam propoſita, dimiſſique, qui ea, quæ juſſa fuerat, exequerentur, atque in refractarios animadverterent; ſed ea res non abſque periculo erat. Conſtat certe in Bohemia fuiſſe, qui collectâ agreſtium non parvâ manu, Cæſarem venationi cum Primoribus aulæ intentum intercipere ac neci dare cum ſuis cogitaverit. Re dein cæterâ ſorti permiſsâ, ac ſatis ratus, quod primam religionis tempeſtatem hoc caſu evertiſſet: divino tamen numine conjurato detecta, atque in tempore oppreſſa eſt; author in Hungariam, atque inde ad Turcas evaſit.

Edictum religionis in provinciis Auſtriacis. 1628.

Conjuratur in necē Cæſaris.

Majus Cæſari negocium fuit religionis per Imperium reſtitutio, In quod illi neque eadem, quæ in provincias avitas authoritas, neque par cauſa erat: igitur ex ipſis Imperii legibus atque ad Paſſavienſis tranſactionis formulam, quæ pax religionis in Germaniâ habetur, cuncta agi placuit. Quod, quoniam longi deinceps belli & cæterorum omnium funeſtiſſimi initium fuit, paulo altius repetere non abs re erit. Primo omnium conſtat; quantam in imperio mutationem diſſidium religionis superiore ſæculo invexerit, ut ſtatim

Pax religionis in Germania.

1517.

mutua

mutua inter Proceres amicitia fiduciaque ſublatis, contrà offenſiones iræque & diffidentia animos ſubirent: Cæſar Carolus antiquam religionem; Saxo & Brandenburgicus, & Landgravii Haſſiæ, aliique nonnulli Proceres novas opiniones tuebantur; alii aliis ferventius aſperiuſque. Mox pulſi loco Catholici, variarumque ſuperſtitionum damnati, occupata templa; ſed magis domus, prædia, & villæ: demum integræ ditiones ac territoria, ejectis Sacerdotibus Religioſiſque, in profanos uſus applicata. Cæſar ſupremus Eccleſiæ Advocatus hanc religionis mutationem ægerrimè ferebat, & ſui muneris eſſe exiſtimabat proſpicere, ne quod inde Reſpublica detrimentum caperet. Igitur primum literis & colloquiis concordia tentata; ſed res longius proceſſerat, quam ut ita finiri poſſet. Poſtquam ad arma perventum eſt, patuit mali vis & magnitudo, & quo quis animo eſſet Princeps aut Magiſtratus, ſtudia conatuſque pro hac aut illâ parte nitentium docuere. Cæſar cauſâ & felicitate ſuperior, quo minus bellum abſolveret, magnitudine Imperii & copiâ negociorum impediebatur. Igitur deſiderio pacis in conditiones itum; & tractatio Paſſavii inſtituta. Juſſi omnes ab armis diſcedere, & ne cui religio fraudi eſſet, cautum; donec eâ ſuper re in conventu Ordinum generali deliberatum conventumque eſſet. Triennio poſt Auguſtæ comitia habentur, quibus nomine Cæſaris frater eius Ferdinandus Rex Romanorum præſedit. Ibi pax religionis omnium Ordinum conſenſu in hæc capita componitur; eorum fere quæ Paſſavii acta fuerant, explicatio ac confirmatio. *Primum*, ne quis Electorum, Principum, aut Statuum Imperii, ob Auguſtanæ confeſſionis uſum ſuis in ditionibus bello, aut alia quavis moleſtia impetatur. *Deinde*, nequid illi adverſus Cæſarem, Ordineſque Catholicos,

1552. *1555.* *Receſſus Imperii de anno* 1555. *Schleidanus in comment lib. 26.*

co-

1628: eorum Collegia & Clericos, religionem, Eccleſias, bona aut proventus hoſtile tentent aut machinentur; ſed hæc iis, ubicunque extiterint, libere concedant ac permittant. *Tertio*; præter Catholicos & eos, qui Auguſtanæ Confeſſionis ſunt, nulli aliarum religionum hac pacificatione gaudeant. *Quarto*, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Prælatus aut alius quivis ex ordine Eccleſiaſtico, Religionem Catholicam deſerens, ſtatim tamen ſine honoris ac famæ detrimento Archiepiſcopatu, Epiſcopatu, Prælatura ac beneficiis ſuis cedet; omnesque quos inde proventus acceperit, reſtituet, atque in locum decedentis alium Catholicum ſufficere, quibus id de jure competit, liceat. *Quinto*, bona collegiorum, cœnobiorumque, atque aliarum fundationum ante tranſactionem Paſſavienſem ab Auguſtanæ confeſſionis cultoribus occupata, atque in uſus ſcholarum, pauperumque converſa, ſi ad nullum immediatum Imperii membum pertinuerint, ita ut immutata ſunt, permaneant. *Sexto*, Iuriſdictio Eccleſiaſtica in uſum ac ceremonias Auguſtanæ Confeſſionis ad integram religionis compoſitionem ſit ſuſpenſa. *Septimo*, Ordini Eccleſiaſtico facultates ſuæ atque anni proventus, cujuſcunque generis, & quovis ex loco, integri ac ſalvi permaneant: teneaturque id, ad quod antehac obſtricti fuerant, illæſo ſingulorum jure ac nullo religionis reſpectu, dependere. *Octavo*, ex iis bonis, miniſteriis Eccleſiarum, ſcholis, Zenodochiis, & ſuſtentationi pauperum nullo religionis diſcrimine, ut olim, ita deinceps provideatur. *Nono*, nullus Imperii ſtatus alterum aut ſubditos alterius ad ſuæ religionis profeſſionem adigat, aut contra magiſtratum ipſorum in defenſionem ac præſidium accipiat. *Decimo*, religionis cauſa migrare ac bona ſua divendere volentibus liberum id ſit; dummodo ii, qui ſui juris non ſunt, Dominis ac magiſtratui pro conſuetudine regionum ſatisfaciant. *Vndecimo*, hæc pax, donec ſuper con-

§. Vnd damit. §. Dargegen ſollen. §. Doch ſollen. §. Vnd nach dem beyvergleichung §. Dieweil aber. §. Damit auch. §. Als auch den. §. Vnd ob ſolcher. §. Es ſoll. auch. §. Wo aber vnſere

controverſiis religionis conventum ſit; perduret, 1628.
aut ſi conveniri de iis non potuerit, æterna tamen §. Vnd
atque inviolabilis permaneat. *Duodecimo*, libera nach dem
Imperii nobilitas hac etiam pace gaudeat, neque einvtr-
propter hanc aut illam religionem damna aut gleichung
incommodum à quovis ſuſtineat. *Tertio decimo*, §. Vnd in
civitates liberæ Imperiales, in quibus hactenus ex- ſolchem
ercitium utriuſque religionis fuit, id ita, uti nunc Frieden.
eſt, habeant, neque alteri alteros turbare, aut
ex eo ſtatu, in quo ſunt, deiicere laborent. Atque §. Nach
his maximè articulis paci religionis tum quidem dem aber
optimè conſultum videbatur: Catholici ſatis ha- in viel.
bebant, aliquarum Eccleſiarum jacturâ à conta-
ctu eius, quod ſuperarat, avidorum cupidinem
abſtinere; planè nautarum ac mercatorum inſtar,
qui orta tempeſtate, partem mercium in undas
eiiciunt, ut ſe atque id, quod reliquum eſt, con-
ſervent? ſed res contra accidit. Nam ſub ſpecie
Auguſtanæ confeſſionis doctrina Calvini, aliæ-
que indies atque aliæ in rebus ad fidem ſpectanti-
bus opiniones irrepſere: tum circa quartum arti-
culum multis modis graviterque peccatum eſt.
Nam etſi Proteſtantes Imperii ſtatus initio mag-
nopere adniterentur, ne articulus ille pacis docu-
mento insereretur; tamen neque Ferdinandus
Rex, neque Principes Catholici ab eo unquam
propoſito dimoveri potuere palam teſtati, nul-
lam ſe ſine eo capite pacem admiſſuros. Inſert usitan-
dem, & communi omnium conſenſu publicatus
multos mox adverſarios habuit, neque quicquam
aut à Ferdinando, aut aliis dein Cæſaribus majo- *Bona Ec-*
re contentione poſtulatum, quam ut tolleretur. *cleſia poſt*
Interim quaſi jam ſublatus eſſet, aut ad tranſa- *tranſact.*
ctionem pacis religioſæ nihil pertineret, paſſim *Paſſa. ab-*
violabatur. Duos omnino Archipiſcopatus Mag- *lata.*
deburgenſem & Bremenſem, duodecim Epiſco- *Arch.*
patus numerant, præter collegia, cœnobia, alia- *Magde-*
que ſacerdotia complura, quæ hoc modo à Ca- *burgenſis.*
tholicis in manus ac poteſtatem Proteſtantium

pere-

Magdeburgenſis. pervenerint. Magdeburgenſi Archiepiſcopatui poſt Fridericum Brandeburgicum anno 1551. frater ipſius Sigiſmundus præfectus fuit, tredecim annorum puer; qui deinde factus maturior, conceptam jam animo Auguſtanam confeſſionem, quo minus induceret, morte prohibitus fuit. Illi ſublectus (1566.) Joachimus Fridericus Joannis Georgii Electoris Brandeburgici filius, id quod anteceſſor ceperat, perfecit: idemque haud multo poſt (1570.) ducta uxore nuptias celebravit, retento Archiepiſcopatu, authorque & exemplo pluribus Canonicis fuit, ut idem facerent. *& Bremenſis.* Bremenſem Eccleſiam Georgius Dux Brunſuicenſis, anno 1536. fato functus, ac poſt eum Henricus Dux Lunenburgicus ad annum 1585. obtinuit, uterque, ut vulgo ferebatur, Auguſtanæ profeſſionis, cælibes tamen, quique palam in religione nihil mutaverint. His ſucceſſit Adolphus Dux Holſatiæ decem annorum puer; qui dein ductâ Auguſtâ Regis Daniæ ſorore primus conjugatus Archiepiſcopus extitit. *Lotich. lib. 25. cap. 1.* Sed Epiſcopatus plures repetebantur, *Mindenſis*, quem Henricus Julius Dux Brunſuicenſis, anno 1566. Catholicis abſtraxit: *1628.* *Halberſtadenſis*, qui eodem penè tempore in Ducum Brunſuicenſium manus pervenit, atque ab illis hæreditatis inſtar poſteris tradi cepit. *Verdenſis*, ab Everhardo ab Halle anno 1568. *Lubecenſis*, ab eodem Halle; & dein à Joanne Adolpho Duce Holſatiæ *Ratzenburgicus*, à Chriſtophoro Schnellenbergio anno 1554. *Miſnenſis*, à Joanne Hauguitio, & poſtea à Ducibus Saxoniæ ad mutationem religionis perducti, atque Eccleſiæ Catholicæ adempti: addebantur *Mœrsburgicus*, & *Naumburgicus*, ab iiſdem Saxoniæ Ducibus per idem tempus occupati. Demum *Brandeburgicus*, & *Havelbergicus*, & *Libuſſenſis*, quem Marchiones Brandenburgici, & poſtremo *Caminenſis*, quem Duces Pomeraniæ ſibi vendicaverant. Præter hæc ante & poſt tranſlationem religioſam ab Eccleſia Catholica

tholicâ deſciverant; duo Magiſtri Ordinis Teutonici; per Boruſſiam unus, alter per Livoniam: [illegible] hæc Archiepiſcopatus Rigenſis Epiſcopatus Reyclenſis, Chulandius, Deſſelius, Tert[illegible] Suerinenſis, Shleſuicenſis, Kylanus, Pumetzanenſis, Heilbergicus, & Warmelandius. Porro collegiorum cœnobiorumque, quæ repetebantur, infinitus erat numerus. Neque hic Principes modo, ſed civitates etiam Imperiales arguebantur, Argentina, Noriberga, Ulma, Nordlinga, Memminga, Ratiſpona, aliæque permultæ, quæ multas ex his ad ſe facultatibus pertraxerant. Neque his contenti poſſeſſores quoque ejecerant, omni uſu Catholicæ religionis palam interdicto: quod tamen poſtremo pacis religioſæ articulo adverſabatur. 1628.

Igitur Cæſar jam diu Catholicorum quærimoniis fatigatus, & ſua etiam voluntate, ut erat Catholicæ religionis deſiderio ardentiſſimus, his omnibus Reipublicæ malis, ex ipſis Imperii legibus remedium petere decrevit. Voluitque, ut ad pacis religioſæ formulam Auguſtæ conſenſu Ordinum ſancitam omnia redigerentur. Igitur compoſitum edictum, quod prius, quam per Imperium publicare faceret, ſuaſit rerum magnitudo, ut ſuper eo Principum primariorum animos atque ſententiam cognoſceret: ita promulgatio ipſius in annum ſequentem dilata eſt. Porro edicti Imperatorii hæc erant præcipua capita, ut Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Prælaturæ, collegia, cæteraque ejus generis bona Eccleſiaſtica contra tranſactionem Paſſavienſem Catholicis adempta, antiquis poſſeſſoribus extemplò redderentur. Tum, quod Catholicis ſtatibus nulla lege prohibeatur, ſubditos ſuos religionis cauſa ditionibus ſuis exigere, cum cuilibet jus emigrationis, ac rerum ſuarum venditio pace religionis permiſſa ſit, neque contrarium ullo articulo ve[illegible]

Cæſar concepit edictum reſtitutionis bonorum Eccleſiæ.

[illegible]

1628. retur. Denique, ut pax religionis, præter Catholicos & primævæ Auguſtanæ confeſſionis cultores, neminem alium complectatur, cujuſcunque is etiam religionis aut ſectæ fuerit.

Controverſia de Archiepiſcopatu Magdeburgenſi, inter filium Cæſaris & Saxonis. Caraff. 394. 402. Lotich. lib. 24.

Cæterum commune id & generale reſtitutionis edictum non nulla hujus generis exempla præivêre; ex quibus, quantum negocii cum reliquis futurum fuerat, tunc ſatis conjici poterat. Archiepiſcopatus Magdeburgenſis erat inter ea, quæ reſtitui debebant, armiſque Wallenſteinii obtinebatur præter urbem; ejus Adminiſtrator Chriſtianus Guilielmus ex Marchionibus Brandeburgicis, tum vi pacificationis religioſæ inidoneus, tum quod in bello Danico contra Cæſareum arma tuliſſet, proſcriptus, adeoque hoſtis Imperii erat. Quare veriti Canonici, ne Cæſar Præſulem Catholicum induceret, Auguſtum Saxoniæ Electoris filium ad dignitatem illam capeſſendam poſtulant. Cæſar gnarus eorum, quæ agebantur, ut Primatum illum Eccleſiæ Catholicæ redderet, interdicit Capitularibus Magdeburgenſibus, quorum plerique belli Danici crimine tenebantur; ne ad electionem poſtulationemve novi Præſulis convenirent: Saxoni vero ſcribit, quantos ſumptus in recuperandam provinciam illam impendiſſet; tum quod Archiepiſcopatum illum, jam diu contra tranſactionis Paſſavienſis leges adeptum, reddi Catholicis oporteat. Itaque monet, ne in poſtulationem filii ſui conſentiat: cum & ille propter diverſitatem religionis ad capiendum; hi etiam ad poſtulandum eligendumque nuperam in bello Danico rebellionem plerique omnes ſint inidonei. Sed jam illi feſtinatâ poſtulatione atque acceptatione rem præcipitaverant; ut prius omnia perficerentur, quam literæ ad eos Cæſaris pervenirent. Itaque à Capitulo reſcriptum; quoniam in amiciſſimum ac maxime fidum Cæſari Principem tantum beneficium contuliſſent, dignaretur Cæſar hoc eorum de Saxonis

ſilio judicium ratum habere. Et Saxo reſpondit non poſſe ſine honoris & famæ ſuæ jacturâ acceptatam ſemel filii dignitatem inconſtanti levitate omittere. Cæſar neutro reſponſo contentus, ut Archiepiſcopatus filio ſuo Leopoldo VVilhelmo conceſſione ſummi Pontificis traderetur, facile obtinuit; nominavitque eam in rem Gubernatorem provinciæ illius VVolfgangum Comitem Mansfeldicum, virum ſtrenuum prudentemque atque expertæ fidei: Adhæc dimiſit Magdeburgum, qui in vitam & facta Capitularium, quorum non pauci bello Danico immixti crimine majeſtatis tenebantur, inquirerent. Quare illi non vano metu perculſi (quam eadem fere erat omnium cauſa,) duos ex ſuo ordine Viennam ad Cæſarem ablegant, qui & priores errores & nuperam Saxonis poſtulationem excuſarent. Igitur admiſſi exponunt, credidiſſe ſe, quando Electoris Saxoniæ filium, Cæſari addictiſſimi Principis, in Archiepiſcopum poſtulaverint, voluntati Majeſtatis ipſius abundè ſatiſfeciſſe; nunc cum id aſſecuti non ſint, rogare, ut Cæſar optimum factum conſilium iis ſuggerere dignaretur; omnia ſe ad mentem atque arbitrium Cæſaris promptiſſimè facturos. Cæſar per Cancellarium reſponderi juſſit, quoniam in dictâ poſtulatione non modo contra leges Imperii & Canonum graviter erraſſent; ſed etiam inter ſe atque Electorem Saxoniæ, amiciſſimum ſibi & optimâ voluntate conjunctum Principem, ſemina & originem diſcordiarum jeciſſent, viderent ipſi, quomodo rem cum Saxone componerent: ſe neque ob privatum filii ac domus ſuæ; ſed & publicum Imperii commodum Archiepiſcopatu ceſſurum. Inde abruptis cæteris tractatibus ad ſuos reverti juſſit. 1628

Italica

Sub idem tempus Ferdinandus magnus Hetruriæ Dux ex Italiâ Pragam adveniens, Cæſarem Avunculum ſalutavit, inde Oenipontem profectus Leopoldi Archiducis filium ex ſacro baptiſmi

1228. fonte ſuſcepit : datum puero nomen Ferdinandus Carolus. Genuæ ingens conjuratio detecta atque in tempore oppreſſa : authorem ejus Julium Cæſarem Vaccherum perhibent; etſi alii rem altius trahant, qui Ducem & Senatum Genuenſem feriis Paſchalibus, quando publica per urbem proceſſio ex more ducebatur, interficere conſtituerat. Rebus igitur ad id rite compoſitis, Radinus quidam unus conjuratorum pridie, quam perficeretur, adit magiſtratum, aperitque inſidias. Vaccherus cum paucis ſociis comprehenſus, & ſupplicio affectus eſt; indici impunitas ac decem aureorum millia in præmium data. Venetiis quoque Dux Cornarus non leve diſcrimen adiit; author filio fuerat juveratque, ut à ſummo Pontifice in numerum Cardinalium reciperetur. Id Reginaldus Zenus Eques S. Marci, atque unus ex Decem viris, contra leges patrias factum dictitans, acriter in ſenatu impugnaverat. Eam patris fratrisque injuriam alter Ducis filius, Georgius Cornarus; moleſtè ferens, immittit ſicarios, qui prodeuntem è curiâ Zenum confoderent: decrraverant tamen percuſſores, non niſi levibus vulneribus inflictis. Sed atrocitas facinoris omnes commovit, auxitque indignationem famulus Zeni, reſperſam ſanguine domini togam circumferens, atque identidem vociferans, cæſum herum in tuendis patriis legibus. Igitur inſtituta in Ducem actio, & magnis Patrum clamoribus agitata eſt: qui, ubi ſe inſcio facinus commiſſum, dato jure jurando aſſereret, velletque ſe magiſtratu abdicare prohibitus fuit, abſolutuſque conſenſu omnium, indignitatem exauthorandi Ducis abhorrentium. Filius ejus Georgius proſcriptus, ac bonis omnibus ſpoliatus fuit.

Lotich. lib. 24. Piaſec. 479.

1629. Ad initium anni milleſimi vigeſimi noni pax Danica Lubecæ componitur: conventumque, ut Rex titulo Ducis Holſatiæ contentus, à reliquo ſe imperio abſtineret; neque Cæſari, quid faciendum aut omittendum, præſcriberet. Epiſcopa-

Pax Danica. Piaſec. 489.

patus in Germania omitteret, inſulas Femeram & Nordſtrandam, aliaque loca intercepta redderet Dominis. Sua ipſe viciſſim reciperet, ut tamen Cæſari Jus vetus in Holſatiam Stormariam & Ditmarſiam relinqueretur: dein ſumptus utrinque compenſati, & captivi dimiſſi ſunt.

Belli Suedico-Polonici in Boruſſia finis & pax.

Acriter per idem tempus in Boruſſiâ Suecos & Polonos inter bellum continuatum eſt. Brodniciam Sueci anno ſuperiore occupaverant, eamque per totam hyemem, circumpoſitis in proximo præſidiis, vehementer premebat Conjecpolſius; ut jam haud multum abeſſet, quin penuriâ commeatuum ſine ullo certamine in Polonorum poteſtatem ultro rediret. Eâ neceſſitate animadversâ, Joannes Vrangelius, Elbingenſis præſidii Præfectus, ſuperato fluvio Druenca, qui à Polonis negligenter ſervabatur, & dein cæſis, qui ad reſiſtendum occurrerant, magnam copiam annonæ urbi intulit: dein utendum victoria ratus, flexo itinere Thoruniam petiit, ſpe concepta potiundæ urbis egregiæ ſplendidæque; ſed imparatæ, ac nullâ re ad tantum periculum proviſæ. Iamque ad mœnia ac portam pervenerat, quam cives militiæ expertes haud dubie deſerturi erant, niſi Gerardus Dinofſius, Tribunus veteranus forte tunc in urbe præſens, ſubito ad periculum occurriſſet, animatis ad conſtantiam civibus, conductisque in eam partem tormentis, atque in hoſtem exploſis. Ita Sueci rejecti, & inſequente Polonico equitatu Elbingam compulſi ſunt. Menſe Februario comitia Varſaviæ celebrata ſunt, decretaque in hoc bellum collecta, ut vocant fumaria, qui eſt dimidius florenus in domos ſingulas, tam urbium quam pagorum villarumque, præter arces Nobilium & Cleri: permiſſumque Regi, quoniam miles extemplò haberi non poſſet, ut ab Imperatore auxilia ex Germaniâ acceſſerentur. Miſſus eſt à Wallenſteinio Arnheimius cum quinque Peditum & duobus equitum millibus, qui Majo menſe per Pomera-

niam

1629. niam ducens, luſtratis Hammerſteinii copiis, apud Grudentum caſtra cum Conjecpolſio conjunxit. Quo ſubſidio confirmatus Conjecpolſius, & pugnandi avidus, ut Regem Guſtavum, qui jam eò ex Succiâ advenerat eliceret ex caſtris ad Quinzinum poſitis, juſſit occupari tranſitus apud fluvium Lybam, quos à Rege haud negliendos ſciebat: ipſe accepto in medium Arnheimio, in læva haſtatis equitibus, ſiniſtra Coſaccis collocatis; ita acie inſtructa adventum hoſtium opperitur. Qui, ubi adfuit, Conjecpolſius cum haſtatis in confertiſſima Suecorum agmina magno impetu irruit, & diſiectis, qui obſtiterant, tormenta occupat, à quibus haud procul aberat Rex ipſe Guſtavus; inde emiſſam totam Suedicam aciem Cæſariani pari virtute excepère. Certatum utrinque acerrimè, donec Sueci terga verterent: quos Rex indignationis plenus, cum revocatos collectoſque in prælium reduceret, iterum Poloni fundunt profligantque; perculſos dein atque conterritos, donec dies fuit, perſecuti. In eo tumultu Rex Guſtavus bis à Polonis captus, cum non agnoſceretur, elapſus eſt, amiſſo balteo pileoque, inde equo pernici impoſitus à ſuis, intempeſtâ nocte Mariæburgum evaſit. Porro fructum victoriæ diſcordia Ducum mox corrupit: neque Rex ipſe Sigiſmundus ad caſtra perveniens huic malo mederi potuit. Petendum erat ſtatim à prælio Mariæburgum: quo ſeſe Rex contulerat, priuſquam reſpiraret à metu, aut neceſſariis operibus communiretur: ſed Arnheimio non lubebat; qui injuſſu Conjecpolſii ad divortium Viſtulæ cum ſuis digreſſus, munimentum ibi Suedicum oppugnare fruſtra cepit, ad caput inſulæ Mariæburgenſis extructum ubi Viſtula in duo brachia diviſus, uno Dantiſcum, altero, cui & Mariæburgum adjacet, Elbingam decurrit. Ita diviſis viribus, neque Poloni quicquam apud Mariæburgum, neque ille

Regis Sueciæ periculum.

in expugnatione munimẽti illius efficere potuêre: 1629.
habuitque ſpatium Guſtavus, ut civitatem primo impetu facilem captu, neceſſariâ defenſione operibuſque, & novo ex Lithuaniâ ſubſidio communiret. Sed & Sigiſmundus in caſtra perveniens, cum ſuaſiſſet, ut omiſſa munimenti oppugnatione Arnhemius ad ſe tranſiret, primum ſtipendia cauſatus, poſtquam ea numerata ſunt, necdum paruit; cum diceret, ſe adverſus ditiones Electoris nihil habere in mandatis: pars enim Boruſſiæ ad Electorem Brandenburgicum pertinet. Denique patuit fraus Arnheimii, cum omnia Polonorum conſilia per eum Electori nudarentur, cujus & ipſe cliens erat, atque in ditionibus ipſius domicilium habebat. Itaque Rex Sigiſmundus, miſſo celeriter nuncio ad Walenſteinium, effecit, ut Arnheimius revocaretur, ſubſtituto in locum ipſius Henrico Julio Duce Lavenburgico, & mox Philippo Mansfeldio, Sed jam dimisſi Arnheimii ignominia exercitum corruperat, impari utroque duce, qui invidiam ſuperaret, adhæc penuriâ commeatuum pabulique multi ad caſtra Suecica transfugiebant. Et Rex Sigiſmundus morbo correptus caſtra deſeruit: ita adnitentibus tandem Galli& & Angliæ Regum Legatis pax ſeu induciæ in annos quinque componuntur, his conditionibus; ut Brodnicia, VVormditium, Melſacum, Stumum, & Dirſavia reſtituerentur Polonis; Mariæburgum Electori Brandeburgico in depoſitum traderetur, qui tamen annuos proventus ejus urbis inſulæque in ærarium Polonicum referret. Si autem induciis finitis pax integra non coaleſceret, urbem illam una cum Dirſavia Suecus reciperet, atque interim pignoris loco retineret portum cum arce Memelenſi, & Elbingam, Braunsbergam, Pilaviam atque omnia ea quæ in Livonia occupaverat Comitia dein Varſaviæ menſe Novembri cele-

Pax Sueco Polonica.

1629. brata ſunt, exoratuſque Rex ab Ordinibus, ut bellum illud ad feliciora Reipublicæ tempora reſervaret, ægrè tandem inductus eſt, ut annueret. Ita Regis atque Ordinum decreto induciæ probatæ ac dein prorogatæ ſunt, haud invito *Sueciæ Rege*, qui jam ad bellum Germanicum animum adjecerat. Eodem anno inſigem victoriam de Tartaris, Rex Sigiſmundus reportavit, quos Ducibus Galgâ fratre principis Tartarorum, & Murza Cantimirio Ruſſiam ingreſſos Stephanus Chmielecius Dux Coſaccorum prælio profligavit, cæſo in acie filio Cantimirii, & captis bis mille, inter quos & frater Principis Tartarorum fuit.

Victoria contra Tartaros.

Porro in Italia per idem tempus gravius multò bellum exarſit: cum hinc Cæſar, perfectâ jam Danica pace, inde Galliarum Rex Ludovicus domita Rupella cæteriſque Hugonottarum, ad vindicandam Mantuanam ditionem infeſti utrinque conſurgerent. Rex Ludovicus, præter ſedatas domeſticas turbas, pacem quoque cum Rege Angliæ fecerat: eò ſecurius cum victore exercitu in Sabaudiam perrupit, occupata Seguſione atque aperto in Italiam tranſitu, & compulſo ad pacem Sabaudo, cujus ditionem longn lateque immiſſo exercitu victor obtinebat. *C*æſariam quoque per Helvetios & Rhetiam, luſtrato apud Lindaviam exercitu, in Italiam irrumpunt. Curia cæteræque in eo tranſitu arces validis præſidiis firmatæ. Erant in exercitu Cæſaris primnrii Tribuni, Colaltus, Meroditus, Aldringerus, Oſſa, Galaſſius, qui diviſis inter ſe partibus agrum Mantuanum torrentis inſtar inundavere, nullo jam loco præter Mantuam, qui Germanicis armis poſſet reſiſtere. Interea Rex Hiſpaniarum amoto Corduba Ambroſium Spinolam Mediolano præfecit, inſignem per illa tempora ducem, & militari famâ imprimis celebrem. Atque is rurſum Montiſferratum invadit; donec utroſque, primum commeatuum

Belli Mantuani continuatio:

in-

inopia, dein hyems in hiberna compelleret. *1629.*

At in Germania magno Proteſtantium terrore Edictum reſtitutionis per omnes imperii Circulos publicatum eſt. Simul dimiſſi in provincias Commiſſarii, qui juſſa Cæſaris exequerentur, quæque poſt tranſactionem Paſſvienſem Catholicis ademta eſſent, reſtituerent. Nemo eâ lege excipiebatur; ne illi quidem, qui hactenus partium Cæſarearum fuerant. Grave erat tot opulenta ſacerdotia dimittere, quibus ſe filioſque & familiam egregie ſuſtentabant. Et erant Principum nonnulli his, quam avito ac hæreditario patrimonio, ditiores. Prætendebatur tot jam annorum quieta poſſeſſio, ut non tam repeti, quam auferri crederent. Diſputabatur pax religioſa negabantque eum articulum, qui de cedendis ſacerdotiis eſt, ob cauſam mutuæ religionis unquam à Proteſtantibus conceſſum; ſed ſemper, uti in actis Imperii appareret, oppugnatum: inſertum tamen inſtrumento pacis pertinacia Catholicorum & voluntate Ferdinandi Regis. Neque propterea ita habendum, quaſi communi omnium conſenſu admiſſus ſit; cum Proteſtantes non in ipſis modò comitiis anni 1555. ſed alias etiam, & deinceps ſemper contradixerint. Igitur Saxo imprimis & Brandenburgicus Electores, referendam tantum rem ad generalia Imperii comitia cenſebant. Et quoniam de pace religionis controverſia eſſet, negabant eam aliter, quam ex conſenſu Ordinum definiri aut explicari poſſe: & eſſe è libertate Imperii Germanici, ut omnes audirentur, ubi omnium interſit. Cæterum Cæſar huius cauſæ deciſionem non modo ex diverſis Imperii receſſibus; ſed etiam ultimo Electorali conventu apud Mulhuſium ad ſe ſolum ſpectare teſtatus, propoſitum tenuit, miſitque per omnes Circulos, qui rem ad effectum deducerent: in quo hunc fere ordinem de legatis ſuis præſcrip-

Edictum reſtitutionis publicatur. Lotich. lib. 25. 26.

1629. ſerat. Primo jubebat citari Ordines religioſos aliosque, qui bona repetebant; tum eos, qui illa detinebant, ſed ſeparatim. Ubi res convicta eſſet, bona illa poſt pacem religioſam adempta, jubebantur reddi dominis nomine Cæſaris, neque audiebantur, etſi præſcriptionem, aut item adhuc in Camera Spirenſi pendentem allegarent, vel ad comitia Imperii provocarent; cum hæc omnia edicto Cæſareo tollerentur. De Cathedralibus & Collegiatis Eccleſiis mandabat, ut Pontificis Maximi declaratio expectaretur. Obedientibus porro, ac ſponte cedentibus fructus ante hac percepti condonarentur; refractarii his etiam multarentur, adhibitâ, ubi opus eſſet, militari manu, quam obſequentem promptamque, per omnem exercitum Cæſar edixerat; denique ut de mora & occurrentibus periculis quam primum ad aulam perſcriberent. Cum his mandatis miſſi Legati, in omnes provincias repetitionem bonorum auſpicantur; quantis Proteſtatnium querimoniis, tanto gaudio Catholicorum, quibus volupe erat, in priſtinas, easque opulentiſſimas poſſeſſiones poſtliminio reponi. Ordines religioſi, quo plura amiſerant, eo plus recipiebant: ſed neque inter ipſos de partitione conveniri poterat; cum veteres antiqua poſſeſſione, novi recenteſque indulto Cæſaris ac Pontificis conceſſionibus niterentur. Inter hæc Auguſtæ quoque Vindelicorum, ubi Auguſtanæ confeſſioni nomen datum, reformatio cepta. Epiſcopus urbis illius Henricus Cnoringius repetebat Jurisdictionem Eccleſiaſticam, de quâ dicebat, anno ſuperioris ſæculi quadrageſimo octavo inter Ottonem Epiſcopum Auguſtanum eundemque Cardinalem, & Senatum Auguſtanum ita conventum, ut ſacra Jurisdictio ſoli Epiſcopo integra remaneret. Ita conficiebat Cnoringius, ut huic tranſactioni per inſequentem ſeptennio poſt pacem religioſam nihil detractum; & Cæſar miſſo Ferdinando

Cur-

Curtio mandavit Magiſtratui, ne in eâ poteſtate *1629.*
Epiſcopum impedirent, Mox fruſtra deprecante Saxoniæ Concionatores Lutherani Magiſtrique dimiſſi ex urbe. & in eorum locum Catholici repoſiti, civibus quoque vetitum, ne ad conciones extra urbem aut loca vicina prodirent. Addita ſevera pœna in tranſgreſſores, & ne quid per tumultum inconſulta plebs inciperet, accepti noctu in urbem milites, qui inſolentiam & conventicula vulgi compeſcerent. Cæterum ea res, Electorem Saxoniæ maxime pupugit, quod in ipsâ velut natali Auguſtanæ confeſſionis urbe exercitum illius ante pacem religioſam illuc inductum abrogaretur: comprimis autem ægre tulit, cum à Catholicis ſcriptoribus editis vulgo libellis oſtendi intelligeret, longè deflexiſſe à veteri illa Auguſtana confesſione eos, qui hodie profesſione illius ſeſe jactitent, hac enim re exiſtimabat convelli fundamenta pacis religioſæ: & ſi quidem Auguſtana confesſio tolleretur, cui tunc pax data ſit, neminem hodie Proteſtantium pacis illius ſecurum fore. Itaque convocatis Lipſiam primariis Theologorum ſuorum, adverſus hanc Catholicorum opinionem evulgari juſſit Apologiam, qua probabat, ſe aliosque Principes atque Ordines Proteſtantes in primæva confesſione, quæ Carolo V. *1530.*
Cæſari quondam oblata, & dein publico Imperii *1555.*
decreto in comitiis Auguſtanis admiſſa eſſet, adhuc integrè atque intemeratè perſiſtere, neque, propterea à pacis religioſæ commercio excludendos.

Ita turbatis omnium animis ſpe metuque, & velut diviſa denuo in factiones Germania, dum literis ſcriptiſque de religione & ſacris Eccleſiarum facultatibus acerrimè certatur: accesſit aliud haud ſanè levius malum, imo eo gravius, qui utroſque premebat: militia & numerus legionum Cæſaris, quas VVallenſteinius immenſum auxerat. Nam etſi hinc in Borusſiam Regi Poloniæ, inde

Gravamini militiæ Cæſareanæ Lotich. lib. 29.

1629. Hiſpano in Italiam & Belgium Cæſar auxilia ſubmiſerat; tamen tantum adhuc militum ſupererat, quo Imperium premeretur. Itaque Saxo & Brandenburgicus & Dux Pomeraniæ Boguslaus & Circuli Suevici Principes, multæque civitates Imperiales rogabant Cæſarem, quoniam devictis jam hoſtibus nihil amplius timendum foret, ut tandem aliquando gravem Ordinibus militiam dimitteret. Narrabantur delicta militum, avaritia Præfectorum, rapinæ, cædes, inſolentia, aliaque ejus generis, quibus remedium non eſſet, niſi copiarum exauctoratione. Exponebant, quantum contra leges Imperii & conſuetudines provinciarum peccaretur; tum ſine ullo Principum ac Procerum conſenſu, tantum pro arbitrio & voluntate Præfectorum militarium, hiberna atque hoſpitia militibus dividerentur. Deſcribi ad eorum nutum tributa, exigique multo impotentius, fœdis pactionibus itinera atque ſtativa divendi: novos contributionum modos atque inauditos ante hac excogitari. Jam diu eſſe, quod exhauſta plebe ipſi etiam Proceres inopia conflictari incipiant. Civitates Imperiales non habere, unde onera Reipublicæ ſuſtineant, ſi iis in rebus modus non imponatur; nihil niſi extremam perniciem, aut quæ ultima malorum eſt, deſperationem in pulcherrimo Imperio expectandam. Hæc non obſcurè jactabantur, neque omnia ex vano. Et Catholicorum Procerum plerique caſtigandos militum mores, cohibendam Præfectorum licentiam, reducendam veterem diſciplinam, aut ſi pax haberi poſſet, dimittendos continuo exercitus cenſebant eaque de re Cæſarem modeſtè commonebant.

Prima obſidio Magdeburgi. Lotic. lib. 27.

Auxit querelas Proteſtantium Wallenſteinius obſidione Magdeburgi. Hæc valida ad Albim urbs, cæterarum inſtar in militiam Cæſaris ad arbitrium Wallenſteinii conferre cogebatur, miſſo ad id Tribuno Peckero cum legione Croatarum, qui imperatam pecuniam exigeret. Id cum

ægrè

ægrè ferret urbs inter Germanicas Hanſeaticaſque præcipui nominis, quidam è plebe coorti, inſciente aut diſſimulante magiſtratu, naves aliquot frumentarias; prono inde alveo ad VVallenſteinium devehendas, diripiunt: inde in legionem vicinas urbi ſtationes inſidentem facto impetu aliquot cædunt: donec à Magiſtratu graviora metuente prohiberentur. VVallenſteinius eo facinore irritatus, aut jam ante urbi prævalidæ & cupiditatibus ſuis haud ſatis obſequenti infeſtus, avidè occaſionem arripuit, miſſoque ad Magiſtratum Tribuno, jubet, ut ſuis impenſis integram Cæſari legionem alant: ubi id negatum, urbem legionibus cingi, & ne quid importari commeatuum poſſit, loricis circumdari jubet. Ita belli Magdeburgenſis initium factum, ex cujus dein exigua ſcintilla urbs miſerrimè conflagravit. Reſpexit ſtatim ad ſociæ urbis auxilium Hanſeatica ſocietas, Brunſuiga imprimis, Hamburgum, Lubeca, aliæque civitates maritimæ. Itaque miſſis ad VVallenſteinium Legatis vim deprecantur, rogantque, uti exercitum ab urbe Imperio amica deduceret. Ille primo reddi frumenta, atque Raptores illos ad pœnam dedi poſtulat: tum cautionem præſtari, ſe in officio manſuros & imperatam pecuniam perſoluturos: ad extremum, ut urbs præſidium acciperet, quo plebana petulantia coerceretur, imperavit. Id longe omnium graviſſimum poſtulatum Magdeburgenſibus viſum, cum illud non tantum ad pecuniæ pendendæ ſecuritatem, ſed etiam ad Edicti Cæſarei executionem, atque adeo ad ſe in ſervitutem dandos pertinere crederent. Reſponſum igitur VVallenſteinio, qui jam Guſtravio in caſtra advenerat, de præſidio in urbem admittendo, in evidens libertatis ſuæ præjudicium nihil concedi poſſe: cætera ad arbitrium Cæſaris facturos: rogantes deinde, ut ad Cæſarem legatos mittere liceret, rejecti ſunt: juſſitque in urbem nunciari VVal-

1629

Guſtrovii ſedes Mekelenburicorum Ducũ.

1625. Wallenſteinius, niſi intra quintum diem de admittendo præſidio promitteretur, nullum amplius tractationi locum fore. Igitur Magdeburgenſes nullam niſi in armis ſalutem rati, ſeſe ad defenſionem comparant, dejectiſque in ſuburbio ædificiis, quæ huic obſtare poterant, veterem urbem firmare munitionibus inſtituunt. Neque Wallenſteinius ultra minas progreſſus eſt, ſive quod expugnandæ urbis mandatum non haberet, ſeu territus difficultate operis. Ita evocatis ſponte primoribus Magiſtratuum, certam pecuniæ ſummam pactus, & ad extremum quoque remiſſa, obſidionem ſolvit; ut in fide obſequioque Cæſaris permanerent, ita fore, ut nihil urbi adverſi accidere. Magdeburgenſes inſperatam liberationem magno gaudio celebraverunt; cum ſe omni jam periculo defunctos crederent, ignari imminentium malorum, quæ ipſis irata jam diu fata præparabant. Tradũt, durante hac obſidione, levibus ac velitaribus pugnis Cæſarianorum duo millia, ex oppidanis non ultra centum ac triginta periiſſe.

Mors Bethlenii

Per idem tempus menſe Novembri Gabriel Bethlenius Princeps Tranſylvaniæ morbo hydropico obiit annorum unde quinquaginta. Is uti per omnem vitam varius atq; inconſtans extitit; ita & in morte ipſa ſupremo voluntatis judicio mirus fuit, utrũq; & Romanorum & Turcarum Imperatorem, uti & prioris filium Ferdinand. III. inſigni Legato proſecutus ſingulos ſingulis equos inſignes, nec non quadraginta Ducatorũ millia ſingulis Conjugi verò ſuæ Cath. Brandeburgicæ, præter aliquot dominia centena Ducatorum, Imperialium ac florenorum millia legavit, teſtamenti Executorem Turcarum. Viduæ ac Ducatus Tutorem Romanorum Imperatores nominavit. De Ferdinando II. Cæſare id teſtimonium dixit, *difficile ac dubiæ aleæ plenum opus eſſe, pugnare contra Ferdinandum, quem nec adverſa dejicerent, nec proſpera extollerent.* Bethlemio Georg. Ragoty, ducatus Præfectus invita vidua & pro Stephano

Lamorm. in Vit. cap. 30.

Caſchaw

phano affine quo fruſtra allaborantes, favore primo Turcarum, dein & Chriſtianorum Imperatorũ ipſiuſque viduæ conſenſu, & unanimi ſtatuum voto ſuffectus, & ab eo Stephan. Bethlem in ſuum provincialis *Præfecti* locum ſurrogatus eſt; & Cæſar miſſis Legatis Caſſoviam, repetivit ditiones, quæ Bethlenio ad dies vitæ permiſſæ fuerant.

Eadem æſtate Henricus Princeps Orangius Sylvam ducis validam Brabantiæ urbem exquiſitiſſima obſidione circumvallatam ſuæ poteſtatis fecit. Grobendonchius Gubernator Hiſpanicus cum præſidiariis, poſtquam nulla aut defendendi facultas, aut ſpes liberationis ſupereſſet, honeſtas conditiones pactus, ſonantibus tubis ac militari pompâ ad proxima Hiſpanica præſidia dimittitur. Hiſpani duce Henrico Comite *Montano*, ut hoſtiles ab urbe conatus averterent, conjunctis ad ſe Cæſareis copiis, quas Montecuculus adduxerat transmiſſo Iſolâ improviſi in Velaviam irrumpunt; capto primo impetu Amersfordio. Jamque terrorem Ambſtelodamum uſque & in extremos Hollandiæ fines pertulerant, cujus urbes nullo hoſtium metu modico præſidio aſſervabantur. *Sed* amiſſa pone tergum Veſalia, ubi commeatum & impedimenta Hiſpani depoſuerant, ſubito ex hoſtili ſolo pedem retrahere coguntur, nulla re effecta. Veſaliam Embricenſis præſidii præfectus unâ nocte per inſidias intercepit: multum ibi prædæ captum Montanus dein copias ſuas extremâ pene fame ac rerum omnium penuriâ afflictas, menſe Octobri in hiberna reduxit.

Sylva ducis obſeſſa.

1629.

Sub finem anni hujus in publicis regni Sueciæ comitiis; urgente imprimis Rege Guſtavo bellum Germanicum decernitur: quod, quoniam noſtrâ ætate longe omnium funeſtiſſimum extitit, lubet ab ipſis initiis paulo altius repetere. Regnum Sueciæ à Germania maris Baltici interjectu diſiunctum, longo tractu in Aquilonem protenditur. Gens induſtria & nullis deliciis enervata, imprimis bellicoſ.

Initia & cauſa belli Suedici in Germania

licoſa eſt, ipſa ſitus & cœli naturâ ad omnem laborum patientiam durata, quæ res aptiſſimos ad militiam reddit. Jam inde ab antiquiſſimis temporibus à Regibus gubernata eſt, quos communi ſuffragio Proceres legere ſolebant. Deinde hæc dignitas in hæreditatem tranſiit, & naſci Reges cepêre; donec pater hujus Guſtavi, Carolus Dux Sudermanniæ pro Sigiſmundo Poloniæ & Sueciæ
1644. Rege fratris ſui filio regnum Sueciæ gubernans, ut illud in ſe transferretur, conſenſu Procerum
1629. obtinuit, anno hujus ſæculi quarto; amoto Sigiſmundo legitimo & naturali Rege, jam ante in pub-
1612. licis regni comitiis Stockholmiæ coronato. Morte Caroli ad Guſtavum Adolphum regnum & ſimul adverſus Polonos bellum pervenit: quod ita geſſit, ut parto per patrem imperio Livoniam ac partem Boruſſiæ adjungeret. Atque hoc demum anno pax cum Polono inita, nulla potiore causâ, quam quod bello Germanico jam diu inhiabat, in quod illum belli & gloriæ avidum nonnullæ etiam cauſæ impellebant, quarum has præcipue numerabat. Primũ, literas ſuas ante triennium ad Principem Tranſylvaniæ miſſas querebatur interceptas reſerataſque à Cæſare, & alio, quam ſcriptæ eſſent ſenſu, expoſitas. Polonos non modo à pacificatione Suedica abſtractos, ſed etiam auxiliis, commeatu, & magno legionum numero confirmatos, ſpe ad extremum facta, cum Cæſar hoſtes ſuos in Germania deviciſſet, in ipſam porro Sueciam victrices copias ducturũ, quibus Sigiſmundus in regnum paternum reponeretur. Suedicis Mercatoribus Civibusque omni negociorum ac commerciorũ uſu per Imperium interdictũ, habitos adhæc hoſtiliter atque injurioſè, ablatis vi mercibus & navigiis fiſco addictis. Maris Baltici imperium quod ſemper apud Reges Sueciæ fuerit, magno ambitu à Wallenſteinio Cæſareæ militiæ Præfecto quæſitum. Solicitatas pro navibus Hanſeaticas & Wandalicas urbes, cum id fruſtra fuiſſet, comparato tamen aliquanto navium numero, piraticam ex-

Cauſa belli Sueco Germanici. Boguslaus. Chemn. lib. 1.

erceri cæpiſſe, atq; ut in Sueciam uſq; excurreretur, nihil niſi vires defuiſſe. Amicos & conſanguineos Regis oppreſſos, Straleſundam urbem nullo ſuo merito, etiam cum ad innoxium regni Sueciæ auxilium confugiſſet, obſeſſam, & tantum non ad extrema compulſam. Duces Meckelenburgicos Adolphum Fridericum, & Joannem Albertum finibus ſuis pulſos, attributa velut in ſpolium provinciâ Duci Fridlandiæ. Adhæc Legatos ſuos, quorum apud omnes gentes ſemper jus ſacroſanctum fuerit, nulla probabili causa à pacificatione Danicâ excluſos. Acceſſit adhæc omnia Auſtriacæ domus nimia felicitas, & in una familia tot per annos continuatum Imperium: cujus jam libertati inſidiari incipiant, oppreſsâ religione Auguſtana, ereptis poſſeſſionibus, ejectis proſcriptiſque, qui tantam Imperii mutationem moleſte ferant. Stimulabatur præterea multis Regum Principumque lagationibus, pecuniam, milites, auxilia promittentium. Neque bellum difficile videbatur, paratis copiis, quibus Polonos oppugnaſſet; quas ſi dimitteret, fore, ut plerique eorum ad caſtra Cæſaris tranſcurrerent. Ita nudatum ſe cuicunque injuriæ obnoxium fore ſatis cauſæ habere, quod inermis Cæſarem timeat, qui ſuperiore anno Duce Arnhemio integrum exercitum adverſus armatum duxerit. Denique ſi vinceretur, nihil ſibi periturum, aperto ſemper in regnum receſſu, ex quo maris Baltici & claſſium objectu hoſtis prohiberi poſſit. Cæterum animos Germanorum Rex ſibi jam ante præparaverat, non modo communione religionis; ſed etiam publico edicto apertis hoſpitiis, & oblato libero in regnum ſuum tranſgreſſu, iis qui propter religionem in Germania mutare ſolum cogebantur, quorum tunc erat permagnus numerus, Igitur poſtquam hæc omnia in generalibus regni comitiis Proceribus expoſuiſſet, ſummâ eorum voluntate bellum decernitur. Inter hæc alia res accidit, quæ impulſo jam antea Regi calcar addidit. Scripſerat

1629.

Rex Sueciæ ſcribit ad Electores.

Rex

Rex ad Electores Imperii litteras, in quibus enumeratis prolixe cauſis, propter quas ad bellum jure adigeretur, petiit ad extremum, ut Electores à perniciosis ejuſmodi conſiliis Cæſarem adſtraherent rationemque aliquam excogitarent, qua honeſta pax iniri, & omnia in priſtinum locum ad libertatem reſtitui poſſent: ſe quidem animo comparatum eſſe, ut pacem, modo non iniquiſſimam, etiam juſto bello præferat. Si tamen id obtineri non poſſit, neque ſibi aut ſociis de injuriis ſatisfiat, teſtari Deum atque orbem univerſum, quod nulla ſua culpâ, honoris & neceſſariæ defenſionis ergo ad ſumenda arma cogatur. Ad eas litteras Electores diu morati tandem, ſed omiſſo regio titulo, reſpondent, quod pacis ſe avidum oſtendat, ſummopere ſibi probari, ſe viciſſim eodem ſtudio teneri demonſtrant, ut eadem per Imperium & vicinos illi Reges Principeſque ſanctè obſervetur; unicè optare. Sed Regem non tam literarum brevitas, quam quod nullum pacis modum præſcriberent, tum quod ſibi regium titulum non tribuerent, maxime pupugit. Igitur revocatis ex Boruſſia legionibus, & dimiſſis hinc inde, qui novas copias conſcriberent, cæpit ſe ad novum bellum omni apparatu inſtruere; quod quomodo cæptum deinceps, ac geſtum, inſequentibus annis commemorabimus.

1629.

Lotich. lib. 29.

Ita novum in bellum intentos omnium animos prodigia quoque terruere, Tubingæ, Sturgardiæ, Francofurti apud Mænum, atque alibi paſſim per Germaniam, viſæ in cælo acies infeſtis inter ſe ſignis depugnare, auditi ſtrepitus, curruum, equitumque & tormentorum, gemitibuſque cadentium. Norimbergæ Auguſtæ & Ratiſponæ tres ſoles alibi in ipſo meridie ſtellæ viſæ. Geiſmariæ in Haſſia gregarius Tillii miles de nocte inter quietem copioſum ſanguinem ſudavit, nullâ ipſe tum ægritudine, niſi languore aliquo & anxietate correptus, cujus cauſam ignoraret.

Boguslans Chenm. lib. 11. fine.

HISTORIARUM NOSTRI TEMPORIS

Authore

ADOLPHO BRACHELIO

LIBER QUARTUS

Complectens geſta annorum.

1630. 1631. 1632. 1633.

SUMMARIUM LIBRI IV.

1630. *BElli Mantuani continuatio. Mors Spinolæ. Mantuæ expugnatio. Pax Italica. Comitia Ratiſponenſia, in quibus exauthorato Wallenſteinio Tillius ſufficitur in præfectura militari. Poſtulata Palatini & cæterorum Proteſtantium. Coronatio Imperatricis. Belli Suedici principia. Rex Sueciæ ſcribit ad Electores, occupat Rugiam & Vſedomiam; ejus claſſis copiæ & ſucceſſus per Pomeraniam ac Megapolim. Turbæ novæ Magdeburgenſes. Cæſaris præparatio ad novum bellum. Hollandi occupant Fernambucum. Matrimonium Regis Hungariæ cum Hiſpana. Seditiones militares in Polonia.* 1631 *Rex Sueciæ varia loca in Marchia Brandeburgenſi & Pomeraniâ occupat, inter cætera Francofurtum ad Oderam. Tillii conatus adverſus Regem. Conventus & confœderatio nova Proteſtantium Lipſiæ inita contra edictum reſtitutionis. Obſidio & excidium Magdeburgi: Oſtenta ejus excidii. Regis Sueciæ acta & Societas cum Electore Brandeburgico & Saxone, aliisq; Proteſtantibus. Tillius invadit Saxoniam, ſed mox indè magnâ clade apud Lipſiam repellitur. Regis poſt victoriã Lipſienſem progreſſus in Franconiam & ad Rhe-*

1630. *ad Rhenum uſque, quem apud Oppenheimium tranſit. Conventus Francofurtenſis. Saxo invadit Bohemiam, & Pragâ potitur. Res Polonicæ, Gallicæ & Belgicæ, Incendium montis Veſuvii. 1632. VVallenſteinio redditur imperium militare, is recuperat Bohemiam, Regis Sueciæ geſta & legationes, Clades Guſtavi Horn apud Bambergam. Rex perſequitur Tillium, funditq; apud Lycum, tranſit in Bavariam. Tillii mors. Rex varias in Bavaria urbes occupat. Ingolſtadium cum periculo tentat. Regreditur inde ad Norimbergam contra VVallenſteinium, ejus caſtra oppugnat cum clade. Trevirenſis dat ſe in protectionem Gallicam. Res Gallicæ, & Belgicæ. Mors Sigiſmundi Regis Poloniæ; cui filius ejus Vladislaus ſufficitur. Cæſariani Saxoniam invadunt prælium ad Lutzam, in quo cadit Rex Sueciæ & Pappenheimius. Mors Friderici Comitis Palatini. Reliquorum Suedicorum ducum geſta ad Rhenum & in Bavaria. Tuitium à Baudiſſio infeſtatum. 1633. Polonorum cum Moſcis bellum. Status militiæ in Germania poſt mortem Regis Sueciæ. Conventus Proteſtantium Heilbronnæ, in quo fœdus Suedicum confirmatur. Geſta VVallenſteinii in Sileſia. Res ſuperioris Germaniæ Ratiſpona capta à Vinarienſi. Hamelia obſeſſa; clades Cæſareorum ibidem. Res Gallicæ & Belgicæ.*

Belli Mantuani continuatio. A. 1630.

CÆterum, dum in Suecia bellum ſumma ope comparatur, jam arma fervebant, in Italia, Cæſarianis Mantuam, Hiſpanis Caſalium obſidentibus. Veneti quoque & Dux Sabaudiæ, dum diverſas in partes tranſeunt, alieni belli culpam ſuis cladibus luerunt, illi ſemel iterumque cædentes & cæſi: hic amiſſo Pinarolo, & dein omni Provinciâ à Cardinali Ricolocio Gallici exercitus duce exutus. Caſalium Ambroſius Spinola obſedit quæſitiſſimo apparatu; tota æſtas eo labore abſumpta, & ambiguum planè certamen Hiſpanis fuit, in externum ſimul atque Urbanum hoſtem vigilantibus. Magnam eâ obſidione laudem

commeruit Toraſius, Caſalii gubernator, in ſigni 1630
fama fortitudinis conſtantiæque: ſed Spinola, an
potiturus fuiſſet, incertum reliquit, menſe Sep- *Emman.*
tembri in caſtris morbo extinctus. Quem paulo *Dux Sa-*
præceſſerat Carolus Emmanuel Dux Sabau- *baudiæ &*
diæ ex tædio bellorum & adverſitate fortunæ *moriuntur*
ægritudine contracta. Carolo parenti Victor A- *Spinola.*
madæus ex Catharina Philippi II. Regis Hiſpa-
niarum filia ſucceſſit. Porro Caſalium adverſus ce-
leberrimum Ducem egregie defenſum, ut minore
gaudio exciperetur, Mãtuæ repentina expugnatio
impedivit. Eo enim converſi Cæſareani, poſtquam
vi & operibus parum proficiebant, in alias oppor-
tunitates intentis repente intercipiendæ urbis
occaſio offertur. Miſerat Niverneus nuncium ad
Venetos cum literis, quibus in ſupplementũ præ- *Mantua*
ſidii tria aut quatuor millia Militum petebat. Eo *aſtu inter-*
intercepto aſſervatoq; ubi inducendi ſubſidii dies *cepta à Cæ-*
aderat, authore Matthia Comite Galaſſio expe- *ſareanis.*
dita quatuor peditum Cæſareanorum millia, ver-
gente in occaſum die, per intervalla ac latebras cir-
cumducta, mox tanquam à Venetis miſſa, ſimulata
aggreſſione in caſtra Cæſareana impetum faciunt:
Quibus facile perruptis, obſcuro jam die ad por-
tas pervenere. Ita beneficio noctis deluſis oppida-
nis intromiſſi urbem capiunt; Dux ipſe Nivernius,
intellecta fraude, mature ſe in arcem cum conju-
ge & liberis recepit, ex qua paulo poſt cum ſuis
liber Placentiam dimiſſus eſt. Urbs inter Italicas
magnæ imprimis & antiquæ opulentiæ à victore
militi miſerum in modum diripitur: ſita eſt in
medio paludum, quas Mincius amnis è Benaco e-
greſſus efficit, atque ideo pontibus aditur; unde
natura loci eſt munitiſſima. Sed nihil adeo aut
natura aut ars communivit, quo non aliquando
vis aut fraus, aut fortuna ipſa aditum invenerit.
Cæterum, cum adventu Gallorum res ad com-
mittendam aciem ſpectaret, miſſu ſummi
Pontificis Julius Mazarinus breves inducias

1630. compoſuit, Interim Ratiſponæ, ubi tum Cæſar in comitiis erat, per Oratores Gallicos Carolum Brulardum, & Patrem Joſephum Cappucinum tractatio inita, ac demum ad exitum felicem perfecta eſt, his fere conditionibus; ut Carolus Dux Verniæ veniam à Cæſare precatus Ducatum Mantuanum ac Marchionatum Montisferrati reciperet; Duci Subaudiæ redderentur ſua, & inde Rex Galliæ præſidia deduceret. Nullum deinceps Rex Imperii Principem laceſſeret, nec hoſtibus perduellibusque Domus Auſtriacæ auxilia præberet; ita ſe viciſſim adverſus Regem ac regnum Galliæ Cæſar gereret. Clauſtra Alpium ac Rhetiæ in priſtinum ſtatum reſtituerentur: denique Venetos & Ducem Lotharingiæ eadem pax complecteretur, armaque & milites dimitterent. Ita pax tum quidem compoſita, ſequenti demum anno confirmata eſt.

Pax componitur conditiones pacis.

Comicia Ratiſponenſia.

Ratiſponæ interim comitia Ferdinandus Cæſar magnâ Principum Imperii frequentia celebrabat; aderant Electores Catholici omnes, Saxo & Brandeburgicus Legatos miſêre, Cæſarique uti ipſimet venirent, amiciſſime invitanti, reſcripſerant; non ſuppetere ſibi ſumptus ad iter & conventum iſtum pro dignitate obeundum, exhauſtis late provinciis, ſpoliatisque per continua militum ſtativa, quorum licentia ac rapinæ, nullis jam legibus, nulla Electorum Principumque authoritate cohiberi poſſint. Itaque inſtantiſſimè poſtulabant, ut Cæſar factâ pace cum Galliæ & Sueciæ Regibus finem bellandi faceret, militeſque dimitteret. Enumerabat quiſque, quot auri milliones ex ſuis provinciis Præfecti militum expreſſiſſent. Addebantur licentia, avaritiaque, & ſuperbia exactorum, hactenus in Imperio inaudita. Demum ſi pax te componi non poſſet, ut ſaltem diſciplina militum firmaretur, & imminuto legionum Præfectorumque numero; tributa & ſtipendia militaria conſueto colligendi more à ſin-

gu-

Imperii Ordinibus peterentur, rogabant· 1630.
& Electores Catholici frenandam militum
[illegible]entiam, reducendasque in certum numerum
[illegible]giones, & ordinanda ſtipendia cenſebant. Tum
[illegible]o commune omnium poſtulatum erat, ut Wal- *Querela*
[illegible]ſteinio præfectura militaris abrogaretur. Illi *contra*
[illegible], ut ſupremo capiti non modo delicta militiæ *VVallen-*
[illegible]putabantur, ſed ſuſpectabant plerique novi ho- *ſteinium.*
minis potentiam, quem è Barone Bohemico præ-
properâ nimium facilitate Cæſar Comitem, dein
& Ducem Fridlandiæ, Sagani & denique Meche-
lenburgii creaſſet. Et ille fortaſſe fortunæ ſuæ fe-
licitatem intemperantius ferebat, cultu vitæ ma-
gnificus, ac nulli Principum inferior, tum naturâ
avidus gloriæ, ad quam omnia ſua referebat. His
adjuncta erat morum aſperitas; atque adverſum
æquales contemptus, ut unius gratiæ Cæſaris ſe-
curus, nullo Principum aut legum Imperii reſpe-
ctu hiberna, æſtiva, hoſpitiaque militum, tri-
buta inſuper exactioneſque pro ſuo arbitrio di-
ſtribueret, diſponeretque, tanto nonnunqnam fa-
ſtu, ut conquerentibus ſuper his Principibus Pro-
vinciiſque ſuperbo reſponſo inſultaret, aut majo-
ra adhuc onera ſuperadderet, quaſi per benignita-
tem peccaſſet; hinc vulgo Dictator Imperii voca-
batur. Cæſar, excuſato Wallenſteinio, cum ple-
raſque querelarum cauſas in belli neceſſitatem ac
temporum injurias conjiceret, ad extremum con-
ſenſu Procerum victus, ut imperium militare
Wallenſteinio auferretur, permiſit. Erat is tum
Memmingæ, non ignarus eorum, quæ contra ſe
agebantur. Igitur miſſos, qui hanc illi Cæſaris *Exaucto-*
voluntatem indicarent, benigne audivit: Adje- *ratur.*
citque, gratias agere Cæſari, quod ſe eâ præfe-
cturâ tam diu exornaviſſet, ſperaſſe quidem ſibi
permanſuram fuiſſe: Sed cum ita Cæſar jubeat,
lubentiſſime abdicare; interim petere, ut quæ in
ſe Cæſar beneficia contuliſſe, relinqueret, neque
faciles aures criminantibus præberet. Ita Legatos

1630. çum muneribus dimiſit. Poſt hæc Elector Sax[onicus] de irruptione Regis Sueciæ in Pomeraniam [Cæ]ſarem certiorem facit. Itaque cum nullis juſtis cauſis bellum Imperio movere cenſetur, a[rma] in ipſum conſenſu Procerum decreta ſunt, & ſcripſit Saxoni Cæſar, ſibi tot virium eſſe, q[uibus] novi hoſti obviam iri poſſit; deliberandu[m ta]men, ut collatis juſto modo ſtipendiis militi[bus] ſatisfiat. Ita de ordinanda diſciplina actum, e[di]ditque Cæſar hunc in finem leges, quibus vita militum contineretur; ſalubres illas & per opportunas, ſi tam facile fuiſſet eas obſervare, quam conſcribere. Et quoniam hactenus Præfecti ipſi militum per quæſtores ſuos pecuniam à Provincialibus in ſtipendia militum impotenter nimium avareque, uti Ordines querebantur, exegerant, decretum, ut Cæſar reducto legionum numero, ad Circulos perſcriberet, ab iiſque pecuniam in bellum neceſſariam acciperet: ita pecuniæ acceptæ traditæque rationem reddi poſſe, & milites, acceptis ſuis tempore ſtipendiis, nemini moleſtos fore. Deinde, quis militiæ Cæſaris proponeretur, quæſitum. Multi Electorem Bavariæ optabant expertæ felicitatis & prudentiæ Principem: ſed ille inviſam ſibi dignitatem haud viſus eſt ambire. Itaque Joanni Serclaſio Comiti Tillio ſumma omnium voluntate defertur. Is neminem per ea tempora parem habebat aut belli ſcientia, aut continentiæ laude; hactenuſque fœderis Catholici exercitum ſub Electore Bavariæ duxerat, multis inſignibuſque victoriis clarus. Itaque non indignus videbatur, qui utrique exercitui præfectus, Regi Sueciæ opponeretur. Angliæ quoque Rex Carolus Legatum Ratiſponam miſit, qui Friderici Comitis Palatini reſtitutionem urgeret; ſcripſitque Palatinus ipſe Electoribus, ut promorendæ pacis cauſâ apud Cæſarem intercederent. Cæſar inſita clementia oſtendit, ſe Principem in gratiam recepturum, ſi ipſe côram à ſe veniam precaretur, regnique

Tillius ei ſufficitur.

Palatini reſtitutio fruſtra tentatur.

Bohemiæ pro ſe & hæredibus, ut Electora- 1630.
renunciaret: deniq; omnibus fœderibus & con-
ventibus Imperii abſtineret. Addidit Cæſar, red-
diturum ſe illi partem provinciæ & alimenta
Principe digna. Porrò Palatinus non partem, ſed
totam ditionem repetebat, & ut Electorale faſti-
gium ex domo ſua transferretur, haud ſanè induci
poterat. Ita tum quidem ea tractatio effectu ca-
ruit. Actum quoque de Hollandis ex Imperio ar-
cendis, utque occupatas jam urbes Imperio red-
derent, compellendis: ſed res in ſequentem con-
ventum dilata eſt. De Juliæ, Montium, & Cliviæ
Ducatibus, ut exercitus utrinque deducerentur,
cum Oratore Hiſpanico conventum. Reſtabat
communis Proteſtantium querimonia de edicto
reſtitutionis, petebatque Elector Saxoniæ om-
nium nomine, ut, quoniam ea res maximam partẽ
Procerum Imperii contingeret, dignaretur Cæſar
cauſam illam ad publicum Imperii conſilium re-
ferre, & ſuper ea ſententias ſingulorum exquirere,
ſuſpensà interim edicti executione; ſi id impe-
trari non poſſit, oſtendit, ſe religionis ſuæ ſocios
more majorum evocaturum, ut, quà ratione ſin-
gulorum querimoniis ſatisfieri & pax publica
promoveri poſſit, inter ſe conſilia communicent.
Cæſar Saxoni reſpondit, de edicto ſuo, & reſtitu-
tione bonorum Eccleſiæ rem non amplius con-
troverſam, ſed deciſam eſſe; nullo ſuo privato ju-
dicio; ſed ex ipſis pacis religioſæ ſanctionibus, à
quibus ipſe non cupiat recedere. Porrò ne in mo-
do executionis à Commiſſariis ſuis peccaretur, ſe
diligenter proviſurum. Quod ſi tamen Elector
putet, ſe adferre poſſe, quæ ad reducendam pu-
blicam tranquillitatem profutura ſint, rectius fa-
cturum, ſi Ratiſponam ad ſe ac cæteros Electo-
res excurreret, atque ibi de republica conferret,
quam in privatis religionis ſuæ affinium con-
ventibus, qui ferè magis ad diſcordias, quam uni-
tatem & pacem publicam ſpectare ſoleant. Ita

Poſtulata Proteſtantium de reſtitutionis edicto.

1630. Proteſtantes, cum nihil apud Cæſarem effic[...] ſeorſim cum Electoribus egere: & res tanden[...] perducta, ut Electores novum conventum Fra[n]cofurti apud Mœnum in anni inſequentis menſe Februarium promitterent; atque intereà roga[...]tur Cæſar, ut ad ejus conventus compoſitio[...] edicti executionem ſuſpenderet. Hic comiti[...] Ratisponenſium finis fuit. Eleonora Cæſaris co[n]junx paullò ante comitiorum finem in ſolem[...] Principum conſeſſu ab Archiepiſcopo Trevirenſi, qui ſolus tum ex Electoribus Eccleſiaſticis ſacerdos erat, in ſumma æde coronata eſt, præſente Cæſare ipſo, Ferdinando filio, eodemque Hungariæ & Bohemiæ Rege; Archiduce Leopoldo Wilhelmo; tum præter Electores Catholicos, Wolffgango Wilhelmo Palatino Neoburgico, Juliæ, Cliviæ ac Montium Duce, Georgio Landgravio Haſſiæ Procerum aliorum & Comitum magno numero. Conventu diſſoluto, Cæſar navigio Viennam reverſus eſt, Electoribus eum honoris cauſa ad navem uſque deducentibus. Extitit in his comitiis inſignis liberalitas Caroli Auriæ Oratoris Hiſpanici: Is intelligens, templum Dominicanorum Ratiſponæ antiquiſſimum ex parte à Catholicis, ex parte à Lutheranis poſſideri, egit cum Magiſtratu, ut poſſeſſio ejus Catholicis integra reſtitueretur: & res ſucceſſit ex voto, cum quadraginta florenorum millia, quæ tributi nomine poſcebantur, numeraſſet. Ita templum priſtino cultui redditum, benignitatem & pietatem Magnatis Hiſpanici egregiè commendavit.

Imperatrix coronatur.

Jam Sueciæ Rex Guſtavus Adolphus apertò bello Imperium petebat, evulgatis libellis, quibus cauſas ſuæ in Germaniam irruptionis, quas ſuprà memoravimus, enarrabat. Gedani quoque initio anni hujus pax tractari cepta eſt, quo Cæſar Carolum Hannibalem à Dona, Rex Axelium & Gabrielem Oxenſtirnas, Carolum item Bannerium & Petrum Sparrium Legatos miſerat; arbi-

Belli Suedici principia.

Tractatio pacis Dantiſci irrita.

Rege Daniæ expectabantur. Sueciæ Regis poſtulata hæc erant: Ut Cæſar exercitum ſuum ex Saxonia & finitimis provinciis deduceret, munimenta ad mare Balticum extructa deponeret, navigatione ejus maris abſtineret, controverſias Regionis Eccleſiaſticis ad mare Balticum, & Oceanum Germanicum ſitis Ordinum Imperii judicio decideret; ad idem judicium cauſæ & accuſationes Procerum, qui adverſus Cæſarem aut Imperium peccaviſſent, referrentur & convicti, non niſi pecuniâ mulctarentur. Spondebatq; Rex pro mulcta, quantacunque Ducibus Meckelenburgicis, ſi majeſtatis damnati forent, imponeretur. Hæ ſi conditiones admitterentur, pollicebatur Rex, ſe Straleſundâ præſidium abducere, & quamprimum finibus Germaniæ velle excedere; data etiam Legatis regiis facultas, ut quoſcunque vellent, ex Magnatibus externis, aut Principibus Imperii in ſocietatem tractatuum adſciſcerent. Sed res, priuſquàm ad tractatus perveniretur, abrupta eſt: & Legati utrinque re irrita domum diſceſsêre. Tum Rex, priuſquam è Sueciâ ſolveret, alteras ad Collegium Electorale literas dedit, in quarum principio queſtus, quod ſibi Electores titulum regium non tribuiſſent, quem à Deo & majoribus acceptum viginti jam per annos ſuſtinuiſſet, & porrò tueri ad extremum vitæ ſpiritum vellet; mirari ſe, inquit, quod nulla illi media pacis Electores ſuggererent; itaque rogabat, ne ægrè ferrent, ſi aliâ viâ ſecuritati & dignitati ſuæ proſpiceret. Se quidem ab amicitia cum Imperio colendâ nequaquam alienum, modo æquiſſimis poſtulatis ſuis ſatisfiat, & vicina mari ſuo Germania in eum, uti ante bellum fuerat, ſtatum reponatur. Itaque rogabat, ut ipſi Electores tanquam Atlantes Imperii, providerent, ne quod indè gravius detrimentum Reſpublica Chriſtiana acciperet. Interim Rugiam Inſulam Alexander Leſ-

1630. Poſtulata Regis Sueciæ à Cæſare.

Rex ſcribit iterùm ad Electores.

Rugiam occupat Leslæus.

1630. læus Suedici præſidii apud Straleſundam præ-ctus, ejectus vi Cæſareanis occupaverat. Inſu haud ſanè inviti in verba Regis adacti, cupidi mutationis ac tædio præſentium. Rugia inſula continenti Pomeraniæ parvo freto dirimitur, c adjacet Straleſunda: nulli inſularum Baltici ris cedit fertilitate, ideoque Straleſundenſi penè propria. Huc Rex claſſem ſuam dirige atque exponere exercitum conſtituerat, oppo tunitate fidæ urbis allectus quam ubi jam obſide-ri à Leslæo intellexit, mutato curſu Uſedomiam peti juſſit, ea non multum à Rugia diſtat; cui ab altero latere adhæret Julinum, ita ut inter Rugiam & Julinum media ſit Uſedomia. His duabus inſulis lacus prætenditur multitudine piſcium abundans, qui è trium fluminum Oderæ, Uckeræ, & Pani concurſu ortus, per totidem oſtia Panum Suevum, & Divenoam in mare effunditur. Porrò Julinum conſtrato per Divenoam ponte aditur; Uſedomia non niſi navibus. Ad ejus igitur portum percelebrem Rudam apud oſtium Pani Rex claſſem agi juſſit; quam è Suecia ſolvens in quatuor veluti acies diſpertiverat. Primam ipſe ducebat, & ſecundum illum Joannes Banerius ſupremus peditũ Præfectus. Hac vehebantur Lignofsky & Heusleri ſingulares cohortes: tum ſingulæ legiones Dodonis Cniphuſii, Mitſchefalii, Nicolai & Jacobi de Brahe; tum tertia equitatus & tormentorum bellicique apparatus pars, cum rei tormentariæ magiſtro Leonardo Dorſtenſonio. Alteram claſſis partem regebat Carolus Guldenhelmius, ſummus maris Suedici Præfectus, cum tribus legionibus Georgii Joannis Laurentii Gaggii, & Macari Scori, item tertia equitum ac rei tormentariæ parte. Hæc acies ad dextram Regis tendere juſſa. Siniſtra tertiæ aciei aſſignata eſt, ductore Bubbio vigiliarum nauticarum Præfecto, cum Theodori Falckenbergii & Nicolaii Theodorici legionibus, ac duabus

Rex petit inſulam Vſedom. Friſchaff

Claſſis regia & militum legionumq; numerus.

Halli-

[ill]ii cohortibus, quandoque deinde equitum ac [app]aratus bellici ſupererat. Agmen claudebat Eri[cu]s Huninghius ſecundus à Guldenhelmio rei ma[xi]mæ Gubernator cum legione Caroli Hartii, & [c]ohortibus Axelii Lylii, & Axelii Duvallii. Atque [hæ] Regis copiæ fuerunt, quas primo ſuo adventu [in G]ermaniam eduxit. Equitum non niſi legiones [du]æ, una Viſigothorum ſub Erico Sophio, altera [Sm]alandorum ſub Petrō Brahæo, ſingulæ octo turmas numerabant. Peditum duæ & nonaginta cohortes erant. Cum igitur portum Rudenſem, ut ſupra diximus, appuliſſent, ſub finem menſis Junii nullo, qui exſcenſionem prohiberet, invento, Rex copias expoſuit: atque ipſe, ut primum terram attigit, in genua provolutus, ſalutarem ſibi expeditionem precatus traditur. Palam deinde circumſtantibus teſtatus, memorabili plane & digna Rege ſententia: *non armis magis, quam precibus pro victoriâ pugnari, & quo plus pietatis, eo plus felicitatis in bello fore.* Obſervarũt nonnulli eum diem, quo Rex copias ſuas expoſuit, à Proteſtantibus in Germania Principibus & civitatibus magna celebritate cultũ fuiſſe, ſæcularem nempe & anniverſarium illius, quo ſæculo ſuperiore in comitiis Auguſtanis Carolo V. Cæſari Auguſt. conf. formula oblata eſt: ut ex eo etiam die omen caperent proſperorum ſucceſſuum, qui Auguſtanæ profeſſionis erant. Porro Rex opere tumultuario communitis caſtris, Alexandrum Leslæum cum iis copiis, quæ apud Straleſundam erant, ſed ſe evocat. Tum de adventu ſuo Boguslaum Pomeraniæ Ducem, & Pomeraniam bello petat, docet: & illi quidem, ſi arma adverſus ſe abſtinere cupiat, ſecuritatem & præſidium pollicetur. Inde ad ſubjungandas inſulas Uſedomiam ac Julinum copias dimittit, quod illi factu facile erat, cũ Cæſariani injecto velut panico metu, munimenta paſſim desererent. Ita duabus inſulis in poteſtatem redactis, caminum ad oſtiũ Divinæ ſitum, atque à Cæſareis deſertum, ſuo præſidio

Regis pietas & vox memorabilis.

Regis felix ſucceſſus.

1630. ſidio firmat. Præerat exercitui Cæſaris, Pomerantia erat nomine Wallenſteinii ne[illegible] exauthorati, Torquatus de Comitibus Italus tione, Regi viribus & numero militum ſuper ſed feſſus ſenio, & plerumque valetudine im[illegible] tus, atque adeo Regis juventæ atque autho[illegible] haud ſane par. Hinc illi, neque ut Regem egre[illegible] ne inſularum prohiberet, conſilium neque ani[illegible] erat: contentuſque novo urbes præſidio firma[illegible] cum reliquo exercitu Garzium & Griefſenhagam recedit, quas urbes paulo ante Duci Pomeraniæ expreſſerat. Jamque id agebat, ut Sedinum quoque Dux præſidio firmari permitteret. Hæc Ducum Pomeraniæ ſedes, munito imprimis loco Oderæ adjacet. Urbs totius provinciæ primaria, non tantum opulentia civium; ſed etiam rerum omnium apparatu nulli Pomeranicarum inferior.

Torquatus Cæſaris Dux Exercitus.

Sed Rex, ut Torquati conſilium præverteret, ac oppidanorum erga ſe voluntatis conſcius, impoſitum in parva navigia exercitum Sedinum repente adducit: & evocato ad ſe præfecto Sigefrido Damitio, mox Duce ipſo intromitti in urbem poſtulat; Duci & civibus libertatem ſuam, neque ullam à præſidio moleſtiam pollicitus. Dein Duce cum ſuis ad deliberandum digreſſo, Rex primores civium, qui ſeu officio in Ducem, ſeu ſtudio videndi Regis magno numero urbe exierant, benigne compellat; rationemque ſui in Germaniam adventus, & urbis præſidio firmandæ exponit. Erat oratio tempori & auditoribus accommodata, venire ſe religionis ſuæ ſociis auxilio, utque oppreſſam jam diu libertatem vindicaret & per injuriam pulſos in priſtinum ſtatum reponeret: promittebat inſuper militum ſuorum modeſtiam, quique omnia ſuo ipſi ære coëmere deberent. Ita delinitis omnium animis nemo erat, qui non admittendum Regem judicaret: primis, quod magnâ apud omnes invidiâ miles Cæſareus laborabat, non magis odio religionis, quam licentiâ rapina-

Rex Sedini admittitur. Stettin.

Regis humanitas ergâ cives Sedi-

1630.

ulationumque, quibus Pomeraniam tatam querebantur. Dux interim à egem regreſſus præſidium admiſit: oderis, Rege jam urbis potito, haud item ipſius compoſitæ, & anno inſe- Ordinum conventu confirmatæ læ urbis, quamque jam pridem ſe- tinaverat, deditione lætus, pedites s Dux hactenus ad præſidium urbis perfecturâ Sigefridi Damitii ſub ſa- uerit; à colore ſignorum alba dein- pellata. Mox dimiſſus Joachimus qui Damnum oppidum haud procul um ad lacum Cognominem ſitum oc- Tum urbs ad deſcriptionem Regis novis bus communiri cepta, militum quidem la- atque operâ; ſed pecuniâ civium. Dux inte- le recepto intra urbem Rege ſeſe per literas Cæſarem purgavit, quod inopinato Regis ventu oppreſſus, ſpatium non habuiſſet à Cæ- ſariano milite ſubſidium petendi; neque ab iis multum opis ſperari potuiſſe, qui vix viſo hoſte Rugiam, & Uſedomiam & Julinum, atque omnem oram maritimam flagitioſa fuga prodidiſſent. Dein in Cæſarei militis licentiam invectus petiit, uti Cæſar pacem cum Rege ab ea non alieno componeret: Sed ille jam ita munitioni Sedinenſi intentus erat, ut tamen proxima omitteret. Itaque intelligens Stargardiam quinque inde milliaribus diſtantem, tyronum præſidio obtineri, & facile capi per inſidias poſſe, miſit eo Damitium Tribunum cum iis, quos in ſuam ſuper militiam tranſſcripſerat, utpote gnaros locorum: neque res caruit ſucceſſu. Illi enim egreſſi nocte, cum albicante jam aurorâ ad urbem perveniſſent, etſi mature intellecti; tamen impetu facto facile tyrones è ſtationibus depellunt. Ita interfectis, qui primo reſiſtere auſi fuerant, cæteri in turrim confugientes facta deditione ad ſuos dimiſſi ſunt. Multum

Rex capit Stargardiam.

1630.

tum ibi frumenti ac farinæ captum, or... ter milites diſtribui juſſit. Pari felic... mia, & Uckermunda, & Clempenoa ... ſto interceptæ ; ſed Clempenoam D... haud multo poſt recepit. Wolgaſti ... quamdiu reſtitiſſet, tandem ſe Dedo... permiſit. Fandem Rex copiis Finnon... eoque & Curlandico equitatu, que... Hornius, adduxerat, tum non... ullis legionibus confirmatur. Jamque D... raniæ Ordines petebant, ut Garcio... & ubi caſtra Torquatus habebat, Ca... ret, atque ita ſecuriorem ſibi ſedem faceret. Ille tamen, quod omnis ibi ho... citus ſe communierat, rem haud factu fa... tus, ad occupandum Ducatum Meckelenbu... ſem, cujus incolas ſibi æquiores eſſe cogno... tum ut Cæſareorum vires diſtraheret, ani... intendit. Famam quoque in expeditione illa ... ſtabat, ut Duces Meckelenburgicos conſangui... neos ſuos in ditionem reponeret, unde illos Cæſ... haud ita dubium ejecerat ; ſuffecto in locum eorum Wallenſteinio. Igitur relicto apud Sedinum Hornio, ipſe cum parte exercitus Straleſundam petiit, inde in Megapolim navigio ſoluturus. Vix abierat Rex, cum Torquatus Garcio movens in caſtra regia apud Sedinum impetum faceret ; ſed magnâ Suecorum virtute repellitur. Neque aliud quicquam totâ poſtea æſtate Torquatus tentavit, niſi quod loca ſubinde captu facilia, immiſsâ modicâ manu, alias hoſtium futura explicaret, ac dein deſereret. In quâ re cum milites ipſius plerumque modum excederent, odio in provinciales, quos hoſtium magis felicitati quam Cæſaris rebus favere videbant, tantum ſibi invidiam apud omnes conciliavit, maxime Pencuno ac Paſvvalcâ hoſtili more direptis, ut jam iis in locis Cæſareâ militiâ nihil flagitioſius deteriuſque haberetur, ipſique Provinciales, ubicunque poſſent, præ-

& alia loca.

Augetur ejus exercitus.

Tendit ad recuperandum.

Ducatum Meckelenburgenſem.

Roſtochium præſidio firmatur à Savellis.

[p]roderent. Torquatus ta- 1630.
[.]e invadenda Megapoli o-
[.]ui iis partibus moderaba-
[.]; quo ille confirmatus,
[.]nium inter caſtra poſuit,
[.]itu prohiberet, ſimul quo
præſidio firmaretur, aſtu
[L]aurentio Hoffnirchio cum
[.]s, qui tranſitum peteret: eo
tranſituris intercepta ac firmata
[.] in eam expeditionem accinctus
[.]kelenburgicos edictum præmiſe-
[.]cum ſuorum obedientiam redirent,
[s]acramento, quod Wallenſteinio dediſ-
[o]fferebat ipſe operam ſuam, monebatq;
[i]n ejiciendis injuſtis poſſeſſoribus juvarent,
[q]ui fecisſent, extrema omnia minabatur. Sub
[.]n Septembris Damgartam, ubi Reckenitza
[.]us Pomeraniam à Megapoli diſterminat,
[v]enit. Ibi turrim in ipſo regionum divortio
[.]am Cæſariani foſsâ ac munimento circumde-
[d]erant, ex iiſque regios infeſtabant: turris, per-
ruptis impetu munimentis, invaditur; cæſi præ-
ſidiarii ad unum omnes, quique ſe in ſummita-
tem turris receperant, ex alto præcipites dati.
Mox caſtellum cum ponte Reckenitzæ impoſito
deditum. Rebnitium deinde, primum ingredien-
tibus Megapolim oppidum, pari Regis fortuna
corona intercipitur: cæſi gregarii omnes, Præfe-
cti magis ſpe lytri, quàm miſericordiâ conſerva-
ti. Id Sueci non ſævitiam, ſed vindictam voca-
bant eorum, quæ Cæſariani apud Paſvvalcam
in ſuos crudeliter deſignaſſent. Rebnitii Le- *Brande-*
gatus Electoris Brandeburgici ad Regem ve- *burgicus*
nit, poſtulans, ut Principi ſuo neutri bellige- *petit neu-*
rantium parti addicto eſſe liceret. Rex Lega- *tralitatem.*
to reſpondit; ſe id beneficium Electori libenter
conferre, ſed ne quid inde hoſtibus ſuis commodi
adveniat, Itaque oportere Cæſareanos omnes

fini-

1630. finibus ſuis expelli, ſtipen
ſpitia negari; aut ſi id fier
bi eſſe loca non ſecus ac ho
intereſſet: denique exer
ſareo tribuenda. Ita d
jam intellexiſſet Roſtoch
neque caſtra Savellii ador
revertit; cura Megapoleo
data. Hic Landgraviorum H
mannus Wolfius Regem conve
longo ordine injuriis damniſque
lo Principes illi pertuliſſent, Reg
opem implorat: ictumque mox fœd
ditionibus, quod anno inſequenti Spa
dein Wertenæ ab ipſis Landgraviis co
eſt. Interim Colbergam quoque, in u
Pomerania ad mare ſitam, Rex per Spe
rium obſideri juſſerat. Urbs munita eſt impr
ac portu percelebris; eo magis conſervandæ
cura Torquatum inceſſerat. Itaque menſe
vembri ſedecim Croatarum ſigna & duo pedit
millia eo ablegat cum tormentis aliquot, ut Spe
reuterium obſidione depellerent, ſimulque arce-
rent, quas Rex è Boruſſia copias expectabat, & u
ſe Cnipuſio jungerent, juſſerat. Sed Hornius Se-
dinenſium caſtrorum Præfectus, animadverſo
Cæſariorum conſilio, atque itinere, adſumptâ
firmâ manu laborantibus ſubſidio accurrit. Et Rex
ipſe, audito periculo, tum Boruſſicis copiis præ-
metuens, feſtinato itinere, Stralſunda Griffenber-
gam advolat: ubi rejectis jam Cæſareis, rei benè
confectæ nuncium Regi Hornius & Cuiphuſius
retulere. Obſidio tamen virtute obſeſſorum ad
anni inſequentis initium tolerata.

Haſſiæ Landgravii petunt à Rege auxilium.

Colberga obſeſſa à regiis, cujus liberatio fruſtrà tentatur.

Intereà dum jam pedem in Germania poſuiſſet
Rex, è Cæſare Electoribus literas Ratiſpona ac-
cipit, in hunc ferè ſenſum ſcriptas. Cæſar conque-
rebatur, ſine ulla belli denunciatione Regem Im-
perium armis invadere. Nam quas ipſe cum Stra-

Cæſar & Electores ſcribunt Regi Sueciæ.

leſun

rii Ordinibus controver- 1630.
ad Regem Sueciæ, quàm
ſarem pertinere: in quo
imperare aut præſcribere
pparatus ad Regis pericu-
antùm ad quietem Impe-
e ſe rebus Imperii temerè
rmaniæ finibus educto, pa-
minus ſe injuriam illam armis
onſtrat. Electores, addito jam
itulo, quòd nuper eum omiſiſſent,
enatione aut honoris minuendi
excuſabant; ſed more & uſu apud
n cùm aliis Regibus ſcriberent, con-
in cauſas belli elevabant, atque horta-
d pacem. Rex utriſque reſpondet: In Cæ- *Regis re-*
literis dolebat, quòd ad ſe tanquam Princi- *ſponſum.*
perii ſcriberet, qui nullum, cum Imperio
ercium haberet. In literis Electorum ægrè
at, quòd initio earum ſua ipſi nomina regiò
nini præpoſuiſſent: denique exaggeratis latè
iis, quas ſupra memoravimus, æquitatem
morum ſuorum probare nitebatur: quorum
nullus alius ſcopus ſit, niſi ſua, ſociorumque ſe-
curitas; quæ ſi honeſtâ pace & æquis conditioni-
bus haberi poſſit, ſe protinus arma omiſſurum
oſtendit. Cæterum nihil interim à promovendo
bello ceſſatum; & Rex ſub anni finem Garcium
ac *Grifenhagam*, ex quibus *Sedinenſes* continuis
excurſionibus petebantur, ſubigere inſtituit. Id
eo facilius Regi fuit, quoniam Hannibal Schau-
enburgicus in locum Torquati à Tillio ſuffectus,
ingruente jam hyeme copias Cæſareas inediâ ac
penuriâ rerum multum imminutas, reficiendi
cauſa ex caſtris ad Garcium in vicina loca diſtri-
buerat, paucis præſidio relictis. Eo cognito Rex
exercitum educit, & Griffenhagam vi ador-
tus, diffugientibus præſidiariis capit. Pauci qui

 reſti-

1630. *Rex capit Griſenhagam, & Garcium.*

reſtiterant cæſi, interque c... pua, Neapolitanus, loci Gu... te Garcium haud procul i... tem Oderæ impoſitum ... interceptum. Milites, ... rant, Rex ſibi ſacrament... cum Duce Scauenburgico ... coſurtum ad Oderam evaſe...

Turbæ Magdeburgenſes.

Hi Regis primo ſui adventu... raniam haud contemnendi progr... que interim deſtitit in ipſis Germ... per emiſſarios ſuos bellum meditar... lum multi rerum novarum cupidi in... tum, cæteris adhuc cunctantibus, pr... erat in Chriſtiano Guilielmo Admi...

Adminiſtrator Magdeburgenſis petit à Rege Sueciæ auxilium.

Magdeburgenſi. Is annis ſuperioribus o... Danici ſocietatem à Cæſare proſcriptus, & ... ejus deſertus magis à ſuis, quam contempt... nonnullos externos Principes, & demum a... gem Sueciæ profugerat Stocholmium, ... multo ante quam bellum in Cæſarem decerne... tur. Ibi, quantâ cum injuria ditionibus ſuis pul... eſſet, exponendo facile Regem permovit, ut il... auxilium promitteret. Igitur multa de Magdeburgenſium in ſe fide & benevolentia præfatus, quam tamen metu Cæſaris nunc premerent, verſa autem fortunâ oſtenſuri eſſent, petiit à Rege pro tribus equitum & decem peditum millibus pecuniam. Hunc ille exercitum clam hoſtibus conſcribere confidebat; & poſtquam Magdeburgum evaſiſſet, ſuis dein ſumptibus augendum alendumque, urbe ipſa & vicinis ditionibus in Regis verba prompte agendis; idque ſibi eo facilius fore dicebat, quo certius ſciret, Provincialium ſuorum in Cæſarem & ejus milites odium, quod eo excreviſſet, ut nihil niſi author & vindex publici voti deſideraretur.

Rex Reſpondet.

Rex collaudato Adminiſtratoris conſilio negavit, ſibi jam bellum in Germaniam adornanti tantum pecuniæ abundare, quo

poſtu-

...t. Ne tamen vacuum di- 1630.
...cit ut ab argentariis mer-
...m ubique poſſet, in nomen
...am mutuam ſumeret: inte-
...mpus odio, Cæſarem ſimu-
... & veniæ petitione, donec
...endum res eſſet, deluderet. Sed
...mpatiens, & conſiliorum ſuo- *Venit Magdeburgum.*
...: executor, tentatis prius per
...n Magdeburgenſium animis;
...ine Stalmanno, quem illi Rex
... paucis aliis ſexto Calendas Au-
...urgum ignoratus ingreditur. Ibi
... rei cum Magiſtratu componendæ
...andem Calendis Auguſti proſequen-
...tratu in ſummam Baſilicam progreditur,
...to omnium ſtrepitu receptus eſt. Poſt
...m in magna civium frequentia fœdus
...ge Sueciæ ictûm: mox edictum ad om-
...rchiepiſcopatus incolas publicat, eoſque
...mis ſibi præſto eſſe jubet; Cæſarianos hoſtes
...unciat, & tanquam latrones ac populatores
...ibus ſuis ejiciendos decernit Eo ſuam ipſe &
...egis Sueciæ operam pollicetur; atque hanc
unicam reditus ſui cauſam exponit, ut provin-
...iis, ex quibus per injuriam pulſus ſit, reſtitu-
...us, fidos ſibi ſubditos in priſtinam liberta-
...em aſſerat. Igitur delectus pro ſe ac Rege
...eciæ inſtituit; acceptaque aliqua militum
manu à magiſtratu, cum jam omnia in urbe
compoſuiſſet, Hallam intercipere aggreſſus *Halam intercipit & deſerit.*
eſt. Cives pleríque favebant Adminiſtratori;
itaque ab iis per portam *Salariam* intromiſſus,
Cæſareis ſe in arcem Mauritianam recipienti- Moritz-
bus; hanc quoque obſidere pergit. Dirutæ burgh.
mox circa arcem aliquot domus, & tormenta
admoveri juſſa: ſed irrito eventu. Nam Cæſarea-
ni contractis ſubito copiis, quæ in vicinia erant,

1630. majore vi ſociis auxilio ...
adventu cognito Admi...
ſertâque urbe, quam ſi... ca...
terat, Magdeburgum re...ertit...
Nicolaus Bockius, Tri...unus ...
Stratagema. arcem Mansfeldiam ſub...idem te...
hoc dolo uſus: Carros a...uot r...
oneraverat, quibus tegendis ſacc...
nos, quaſi frumentum veherent, ...
rat; aurigæ ipſi mentito habitu mi...
ante locorum gnari. Ita deluſis ...
portas ingreſſus, ſtationes vigilum ...
dato ſigno, qui in proximo latebant ...
Succeſſus Magdeburgenſium improſperi. currunt, atque arcem capiunt. Cre...
velitationes inter Cæſareanos & Mag...
ſes commiſſæ, dum illi novos delectus & ...
toria disjecêre; hi illos totâ ditione exig...
finibus ſuis propellere ſatagunt. Sed p...
que fortuna æquior Cæſareanis erat, ſeu q...
mero militum ſuperabant; ſeu quòd Admin...
tor temere nimis ac præfeſtinanter omni...
gebat, contra quam ipſi Rex Sueciæ monu...
verat: dum univerſa ſimul ac totius ditionis rec...
perationem uno eodemque tempore aggreditur, nequaquam adhuc ſufficienti militum numero ad id inſtructus. Ex quo factum, ut diſperſæ hinc inde ipſius copiæ faciliùs diſſiparentur, & vulgi civium Provinciarumque, rebus non admodum ad votum ſuccedentibus, multum de amore in ipſum ac Regem remitterent. Adminiſtrator quidem, culpam à ſe derivando, moram ſucceſſuum in Regem conferebat, quòd is promiſſa auxilia non ſubmitteret. Sed Rex rebus ſuis firmandis in Pomeraniâ intentus, nequaquam è ratione belli ducebat, ſpe certâ ac manifeſtâ amiſſâ, ad ancipitia Magdeburgum accurrere; quo non modò præſens inceptum, ſed etiam ea, quæ jam aſpirante fortunâ præparaverat, in apertum diſcrimen conjiceret. Satius fore arbitratus, paulatim promove...

dum nihil à tergo hoſtile *1630. Regis cura in juvando Magdeburgo mittit eò Falckenbergium.*
men ceptas apud Magde-
è progredi ſua plurimum
, Theodorum Falcken-
aulæ ſuæ Præfectum eò
conſilio bellum admini-
teſtate Regis nomine cum
ncipibus tractandi, copias-
et, colligendi. Falckenbergius
gdeburgum mutato habitu pro-
r advenit, addiditque animum ple-
atui, ut meliori poſthac cura in bel-
erent. Inter hæc Pappenheimius tur-
burgicis intentus, delectus Suedicos in
auenburgico in tempore oppreſſit. Au-
orum Franciſcus Carolus Dux Lauenbur-
fuit, qui collectas aliquot circa Hamburgum,
beccam pro Rege Sueciæ copias, diſtribuerat *Delectus Suedici apud Albim turbantur, capto Duce Lavenburgico.*
ppida Boitzenburgum, Lauenburgum, &
huſium ad Albim ſita. Cognito autem ad-
u Pappenheimii, qui ſibi Reinackerum Tri-
um cum legione in Friſiâ recens conſcripta
unxerat, ſolo Neuhuſio præſidio firmato, cum
æteris copiis Ratzenburgum, decem milliaribus
Lubeccâ diſtans, contendit. Tanta feſtinatio Pap-
penheimii fuit nocte ac die iter accelerantis, ut
caſtra circa Ratzenburgum metaretur prius pene,
quàm adeſſe eum quiſpiam intelligeret: ſimul
Reinackerus præſidium Neuhuſio ejecerat. Erat
in arce Ratzenburgica Auguſtus Franciſci Caroli
frater, qui nihil contra Cæſarem moliri auſus, ex-
cluſo fratre, Pappenheimium admiſit. Oppidum
Ratzenburgi, in quo Franciſcus Carolus cum
copiis erat, lacu pene totum cingitur; & hinc ſub-
licio ponte trecentos paſſus longo aditur; illinc
arce exigua, ſed munita ſatis protegitur. Igitur
Pappenheimius Reinackero ad pontis cuſtodiam
poſito, ipſe aditum arcis obſervat. Ita Dux in-

1630. medio deprehenſus, poſ
vadere tentâſſet cum cop
ſurgim honoratâ cuſtodi
ni finem mille equites p
miſſi Neoalenslebiam
vi ſubitâ cepere, truci
Neoalens-lebia capta norum ocurrebat. Non
manſit; urbs ſtatim à Cæſ
ſidiarii pudendis legibus ad de
ſi. Ductoribus eorum indulgen
conceſſum, ut impedimenta ſua ſe
Exin, Cæſareanis circà urbem omn
tibus, arctior indies res Magdeburg
cepit, & paulatim obſidioni initium
ctum, quæ anno inſequenti ſummis
viribus continuata, urbi tandem exitio
ibi memorabitur.

Cæterum Cæſar, etſi imminens à Suec
lum haud perinde, uti par erat, expaveſceret
magnitudine animi, ſeu rerum hactenus geſt
fælicitate, ac demum cauſæ ipſius juſtitiæ c
ſus, non de augendo, ſed minuendo exercitu
gitans; tamen ut Principum poſtulatis ſatisfa
ret, legionibus aliquot miſſionem dedit. Cæte
dein, quas retinere cogitabat, Joannem Tillium
præpoſuit, ſimul certas leges ac ſtipendia defi-
niens, quibus miles contentus nullo poſthac
prætextu rapinas ac populationes ſuas convela-
ret; ſimul ejus, quem in Italia alebat, exercitu
confectâ jam pace Aldringerio reducendi nego
cium datum. Porrò cùm quotidiè periculum gl
ſceret, Electores quoquè & Principes Catholic
admonuit, ut ſibi Imperioque proſpicerent, co
latis in commune viribus. Neque Rex Sueciæ m
gis ſollicitudinem Cæſari injecerat, quam Saxo-
nis & Brandeburgici Electorum cæterorumque
Proteſtantium continuæ querimoniæ, quibus
ſtitutionem bonorum Eccleſiaſticorum inſt
tiſſimè deprecabantur; jamque ad id convent

ém

...i quorſum evaderet, tam 1630
... vanè metuebant. Neque
... deerant, qui remittendum Varii ſermones de hoc bello.
...jus cenſerent; aut ſaltem in
...ndum. Hactenus quidem
...iſſe, ſed contra ſingulos;
...ium patrimoniis univerſos
... majore audaciâ, quò propin-
... viribus victoriiſque adverſus Po-
..., quique ſe vindicem libertatis Ger-
..., & hoſtem Cæſaris non obſcurè profitere-
...um eo omne Proteſtantium nomen arma
...eret, haud dubiè bellum omnium, quæ
...int, longè graviſſimum imminere: uno
...ælio plus periturum, quàm per tot retrò
...as partum ſit. At contra alii fortunæ, viri-
..., & cauſæ Cæſaris omnia tribuentes, inſiſtendum
...is affirmabant; univerſam Germaniam armis
...amâ Cæſaris obtineri. Bellum, quod à Prote-
...tibus timeatur, numero & nominibus conſpi-
...tium magnum, viribus elumbe, invalidumque;
exhauſtis latè provinciis, haud diuturnum fore.
Nec timendũ magnoperè Sueciæ Regem, qui adhuc intra Pomeraniam paratis exercitibus in ipſo belli conatu opprimi poſſit. Pro patrimonio Eccleſiæ, pro majeſtate legum Imperii bellum geri: nihil his cauſis honeſtius, nihil juſtius eſſe. Addebantur fructus victoriarum ampliſſimi, tot Epiſcopatus, tot opulenta ſacerdotia, per vim atque injuriam ſuperioribus annis contra ſanctiones Imperii Catholicis erepta. Denique hoc bello confecto neminem amplius fore, qui juſtiſſimæ Cæſaris voluntati poſſit aut audeat reſiſtere.

In Belgio hoc anno Hiſpanos ac Hollandos inter nihil memorabile actum, planè quaſi trans Oceanum atque alterum in orbem omnis belli ...editatio navigaſſet. Nam Hollandica claſſis Fernambuccum præcipuum Braſiliæ portum ex inopinato aggreſſu, poſt brevem oppugnationem, Hollandi occupant Fernambuccum.

1630. Pax inter Reges Hiſp. & Angliæ.

vi cæpit, & mox novis ope[...] tuit. Non multò pòſt pax [...] gliæ Reges his conditionib[...] mercia utrinque eſſent lib[...] tam Hiſpanis in Anglia, [...] nià pateret: tum, ne quid[...] ſet, Rex ſuis navibus in H[...] mitteret. Inter hæc Maria [...]

Ma[...]nium Regis Vngariæ cum Maria Hiſpana.

jam pridem matrimonio Ferdin[...] riæ deſtinata, iter ex Hiſpania Vien[...] Adulto Vere Barcinone ſolvens, Neapoli[...] ceſſit, ubi menſes aliquot commorata, du[...] reſtre iter inſtituitur, Lauretum inde om[...] mâ petiit. Acceptâ ibi à T[...]æo Barbe[...] mine Pontificis regio ſplendore, & pret[...] muneribus cumulata, Anconam perrexit; in[...]

Trieſt.

decim Venetæ triremes Tergeſtum avexere; que ibi ab Archiduce Leopoldo excepta, & V[...] nam deducta, ſequentis anni initio ſolenni po[...] matrimonium contraxit; copulante Cardinale D[...] terichſteinio, Cæſare & Auguſtâ præſentib[...]

Mors Cleſelii, Colati & Anholdini Comitum.

Deceſſit ex hac vita hoc anno Melchior Cleſeli[...] Cardinalis atque Epiſcopus Viennenſis, anno ætatis ſeptuageſimo ſeptimo, apud Rudolphum & Matthiam Cæſares intima amicitia potentiſſimus, à Ferdinando rerum potito ab aula remotus, ac denuò paulò ante mortem revocatus, ut nihil tamen publici muneris attingeret. Joannes dein Anholdinus, & Remboldus Colaltoninus Comites, ac diu copiarum Cæſaris Præfecti mortem obiêre.

Res Polonica. Seditio militaris. 1. Coſaccorum.

Poloniam per inducias Suedicas hoc anno quietam, ſeditio militaris inceſſit. Id veritus Conjecpolſius, exercitum, qui in Boruſſiâ fuerat, per diverſa & longinqua hoſpitia diſtribuit; quò minus audaciam & conſilia conferrent. Fortè aliqui eorum per Kyovienſem tractum diſpoſiti fuerant, quæ eſt ſedes Coſaccorum præcipua. Id illi ad opprimendos ſe factum rati: tum ſua ab aliis invadi indignantes tumultum cient, Præfectumque ſuum

Hricko-

Lickonem, quaſi cum regiis in ſuam perniciem inceſſiſſet, trucidant: cohortes inde facto impetu aggrediuntur, & caſis aliquibus, reliquos in fugam conjiciunt, impedimentis eorum direptis. Mox ubi venire adverſus ſe Conjecpolſium cum omnibus Boruſſicis copiis intelligunt, novum ſibi ducem Taraſium creant, trajectoque Boriſtene apud Pereslaviam poſitis caſtris conſiſtunt, haud dubiam ſeceſſionem molientes. Multa ibi inter ipſos & Conjecpolſium prælia intercedunt, majori, quàm in Boruſſia, Nobilium Polonorum cæde; quorum ſupra trecentos conſtat cecidiſſe. Tandem malo domiti dedunt ſe Conjecpolſio eâ conditione, ut authores tumultus ad proxima comitia mitterentur, Regis arbitrio puniendi, & novum à ſe Ducem acciperent, cujus dicto audientes eſſent: ita incompoſitum illud militiæ vulgus ſedatum. Neque tamen diuturna quies: Boruſſicæ copiæ hac occaſione congregatæ, cùm inter ſe liberiùs conſilia communicaſſent, inito tandem fœdere, & electo Duce Jaroſio Wilinskio, non modò ſtipendia præterita, ſed etiam reſtitutionem damnorum hac expeditione acceptorum imperioſiùs à Republica efflagitare cœperunt. Ea ſeditio, quia juſtior & potentior videbatur, magis formidata. Igitur Rex, tum ex proprio Reginæ peculio, tum fide publicâ, aut aliàs, unde poterat, pecuniam mutuatus, ſtipendia perſolvit. Eorum feſtinatâ repræſentatione miles quievit, damnorum repetitione primùm ſepoſitâ, poſt & neglectâ. Wallenſteinius quoque, pro Arnhemiano exercitu, quem anno ſuperiore Polonis auxilio ſubmiſerat, acriùs multò & importuniùs ſatisfactionem per literas expoſtulans, ad proxima comitia rejicitur: monito interim Wallenſteinio, quoties & quantas copias Rex Cæſari diverſis temporibus ſubſidio miſiſſet. Obiêre per idem tempus in Polonia Euſtachius Volovicius, & Martinus Siovius, hic Cracovienſis, ille Vilvenſis Epiſcopus: tum

1630

2. Copiarũ Boruſſicarum ob non ſoluta ſtipendia.

1630. Stephanus Chmielecius, Palatinus Kijovienſis, nuper Coſaccorum dux, multiſque & inſignibus victoriis clarus. Tradunt rerum Polonicarum ſcriptores, neminem ſua ætate militari gloria parem habuiſſe; quique primum docuerit, Tartaros fugiendo pugnare adſuetos, ſuperari poſſe; quos ille ſemper numero minor pudendis cladibus ſæpè obtriverit, quarum partem ſuprà attigimus.

1631. *Res Suedica in Germania.* Ineunte anno trigeſimo primo, tametſi hyems ſæviebat, non ideo munia belli intermittebat Rex Guſtavus; nam menſe Januario, inito fœdere cum Rege Galliæ, (ut eoſdem hoſtes amicoſque haberent, & ille quidem arma, hic pecuniam conferret,) promovere porro molem belli in Marchiam cæpit, obſeſsâ eminus Landsbergâ. Hæc ad Wartam fluvium ſita eſt, qui è Poloniâ ortus, Wortam & Poſnam Poloniæ urbes præterfluens, & dein Landsbergam, haud procul Cuſtrino in Oderam labitur. Oppidum prævalidum etiam numeroſo præſidio tenebatur, ex iis maximè, qui Garcio & Griſenhagâ nuper expulſi, eò confugerant: neque id Regem abſterruit. Quare omnibus ad futuram obſidionem neceſſariis apud Landsbergam diſpoſitis, ipſe cum reliquo exercitu Sedinum, atque inde Megapolim verſus conceſſit, Calendis Februarii potitus Neobrandenburgo, quod Franciſcus Marazinus cum ſexcentis obtinebat. Secutæ continuò arces minores, Clempenoa, Trepota, Loitzium, aliæque, præſidiariis plerunque, audito Regis adventu, in loca munitiora diffugientibus. Inde Rex eodem adhuc menſe cum Cniphuſio Domminum aggreſſus triduò cæpit, oppidum loci naturâ munitum imprimis; quippe ubi Tollenſæa & Trebela parvi amnes in Panum influunt. Inerat Dux Savellius cum duabus legionibus. Sed felicitas Regis, & quòd circumjectas paludes foveaſque vis frigoris conſtipaſſet, ad deditionem coegit obſeſſos. Quaſi, quoniam cupiditati Regis properè

pacè ſatisfactum, honoratas conditiones impetravere. Egreſſi cum armis ac concinnentibus tubis impedimentisque, & duobus tormentis majoribus. Dux Savellius cæterique Præfecti promittere coacti ſunt, intra trimeſtre ſe contra Regem arma non laturos. Urbem illam horreum ac ſedem belli delegerat Savellius, eo plus commeatuum & inſtrumenti bellici repertum. Majore damno, etſi minore infamiâ ſub finem Februarii Colberga deditur, quinque penè menſium obſidionem perpeſſa. Jamque in Pomerania præter unicam Grypſvvaldiam omnia in Regis poteſtate erant. Ejus obſidio Joanni Bannerio ſupremo Regis Legato, ac dein Achatio Tottio demandata, in adultam uſque æſtatem continuata eſt. Tandem cum loci Gubernator Franciſcus Ludovicus Peruſius cecidiſſet, in Suecorum poteſtatem pervenit. Præſidiarii liberum indè abitum Roſtochium uſque pacti, quæſito prætextu, uti & alibi factum fuerat, ad ſigna Suedica tranſgredi coacti ſunt: quidam non inviti ſeu ſocietatere religionis, ſeu novæ fortunæ illecebris pellecti: ex quibus incrementis exercitus Suecorum non parum ſtabilitus. At Tillius interim, cognito Regis progreſſu in Pomerania, mediâ hieme cum tribus peditum & una equitum legionibus Francofurtum ad Oderam pervenit. Ibi luſtrato exercitu duodecim ferè millia reperit, partim Francofurti, partim Landspergæ, & per vicinas arces diſperſa. Itaque ſua præſentia confirmatis militum animis, quos novi hoſtis felicitas non modicè perculerat, uti ad officia promptiores haberet, partem ſtipendiorum perſolvit: tum adſumptâ validâ manu Pomeraniam verſus ad inſpiciendos Regis conatus iter intendit. Et Neobrandenburgum, quod Sueci paulò ante ceperant, vi recuperat, magnâ parte præſidii cæsâ, & capto Cniphuſio, quem Rex cum duabus legionibus urbi impoſuerat. Cæte- rum

1630.

Tillii conatus adverſus Regem.

Recuperat Neobrandenburgũ.

1631. rum oppugnationem hoſtilium caſtrorum, quæ Rex apud Suetam Oderæ tranſitum loco munito mutaverat, non auſus moliri; quòd numero viribuſque erat inferior.: deſerto Neobrandenburgo, & depoſitis munitionibus, Francofurtum regreditur. Ibi re militari, quantum licuit, proviſâ, ad ſubigendum Magdeburgum, ubi Pappenheimium reliquerat, contendit: ſatius ratus, nihil hoſtile à tergo relinquere, priuſquam Regem Sueciæ cum omnibus copiis, quas ex toto Imperio in Saxoniam convenire juſſerat, adoriretur. At Rex, cognito Tillii diſceſſu, properè caſtra apud Suetam movit, tormenta & pontes adverſo Odera navibus advehens, reliquo exercitu per utramque fluminis ripam bipartito, rectà Francofurtum ducit, appulitque eò poſtridie Calendarum Aprilis; cùm pridie Baro Tiefenbachius à Tillio ſubmiſſus, ſummâ cum poteſtate adveniſſet. Inerat urbi præſidium juſto penè exercitui par, neque quicquam ad parandam defenſionem deerat. Nihilo ſecius Rex ſpe potiundi ductus, exercitum admovit, erectoque tumultuario aggere, in eum duodecim majora tormenta inducit adverſus Portam Gubenenſem, quâ facilè everberatâ, per ruinas aggreſſionem fieri imperat. Ibi acre certamen committitur, aderatque Rex ipſe hortator, & immixtus pugnantibus. Vergente autem in occaſum Sole, ſuperſedere labore, ac receptui ſignum dare conſtituerat; cùm Andreas Anerius, ſubcenturio ex Miſniâ oriundus cum ſclopetariis nonnullis in vallum evadit, deturbatis ſubito pavore Cæſareanis, eâ occaſione incenſus Rex cæteris Anerii exemplum oſtendit, jubetque præeuntem ſequi. Ita redintegratâ rurſum pugnâ, Cæſareani pelluntur, atque unà hoſtes irruptionem in urbem faciunt. Fit magna utrinque & promiſcua cædes, neque illi primo impetu parcitum, neque auditi, etſi bis pulſato tympano deditio offerretur. Tum verò per averſam inde portam, & pontem Oderæ impoſitum

Redit ad obſidionem Magdeburgenſem

Rex expugnat Francoſurtum ad Oderã.

tum

1631.

tum ſe Cæſareani ejiciunt; inter quos Schauenburgius & Tiefenbachius, ipſi cum parte impedimentorum in Sileſiam evaſêre, corrupto poſt ſe, quantum licuit, ponte; ne hoſtis inſequi poſſet. Mille & ſexcenti cecidêre, maximeque viæ, quæ ad pontem ducebant, cadaveribus replebantur. Pauci, dum per pontem fugam moliuntur, conatu nitentium deturbati, undis periêre. Urbs inſignis opulentiæ, & prænobile iis locis emporium militi in prædam conceſſa: ſed quicquid apparatus bellici, ac publicæ annonæ fuit, Regi ceſſit. Octingenti tamen ex omni numero capti, inter quos Sparrius, Morvallius, & Butlerus fuêre. Magno ſenſu Tillius, cum auxilio ſerius accurrens, hanc urbis cladem accepit. Quippe quàm ducendi in Regem belli, atque inter Pomeraniam continendi ſedem deſtinaverat. Igitur mox ad obſidendum ſummis viribus Magdeburgum revertit, priuſquam Rex cum iis vires conjungeret. At ille his, quæ cæperat, firmandis intentus, Francofurto ad proteſtantes Lipſiæ congregatos literas dat, expoſitaque victoria hortatur, ut ſe libertatis & religionis Germaniæ vindicem ſequantur, viresque & arma intrepidè conjungant. Simul Magdeburgenſes, ut obſidionem fortiter ferant, exſtimulat, ſpondetque ſe in tempore affuturum: ſibi bimeſtri adhuc ſpacio opus eſſe, quo parta communiat, copiasque in eam liberationem neceſſarias colligat. Ita relicto Francofurto cum parte copiarum Landſbergam haud procul inde diſtantem petit. Reſtitêre initio Cæſareani acriter, ſed Cratzio Præfecto in eruptione interempto, mox aliis trecentis captis, ſimul Francofurtenſium recenti exemplo territi, honeſtis urbem conditionibus dedidêre; omneſque inde cum ſarcinis & quatuor tormentis Glogoviam deducti ſunt.

Numerus cæſorum, & captorũ.

Rex ſcribit ad Conventum Lipſienſem

Magna interim ſolicitudo Cæſarem & Electores Catholicos ſubiit, quorſum conventus Principum Proteſtantium apud Lipſiam erumperet; quem

Conventus & confœderatio nova.

1631. *Proteſtantium Lipſiæ inita.*

quem Elector Saxoniæ reliquorũ nomine in menſem Februarium edixerat. Convenêre frequentes, Joannes Georgius Saxoniæ, & Georgius Guiliel. mus Brandeburgi Electores; Chriſtianus Brandenburgicus, Marchio Byruthinus, Joannes Philippus Dux Altenburgicus, Guilielmus & Bernardus, Duces Vinarienſes, Joannes Caſimirus Dux Coburgicus: Auguſtus Dux Palatinus Sultzbacenſis, Guilielmus Langravius Haſſiæ, Fridericus Marchio Badenſis, Auguſtus Princeps Anhaltinus: Legatos miſerant Archiepiſcopus Bremenſis, Duces Brunſuicenſes, Luneburgici, Megapolitani, Marchiones Onolsbacenſes, & Abbatiſſa Quedlenburgica, Circulorum item Suevici, & Franconici Proceres, adhæc Comites Mansfeldici, Solmenſes, Stolbergici, Barbyci, Waldecenſes, Lippiaci, & Svvarzenburgi, cum Reuſteniis & Scoënbergiis Dynaſtis. Denique civitates Argentina, Noriberga, Francofurtum, Lubecca, Brema, Brunſuiga, Hildeſium, Nordhuſa, Mulhuſa & Auguſta Vindelicorum. Sub initium conventus Electoris Saxoniæ aulicus Concionator, Matthias Hoe, vir facundus, ſuper illa Pſalmi 28. verba concionem ad Proceres habuit: *Deus, qui ſimilis erit tibi? ne taceas, neq; compeſcaris Deus. Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt; & qui oderunt te, extulerunt caput. Super populum tuũ malignaverunt conſilium; & cogitaverunt adverſus ſanctos: Dixerunt. Venite & diſperdamus eos &c.*

Præcipua capita deliberationũ.

Quæ oratio, cum in Catholicos collimare & claſſicum canere videretur, ab iis deìn refutata eſt. Cæterùm deliberationum in hoc conventu capita præcipua hæc fuere. Primum, quæ tranſactio cum Catholicis, (cui rei ſingularẽ conventum Francofurtum ad Mœnum indictum fuiſſe, ſuprà recenſuimus) in reſtitutione bonorum Eccleſiaſticorum ineunda. Deinde, ſi neque Cæſar de rigore edicti, neque illi de repetitione bonorum quicquam vellent remittere, quâ ratione eorum conatibus obſiſtendum. Deniq; quomodò Cæſareus miles eorum

rum provinciis cum omni bellorum injuriâ, contra leges Imperii, & pacta Cæſarea multos jam annos incumbens, inde deduci, & vexatis ditionibus pax & libertas priſtina reſtitui poſſit. Super his capitibus, poſtquam aliquamdiu conſultatum eſſet, tandem communi omnium conſenſu decernitur: obtundum eſſe conventum, quemcunque Catholici amicæ partium tranſactioni præfigerent: ſed priùs rogato Cæſare, ut ſuſpensâ edicti executione Auguſtam quoque urbem in Religionis libertatem reſtitueret: exercitum ex provinciis eorum deduceret, nulla deinceps hoſpitia, hiberna, itinera pro ſuo arbitratu in ipſorum ditionibus diſponeret. Quæ res, cùm ſine armis obtineri non poſſit, juxta leges Imperii pro cujusq; Circuli conſuetudine militem ſcribendum, pro naturali tantùm, & omni jure licita defenſione; quo toleratas hactenus militum injurias velut fræno compeſcant, & prædones patriæ ſuæ finibus procul arceant: id requirere curam populi, cui protegendo à Deo Optimo Maximo impoſiti ſint. Ictum deinde fœdus de mutuo inter ſe auxilio, & deſignati ex omni numero pauci, qui reliquorum nomine rem totam dirigerent. Simul ſtatutum, quantum quiſque in medium conferret. Ita initio Aprilis diſſoluto Conventu, Saxo Cæſarem & Electores Catholicos de omnibus, quæ acta erant, prolixè admonuit, conteſtatus ad nullius perniciem; ſed ſuam tantùm, ſociorumque ſalutem, ac pacem provinciarum pertinere. Additæ ad Cæſarem preces, quantæ aliàs unquam, quæſito verborum pondere, ut novis Procerum Imperii diſcordiis obviam iret, ac tantam authoritatem ſuam eſſe pateretur, quantum Imperii libertas, ac publica pax permitteret. Mox per omnes Proteſtantium Provincias inſtitui delectus, ac miles ſcribi cæptus, maximè à Saxone & Brandeburgico, qui cæteris potentiores erant. Non omiſit interim ... ſuarum ſatagere Rex Guſtavus, dimiſſis privatim Legatis

1631. *Receſſus Conventus Lipſienſis.*

Intimatur Cæſari per Saxonem.

Suecus miſcet ſe

1631. conventui Lipſienſi.

gatis Lipſiam, qui conceptæ Ordinum indignationi adverſus Cæſarem ſtimulos adderent; ſingulosque, ſed inprimis Saxonem animarent, cujus in hanc vel illam partem propenſio maximum rebus momentum adjicere poterat: videbaturque eis ſuo exemplo & authoritate reliquos facile attracturus. Porro Rex Legatis ſuis tres tractandi modos præſcripſerat: Primus, iſque cupientiſſimus Regi erat, ut Proteſtantes ſecum palam arma conjungerent, vireſque & conſilia ſociarent, pro communi Religionis & Imperii libertate. Si eò induci non poſſent propterea, quòd id contra leges Imperii eſſe exiſtimarent, ut tamen exercitum ſuorum tutandorum causâ conſcriberent, & ſe pro eorum causâ pugnantem certa quot menſibus pecuniæ ſumma clam juvarent, permiſſo etiam libero tranſitu, annonâ, pabulo, ac ubi neceſſitas urgeret, receptu in urbes ac munimenta. Quòd ſi tamen neque id allubeſceret, ut ſeorſum privata cum ſingulis fœdera concinnarent; hæc præcipuè Legatis ſuis Rex commendaverat: qui quantum apud ſingulos effecerint, enumerare non habeo. Satis conſtat, amicitiam Suedicam à pluribus ambitioſè quæſitam; ſed quo minus in ſocietatem belli tranſiretur, nihil niſi Ducem ac tempus defuiſſe: terrebat enim potentia Cæſaris, & parati per Imperium vigenteſque exercitus. Itaque à Saxone, in quem reliquorum oculi conjecti erant, nihil tunc quidem impetrari potuit: Qui ita cum Legatis Suedicis egit, ut ſe & amicum Regis, nec tamen hoſtem Cæſaris profiteretur, uſitato in ejuſmodi caſibus exemplo, ne ſibi regii auxilii ſpem, ſi aliquando opus foret, præcideret, & Cæſarem non offenderet, niſi extrema neceſſitate adactus. De pecuniis Regi ſubminiſtrandis nihil etiam peractum. Permiſit tamen, ut Magdeburgenſibus jam in obſidione graviter laborantibus commeatus, & pulvis nitratus per ſuas provincias adveheretur. Ut autem pro Magdeburgi liberatione arma

Inſtructio Legatorum Suedicorũ.

Effectus.

cum

cum Rege conjungeret; etſi Rex id ſummè expeteret, & civitas literis legationibusque enixè flagitaret, induci non potuit: ita tum quidem Magdeburgum in Tillii poteſtatem venit. De cujus miſerabili excidio, quoniam multi ſcripsêre, tragicè magis, quàm hiſtoricè; ego pro inſtitutâ brevitate rem omnem paucis complectar, ſecutus fidem eorum, qui rebus geſtis magnam partem interfuêre. 1631.

Obſidio & excidium Magdeburgi.

Tillius ex Megapoli, ut ſupra diximus, reverſus; cùm nullis admonitionibus Magdeburgenſes ad obſequium Cæſaris reverſuros ſpes eſſet, initâ palam cum Rege Sueciæ ſocietate, & accepto in urbem Adminiſtratore, quem Cæſar ſuperioribus annis proſcripſerat; omni ope ad obſidendam urbem, & domandam malo contumaciam animum intendit. Itaque menſe Aprili expugnatis munitionibus caſtelliſque, quæ remorando hoſti ab urbe certis ſpatiis abjuncta extruxerant, mœnia & turres quatere tormentis cœpit. Sudenburgum & Neuſtadium duo ſuburbia, ut vires omnes in urbem contraherent, incenſa deſeruerant oppidani. Hic ſtatim partem copiarum Tillius immiſit, & paulatim ad ipſas urbis foſſas pervenit. Interim diu noctuque jaculationibus urbs impetitur: ſed nihil his oppidanorum contumacia mitigata, quin continuis eruptionibus per cæcas & hoſtibus ignotas latebras ſubitò emergentes, multa Cæſareanis minuta damna inferebant. Igitur Tillius cùm ſatis patientiæ ſuæ illuſum eſſe exiſtimaret, neque quicquam aut benevolis cohortationibus, aut vicinitate diſcriminis permoveri oppidanos cerneret; ſimul metuens, ne Rex promiſſum auxilium non ultrà differret, ac partam prope victoriam è manibus eriperet, ſtatuit extrema experiri, & urbem cum omnibus copiis invadere. Quod tamen priuſquam faceret, mittit in urbem nuncium cum tribus litteris, ad Adminiſtratorem, Magiſtratum, & Falckenbergium, quoniam res eò loci eſſet.

Tillii literæ ad Magdeburgenſes.

1631. eſſet, eriperent ſe propinquo excidio maturatâ deditione. Ad ea Tillio reſponſum: Permitteret Legatos ex urbe mitti ad Saxonem & Brandeburgicum Electores, atque ad urbes Hanſeaticas, ſuper deditione acturos. Negavit Tillius tam longinquæ tractationi ſpacium aut locum ſupereſſe; itaque miſſus eſt alter, iſque ultimus fuit, cum iiſdem ferè mandatis: dederent urbem, dum eſſet gratiæ locus: ſin pergerent obſtinare animos, & excidium urbis inexcuſabili pervicaciâ accerſêre, teſtari ſe Deum immortalem, & omnes poſteros, immunem ſe fore à culpa eorum, quæ ipſis dira atque atrocia eventura prævideret. Is nuncius in tertium uſque diem detentus eſt. Interim tota urbs in armis eſſe, & duplicatis ſtationibus, quicquid armis ferendis erat, excubare. Tillius, cùm poſtridie reſponſum fruſtra expectaſſet, ſub veſperum convocato militari ſenatu, cùm omnes invadendam urbem cenſuiſſent, ordinem aggreſſionis conſtituit, Pappenheimio cum Gronsfeldicâ, Wangeleriana, & Savellica legionibus Neoſtadium attributum. Adolphus Holſatiæ Dux opus cornutum Crackenſi portæ objacens, juſſus impetere. Wolffgango Comiti Mansfeldiæ, Heydeccum, & tribus Cæſareis legionibus munimentum, quod trans pontem obſeſſi adhuc obtinebant, aſſignatum eſt. Tempus aggreſſionis inſequentis diei auroram, cum majoribus tormentis ſignum datum eſſet, conſtituit. Poſtquam diluxit, Duces iterum in concilium evocati ſunt, & res in deliberationem revocata. Cùmque omnes in propoſito perſiſterent, Tillius ſingulos cohortatus, ad ſuas copias dimittit, & mox ſignum invaſionis dari jubet. Erat circiter ſeptimam matutinam, & civium pars nocturnis vigiliis fatigata, domum ad curanda corpora conceſſerat; Militum plerique in ſtationibus quieſcebant. Adminiſtrator & Falckenbergius in ſenatu cum primoribus deliberant de reſponſo, cum quo nuncium remitterent. Interim

Ordo aggreſſionis.

rim

rim à deſignatis partibus urbs invaditur. Primus Pappenheimius cum ſuis apud Neoſtadium vallo potitus eſt, ei provolans è curia Falckenbergius, cum globo militum civiumque occurrit. Hic verò atrox pugna, his pro ſalute & patria, illis pro gloria & præda certantibus. Neque ſuſtinuiſſent impetum oppidanorum Cæſarei, niſi Dux Falckenbergius inter promptiſſimos cecidiſſet: tum langueſcere impetus, ſimul miles Pappenheimii ad portam, ubi Dux Holſatiæ agebat, terga propugnantium invadebat; ita ſcandentibus aditus factus, & effractis impetu portis, eques admiſſus. Ultimus Mansfeldius intravit, disjectis, qui adhuc rari reſiſtebant. Nunc, quæ facies captæ urbis extiterit, ſatius eſt lacrymis, quàm atramento perſcribere; adeo ad extrema crudelitatis civiles diſcordiæ deſcendunt. Igitur, cùm effractis undique portis hoſtis liberè irrumperet, neque ulla jam ſpes defenſionis eſſet, projectis armis cives militeſque veniam victorum, & vitæ gratiam implorant. Ubi apud furioſum militem nulla gratia, alii latebras circumſpicere, alii rurſus arma reſumere, mox abjicere, ita inermes armatique juxta cadere: ſed neque ætati, aut ſexui parcitum. Pueri, virgines, nuptæ, innuptæ, nullo diſcrimine, nullâ ætatis aut innocentiæ miſeratione primâ irrumpentium rabie trucidati. Mixta cædibus ſtupra, & rurſum expletâ libidine ferro ſævitum. Inter hæc incertum, quo authore coortum repentè incendium, duabus ante meridiem horis, adjuvante vento, totam urbem corripuit. Nulla clades funeſtior obſeſſis extitit. Nam civium magna pars cum liberis conjugibuſque, qui ſe in ſecreta ædium abdiderant, aut rapacitate ignis præventi, aut, dum flammam fugiunt, à graſſante foris hoſte ferro concidebant. Incendium in multam uſque noctem duravit, ac tanta ejus vis fuit, ut victores quoque ipſos æſtus expelleret: paucæ legiones pro vallo relictæ. Poſtridie, cùm ignis remiſiſſet,

1631. *Vrbs expugnatur*

1631. ad ſcrutandas ſub cineribus prædas diſcurſum: ſed nequaquam, aviditati militum ſatisfecit fortuna. Optima quæque aut ſuſtulerat ignis, aut corruperat. In cellis ſubterraneis inventum annonæ aliquantulum, ac dein juſſu Tillii per milites diſtributum: reperti hic juxta parietes liberi, fumo ac metu enecti. Cæterum de authore incendii variant Scriptores. Plerique culpam Pappenheimio tribuunt, qui, dum vallum aſcenderet, conſpiceretque ex adverſa domo in ſubeuntes ſuos magnam glandium procellam immitti, ut illos inde expelleret, vicinam ædem incendi juſſerit: inde nulla extinguendi cura, cætera ædificia correpta, & mox, inſurgente vento, late diſperſum malum. Sunt, qui exiſtiment, aut excitatum ſponte, aut auctum ignem deſperatione civium; aut hoſtium fraude, ut prædam victoribus eriperent; nihil deinceps ambigentibus victis, ferro an flamma caderent. Cæterum utcunque id ſit, certe Tillius collucentem late urbem, cumuloſque cæſorum, & manantes tabo vicos obequitans, illacrymaſſe viſus eſt. Nihil ex tanta urbe præter Baſilicam, & paucas piſcatorias caſas ſuperfuit. Cæſorum numerus incompertus; ſex millia in Albim conjecta, præter eos, quos aut flammâ abſumpſit, aut procidentium ædium ruinæ ſepelivêre; quorum numerus multò major fuiſſe creditur. Quadringenti cives iram victorum evaſêre, à militibus in cuſtodiam abducti. Dein quotquot in Baſilicam majorem confugerant, Tillius ſervari, & poſt triduanam inediam cibo refici juſſit. Adminiſtrator glande plumbeâ ſiniſtrum crus trajectus, & capite graviter conтuſo, in poteſtatem Pappenheimii pervenit. Tres præterea Conſules ſuperfuêre, unus cum pleriſque Senatorum ceciderunt. Funeſtum hoc famoſæ per Germaniam urbis excidium oſtenta inſignia præceſsêre, initio quidem neglecta, ſed poſt eventum agnita, atque in majus celebrata. Cùm enim

Lotich. lib. 37.

Oſtenta.

enim Adminiſtrator Hamburgo Magdeburgum profectus equum aſcenderet, quamquam ſudo ac nullis nubibus obducto aere, bis ingenti fragore intonuit. Et paulò ante obſidionem, militis decurionis uxor diris puerperii doloribus cruciata, nondum edito fœtu expiravit: utero dein aperto, inventus eſt infans miræ magnitudinis, ac triennem ferè puerum exæquans, caput velut caſſide tectus, corpus armis, pedes ocreis indutus; ex collo pendebat bulga militaris, ad eum ferè modum, quo ſclopetarii globulos ac glandes ſuas recondunt, omnia ex tenuiſſima pelle, ut facilè detrahi poſſent. Ante biennium quoque, cùm urbs à Duce Fridlandiæ obſideretur, magna muri pars ſponte collapſa eſt: ſed neſcio, an majus certiuſque prodigium fuerit, quod memoriæ proditum eſt ab eo, qui interfuit. Quo tempore Hammeliæ Tillius cum Papenheimio & Gronsfeldio, Rupa item & Lerchenfeldio Commiſſariis Generalibus de obſidendo Magdeburgo deliberabat, decretâ obſidione, ingens repentè ventorum vis coorta eſt, quo non modò tegulas omnes tectorum dejecit, ſed rotam etiam molæ, in qua pulvis nitratus conficitur, tanta vi verſavit atque impulit, ut concepto inde igne incenſus pulvis, molam ac proxima quæque cum immenſo, ut fit, ſonitu in ſublime raperet comminueretque, tanta ſoli atque ædium commotione, ut Tillius cæterique Proceres rati terræ motum eſſe, in genua procumberent, ac cœleſtem à ſe iram deprecarentur. Eodem planè tempore Magdeburgi, quod Hammeliâ viginti quinque milliaribus diſtat, eadem tempeſtas graſſata, culmina aliquot turrium dejecit, ac tanta vi impegit in terram, ut difficulter extrahi potuerint. Cæterùm Tillius, poſtquam prædandi finis factus, repurgatâ Baſilicâ; quæ incendium evaſerat, ſolenne Sacrum fieri procuravit; quòdque contumacem 1631

1631. urbem domuiſſet, Deo victoriarum authori gratesegit.

Regis Sueciæ geſta.

Dum hæc apud Magdeburgum geruntur, Rex Sueciæ non depoſitâ ejus liberandi curâ, cùm fruſtra Saxonem in armorum ſocietatem pellicere niteretur, Spandaviam interim arcem apud Havelam, ut præſidio ſuo firmaret, ab Electore Brandeburgico obtinuit, donec Magdeburgum obſidione liberaretur. Cujus excidio intellecto, miſerabilem caſum amicæ urbis indignè ac graviter tulit, edito in vulgus ſcripto, quo omnem à ſe moræ ac negligentiæ culpam amolitus, non obſcurè Electores Saxonem & Brandeburgicum arguebat, qui ſe liberandæ urbis cupidiſſimum non commeatu modò atque annonâ, ſed tranſitu etiam per ſuas regiones prohibuiſſent; ut ſanè neſciat, quo illi in ſe animo ſint, quantumque ſibi de iis polliceri debeat. Interim Elector Brandeburgicus, expugnato Magdeburgo, Spandaviam repetebat; ſed Rex, qui non ſolùm ut liberaret obſeſſos, ſed etiam, ut ad promovendum porro bellum, ad Albim uſque ſecurum tranſitum haberet, hanc arcem petierat, incuſatâ Brandeburgici inconſtantiâ, aut vano potiùs timore, ad pertrahendum illum in belli communitatem, aut ſaltem ad tradendas arces ad tempus, enixiùs agere inſtitit: proceſſitque ipſe ad colloquium; dein miſſis Legatis ſummopere cohortari cœpit, ut abrupta omni conſultationis morâ non niſi hoſtibus opportuna, poſtulatis ſuis ſatisfaceret. Ubi ne ſic quidem impetrari aliquid potuit, quod Brandeburgicus novos ſubinde ſcrupulos, aut rem ad Saxonem & ſocios Proteſtantes rejiceret, ſimul regii militis licentiam populationeſque in vicinis Spandaviæ locis argueret, Rex tempus extrahi videns, non perfunctoriè irâ accenſus eſt, aut certè ita videri rei ipſius intererat. Igitur miſſo Comite Turriano, & breviter repetito, quàm ipſe Proteſtantium in Imperio Procerum cauſæ bene vellet, ad extremum

Tractatio ejus cum Brandenburgico.

Regis ira in Electorem.

tremum denunciari jubet, ſe arcem Spandaviam E- 164
lectori redditurum, quoniam ita flagitet. De neutralitate concedi non poſſe, propterea quòd eam hoſtibus, quàm ſibi commodiorem fore exiſtimet: aut amicum aut hoſtem eſſe oportere. Itaque ſi ſocietatem ſecum ingredi detrectet, non debere Electorem ægrè ferre, ſi pro ſuo arbitratu bellum deinceps gerat, atque illum pro hoſte habeat, ditiones ejus devaſtet, arces & loca ſibi incommoda occupet, quæque reperit, jure belli retineat, poſſideatque. His prolatis, Turrianus properè ſe ex aula conferre juſſus, ſimul Electori, ut intra tertium diem reſponderet, ſignificatum. Elector acceptâ hâc denuntiatione, Arnhemium, Saxonicæ militiæ Præfectum, qui tum Berlini erat, ad Regem mitigandum ablegat. Ubi neque is voluntati ejus ſatisfaceret, Rex caſtris ſublatis rectà inde Berlinum, Electoralem ſedem contendit, & miſſo tibicine, præſidium ſuum admitti jubet, oſtentatâ vi, ſi abnuerent, ſimul copias & tormenta diſponi imperat, & ſignum à ſe datum expectari. Rebus in ancipiti conſtitutis, Electorale gynecæum urbe Regi obviam egreditur, utque res ad novam tractationem perveniret, vidua Palatini, ſenio venerabilis matrona, interceſſit. In eo colloquio Regi arx Spandavia ad finem belli permiſſa; Cuſtrini quoque, & in reliqua Electoris ditione receptum & ſecuritatem, & quæ ducendo bello neceſſaria forent, Elector promiſit. Ita rebus compoſitis, ſub veſperum in Electorali viridario genio litatum, convivio Rex ipſe interfuit; Qui poſtridie vix dum rubeſcente aurorâ, Sedinum iter inſtituit. Ibi eum magni Moſcorum Ducis Legatus, Fedor Adreovitius expectabat; quo audito, lætus eum de expugnata Gripsvvaldia nuntius excepit, uti ſupra memoratum eſt. Interim Baudiſius equeſtris militiæ Legatus cum exercitu apud Spandaviam relictus, adſumpto ad ſe Comite Ortenburgico, & Tribuno Hallio, Albim modico tunc al-

Compoſitio.

1631. veo fluentem tranſgreſſus, ſtationem Cæſareanorum apud Werbenam hoſpitantem ſubitò opprimit, capto Tribuno eorum, & ſupremo vigiliarum Præfecto: ſed felix illi expeditio pene in exitium vertit. Nam dum unà cum Ortenburgico æſtu ac ſiti inflammatus, frigidam ex Albi præproperè haurit, in lethalem morbum uterq; incidit; ex quo Ortenburgicus non poſt multo fato functus eſt, Baudiſius, etſi de vita ejus initio Medici deſperaverant, revaluit. Sed Rex haud diu Sedini cunctatus, relictâ parte copiarũ, ad repetendam Megapolim cum reliquis Spandaviam in caſtra revertitur, & porro ad perſequendum Tillium Albim verſus movet. Neque nova Regis expeditio prodigiis caruit. Aſcherſlebiæ menſe Auguſto, ſudo cælo, vergente in occaſum Sole, viſæ duæ acies, una à meridie, altera ab Aquilone, infeſtis inter ſe ſignis concurrere; prior tamen auſtralis acies diſparuit, fuſi exercitus ſpeciem referens. Non multò pòſt Friburgi & Mersburgi, item Halæ Saxonum, aqua in ſanguinem verſa eſt. Igitur Rex, relicto apud Brandeburgum urbem Bannerio, qui illum Havelæ tranſitum communiret, Tangermundam & Havelbergam ejectis Cæſareis expugnat, atque inde tranſmiſſo Albi, apud Werbenam caſtra locat, valido prius propugnaculo ad Havelæ atque Albis confluentes extructo, quod utrique flumini dominaretur. Tillius interim in eo erat, ut Landgravium Haſſiæ ad obſequium revocaret; ſed mox à Papenheimio de impreſſione Regis ad Albim commonitus, illuc cum exercitu advolat, amiſſis apud Wolmerſtapium tribus legionibus, infauſto ſanè omine, quos regii nocturna irruptione obtriverant. Quam cladem, ut vindicaret Tillius, ſimul ut ſitum hoſtium contemplaretur, Werbenam caſtra promovit. Nonis Auguſti circum Suedica caſtra exercitus Cæſareus conſedit: illo & ſubſequentibus diebus preter leves & velitares pugnas nihil peractum, propterea quòd Rex ſeſe in caſtris continens certamen

Regis nova expeditio verſus Albim.

Prodigia.

tamen

tamen detrectaret: aut quia ſperabat, Tillium præpropera pugnandi cupiditate aggreſſionem caſtrorum tentaturum, ex iniquo loco inſigni clade repelli poſſe. Sed ille vetus artium bellicarum dux manifeſtum diſcrimen ſubire, haud è rationibus ſuis duxit: itaque deficiente etiam paulatim annonâ ac pabulo, eò unde venerat, revertit, ut auxiliares è ſuperiore Germania copias ad ſe contraheret, & quid à Lipſienſi fœdere Proteſtantibus animi eſſet, penitius cognoſceret. Rex quoque ſub idem tempus ſubſidiariis è Sueciâ & Angliâ copiis auctus eſt, quarum partem Regina Sueciæ Straleſundâ, ac inde Sodinum appellens, alteram ad ſex millia Jacobus Marchio Hamiltonius ex Scotiâ adduxit: qui partim præſidio ad fines Pomeraniæ contra Sileſiam, partim Ducibus Megapolitanis ad ſua recuperanda attributi ſunt. Et ſanè favit Ducibus fortuna, totam mox provinciam præter unum Roſtochium, occupantibus. E Gallia quoque Benedictus Oxenſtirna cum pecuniâ reverſus, non parum conſilio adjuvit. 1631.

Regina Sueciæ cum auxiliis venit in Germaniam, & Marchio Hamiltonius.

At Cæſar imminentium undique bellorum novos motus conſpicatus, quomodo cuique in tempore obviam iret, maturè conſultabat. Imprimis autem fœdus Lipſienſe, quorſum ſpectaret, haud vanè arbitratus, ad omnes ejus ſocios perſcribit, atque edicit, ut à noxio fœdere abſtineant, arma & delectus omittant, hoſtibus Imperii ac Regi Sueciæ communi conſilio & conſenſu reſiſtant: milites ſuos, uti hactenus, ita deinceps, donec aliunde iis proviſum ſit, annonâ, commeatu, hoſpitiis, ac pecuniâ juvent. Nam, quòd ſe diuturnis militum vexationibus exhauſtos querantur, ut ea res ſit, non tamen ſatis cauſæ eſſe, cur contra ſua ac Imperii edicta ad arma conclament, quibus, tametſi obedientiam & obſequium prætexant, ſe tamen ſatis animadvertere, ea huc potiſſimùm collimare, ut novam Religionis pacem Catholicis extorqueant, edictum de bonis Eccleſiaſticis eludant,

Cæſar Proteſtantes à fœdere Lipſienſi revocat.

O dant,

1631. dant, ac res Imperii, quàm unquam fuerint, turbatiores efficiant. His additum mandatum ad omnes Imperii Principes, urbeſque, & privatim ſingulos, ne militibus, qui ad Lipſienſis decreti placitum ſcriberentur, diribitoria aut tranſitus concederentur; ſimul, ut qui conſcripti eſſent, extemplo ſacramento omni ſoluto, à ſignis diſcederent; neque cuiquam ad delectus hos promovendos ullum tributum indicere, aut indictum perſolvere liceret. Idem rogabant Electores Catholici, monebantque, ut debito Cæſari obſequio ſervato, rem ad ejuſmodi extrema non deducerent. Cæterùm cùm hæc nihil proficerent; ſed in Miſniâ, Franconiâ, Sueviâ, maximè autem in liberis Imperii civitatibus delectus procederent, Cæſar fortius remedium adhibendum ratus, exercitui illi, qui ex Italiâ adventabat, ductu Comitis Fürſtembergii, in mandatis dedit, ut contumaces vi ad renunciandum fœderi compelleret. Ita primùm Memminga, dein Campodunum, Dux Wirtenbergenſis, atque Ulma ipſa, demum Suevia omnis & Fraconia dimiſſo milite fœdus ejurarunt: ſed timor ille non diuturni cuſtos obſequii fuit. Nam poſt cladem Tillianam, Rege Sueciæ rerum potito, vetera odia novis acerbitatibus cumulata, multò violentiùs erupêre. Tillius interea, ut Landgravium Haſſiæ, & denique Electorem Saxoniæ caput fœderis ad renunciandum adigeret, Thuringiam premebat; dimiſſo cum parte copiarum, iis maximè, quas Electores Catholici conſcripſerant, in Haſſiam Comite Fuggero ſupremo vigiliarum Præfecto. Mox ipſe poſt inſpecta ad Werbenam Suecorum caſtra Wolmerſtadium reverſus, Joannem Reinardum à Metternich, & Ottonem Fridericum Baronem à Schoenenbergh ad Electorem mittit, denunciaturos ei nomine Cæſaris, ut à conſcribendo porro milite abſiſteret, quoſque ſub ſignis haberet, ad terminandum cum Sueco bellum Cæſari tran-

Mandata avocatoria.

Germania ſuperior cogitur ad renunciandum fœderi Lipſienſi.

transſcriberet; deinde ſocios ac conſortes ſuos ab inito fœdere revocaret. Elector Legatis ita reſpondit, ut nihil eorum, quæ Tillius petebat, concedendo, vim tamen à ſe hoſtilem deprecaretur. Quare Tillius, luſtrato apud Halam exercitu, cum paulò ante Fürſtenbergium ſibi apud Islebiam junxiſſet, in ditiones Electoris movit, & occupato Mersburgo, rectà inde Lipſiam duxit, commeatum, & demum in urbem ipſam præſidium admitti, poſtulans. Lipſienſes initio incenſis ſuburbiis ſtrenuè ſe ad defenſionem comparare viſi, mox exemplo Magdeburgenſium territi, vix bidui oppugnationem ſuſtinuêre. Ita urbs, & non multò pòſt arx (Pleiſſenburgum vocant,) deditur. Saxonicum præſidium ſonantibus tubis more militari, cum armis ſarcinisque dimiſſum eſt. Tum Saxo cunctatione omni ſepoſitâ, palam ad Regis Sueciæ ſocietatem tranſiit, dimiſſo Arnemio, qui fœdus ſanciret. Neque Rex diu moratus, occaſionem, quam tot literis legationibusque flagitaverat, cupidiſſimè amplectitur. Itaque tranſito apud Wittenbergam Albi, juxta Dibenam caſtra cum Electoribus Saxone & Brandenburgico conjungit, menſe Septembri. 1631 *Tillius Saxoniam invadit.* *Saxo fœdus init cum Sueco, & caſtra jungit.*

Illic inter Regem & Electores de ſummâ belli deliberatum. Rex, uti traditur, non cenſuit prælio certandum, ſeu tentandis Electorum animis, ſeu, quod reverà ita ſentiebat; item manifeſti diſcriminis ratus, univerſam ſuam ac Proteſtantium vim in unius prælii fortunam conjicere. Sed Elector Saxoniæ contrarium ſuadere, cujus provinciis omnis belli moles incubuerat: negare, ditiones ſuas diuturnis militum hoſpitiis exhauſtas, tot exercitibus diu ſuffecturas. Aut abigendum inde hoſtem, aut fame inopiaque cedendum: neque occaſionem meliorem expectari poſſe, quòd necdum omnes Tillii copiæ convenerint. Cùm nihilominus Rex non deſiſteret, *Conſultatio de bello inter Regem & Electores.*

1631. ſteret Electorem de periculo commonere, tyronibuſque ipſius Tillii veteranos opponeret, fallique illum diceret, quòd Tillium multæ experientiæ Ducem prælii copiam facturum crederet, priuſquam ea, quæ expectabat auxilia, adfuiſſent; & caſtra hoſtium adoriri arduum foret. Tamen perſtitit in ſententia Saxo, oſtenditque, ſi Rex pugnam detrectaret, ſe ſolum cum ſuis in hoſtem iturum, & prælio de ſumma rerum decertaturum. Igitur adſenſit Rex, omnibusque ad inſtantem pugnam feſtinatis, abeunte ad ſua Brandeburgico, uterque exercitus verſus Lipſiam proceſſit. Eo die, quo Tillius Lipſiâ potitus eſt, de conjunctione, & mox adventu exercituum cognoſcit. Itaque certus, non ante in aciem prodire, quàm Aldringerius cum Italicis, & Gronsfeldius cum iis, quæ in Haſſiâ erant, copiis adveniſſent, haud procul ab urbe loco opportuno caſtra communivit, ibique operiri hoſtium adventum conſtituit: quorum acies in hunc modum fuiſſe deſcribitur. A dextris incedebat Rex, ſiniſtram Elector tuebatur, primum regiæ aciei cornu Oſtrogothi, Smalandique, & duæ Finnorum legiones, quibus Rex maximè fidebat, obtinuêre: poſt hos Rheingravii equites pro ſubſidio collocati. Hos ſequebantur Livones & Curlandi; tum Damitii & Sperreuterii legiones. Alterum Saxonicæ aciei vicinum cornu Hornio regendum datum, ipſius Hornii, tum Calembachii & Baudiſii equites obtinebant; in ſubſidiis Hallii & Corvillii legiones erant. Medium inter cornua corpus exercitus erat, ex omni nationum genere, pedites plerique Sueci, Germani, Scoti, apud ſuos quique ductores. Rex in primâ Smalandorum acie conſiſtere decreverat, delegato ſibi Comite Joanne Bannerio. Saxonicam porro aciem Arnheimius Campidux ordinavit, ut trinæ utrinque equitum legiones peditatum omnem in medium reciperent, & Rex depictam ſibi in tabella formulam probavit. Ejus

Tillius caſtra munit apud Lipſiam.

Acies Suecica.

au-

autem teſſera fuit, *Deus nobiſcum*. Porrò de Tillianâ acie non omnes conveniunt, niſi quòd in dextro cornu Comitem Fürſtembergium, in ſiniſtro Comitem Pappenheimium; in medio Tillium ipſum collocent. Poſtquam autem in caſtra Cæſariana relatum eſt, abeſſe haud procul hoſtem, Pappenheimius cum duobus equitum millibus ad explorandum eorum ſitum mitti ſe à Tillio poſtulavit: negavit Tillius, id neceſſarium videri, prælium detrectanti. Cùm nihilominus inſtaret Pappenheimius, annuit tandem; ſimulque inhibuit, ne eouſque progrederetur, unde ſine pugna evadere non poſſet: nam ſibi decretum, non priùs prælii copiam facere, quàm auxilia conveniſſent. Sed Pappenheimium aut imbecillitas oculorum, aut ſua temeritas, & cupido pugnandi longiùs tulit, quàm ut ſine clade ſeſe poſſet eripere. Itaque ſubitò remittit ad Tillium, & duo alia equitum millia in ſubſidium poſtulat, ſine his ſe exitum non reperire. Perculſus inopinato nuncio Tillius, mittit tamen quot petebantur; ſimulque denunciari Pappenheimio jubet, niſi ſe ſine mora reciperet, cladem capite luiturum. Sed ubi neque ita eripi Pappenheimium, & præterea hos quoque laborare intelligit; à totâ prope acie circumventos, Tillius anceps animi, ſimul pudore & metu, ne his quatuor millibus amiſſis, qui haud dubiè flos ac robur exercitus erant, caſtra ipſa, ſi oppugnarentur, retineri non poſſent; invitus in aciem ducit. Ita commiſſo prælio, quanquam Saxonum acies non modicam cladem acciperet; tamen perculſis Pappenheimianis, qui initio infelicem pugnam ceperant, terroremque ſociis manipulis latè inferentibus, vincitur fugaturque Tillius memorabili clade: ſed Pappenheimii errorem potiores in eo virtutes excuſavêre. Cæſa utrinque ad novem millia, Suecorum non multi, Saxonum & Cæſarianorum damnum maximum extitit. Cecidêre ex his Otto Fridericus de Schoenenburgh,

1631.

Tillii acies.

Pugna ad Lipſiam.

Tillius cogitur pugnare.

Vincitur.

Clades utriuſque exercitus.

k Theo-

1631. & Theodoricus Othmarus Ervvitius. Ille rei tormentariæ, hic ſummus excubiarum in exercitu Tillii Præfecti : tum Adolphus Holſatiæ Dux, & Tribunorum Centurionumque permulti. E Saxonicis Rudolphus Binthoffius, excubiis Præpoſitus : è Suedicis Maximilianus Teufelius, Hallius, Callenbachius, Damitius, aliique. Captæ machinæ majores viginti ſeptem, curruum denique & impedimentorum quicquid fuit. Quantum ſpoliorum ex prædivite & nunquam cæſo exercitu partum ſit, haud facilè eſt memoratu. Oſtenta etiam futuræ cladis obſervata ſunt : Tillius eo die, quo prælium commiſſum eſt, juxta cæmiterium Lipſienſe, in domuncula veſpillonis, atque adeo inter ipſas oſſium ac cadaverum imagines ſenatum militarem habuit ; quod multis infauſti ominis indicium fuit. In ipſa autem acie paulò ante, quàm concurreretur, candida columba in vexillo quodam Saxonicorum conſedit ; atque inde avolans totam aciem circumvecta eſt. Ipſa nocte, quæ regii & Saxonicii exercitus conjunctionem præceſſit, Rex ſibi per quietem viſus eſt cum Tillio colluctari, eundemque ſiniſtrum ſibi brachium leviter admordentem, capillitio arrepto, ad terram affligere. Caſu Tillii clades ejus deſignata eſt, non tamen ſine incommodo ſiniſtræ Regis ; ubi Saxonicos malè pugnaſſe ſupra dictum eſt. Porro, utcunque hæc ſint, de quibus nihil temerè affirmaverim, unum præterire non debeo, quòd adverſarum partium ſcriptores odio aut certè errore, non ſine inſigni Tilliani nominis injuria, poſteritati obtrudere hoc loco moliuntur. Dum affirmant, Tillium tribus vulneribus hoc prælio perſtrictum, à Chirurgo Hallenſi ex aliis in corpore plagis vibicibuſque, dum curaretur, deprehenſum, adverſus ictus ſclopporum verberumque amuleto venefico duratum extitiſſe. Quod militiæ dehoneſtamentum, quantum

Praſagia.

Tillii fama vindicatur.

Chemn. lib. 2.

Abelinus pag. 411.

tum

1631.

tum à Tillio affuerit, ſciunt, qui hominem novêre: cujus continentia ac probitas non magis apud ſuos venerationi, quàm prudentia & fortitudo hoſtibus terrori fuit. Ejuſmodi autem artes, quibus Tillium falsò inſimulant, viderint ipſi, annon potiùs iis nationibus tribuendæ ſint, quæ hoc bello ab extremo Septentrione Germaniam invasêre: de quibus quid veteres ſcriptores, recenteſque commemorent, non eſt noſtri inſtituti repetere. Nobis ſufficiat, à fortiſſimo Heroe ac plane triumphali ſene turpem famæ labem amoliri. Atque hæc illa eſt funeſta ad Lipſiam clades, quæ omnem retrò victoriarum fructum uno velut momento Catholicis abſtulit; ſeroque docuit, quantò ſatiùs ſit civilibus diſcordiis maturatâ pace, finem imponere. Rex igitur, ut obtinendæ, ita & proſequendæ victoriæ properus ad ſua recuperanda Saxonem dimittit; ipſe perſequendis hoſtibus intentus, Hallas, ac dein Merſburgum capit; indein Thuringiam porro promovens, cùm jam Saxo Lipſiâ potiretur, ab Erphordienſibus in urbem intromitti præſidium poſtulat. Admiſſus per Hercyniam ſylvam in Franconiam irrumpit, Herbipolimque unà cum arce fruſtra reſiſtentem, vi expugnat, magna ut hìc, ita & alibi in prædivite patria commeatuum & pecuniæ vi potitus. Cùm interea Tillius lentis paſſibus, tum ob vulneris ægritudinem, tum, ut diſperſos confluenteſque ad ſe indies recolligeret, Viſurgim verſus tenderet. Ubi acceptis ad ſe Italicis Aldringerii, & fœderis Catholici copiis, quæ ad viginti millia æſtimabantur, præſtolante in proximo Lotharingo cum Comite Sultzenſi, pari ferè militum numero, jam non modò par, ſed etiam ſuperior erat. Adeoque conſilium plurimorum fuit, iterum ducere in hoſtem, ac referre illi cladem, quam accepiſſent; maximè, cùm conſtaret diviſos exercitus, & Regem non niſi cum quindecim millibus in Franconiam irru-

Olaus magnus lib. 1. *Archonologia Gothofridi. in Reg. Suec.*

Regis progreſſus poſt victoriam.

Tillii receptus.

1631. irrupiſſe. Sed inopinatæ cladis terribili fama, & ad ipſum rei caput tuendum omni curâ converſâ, certa victoriæ ſpes amiſſa eſt. Tillius Comiti Gronsfeldio rebus ad Viſurgim commendatis, & digreſſo ad ſua defendenda Lotharingo, reliquum exercitum ad Bavariæ atque Auſtriæ fines raptim duxit. Ita Regi omni Germaniâ apertâ, quicquid cis Rhenum fuit, in ſpolium ceſſit. Non minora tantùm oppida, ſed primariæ quoque & liberæ Imperii urbes, non ſanè magis metu, aut minacibus Regis literis perterritæ, quàm quod ſpontè Religionis & libertatis ſuæ vindicem complecterentur.

Conventus Francofurtenſis.

Agebatur interim Conventus inter Catholicos & Proteſtantes permiſſu Cæſaris Francofurti ad Mœnum, ſuper edicti Eccleſiaſtici abolitione. Proteſtantes erepta ſibi vi edicti bona, & prohibitum Auguſtanæ Confeſſionis uſum, tum alibi, tum Auguſtæ imprimis poſtulabant, Catholici inſiſtendum decreto Cæſaris, neque authoritatem ipſius aut eludi, aut labefactari poſſe, exiſtimabant. Cæſar quoque edicti ſui tuendi certus, in Conventu illo per Legatos conteſtatus fuerat, ne vis aut authoritas ipſius temeraretur. Ita, dum longo inter ſe ſpacio utraque pars diſſidet, Rex poſt Lipſienſem cladem magna celeritate adveniens, tractationes abrupit. Is enim direptâ latè Franconiâ, ſecundo inde Mœno, nullo jam amplius auſo reſiſtere, Francofurtum deſcendit: urbs fruſtra præſidium deprecata deditur. Atque inde per pontem & mediam urbem deductus ſine noxâ exercitus, eodem adhuc die Höchſtâ Moguntinæ ditionis oppido potitur. Ibi recepto ad ſe Guilielmo Haſſiæ Landgravio cum copiis, de trajiciendo Rheno, & expugnandâ Moguntiâ, quam Elector Coloniam diſcedens præſidio Hiſpanico firmaverat, conſilium cepit. Interim Tillius, Rotenburgo & Winshemio præſidio firmatis, Norimbergam cum exercitu cingit, commeatumque & pecuniam

Rex occupat Francofurtum & Hochſtam.

niam poſ[illegible]at, cujus periculo intellecto ; Rex omiſſâ Moguntiâ, eò ducere inſtituit, amicæ urbi opem laturus. Neque Tillius ultra minas progreſſus, quòd hyems inſtaret, Nordlingam abſceſſit; & copias per Palatinatum Superiorem in hiberna diſtribuit; Pappenheimio ad Viſurgim atque Albim dimiſſo. Tum Rex ea cura ſolutus, haud procul Oppenheimio paucas naves nactus, Rhenum trajicere inſtituit. Ipſe, pridie quàm exercitum traduceret, cum tribus quatuorve in alteram ripam lembo vectus ; loci ſitum contemplatus eſt; inde ab accurrentibus Hiſpanis in naviculam rejectus renavigavit ad ſuos. Poſtridie paulò ante ortum Solis trecentos è prætoriâ legione delectos milites duobus navigiis imponit, duce Nicolao Comite Brahæo, ejuſdem legionis Tribuno; jubetque tranſitum tentare. Hi ab excubantibus in ulteriore ripa Hiſpanis acriter primum excepti, tam diu tamen locum tenuêre, donec alii aliique ſubſidio mitterentur. Tum pulſi Hiſpani, omiſſâ amplius prohibendi ſpe, ſe in fugam conjiciunt, pars Moguntiam verſus, reliqui in vicinum Oppenheimium. Ita Rex reliquas legiones cum tormentis atque apparatu omni ſecurè tranſvexit: Oppenheimium, cæſis, qui in præſidio erant, vi capitur. Moguntia, etſi principio acriter reſiſtentibus Hiſpanis ; poſtquam tamen hoſtes ad mœnia propinquaſſent, jam ab ictu tormentorum immunes ; honeſtis ſe conditionibus dedit. Præſidiarii omnes Luxenburgum deducti ſunt : cives direptionem magna pecuniæ vi redimere coacti. Rex loco, quo Rhenum trajecerat, columnam erigi juſſit ; memoriæ ad poſteros monumentum. Inde quicquid in ditione Moguntina ac Palatinatu cis atque ultra Rhenum fuit, in Regis poteſtatem ſine ullo negocio conceſſit

1631

Trajicit Rhenum 17. Decemb.

Oppenheimium & Moguntia capiuntur.

Roſtochiũ & Viſmaria capta.

Dum hæc in poſtremo Germaniæ limite apud Rhe-

1631. Rhenum geruntur, nequaquam tamen ad mare Balticum fortuna Regem deſeruit; capto demum Roſtochio & Viſmariâ, atque adeo omni Megapoli à Ducibus recuperata, quos Rex ibi cum parte copiarum ad recipiendam ſua reliquerat. Accidit autem Roſtochii anni hujus initio caſus memorabilis ac planè tragicus. Erat ibi cum imperio Cæſareanis Tribunus Hatzfeldius, in quem Jacobus Varmierus quidam Oſnabruga oriundus, neſcio quam ob cauſam conceptum jam diu odium, donec occaſio ulciſcendi eſſet, ſubdolè preſſerat. Itaque ſolitus ad Hatzfeldii hoſpitium ſpecie inviſendæ ſocrus, cujus ædes erant, crebro divertere; nactus occaſionem, digreſſis forte miniſtris, accedit Hatzfeldium, petitque aliquid literarum. Quibus exarandis intentum ipſe à tergo aggreditur, & præparatam ad id ſecurim in cervices nihil minus cogitantis valido ictu bis terve impingit: inde reciſum caput ſindoni involvens, arreptâ mox fugâ in vicini Senatoris ædes retrò arcam quandam abjicit. Recognitâ, cùm è latebris extractus rogaretur, quid eum ad id facinus impulisset, nihil edidit, niſi ita de ſe meritum eſſe Hatzfeldium. Poſt hæc in quæſtionem adhibitus, inter cruciatus finiit vitam. Roſtochium autem, etſi milite & annonâ abundè proviſum, longiorem obſidionem tolerare potuiſſet, tamen auditâ Lipſienſi clade, atque ideo liberatione deſperata, maluit properata deditione honeſtas conditiones emercari. Ita traditâ urbe, Baro Virmuntius Gubernator cum tribus millibus & duobus tormentis liber dimittitur. Sed mox ex itinere unà cum Boninghauſio Halberſtadium aggreſſus, quod Suedici obtinebant, à Bannerio, tuendis iis locis à Rege relicto, cum omnibus copiis funditur. Poſt Roſtochium Duces Megapolitani & Achatius Tottius Viſmariam obſedêre. Neque hic magno certamine

Caſus tragicus.

Hatzfeld.

Occiditur.

opus

opus fuit [...] conditionibus dedita. At præſidium cum Præfecto Grammio liberè emiſſum, mox tamen quæſita cauſa ex itinere cæſis aliquot retractum, & ad ſigna Suedica tranſire juſſum eſt. Interea dum cùm Viſmaria tranſigitur, Damitium quoque in poteſtatem Ducum ceſſit: neque jam quicquam ampliùs in Megapoli aut Pomerania Cæſarearum partium erat. In eo rerum motu Saxoniæ inferioris Ordines, conventu apud Hamburgum coacto, inſtigante Joanne Salvio, Regis Sueciæ Legato, etſi palam in Regis partes tranſire verebantur; tamen ſcribere militem in præſidium ditionum ſuarum, & Cæſareanos inde expellere decrevêre. Jamque publicum id Circuli decretum ſingulatim Proceres aliquot præverterant, Archiepiſcopus Bremenſis, Dux Braunſuicenſis, & Dux Lunæburgicus initâ palam cum Rege ſocietate. Bremenſis collectâ aliquâ militum manu, Langevvedam & Verdam, aliaque nonnulla ad Viſurgim oppida invaſit. Sed inde iterum à Gronsfeldio ejectus, non tamen diu quievit, uti anno inſequenti memorabitur. Cæterùm Elector Saxoniæ, poſt pugnam Lipſienſem recuperatâ ſtatim Lipſiâ, victoriæ ſuæ intentus, promovere, & ipſe arma Duce Arnemio ſupremo copiarum ſuarum Præfecto haud diſtulit. Itaq; per Miſniam, Luſatiamq; in Bohemiam nullo reſiſtente, irrumpit, captoque Leutomeritio, ac nonnullis minoribus oppidis, Pragam regni caput, ac dein Egram ſine certamine intercipit: ad Budovicium hæſit impetus victoris. Eò ſe Balthaſar Marradius cum copiis aliquot relictâ Pragâ contulit, oppidumque illud adverſus ingruentes Saxones ſtrenuè defendit.

1631.

Megapolis tota redit ad Duces.

Saxonia inferior deficit à Cæſare.

Saxo invadit Bohemiam, & Pragâ potitur.

Sub initium anni hujus Rex Poloniæ Sigiſmundus, pace partâ, de ſtipendio militari, & cæteris Reipublicæ negociis comitia Varſaviæ celebravit, & ipſe, quanquam morbo implicitus,

Res Polonicæ.

1631. conventui præſedit : decreta in [illegible]norum iu-
ſum collecta, ut vocant, fumalis. L[illegible] Regum e-
lectio diplomate confirmata, & in [illegible]ulas regni
relata. Cautum, ne deinceps patrimonia Nobi-
lium ad regii ſanguinis liberos affineſque quovis
titulo transferrentur ; Comitatum Zyvviecen-
ſem, quem Regina emerat, cuivis Procerum redi-
mere liceret. Joannes Albertus filius Regis, idem-
que Epiſcopus Varmienſis, cum ad maturam æ-
tatem, ac ſacerdotio idoneam perveniſſet, in leges
regni jurejurando, ut cæteri Ordines, adigere-
tur : neque impoſterum ejuſmodi dignitates aliis,
quam nobilibus Patriotis conferrentur. Con-
troverſa inter Ordines Eccleſiaſticum & Eque-
ſtrem certis arbitriis commiſſa ; denique de reli-
gione & moneta quædam ſtatuta. Ita comitiis
placide finitis, domeſticus luctus domum regiam
afflixit, extinctâ repente Reginâ Conſtantiâ. Illa
ſupplicationem ſacram in ſolenni deportatione
auguſtiſſimi Corporis Chriſti, menſe Julio pedes
obiverat, Sole admodum fervente : inde pluri-
mum fatigata inflammationem concepit, quam
Medici balneo frigido auxêre. Neque morbi vis
intellecta eſt, donec Ancillæ cubiculariæ jam
extinctam in thoro reperêre. Soror fuit Ferdi-
nandi Cæſaris, & ex Rege Sigiſmundo quinque
liberos reliquit, Joannem Caſimirum, Joannem
Albertum, Carolum Ferdinandum, Alexan-
drum Carolum, & Annam Catharinam. Vixit
annos quadraginta quatuor, ex quibus ſex & vi-
ginti in conjugio explevit, magnarum virtutum
Heroina, & plane Auſtriacæ pietatis ; quæque
una vergentis in ſenectutem Regis afflictam va-
letudinem ſuâ diligentiâ ſublevavit. Eodem an-
no altera Ferdinandi Cæſaris ſoror Magdalena,
Coſmo magno Hetruriæ Duci nupta, dum ex
Italia in Germaniam contendit, in itinere vitam
finiit.

Regina Poloniæ moritur.

Et ſoror ejus Magdalena.

1631.

Res Gallicæ.

At in A[illegible] inter Reginam matrem & filium Regem g[illegible] diſſidium exortum eſt. Invidia, uti ferebatur [illegible]annis Armandi, Cardinalis Ricolocii, qui publicorum negociorum ſupremus arbiter, non Reginæ modò, ſed primariorum in ſe Procerum, quos omnes potentiâ apud Regem anteibat, odium concitavit. Regina mater palam Cardinali amicitiam renunciat, neque ut eum in gratiam reciperet, ullis dein ipſius aut filii precibus induci potuit. Gliſcentibus porrò ſimultatibus Compendium primò, uti procul ab aula degeret, & paulò pòſt in Belgium ad Hiſpanos abſceſſit. Secutus eſt partes matris alter Filius Gaſto, Dux Aurelianenſis; qui aliquot Proceribus ſtipatus, Aureliam ditionis ſuæ caput, tum Burgundiam & Lotharingiam, rerum novandarum ſedem petens; ſed ab inſequente Rege undique expulſus, denique in Belgium ad matrem evaſit, inde novi adverſus fratrem belli ſeriem exorſus, uti annis ſequentibus memorabitur. Batavi interim Henrici Principis Orangii ductu, cujus filium Guilielmum in ſucceſſorem patri nominaverant, in Flandriam irrumpunt, Brugas circumſeſſuri. Sed adventu Joannis Comitis Naſſovii inde rejecti, aliam rei bene gerendæ occaſionem habuêre; diſſipatâ claſſe quinquaginta navium, quæ prono Scaldi Antverpiâ Bergam ad Somam ſolvens, propè hoſtium ſtationem vado impulſa hæſit. Tria millia claſſiariorum capta, Joannes Naſſovius & Balanzonius cum paucis lembum nacti, beneficio noctis evaſêre. Magna cladis ejus invidia in Marchionem Sanctacrucium redundante, qui tum pro Infante Hiſpanica militiæ Belgicæ præerat.

Turba inter Regem & matrē.

Compigniæ.

Orleans.

Res Belgicæ.

Sub finem anni, mons Veſuvius Neapoli vicinus, horrendum incendium concepit, concuſſis circa oppidis vicisque, & præſertim Neapoli, ut nullum inde ædificium damnum non ſenſerit.

Incendium montis Veſuvii.

1631. Mons autem primùm atras nu[illegible]muit, tum erumpentes immenſi flammarum [illegible], ingenti cum fragore tonitruque, finem [illegible] humanarum, ac planè ruituri mundi ſpeciem præ ſe ferebant. Septima die menſis Decembris flamma, quæ montem pluribus locis effregerat, torrentis inſtar ad imas radices è ſummo procurrens, homines pecudesque & villas, atque obvia quæque impetu inevitabili rapuit abſumpſitque. Simul lapides ingentis magnitudinis è faucibus montis ejecti, multos, qui ſibi tempeſtivâ fugâ non proſpexerant, interemere.

Wallenſtenio redditur imperium militare.

Nunc ad res Germanicas cum novi anni initio revertamur. Cæſar poſt fractas res ad Lipſiam, ſimul univerſa Proteſtantium ſeceſſione, haud parum de ſuſtentando Imperio ſolicitus, tot hoſtibus impare Tillio, de novo exercitu ac Duce deliberationem inſtituit. Nemo ad eam præfecturam aptior videbatur, quàm Wallenſteinius. Sed invîſus Principibus, & nuper tantâ omnium Ordinum contentione ab imperio militari remotus, ne privatam injuriam publicæ rei remitteret, timebatur. Et ſane repudiabat principio obtentu quietis & valetudinis, tum vergente in ſenium ætate, maximè autem invidiâ, quâ ſe apud primarios Imperii Proceres laborare fatebatur. Sed nequaquam tam puſillo erat animo Wallenſteinius, ut invidiæ ſuccumberet, ſolitus robur animi & altitudinem cogitationum non præferre modò, ſed etiam requirere in aliis, quos ad honores militares extolleret, propterea quòd diceret, ab ingenio humili dejectoque nihil egregium expectari poſſe. Neque tam infirma aut ætate aut valetudine erat, ut non ad munia præfecturæ ejus ſufficeret. Altior cauſa ſuberat, memoria & dolor nuperæ exauthorationis, quam etſi non Cæſari imputaret, tamen ne in eundem caſum recideret, haud temerè verebatur.

Tan-

1632.

Tandem expugnata eſt pertinacia per Principem Eggenbergicum; interioris apud Cæſarem conſilii Ducem, qui in animo Wallenſteinii validus, & dignitatum ejus præcipuus author habebatur. Igitur admiſit præfecturam, ſed his conditionibus, ut ſuo ipſe arbitratu bellum gereret, hoſpitia atque hiberna militibus aſſignaret, pacem, cum quibus ei viſum foret, faceret: denique nulli deinceps eorum, quæ egiſſet, rationem reddere compelleretur. Erat tum Cenami in Moravia privatus. Mirum eſt, quantum mox militum ad nomen Wallenſteinii accurrerit, cùm Cæſar aliique nonnulli Principes ex privato peculio liberaliter pecuniam conferrent. Itaque trium menſium ſpacio triginta millium exercitum ſub ſignis habuit, cum quo initio veris in Bohemiam progreſſus, præmiſſo Matthiâ Galaſſio, quem ſibi ſupremum Legatum adſciverat, Pragam ducit: quâ ſine ullo certamine à Saxonicis receptâ, Leitomericium, Egram, aliaque deinceps loca in poteſtatem redigit. Jamque Regem Sueciæ conſilii ſui pœnitebat, quòd nimio perſequendi Tillii ſtudio intentus, delectus Fridlandicos interturbare neglexiſſet. Id illi initio facere in proclivi erat, ſi omiſsâ ad tempus Bavariâ, unà cum Saxone in Moraviam Auſtriamque præſidiis vacuas irrupiſſet. Sed Rex, ſive res ſuas ad Rhenum conſtabilire, ſive ad perſequendum delendumque Tillium omni ope adnixus, ejus tum quidem rei curam non, ut decebat, æſtimatam intermiſit, quæ ipſum in exitium haud multò pòſt ac mortem dedit. Erat ille ſæviente hyeme Francofurti, ibi ad eum conjunx Eleonora Brandenburgica, Fridericus Comes Palatinus, multique Proteſtantium Procerum accedunt: quidam officio in Regem, plerique rerum ſuarum ſatagentes. Catholici quoque Proceres, Elector Trevirenſis, Palatinus Neo-

Znam.

Cum exercitu Bohemiam recuperat.

Regis geſta, & legationes variæ ad eundem.

1632 Neoburgicus, Epiſcopus Herbipolenſis, & urbs Colonia Legatos miſerant, ut ſibi eorum injuria exemptis neutrarum partium eſſe liceret, poſtulantes. Bavariæ dein & Colonienſis Electores non pro ſe modò, ſed pro univerſo fœdere Catholico Legatorum Gallicorum interpoſitu tractarunt. Datæ à Rege quatuordecim dierum induciæ; ut de conditionibus ageretur: quibus ſine fructu elapſis, ad arma reditum. Trevirenſis ad defenſionem Regis Galliæ confugit. Neoburgico reſponſum, nullas Regi cum eo inimicitias eſſe, neque fore, ſi hoſtes Regis è finibus ſuis expellat; aut ut ipſe id faceret, tranſitum atque hoſpitia concederet. A Colonienſibus poſtulatum, ne tribubus aut jure civium ii, *Coloniæ periculum.* qui Proteſtantium Religionis eſſent, prohiberentur; iiſque liberum in urbe Religionis, & inſtituendæ juventutis exercitium permitterent; Legato regio perpetuum in urbe locum concederent; hoſtes Regis nec pecuniâ nec commeatu juvarent. Exiſtimabant plerique, Regi tum conſilium fuiſſe, importatis jam in navigia tormentis, prono Rheno Coloniam deſcendere, urbemque aggredi, nec præſidio, nec tum munitionibus firmatam, illiciente maximè prædâ, quam in urbem ex ſe prædivitem, exules magni nominis depoſuerant; ſed fortuna, aut Divi Urbis tutelares imminens periculum aliò divertêre. Nam Rex repentinâ Hornii clade perculſus, inde exercitum in Franconiam duxit. Præerat illi cum parte copiarum Guſtavus Hornius, & occupatâ Bambergâ, quamvis mediâ hyeme, urbem illam adverſus Tillium, qui in proximo hibernabat, communire inſtituerat. Cæterum, priuſquam munitiones ad exitum perducerentur, Tillius raptis properè copiis, magnâ cum clade Hornium Bambergâ expellit. Is nuncius Regem excivit, ut firmatis prius, quæ ad Rhenum interceperat, in

Tillium

Tillium moveret. Multi Francofurto abeuntem 1632.
Proceres proſecuti ſunt, atque inter cæteros Fridericus Comes Palatinus, magnâ ſpe fore, ut Rex debellato Tillio, ipſum in amiſſas ditiones reponeret. Junxere ſe Regi in itinere Hornius & Bannerius, cum quibus, recedente ſenſim Tillio, Norinbergam profectus, magno ibi ac regio apparatu excipitur: Neque hîc diu moratus, Donaverdam movit. *Rex perſequitur Tillium.* Præerat urbi Rudolphus Maximilianus Dux Lavenburgicus, qui aliquanto præſidio firmatus, cum cœpta jam oppugnatione locum conſervari poſſe diffideret, præmiſſis noctu impedimentis, reliquas ipſe copias Danubium traduxit. Ita Rex urbe vacuâ potitus, dimiſſis aliquot legionibus, quæ minora ad Danubium oppida interciperent, cum majore exercitus parte in Sueviam irrumpit. *Irrumpit in Sueviã.* Lycus amnis brevi objectu Sueviam a Bavariâ diſterminat, oritur ex Alpibus Rhæticis, inde Fuſſenum, Scongam, Landſpergam, atque Auguſtam præterfluens, Danubio infunditur haud procul oppido Rainâ; id oppidum Tillius obtinebat deſtructo ponte. *Lech.* Paulò autem ſupra illud caſtra fixerat, atque inde ripam Bavaricam Auguſtam uſque crebris ſtationibus firmaverat, eo loci hoſtem trajectu prohibiturus. *Pugna in tranſitu Lyci.* Rex invadendæ Bavariæ cupientiſſimus, æſtimato loci ſitu, etſi difficilè providebat in conſpectu hoſtium copias tranſponere, tamen certus propoſiti, & fortunæ ſuæ innixus, ex adverſa Lyci ripa caſtra ſua Tillio opponit: tum diſponi tribus locis tormenta imperat. Duo & ſexaginta fuiſſe quidam tradunt, alii plura. His in oppoſitam ſylvam, quam Tillius inſidebat, ſine intermiſſione fulminantibus, magna arborum ac hominum ſtrage; Rex adactis in flumen trabibus, pontem facere orditur: qui biduo perfectus; reperto interim ab equitibus vado, pedites tranſmiſit. Quorum primores dum Tillius magno impetu aggreditur, fit acre certamen,

1632. men, & ambiguum diu inter pulſos pellentesque, donec Rex utriuſque jam ripæ potens, in minores numero Tillianos cum omni exercitu incubuit. Ibi Tillius lethale vulnus in femore accepit, perſtitit tamen in acie, donec vires permitterent. Cum autem præter eum Aldringerius, & Ducum plerique ſaucii acie excederent, receptui cani juſſit: neque Rex longiùs, quàm ad ſylvam, ubi caſtra erant, perſequi pulſos potuit, ignoratione viarum, & quia nox inciderat, fraudem metuens. Cecidêre è Tillianis ſupra mille; reliqui deſertis inde caſtris juſſu Ducis Bavariæ Ingolſtadium receſsêre. Eò quoque deportatus Tillius, haud multò pòſt mortem oppetiit, magno luctu Cæſaris Bavarique, & Principum Catholicorum; quorum cauſam multos annos bello feliciter geſſit, ſupremus eorum militiæ Legatus. Nemo illi eâ ætate aut magnitudine rerum geſtarum, aut famâ apud ſummos, juxta infimosque par fuit: à militibus pater vulgò dictus, neque aliter illos, quàm filios appellabat. Sobrietatis & pudicitiæ laudem, raras in caſtris virtutes, ne hoſtes quidem illi detrahunt. Magnitudinem animi, & expertas tot præliis dotes egregii ducis militiſque admirantur: ſed religione in Deum, ac fide in Imperium ſupra omnes fuit; hinc illi perpetuus penè victoriarum curſus, & triumphi vitæ annis pares. Ad extremum offendit rarò perpetua felicitas, quæ, ut illum in omni retrò vita nunquam ambitiosè extulerat, ita nec extrema adverſitas dejecit.

Tillius vulneratur.

Moritur.

Cæterum Rex minore, quam putaverat, incommodo, aditu Bavariæ potitus, poſtquam receſſiſſe hoſtes Ingolſtadium comperit, dimiſſis expeditis, qui poſtremi agminis relictos interciperent, Rainamque & Neoburgum à Bavaricis deſerta occuparent, cum reliquo exercitu per utramque Lyci ripam Auguſtam movit. Quâ urbe, ſine

Regis progreſſus in Bavaria.

ullo certamine, etſi non invalido præſidio tenebatur, tamen pronâ civium voluntate in fidem accepit, mox amotis Magiſtratu Catholicis, Auguſtanæ Confeſſionis cultores in dignitatem, & priſtinam Religionis ſuæ libertatem repoſuit. Auguſtæ deditionem reliqua facilè Suevia, & inde ad Lycum ac Danubium urbes ſecutæ ſunt, Memminga, Campodunum, Landsperga, Mundelheimium, Schongavia, Fuſſena, à diverſis ductoribus in verba Regis adactæ. Sed Rex interim Ingolſtadium non ſine diſcrimine adiit, haud dubiè evidenti caſu mortalitatis ſuæ commonitus. Erat illi conſilium, Ratiſponam intercipere, propenſo in ſe civium ſtudio, neque præſidio valido munitam: id conſilium morabatur tranſitus ac pons apud Ingolſtadium, ſub cujus mœnibus exercitus Bavari conſidebat. Itaque, ut pontis uſum hoſtibus inutilem redderet, munitiones illi præſtructas impetu aggreditur; ſed ferè irrito conatu. Sub hæc, dum ipſe propter ripam Danubii equo vectus urbis adverſæ ſitum cognoſcit, globus tormento emiſſus equum proſternit, examinatque illæſo vectore. Atque ut Rex fortunæ ſuæ felicitatem certiori documento agnoſceret, alia ab hoſtibus emiſſa pila Chriſtophoro Marchioni Badenſi caput ac vitam momento abſtulit. Interea Dux Bavariæ aliarum urbium, & imprimis vicinæ Auguſtæ exemplo monitus, firmiori præſidio Ratiſponam communivit, immiſſis duobus adhuc militum millibus, & quingentis equitibus. Quâ re intellectâ, ſimul diſcrimine ſuo territus Rex, omiſſo Ingolſtadio, ad invadendam reliquam Bavariam contendit. Ibi ſine ullo ferè certamine Moſburgo, Landishuto, Friſingâ ac Monachio potitus, magnâ prædâ ſe exercitumque in opulenta patria auxit: Monachii imprimis, ubi centum & quadraginta tormenta bellica inſigni magnitudine, & reliqui militaris inſtrumenti magna vis in poteſtatem victoris pervenit;

1632. *Auguſta capitur.*

venit;

1632. venit: quæ Auguſtam primò, dein alio verſum avecta ſunt. Hunc in modum omni intra Oenum Bavariâ hoſtiliter devaſtatâ, Rex relicto in Sueviâ Vinarienſi, cum reliquis copiis Donaverdam, & inde in Superiorem Palatinatum ad tuendam Norinbergam movit. Jam enim Elector Bavariæ & Dux Fridlandiæ caſtra apud Egram conjunxerant, credebanturque Norinbergam, quæ Suedicum præſidium acceperat, tentaturi, ut Regem è Bavaria abſtraherent. Quod ille eventurum ratus, ante ipſa mœnia communitis caſtris conſedit, donec reliquæ copiæ, quas per Sueviam Franconiamque, & ad Rheni ripam diſperſerat, convenirent. Simul Auguſtum Comitem Palatinum ad Electorem Saxoniæ dimittit, qui eum jam à Fridlando novis conditionibus tentari ceptum, in amicitia & ſocietate armorum confirmaret; ac ſi fortaſſe impeteretur, auxilium à Rege in tempore promitteret. Inter hæc variis velitationibus ad Norinbergam certatur, & Wallenſteinius, cùm multo majore militum numero ſpeciem obſeſſi Regis feciſſet, quicquid uſquam Suedicarum partium fuit, ad feſtinandum Regi auxilium excivit. Illi interim urbs Norimberga frumenti & annonæ copiam liberaliter ſuppeditabat: ſed pabuli inopiâ non Rex magis, quàm ipſi Cæſareani laborabant. Ad hæc media æſtas, & turbidæ æquæ potus, quam ex uno Pegneſo fluvio, qui Norimbergam interfluit, utrique petere debebant, morbum & contagionem inter milites & jumenta vulgabant. At Rex, poſtquam Bannerius, & alia ad ſe auxilia conveniſſent, indignum ratus, ſe diutius obſideri; eduxit caſtris exercitum, & explicatâ acie copiam pugnandi hoſtibus facit. Cùm autem detrectaret Wallenſteinius, in unius prælii diſcrimen totius rei ſummam conjicere, an, quod ſperabat, cunctationis ſuæ tædio Regem in loca iniquiora protrahendum; ſimulatione metus à conſerendo prælio abſtinuit, ſuoſque intra caſtra quiete continuit,

Caſtra ad Norimbergam.

nisi

niſi quòd paucas aliquot levioris armaturæ turmas ad velitandum emitteret. In quo pugnæ genere Joannes Bannerius, qui deinde poſt Regem imperium militare adminiſtravit, brachium ſclopeto trajectus; inhærente oſſibus globulo, longæ debilitatis ac properatæ exin mortis initium habuit. Tum Rex, quia elicere caſtris hoſtem non poterat; ad oppugnanda illa animum intendit. Juvit deſiderium Regis error exploratorum, qui deſeri caſtra à Cæſareanis, & paucas adhuc legiones relictas eſſe referebant, quæ recedentium terga firmarent. Sed exploratores non hoſtium caſtris excedentium; ſed hoſpitiorum metaturam permutantium falſa ſpecies deceperat: igitur Rex deſignatis partibus munimenta invadi jubet. Audax facinus; neque Ducibus ipſius, nec poſtea eventu probatum. Eodem autem tempore & ſuperari vallum, & tormenta explodi à Suedicis cœpere. At maxima hoſtium vis in eam caſtrorum partem incubuit, quam Dux Bavariæ obtinebat, haud procul tentoriis Aldobrandini, Ferdinandi Caraffæ, & Comitis Coloredi junioris: qui improviſo impetu excitati, correptâ tumultuariâ manu, ſtrenuè ſe inferentibus opponunt. Inde novis identidem recentibuſque manipulis confirmati, hoſtem loco pellunt, & denique extra vallum ejiciunt, magna cæde fugientium aut contrà nitentium. Grave illic atque atrox prælium fuit, poſtquam ex altera caſtrorum parte Wallenſteinius & Gallaſſius & Aldringerius adfuêre. Sed Wallenſteinius, ejectis vallo hoſtibus, non contentus à caſtris periculum depuliſſe, equitatum emittit, & circumgredi terga Suecorum jubet. Hic extra caſtra magno ardore concurſum, donec Sueci ingruentium ſenſim Cæſareanorum vi ad vicinam ſylvam ſe recepêre; ubi à Rege cum aliquot ſclopetariorum cohortibus deliteſcente, reſtaurato brevi prælio, in tutum recepti ſunt. Hic cecidit Ferdinandus Caraffa, ex Italica nobilitate magnæ expectatio-

1632.

Rex caſtra Cæſareanorum oppugnat.

1632 ctationis juvenis, haud multò ante à Wallenſteinio equeſtris legionis præfecturâ donatus. Et Joannes Baptiſta Chieſa peditum Tribunus lethaliter vulneratus, Saltzburgi dein, quo ad curam devectus fuerat, occubuit. Cecidêre præterea hoc cruentiſſimo prælio utrinque permulti, ſed major Suecorum clades fuit, ex quibus ut minimum duo millia deſiderata. Leonardus Torſtenſonius ſupremus rei tormentariæ Præfectus, vivus in Cæſareanorum poteſtatem pervenit: Wallenſteinii & Bernardi Ducis Vinarienſis equi confoſſi. Neque Rex ipſe periculo caruit, vi prætervolantis globi parte ocreæ avulſa, & dextri pedis pollice leviter perſtricto. Denique nox & ſylva diremit pugnantes. Sueci inde in vetera caſtra Norinbergam reverſi ſunt: quâ urbe diligenter proviſâ, Rex per Franconiam & vicinas provincias exercitum diſpoſuit, modicâ quiete recreandum. Wallenſteinius quoque incenſis caſtris, digreſſo ad ſua Bavaro, in Miſniam, atque inde in Saxoniam contendit.

Clades utrinque magna.

Trevirenſis Regi Galliæ accedit.

Peridem tempus Philippus Chriſtophorus, Elector Trevirenſis, circumſtrepentibus undique victricibus Suecorum armis, idem ſibi, quod aliis Catholicis Principibus acciderat, metuens, vicini Galliarum Regis partibus palam acceſſit; tradito in manus ejus Erenbreitſteinio, validiſſima ad Rhenum arce. Quæ res Cæſarem & reliquos Electores Catholicos graviter perculit, cum præter corroboratam Suecorum potentiam novus Cæſari hoſtis tam munitæ arcis acceſſione firmaretur. Haud multò pôſt Auguſta Trevirorum ſpecie reducendi Electoris, qui metu Ordinum, (quos in eandem ſecum ſocietatem fruſtra impellere nitebatur) inde profugerat, à Gallis capta & valido præſidio firmata eſt. Ita jam Regi Galliæ Germania patebat, ſed quò minus deſtinata inciperet, domeſticæ turbæ impediebant. Gliſcentibus enim fraternis regiæ domus odiis, ut ſuperiore anno memo-

moravimus, res ad arma pervenit. Acceſſit partibus Aurelianenſis Dux Momorantius, & permulti Nobilium: quibus tamen uno ad Caſtelnadaunum prælio ſuperatis, pax regno reſtituta. Aurelianenſis frater Regis, & Momorantius capti: quorum hic à Concilio Toloſano læſæ majeſtatis damnatus, & ſupplicio capitis affectus eſt, anno ætatis quinto & trigeſimo; quem ille ſupremum caſum fortiter juxta & religioſè tulit. Aurelianenſis à fratre Rege in gratiam receptus, ſed poſtea aut caſu Momorantii offenſus, aut fidem ſibi datam ſuſpectans, eluſis cuſtodibus, iterum in Belgium evaſit ad matrem Reginam. Sed parum ibi auxilii erat, cùm vires Hiſpanicas non modò ſubſidia in Germaniam Cæſari miſſa; ſed defectio quoque Henrici Comitis Montani graviter afflixiſſet. Inſuper Hollandi hoſtes premerent, qui initio Veris luſtratis ad Neomagum copiis, Venlonam primò, dein Ruræmundam, ubi Caſimirus Comes Naſſovius cecidit, intercepêre. Gravior aliquantò labor fuit apud Trajectum, Moſæ quoque aſſitam urbem, ſed ditionis Brabantinæ. Hæc enim magnâ celeritate ab Henrico Principe Orangio circumvallata, non Hiſpanos modò, ſed & Pappenheimium ipſum ex viſceribus Imperii excivit. Hiſpanis ſatis fuit aſſidendo ſpectare urbis indeclinabilem caſum, ut ipſi quidem exiſtimabant: at Pappenheimius multis apud Viſurgim victoriis clarus, nunc Duce Lunæburgico, nunc Landgravio Haſſiæ, nunc Baudiſio cæſis, omnibus par, ſingulis ſuperior, poſtquam tranſmiſſo Rheno victorem exercitum Trajectum duxiſſet, nihil turbatus magnitudine munitionum, quas caſtris ſuis circumpoſuerant Hollandi, ſolus adoriri obſidentes ſuſtinuit. Cæterum temeritas ea magis, quàm fortitudo, non mediocri clade expiata eſt: ceciditque haud dubiè robur exercitus Pappenheimiani exitu ad extremum nullo; quanquam multi exiſtimabant, dejiciendos Hollandos

1632

Res Belgica.

Trajectum obſidetur.

1632. landos obſidione [illegible] potuiſſe, ſi idem [illegible]us Hi-ſpano duci fuiſſet. Qui ſuos intra caſtra quiete continens, ne quidem eò induci potuit, ut commotis tympanis, aut ſubitario ſaltem tumultu aggreſſionem ſimularet: ita denique urbs in poteſtatem Hollandorum pervenit. Pappenheimius inde cum lacero exercitu ad Viſurgim, & mox à Wallenſteinio evocatus, in Saxoniam revertit, ubi haud multò poſt in acerrimo ad Lutzam prælio, uti mox memorabitur, glorioſam mortem oppetiit.

Mors Sigiſmundi Regis Poloniæ.

Sub finem menſis Aprilis Rex Poloniæ Sigiſmundus fatis conceſſit, Princeps omnibus regnandi artibus commendatus. Natus eſt ſuperiore ſæculo, anno ſexto & ſexageſimo, Patre Joanne, Sueciæ Rege, & matre Catharina, Sigiſmundi Auguſti Poloniæ Regis ſorore; à quâ Catholica & religioſa Principe Catholicæ fidei præceptis imbutus, anno ætatis primo & vigeſimo conſenſu Procerum Rex Poloniæ creatur. Dein ſub finem ejus ſæculi, Joanni Patri vitâ functo, in regno Sueciæ ſucceſſit: ſed non diu toleravêre Lutherani Proceres Catholicum Regem. Ita id regnum Sigiſmundo ablatum, Carolo patruo ipſius ac Duci Sudermanniæ, qui diu illud pro Rege adminiſtraverat, contulêre. Quæ res longo dein bello Suecos & Polonos inter ſe commiſit, in quo Sigiſmundus cauſæ æquitate, Sueci armorum vi ac plerumque victoriâ triumpharunt. Ita Sigiſmundus non Sueciâ modò, ſed Livoniæ ac Boruſſiæ parte amiſſâ, pacem tandem cum Guſtavo Adolpho Caroli filio fecit. Uxores duas habuit, Annam & Conſtantiam ſorores germanas Ferdinandi II. Cæſaris: ex priore Uladiſlaus primogenitus conſenſu Procerum parenti in regnum ſuffectus eſt. Conſtantiæ liberos ſuprà memoravimus; cujus natu major Joannes Caſimirus paulò ante, quàm hæc ſcriberemus, fratri Uladiſlao vitâ functo per ſuffragia Ordinum ſurrogatus eſt. Cæterùm de-

functo

functo Rege Archiepiſcopus Gneſnenſis, qui tum erat Joannes Wezyſius, Primas regni veluti Interrex, de morte Regis ad omnes regionum Præfectos ac Proceres perſcribit, ac inſtitium indicit. 1632 Dein Ordines convocat, quorum conſenſu publica regni negocia expedirentur, & dies creando Regi indiceretur. Sex ſeptimanarum ſpacium huic rei præfigi; & locus haud procul Varſavia juxta villas Wola, & Povvaski hunc in uſum expediri & communiri ſolet; quo, poſtquam ſub finem Septembris Proceres convenissent, prioribus quidem diebus de variis regni negociis actum eſt. Dein legationes auditæ ſunt, Summi Pontificis, fratrum Vladislai Principis, & Cæſaris Ferdinandi, aliorumque pro Vladislao Principe ſuffragia Nobilium expoſcentium. Introductus etiam Legatus Suedicus de pace continuanda cum Polonis egit, neve ex filiis Sigiſmundi quis eligeretur, niſi prius regno Sueciæ renunciaret, petiit. Quibus cum Archiepiſcopus Gneſnenſis, dein Mareſcallus Nobilium prolixe reſpondiſſent, deſignati ſunt ex omni Procerum numero pauci, qui conditiones, in quas futurus Rex juraret, conciperent. His omnibus expeditis, ſuffragia ab Archiepiſcopo Gneſnenſi colligi cæpere: quæ cum miro omnium conſenſu in unicum Vladislaum, Sigiſmundi primogenitum ferrentur, Gneſnenſis ſolita pompa hunc Regem renunciat. Coronatio dein in annum inſequentem dilata eſt, donec juſta funebria Regi defuncto perſolverentur, juxta antiquum Polonorum morem. Exceſſere eodem anno Princeps Carolus Regis Hiſpaniarum, & Leopoldus Archidux Cæſaris frater.

Cui filius Vladislaus ſurrogatur

Car. Hiſp. Infans & Leop. Archidux mortui.

Cæterum in Germania omnes pene provincias diverſi exercitus raptabant; Saxonici ductore Arnhemio Sileſiam: Cæſariani duce Henrico Holcka Voitlandiam & Miſniam; Sueci Alſatiam, Sueviam, Palatinatum, & Franconiam: Galli quoque occupata Treveri, & tentato fruſtra Philip-

Res Suecorum & Cæſareanorum.

1632 piburgo, Rheno appropinquabant. Sed Rex, apud quem ſumma exercituum erat relicta, ut diximus Norimberga, cum in Franconiam moviſſet, viſurus, quid ſe abſente Bavarus & Wallenſteinius molirentur, apud Winsheimium Legatos Tartarorum victorias & felicitatem gratulantium audivit. Inde bipartito exercitu Bernardum Ducem Vinarienſem verſus Mœnum dimiſit; ipſe cum reliqua parte apud Donaverdam, tranſmiſſo Danubio, Rainam oppidum, quod Bavari interea receperant, iterum expugnat, & Tribunum Caſparum Guilielmum Mitſchevallium, quod id oppidum nulla adhuc neceſſitate preſſus Bavaris tradidiſſet, capitis ſupplicio affici jubet. Inter hæc, cum Dux Fridlandiæ cum potiſſima armorum mole, præmiſſo Galaſſio, in Saxoniam duceret, Rex feſtinatis literis ab Electore Saxoniæ in auxilium evocatus, re Bavarica Chriſtiano Comiti Palatino commendata, inde per mediam Franconiam magnis itineribus Saxoni in ſubſidium contendit. Sed jam Galaſſius occupato ex itinere Coburgo, mox Chemnitio, ac dein Holckæ junctus, Friburgo; ſequenti Wallenſteinio viam in Miſniam aperuerat. Ubi conjunctis caſtris acceptoque ad ſe Pappenheimio, qui Trajecto reverſus ex itinere Hildeſium interceperat, Lipſiam ac dein Halam Saxonum expugnat: tum verſus Lutzam, haud procul Lipſia diſtans oppidum, Regi in occurſum ducit. Non exiſtimabat fore Wallenſteinius, ut Rex prælium iniret priuſquam Lunæburgicas & Saxonicas copias ſibi junxiſſet. Itaque Pappenheimium cum ſuis Halam remittit, ut Mauritioburgum arcem urbi impoſitam expugnaret. Porro ubi adeſſe Regem, occupato Naumburgo, atque ibi Salam tranſmittere per exploratores cognoſcit, revocato propere Papenheimio, apud Lutzam conſiſtere, atque ibi opperiri adventum hoſtium conſtituit. Igitur proxime inſequenti nocte duplicem foſſam, qua Rex venturus neceſſa-

Prælium ad Lutzā

rio erat aciei ſuæ præducit, & utramque delectis 1632
ſclopetariis implet, qui irrumpentem eo equitatum infeſtâ ſalutatione abſterrerent. Lutza ignobile oppidum decem paſſuum millibus Lipſia diſtat: ad ſiniſtram ſylva jacet, inter quam & urbem medio campo prope viam, quæ Lipſiam ducit, aciem ſuam Wallenſteinius diſpoſuit, in varios manipulos diſtinctam pro militiæ more; & quoniam degreſſo Pappenheimio militum inopia laborabat, in ſiniſtro latere, quod ad nemus ſpectat, & proſpectui hoſtium objiciebatur, impedimenta, & circa ipſa calones equis impoſitos collocavit, ut hoſtibus ſpeciem equitum præberent. Tormenta majora ſeptem proximè poſt foſſas, reliqua viginti fere loco edito apud molendinum ſtatuit. Eatque univerſus aciei ſitus invadentibus periniquus, atque omnino talis, qualem optimi Ducis providentia eligere potuiſſet. Regium exercitum tunc in modum diſpoſitum fuiſſe tradunt. Primam ac dextram aciem, in qua Rex curabat, Finnones Smalandique ac cæteræ Suedicæ nationes obtinebant; ſiniſtram Bernardus Dux Vinarienſis cum Curlandis, Livonibusque & parte Germanorum tuebatur: reliquum in medio peditatum Cniphuſius regebat. Suis Rex teſſeram dedit: *DEUS nobiſcum*; Fridlandus Cæſareis *IESUS MARIA.* Ita inſtructa utrinque acie, Rex me... Novembri anceps utrique parti & cruentum ...ne, ſibi fatale atque ultimum prælium aggreditur. Prima apud foſſas ſclopetariorum præſidio ...atas pugna acerrima fuit, non ipſa modo in...dentium, ſed & propugnantium clade; quorum maxima pars, ſicut adorientibus Suecis ...pido infeſta fuerat; ita ſuperata jam foſſa, ...t obtrita aut trucidata eſt ſine commiſeratio... Tum equites immiſſi ſunt, inter quos pri... *Rex vulneratur & cadit*
...us Rex foſſam equo tranſiliens, dum ſuos exem...o & voce hortatur, brachium ſclopeti ictu tra...

 jicitur,

1632. jicitur, quo vulnere, emanante largiter ſanguine, ita mox affectus eſt; ut linqui animo inciperet; rogaretque è prælio in locum aliquem ſecuriorem ad curam educi. Aderat illi Franciſcus Albertus Dux Saxoniæ, non ita pridem, relicto Cæſare, Regi apud Norimbergam hærenti junctus. Hic ergo, dum in eo eſt, & perſurentium armatorum manipulos Regem jam vix ſeſe equo, & adnixu ſuo ſuſtinentem eripere diſcrimini laborat; ſimul nebula fumoque, & pulvere viſum adimente, inſuper confuſione & diſcurſa legionum territus, longiuſcule à ſuis aberrans, in cohortem Cæſareorum imprudens incidit. Ibi Rex ab ignaris, quem peterent, binis adhuc ictibus uno caput, altero pectu trajicitur, ac diffugientibus, qui circa eum erant vitæ jam exors in campo deſtituitur. Hæc de morte Regis à pluribus traduntur, ſunt qui commemorant; Regem paulo ante cæptum prælium cum duobus ſtabulariis ad quingentos fere paſſu ab acie ſua progreſſum, ut locum ſtatuendis tormentis legeret, ingruente mox nebula, dum incautius progreditur, in turbam Croatarum incidiſſe, & cum ſe dedere nollet, ab ignaris mult vulneribus interfectum, ſpoliatumque. Cæterum utcunque hæc ſint, mors ejus ſtatim per exercitum vulgata, adeo animos ſuorum, quod alias ſolet venire, non conterruit, ut magis ad ultionem regiæ necis accendi viderentur. Itaque tanto impetu in Cæſareos itum eſt, ut jam labare acies eorum atque ad fugam ſpectare quidam inciperent, quid quid contra Wallenſteinius niteretur. Adfuit tempore laborantibus Pappenheimius, qui nu ſuis requie permiſſa, ſecutis pone peditibus cum equitatu iter præceperat: ejus adventu reſtitutum prælium. Sed Pappenheimius non magis prælium, quam mortem ipſam feſtinavit, in primo aggreſſionis ardore, lethali vulnere ſecundum femur perfoſſus. Ex quo haud multo poſt, dum curandum Lipſiam devehitur, vita exceſſit, magi

Pappenheimius moritur.

ſui apud Catholicos deſiderio relicto. Vir plane 1632
Martialis animi, ac militarium virtutum gloriâ inclitus, quemque unum Rex Guſtavus Adolphus & commendare maxime poſt Tillium, & metuere ſolebat. Ejus morte iterum Cæſareana acies mutavit, ab ea cum primis parte, ubi Pappenheimius ceciderat. Solus pene Octavius Picolomineus cum ſuâ legione inter medios hoſtes intrepide uſque ad finem prælii ſtetit, amiſſis quinque equis, quibus inſederat, tum facta ſepties irruptione, ac ſex vulneribus ſaucius optimi & fortiſſimi militis Duciſque nomen promeruit. Ita pugnantes nebula primum, ac dein nox diremit: incertamque adhuc & ancipitem victoriam Wallenſteinius hoſtibus adjudicavit, prima noctis vigilia, deſertis tormentis, loco prælii ſilentio excedens: qui Lipſiam primo, dein in Bohemiam ad reparandum exercitum feſtinavit; Suedica acies noctem eam in campo, ubi pugnatum fuerat, tranſegit. Poſtridie poſtquam illuxiſſet, nullo amplius apparente hoſte, receptis tormentis, quæ Cæſarei reliquerant, cum regio cadavere mæſto agmine, ac victis propiores Weiſſenfeldam receſſere: cecidere in acie ad novem fere millia cladem pene æquante fortuna. E Cæſareis Abbas Fuldenſis crucem pie in hoſtes præferens, & Bertholdus Comes Wallenſteinius Ducis cognatus, aliique multi illuſtres præter Pappenheimium occubuere. Apud Suecos Regis unius interitus cæterorum pro Rege occumbentium miſerationem & gloriam abſumpſit. Annorum octo & triginta fuit, ſed ultimo vitæ biennio quo incredibili felicitate à mari Baltico trans Rheni & Danubii limites totum pene Imperium armis perculit, tantum gloria apud ſuos adeptus eſt; ut paulo ante mortem viciſſitudinum humanarum non incallidus, hanc ſibi fortunæ indulgentiam haud fore diuturnam præſagierit. Sane ut cumulato omnium in ſe favore feliciſſimus fuit ita temeritate, quæ filia felicitatis eſt, Princeps

Numerus occiſorum.

Guſtavus Adolph. cadit.

1632 alias providus non [illegible]uit : [illegible]dum [illegible] acie, neque ulla re ſummi Du[illegible]is periculnm [illegible]ente, projeciſſet ſe in apertum diſcrimen non vitæ tantum; ſed omnium, quæ per tot retro victorias pepererat. Adeo difficile eſt, cum alios regere poſſis, tibi ipſi frænum injicere. Pater ei fuit Carolus Dux Sudermanniæ, is, qui amoto Sigiſmundo, Regnum Sueciæ in ſe tranſtulit, ut ſupra oſtendimus. Filiam unicam reliquit, Chriſtinam ex Eleonorâ Brandeburgica, quæ hodie rerum in Sueciâ potitur. Cæterum Guſtavo tam fuit fatale vincere, ut non niſi cum victoria caderet. At Catholici mortem adverſarii Regis ſuam victoriam interpretati, feſtis ignibus & triumphali apparatu hoc prælium celebravêre. Cumulavit lætitiam ſub idem tempus allata mors Friderici Comitis Palatini, Moguntiæ ſub finem Novembris brevi, ſed lethifera febri correptus, diem ſupremum obiit, relicta vidua Eliſabetha Caroli Regis Angliæ ſorore, & ex ea decem liberis. Princeps, uti ferunt, moderatæ indolis; ſed pravi Senatores, & promiſſa Aſtrologorum in ancipitia conſilia juvenem impulerant: ex quo ducem ſe rebellioni Bohemicæ præbuit, prælio ſimul & bello victus, mox regno provinciiſque & avitis dignitatibus exutus, duodecenne exilium aliena munificentia ſuſtentavit. Interea Mansfeldicis Daniciſque, & mox Suedicis progreſſibus in ſpem veteris fortunæ revocatus, vertente identidem belli aleâ haud multò poſt Regem Sueciæ morte ſuâ ſecutus eſt. Obiêre eodem anno Mauritius Haſſiæ Landgravius, & Franciſcus Vaudemontius Dux Auſtraſiæ, Sed Chriſtianus Guilielmus, Marchio Brandenburgicus & Adminiſtrator Magdeburgenſis, quem ſuperiore anno in ipſo Magdeburgi excidio à Tillianis captum meminimus, cum ad eum Sacerdotes Catholici crebro itarent, & de fidei capitibus ſermones conferrent, agnito errore Catholicam religionem complexus, & in ſacello aulico ſolen-

Mors Friderici Palatini.

Converſio Adminiſtratoris Magdeburgici.

ni po[illegible] Catholicam Romanam fidem profeſſus eſt; maluitque dein è cuſtodia liberatus apud Cæſarem remanere, quam ad ſuos reverti: ne magis liberationis, quam pietatis causâ. Auguſtanæ confeſſioni nuncium miſiſſe videretur. 1632

Ducum Suecorũ geſta.

Interea, dum ad Lutzam pugnatur, Chriſtianus Palatinus Birckenfeldenſis Auguſtæ à Rege præſidio relictus, multis excurſionibus Bavariam infeſtabat, & Guſtavus Hornius cum majoribus copiis Alſatiam & ſuperiorem Rheni tractum ſubjugabat, expugnatâ Benfelda munitiſſima ad Ilam arce; dein Sletſtadio, Colmaria, Hagenoa, Friburgo, Frankentalio, aliisque in eo tractu oppidis potitur. Cum interim Guilielmus Baudiſius ad inferiorem Rheni oram ad diſtrahendum maxime Pappenheimium ac Gronsfeldium à Rege miſſus, disjectis, qui occurrerant, provincialibus, in Ducatum Montenſem perrumpit. Inde Lintſio facile potitus, Blanckenbergam porro ac Windeccam arces Bergenſes, dein & Siburgum invadit. Poſtea tranſmiſſo apud Lintzium Rheno, Andernacum vi expugnat; ex quo deinde agrum Colonienſem crebris excurſionibus diu infeſtum habuit. Muniebat per idem tempus Colonienſis reſp. ingentib. expenſis Tuitium ex adverſa Rheni ripa, ſecuritati maxime trajectus & molarum, quas Coloniam & Tuitium interfluens Rhenus circumagit. Sed ſpacium munitionum & magnitudo operum altius, quam ad neceſſariam loci defenſionem ſpectare Baudiſio videbantur. Itaque ab opere Colonienſes, cum quibus nulla adhuc illi palam hoſtilitas erat, dehortatur. Et dum illi nihilo minus deſiſtunt, ſub exitum anni nocte, quæ D. Thomæ Apoſtoli ſolennem diem conſequitur, (quem Colonienſes antiquo more, novo Magiſtratui creando, per tribus & convivia lætum agunt,) Tuitium invadit. Equitatum latera Rheni circumgredi

 gredi

1632. great jubet, pedites facile, ſuperato vallo pluribus adhuc locis imperfecto, reſiſtentes præſidiarios in monaſterium atque illi conjunctum templum rejiciunt. Longa nox, & illuceſcente jam die, ſpiſſa nebula proſpectum defenſionemq; ademit: qua paulo ante meridiem diſcuſſa, ex omnibus ad Rhenum propugnaculis turribuſque in Suecos agi cæptum eſt. Deſtinatæque mox à Magiſtratu ex urbano præſidio centuriæ aliquot, quibus ſe voluntarii permulti miſcuerant; dum navigiis imponuntur, non exſpectato eorum adventu, Baudiſius receptui cecinit, amiſſiſque pluribus ſuorum Siburgum ſe inde recepit; cæterum victoriam illam Colonienſes haud diu lætam habuere. Nam Tuitii in Eccleſia, dum advectum una pulveris tormentarii vas inter milites diſtribuitur, incertum dolo an caſu, incenſus pulvis uno momento, evibrato in ſublime tecto, parietes & columnas ſimul proturbat, magna circumſtantium ſtrage ac ruina; atque eo infortunio multo plures, quam vi aut ferro hoſtium periere. Ita hic demum annus ad exitum perductus eſt.

1633. Initio ſequentis Rex Poloniæ Vladislaus conſueto apparatu ab Archiepiſcopo Gneſnenſi Cracoviæ coronatur, cum paucis diebus ante funus defuncti patris Regis Sigiſmundi in frequenti Procerum conventu duxiſſet; poſt hæc publica regni negotia compoſita, & pax Ruſſis Græcoſchiſmaticis, quique ab his & Catholicis in religione diſſidebant, novis privilegiis confirmata; ſed res domi quietas, bellum Moſcoviticum foris excepit: ad quod dum ſe tota pene æſtate Rex comparat, jam Moſci ducibus Michaele Schino, & Simone Prozorovio, confinia Lithaniæ fœde populantes, Smolenſcum urbem ad Boriſthenem ſitam arcta obſidione circumvallaverant. Præerat urbi Stanislaus Wojevvodius, vir ſtrenuus experttuſque; ſed tanta erat hoſtium vis, & intra urbem pulveris nitrati, tum etiam propugnatorum, qui quoti-

Polonorum cum Moſcis bellum.

quotidianis in hoſtes irruptionibus minuebantur, penuria, ut obſidionem diutius latura non crederetur. Igitur Rex, præmiſſo Chriſtophoro Radzivilio, Palatino Vilnenſi, qui variis hoſtem excurſionibus diſtineret, ipſe initio autumni cum reliqua parte exercitus, in adverſa ripa Boryſthenis caſtra fixit: mox ab eo latere per Radzivilium depulſi hoſtes; & Rex poſtridie cum præſidio urbem intravit. Qua contra omnem vim penuriamque diligenter proviſa; cum toto exercitu Boryſthenem tranſgreſſus, ex reliquis circa urbem munimentis Moſcos dejecit, atque in vetera ſua caſtra uno inde milliari diſſita compulit, quæ Sehinus eum in finem validis operibus communierat, comparata mature annona, quæque alia ad ducendum bellum neceſſaria erant. Hic enim aut cunctando eludere Polonos ingruente jam hyeme, aut tempus bene gerendæ rei operiri decreverat. Erant illi equitum Moſcorum triginta millia, decem peditum Coſaccorum Dunenſium, & ſex millia ſtipendiariorum Germanorum cum Duce veterano Alexandro Leſſelio Anglo. Sub finem Octobris pari utrinque Marte concurſum eſt; neque tamen Rex deſtitit, etſi jam aſperrima iis in locis hyems incumberet, & ipſe re frumentaria premeretur, caſtra hoſtium obſidere in menſem uſque Martium inſequentis anni; quo Moſci ad commeatuum inopiam redacti, petere pacem coacti ſunt, uti ibidem memorabitur. Magna ibi Regis novi virtus enituit, cum anguſta lignea caſa contentus, tota hyeme caſtris hoſtilibus aſſidens, omnia ipſe militaria munia per ſe obiret, quanquam debili plerunque valetudine. Porro Moſci in ſocietatem belli hujus Turcas mature pellexerant, qui diſtrahendis Polonorum viribus menſe Julio, præmiſſa Tartatorum manu, omnem circa Cameneciam agrum infeſta populatione divexabant: ſed magno illis hæc temeritas ſtetit. Stanislaus Conjecpolſius ſupremus Polonicæ militiæ

1633

Item cum Turcis.

Caminiec Podolski.

 litiæ

1632 litiæ Præfectus, Barro, ubi tunc morabatur, accurrens, cum jam fuga elapſos animadvertiſſet; adſumptis raptim bis mille & quingentis equitibus Quartianis, in mediam uſque Moldaviam perſecutus tandem deprehendit, ac vix commiſſa pugna in fugam converſos, paucis cæſis, reliquos diſpergit, omni præda recepta, captoque inter cæteros genero Cantimirii Murzæ Principis Tartarorum. Major deprehenſorum ex improviſo clades fuiſſet, niſi dimiſſus à Conjecpolſio explorator Moldavus, equis paſcendis intentos ſecuroſque imminentis periculi admonuiſſet. Porro crebreſcente famâ de adventu Abazii Baſſæ cum quinquaginta armatorum millibus Danubium tranſmittentis, Conjecpolſius tranſmiſſo iterum Tyra retro Cameneciam duxit, atque ibi poſitis caſtris conſedit; accerſitis ad ſe, quicquid in propinquo militum auxiliorumque poterat. Abazius poſtquam, trajecto Danubio Tyraque, in conſpectum Camenecíæ veniſſet, caſtra Polonorum vi adortus eum inſigni clade repellitur. Neque ultra quicquam tentare auſus, niſi quod pagos aliquot exſcinderet; eo, unde venerat revertit, exercitiumque apud Danubium dimiſit. Conjecpolſius, ſatis habens quod tanto numero ſuperiorem hoſtem ſuis & Poloniæ cervicibus depuliſſet, regredientes ulterius laceſſere aut proritare inopia virium noluit.

Status militia in Germania. At in Germania cæſo apud Lutzam Rege, cum caput partium extinctum eſſet, & feneſcente paulatim ſociorum ardore, ac mutuo fortunæ utriuſque experimento brevi pax Imperio reditura crederetur, res contra accidit. Nam Axelius Oxenſtirna, rerum Suedicarum ſecundus poſt Regem arbiter, & magnus regni Cancellarius, ſtatim à morte Regis ſummæ rei in ſe curam ſuſcepit. Et Stocholmiæ, indicto conventu, Chriſtinæ, filiæ Regis ſeptenni Proceres regnum & jus jurandum fidelitatis deferunt, bellumque Germanicum, in

quo

quo Rex ſanguinem & vitam profudiſſet, omni ope viribuſque proſequi decernunt. Exercitus autem per Germaniam tripartitò ferè diviſus, cujus una pars Guſtavo Hornio per Sueviam Alſatiamque, altera Bernardo Vinarienſi Duci per Palatinatum & Bavariam; tertia Georgio Duci Luneburgico ac Dodoni Cniphuſio per Weſtphaliam ac Viſurgim attributa. Baudiſius cum modica manu Ducatum Montenſem, & ex Andernaco Lintzioque Colonienſis agri partem populationibus vexabat: adhæc Elector Saxoniæ pro ſe ſingularem exercitum in Sileſia habebat, copiis Brandeburgicis permiſtum. Haſſi legiones ſuas cum Luneburgico & Cniphuſio conjunxerant. Porro Elector Bavariæ cum ſuis à Wallenſteinio, ut ſupra memoravimus, digreſſus, nihil intermiſſo per hyemem bello, ſuis ditionibus Suedicos ejicit: inde in Sueviam progreſſus, præter loca alia minora Memmingam deditione. Campodunum vi capit. Vetus illud eſt oppidum Almangaviæ, & Principali Abbatia celebre. Inerat ducenti fere præſidiarii, quorum virtutem civium pertinacia vicit: nec fœminis quidem animus, audacia defuit. Nam viris militibuſque ſine diſcrimine immixtæ, fervidam aquam, ſaxa, trabes, quæque alia furor arma miniſtrabat, in oppugnantes devoluebant; ea res feſtinavit exitium urbis. Quippe Cæſareani virtute & numero potiores, animadverſa extrema obſeſſorum inſania, ſimul damno & clade ſuorum irritati, via vi facta, in oppidum irrumpunt, armatoſque & inermes, viros ac fœminas juxta ſternunt. Ita omnibus pene ad internecionem deletis, quicquid reliquum fuit militi in prædam ceſſit. Jamque recuperata Aicha, Landsperga, Raina, aliiſque circa Auguſtam, locis ipſi paulatim Auguſtæ imminebat, fuſo ad Danubium Guſtavo Hornio, qui ex Alſatia victrices copias loboranti Sueviæ ſubſidio ducebat. Inter hæc Oxenſtirna cum ſuperioris Germaniæ Pro-

1632.

Exercitus Suedici diviſio.

Kempten Algow.

1633. teſtantibus Heilbronnæ, quod Rex paulo ante mortem ipſemet facere decreverat, arctius fœdus confirmat. Decretum ibidem communi opera bellum proſequi, neque deſiſtere, donec libertati ac paci religionis abunde juxta arbitrium ipſorum cautum fuiſſet, regno Sueciæ pro ſumptibus operaque in id bellum collatis ſatisfieret: belli autem & conſiliorum omnium adminiſtratio Oxenſtirnæ commiſſæ. Non conſenſit in id fœdus Elector Saxoniæ, propterea quod magis amicitiam Suedicam, quam dominatum mallet; quorum potentiam eo progredi videbat hac Principum indulgentia, ut non minus ipſi timendi jam eſſent, quam Cæſar antea fuiſſet; pari utrinque libertatis periculo, ubi externus aut internus Princeps invaleſceret. Itaque egit ipſi totâ pene æſtate cum Wallenſteinio de pace, cui Cæſar non belli minus, quam pacis curam ſumma poteſtate permiſerat. Erat Dux Saxonicarum copiarum Arnheimius, bello Danico miles Cæſaris ac Wallenſteinio intimus: eo maxime interprete ac conciliatore Elector apud Wallenſteinium utebatur, variis hominum ſermonibus & ingenti exſpectatione, quorſum tandem ea tractatio erumpere. Suedici quique iis arctiori fœdere conjuncti erant Proteſtantes, nihil omittebant, quo illam diſſiparent, Saxonemque in eadem ſecum ſocietate confirmarent. Catholici Principes ac Cæſar imprimis, ne magnitudine potentiæ Wallenſteinius abuteretur, metuebant. Porro, quid tandem tractatum, aut quâ ex cauſâ pene ad exitum perducta res repente demum everſa ſit, cum pro ſtudio partium à ſcriptoribus variè tradatur, ego hic in medio relinquo. Wallenſteinius initio veris de iis, qui in pugnâ Lutzenſi officium deſeruiſſe arguebantur, Pragæ, erecto ad id theatro, palam ſupplicium ſumpſit: inde tota pene æſtate, ut diximus, per inanes pacis tractationes adſumptâ, adulto tandem autumno, præmiſſo Holca & Gallaſſio, irruptionem

Conventus Heilbronnæ Proteſtantium.

Tractat. pacis cum Saxone.

nem in Saxoniam ſimulat; ſed mox converſo itinere, cùm jam Arnhemius potiorem Saxonici exercitûs partem è Sileſia in Saxoniam duxiſſet, relicto apud Stenavium Comite Turriano Tubaldioque, eos ex improviſo adoritur, & repente ab omni parte circumvento ſine ullo certamine ad deditionem cogit. Gregarii omnes ipſi ſacramentum dicere juſſi ſunt, Ductores plerique etiam ſine lytro dimiſſi. Ea victoria omnem Sileſiam Wallenſteinio aperuit: Gorlicium & Golberga & vi expugnata, Lignitium, Glogovia, Landsberga, Francofurtum, aliaque ad Oderam loca deditione cepit. Jamque Pomeraniæ & Megapoli imminebat, cum contrariè Suecorum ad Danubium fortunâ, an quod hiberna in hoſtili ſolo capere nolebat, inde in Bohemiam revocatur. Holca interim in Miſniam præmiſſus inter cætera Lipſiam ſubito adventu oppreſſerat, ubi haud multo poſt peſte extinctus vitæ finem. 1633

At in Germania ſuperiori mirabili luſu alternans fortuna vices partium variabat; tres ibi exercitus erant, Hornii, Vinarienſis, & Rheingravii: Vinarienſis Bavariam infeſtans Bavarum ad defendenda ſua ex Suevia revocabat. Hornius primo quidem ab Aldringerio trans Danubium rejectus, dein viribus majoribus revertens, Conſtantiam ad lacum Bodamicum fruſtra obſedit; Rheingravius per Alſatiam victor, cæſo Montecuculo Briſacenſis præſidii Præfecto, ad obſidendam eam urbem omnes vires convertit. Ea res excivit ab Italia cum copiis Hiſpanicis Ducem Ferianum Mediolani Præfectum, qui adulta jam æſtate per Alpes Helveticas exercitum traducens, & Aldringerio dein junctus, duas urbes pene ad ultimum diſcrimen adductas in tempore liberavit; fudiſſetque hoſtem haud dubie, ſi Aldringerium in certæ victoriæ ſocietatem pertrahere potuiſſet. Sed illum nunquam alias pavidum aut pericula detractantem prohibitio Wallenſteinii deterrebat

Res ſuperioris Germaniæ

1633 bat, mortem interminantis, ſi injuſſo ſuo in hoſtem pugnaſſet. Ita Feria ſolus tot hoſtibus impar exercitum ſuum in hiberna per Bavariam diſpoſuit, neque multo poſt ſub anni finem mœrore ac tædio rerum male procedentium vita exceſſit. Meliore fortuna Chriſtianus Comes Palatinus Heidelbergâ recuperat, & Smidbergicus Suedicus Tribunus cum valida manu, continuata in hyemem obſidione, Philippiburgum, munitiſſimum caſtellũ fame & aliorum, neceſſariorum penuria ad deditionem compellit, anni inſequentis initio: quod deinde magna auri ſumma Sueci Gallis haud multo poſt vendidêre. Sed Bernardus Dux Vinarienſis, cum aliquamdiu copias cum Hornio conjunxiſſet, relicto tandẽ eo, in Alſatia contra Feriam & Aldringerium raptim Donaverdam duxit, atque ibi aliquot millibus aucto exercitu, quos generalis vigiliarum Præfectus Kagius ex Weſtphalia adduxerat, Neoburgum ac dein Aichſtadium occupat. Neque diu moratus,

Ratiſpona capta à Vinarienſi.

parte exercitus apud Neoburgum trans Danubium dimiſſa, cis atque ultra fluviũ, quaſi Ingolſtadiũ petiturus, iter fecit: ſed repente id præter greſſus Kelhemium vi, Neoſtadium deditione expugnat. Inde Ratiſponam ſummis viribus aggreditur, & poſt paucorũ dierũ oppugnationẽ, nullis in propinquo auxiliis, urbe potitur. Ratiſponã multa alia minora oppida ſecuta ſunt, maxime trans Danubium in ſu-

Ioan. à Werda.

periore Palatinatu: nam Bavaricum latus Joannes à Werda, ex ignobili & gregario milite per bellicorum facinorum claritatem ſummos ordines ac nobilitatem adeptus, tuebatur adeoque paucorum equitum, quibus præerat, præſidio, exultantem victoria hoſtem intra Iſaræ fluminis ripam multi-

Hamelia obſeſſa.

plici clade caſtigatum coercuit. Dum hæc in Bavaria ſub anni finem geruntur, res Suecorum apud Viſurgim novis fortuna incrementis ſtabilivit. Obſidebat Hameliam Dux Lunæburgicus, Georgius cum Suedicis auxiliis; ductore Dodone Cniphuſio: ei liberandæ Elector Colonienſis, Moguntinus, cæterique exules Coloniæ Princi-

pes non contemnendi roboris exercitum inſtru- 1633
xerant, duce Merodio Comite acri ſtrenuoque:
his Bunninghauſius Gronsfeldiuſque copias ſuas *Clades*
junxerant, contractis, quicquid ubique mili- *Caſareo-*
tum ex vicinis præſidiis poterant. Ita non majori *rum.*
fiducia, quam apparatu in hoſtem progreſſi, apud Allendorpium pagum haud procul Hammeliâ, commiſſo prælio, memorabili clade profligantur. Cecidere ex illuſtrioribus Dux ipſe Merodius, dein Quadius & Dincladius Tribuni; reliquorum fere quinque millia: hoſtes non ultra ducentos ſuorum deſideravere; capta tormenta majora quindecim, ſigna militaria ſeptuaginta, æriſque caſtrenſis & omnis bellici inſtrumenti magna vis. Hamelia præmium victoriæ fuit, nam eò regreſſus ſtatim à prælio Lunæburgicus, cum Præfecto eorum, quæ geſta erant, fidem feciſſet, nulla amplius liberandi ſpe, urbs honeſtis conditionibus deditur. Idem dein fatum Oſnabrugam manſit, quæ menſe Octobri à Cniphuſio ad deditionem compulſa, præſidium Suedicum accepit.

Sub idem tempus Rex Galliæ Ludovicus jam *Rex Galli-*
diu bello Germanico intentus, ſimul ut Ducem *ca & Bel-*
Lotharingiæ à Cæſaris partibus abſtraheret, in- *gica.*
ſuper ut fratrem Ducem Aurelianenſem matrimonio, quod ille ſe inconſulto cum Maria Lotharingi ſorore injerat depelleret, Lotharingiam cum valido exercitu invadit, multa ejus oppida & inter cætera, Nanceium poſt longam obſidionem deditione capit. Ducem vero Lotharingiæ hoſtem, & matrimonium fratris invalidum à ſummo Pariſienſi conſilio pronunciari curat, ex lege regni, quæ prohibet, Principes regios ſine ſummi conſilii conſenſu uxores accipere, natoſque ex ejuſmodi matrimonio à regni ſucceſſione reiicit. In Belgio Hollandi Rhenibercam, nondum exacto, poſtquam obſidere inceperant, menſe, deditione capiunt. Hiſpani Inſulam S. Stephani haud procul Trajecto invadunt muniuntque. Fine anni

deceſſit, longæva Belgii Gubernatrix Iſabella Clara Eugenia, anno ætatis octavo & ſexageſimo: filia fuit Philippi Hiſpaniarum Regis, & ſuo finem ſuperioris ſæculi paulo ante mortem patris, Alberto Archiduci Auſtriæ cum dote Provinciarum Belgii & Burgundiæ in matrimonium data; quo per ſterilitatem exacto, Provinciæ rurſum vi pacti dotalitii ad Domum Hiſpanicam rediere. Cæterum ad ſenium Iſabellæ ſublevandum jam ante Rex Philippus IV. fratrem Ferdinandum Cardinalem deſtinaverat; qui Barcinone ſubſiſtens de morte magnæ amitæ nuncium accepit. Ita iter ipſius anno inſequenti per Germaniam cum exercitu feſtinatum, lapſas ibidem res Auſtriacas turbataſque, mira Dei providentia opportuno auxilio erexit. Valli ſoleti in Junio cum fama & opinione ſanctitatis exſpiravit Maria de Eſcobar.

HISTO

HISTORIÆ
ADOLPHI BRACHELII
Partis Prioris
INDEX.

A.

ABbas Hirſfeldenſis *nominatur Archidux Leopoldus VVilhemus.* 139

Adamus Comes Herberſtorphius *Gubernator Lintzii,* 114. 123.

Addua flumen. 131

Adolphus Dux Holſatiæ, *126. 230. Primus uxoratus* Archiepiſcopus Bremenſis. 156. *Occumbit in pugna Lipſienſi.* 242

Achatius VVillinger, *Dux Ruſticorum rebellantium in Auſtria.* 122. 125

Albertus VVallenſteinius, *43. Dux Cæſareanus mittitur cum copiis contra Regem Daniæ, 101. cædit Manſfeldium 116. tendit in Hungariam, 117. fit Dux Meckelenburgii, 145. redditur inviſus Principibus Germaniæ 199. exauctoratur, 199. reaſſumitur 354. confligit cum Rege Sueciæ ad Lutzam, 267. cædit Saxonicos.* 277

Albertus Perclavius *tradit Suecis arcem Mariæburgenſem in Pruſſia.* 128

Albertus & Adolphus Fridericus Duces Mecklenburgici *deſtituti à Cæſare.* 146

Albertus Sckeel, *Danici maris Architalaſſus.* 148

Albertus Coſacovius. 149

Alexander Ludoviſius *fit Pontifex accepto nomine Gregorii XV.* 53

R Alex-

Alexander Leslæus *invadit Rugiam Inſulam nomine Regis Sueciæ.* 205
Aldringerius *Generalis Cæſareus.* 216
Alexander Leſſelius *Anglus ſubſidiarius Moſcorum.* 273
Ambroſius Spinola *è Belgio tendit in Palatinatum.* 24. *capit Iuliacum,* 51. *obſidet & capit Bredam* 90. *intendit in Rheni divertigium.* 132. *abit in Hiſpaniam* 144. *inſpicit obſidionem Rupellenſem,* 151. *fit Gubernator Mediolanenſis,* 184. *moritur in caſtris ante Caſalium.* 197
Amurathes *fit Turcarum Imperator.* 70. 83
Angli *Luſitaniam tentant irrito conatu.* 96
Anna Catharina Conſtantia filia *Sigiſmundi* Regis Poloniæ. 252
Andernacum *à Baudiſio oppugnatum.* 271
Apelmannus *Præfectus navium Polonicarum.* 145
Arnheimius *Generalis Cæſareus, mittitur ſubſidio Polonis contra Suecos.* 181. *Dux Saxonicus.*
Arminianorum *motus in Belgio.*
Auguſta *urbs reformatur ab Epiſcopo.* 186
Auguſtus *Electoris Saxoniæ filius nominatur* Archiepiſcopus Magdeburgenſis. 178
Axelius Oxenſtirna *Cancellarius Suecicus.* 274. *pangit fœdus Heilbronnæ cum aliquot Principibus Germaniæ.* 276

B.

Balthaſar Marradius *Generalis Cæſareus,* 33. *expugnat Tabor in Bohemiâ.* 49
Barnefelt *Advocatus Hollandiæ capite mulctatur.* 2
Balderonius *Præfectus præſidii Curienſis.* 83
Barbara Sophia Electoris Brandeburgici filia, *& uxor Joannis Friderici Ducis VVirtenbergici.* 153
Belgica. 21.50.84.90.253.263
Bernardus Dux Vinarienſis, 266.275. *invadit Ratiſponam.* 278
Bohemica. 5.8.17.66.14

Bogis

Bogislaus Michalovitius capite plectitur. 40
Boguslaus Dux Pomeraniæ. 136
Bona Eccleſiaſtica Catholicis ablata poſt Tranſactionem Paſſavienſem repetuntur. 125
Breda *per deditionem capta à Spinola.* 95
Brodnicia *urbs Pruſſiæ.* 181
Bucquingamius *Marchio cum Carolo Principe VValliæ abiit in Hiſpaniam* 80. *ſuccurrit Rupellæ fruſtra* 143. *interficitur à Sicario, qui mortem contemnit.* 152

C.

C*Arolus Longevallius* Comes Bucquoy *mittitur contra Bohemos.* 9. *vulneratur* 28. *cadit ante Neoſolium.* 42
Carolus Fridericus Princeps Munſterbergenſis. 33
Carolus Chodkicvicius *Dux militiæ Polonicæ* 38. *mori-* [illegible] 52
Carolus Caraffa *Legatus Pontificis ad Cæſarem.* 41
Carolus Princeps VValliæ *affectat matrimonium Infantis Hiſpanicæ,* 80. *ſuccedit parenti in regno,* 94. *ducit Henricam Mariam ſororem Regis Galliæ* 94. *ſed amicitia inter Reges affines non diuturna.* 132. *fruſtra nititur ſuccurrere Rupellæ.* 151
Carolus Archidux Auſtriæ *frater Ferdinandi II. Cæſaris moritur.* 92
Carolus Ferdinandus filius Regis Sigiſmundi fit Epiſcopus Vratiſlavienſis. 93
Carolus Princeps Lichtenſteinius *moritur.* 143
Carolus Morganius *tribunus Anglicanus.* 145
Carolus Dux Nivernenſis *hæres Ducatus Mantuani.* 197
Carolus Dux Sudermanniæ, *amoto fratris filio Sigiſmundo, regnum Sueciæ ad ſe transfert.* 149. 191
Carolus Brulardus *Legatus Gallicus ad compoſitionem belli Mantuani.* 198
Caroli Auriæ *Magnatis Hiſpanici liberalitas.* 202
Carolus Guldenheimius *maris Suedici Architalaſſus.* 204

Cantimirius *Murza Dux Tartarorum Præcopenſium ex Taurica Cherſoneſo* 87. 184
Caſale *obſidetur.* 150
Caſus tragicus. 250
Caſparus Guilielmus Mitſchevallius *Tribunus Suecicus capite plectitur.* 266
Camenecia *arx Podoliæ validiſſima contra irruptiones Tartarorum & Turcarum.* 273
Campodunum *vi captum à Bavaricis* 275
Caſparus Bamberger *Præfectus Udenheimii* 275
Chudcovulſius *Nobilis Bohemus captus à VVallenſteinio ad Deſſaviam.* 117
Chriſtianus Frieſe *Regis Daniæ Conſiliarius.* 147
Chriſtianus Guilielmus Marchio Brand. & Adminiſtrator Magdeburgenſis *178. quærit opē Regis Sueciæ 112. revertitur Magdeburgum, 213. ſaucius capitur in expugnatione Magdeburg. 232. convertitur ad fidem Catholicam.*
Chriſtianus Comes Palatinus *in exercitu Regis Suec. 266. infeſtat Bavariam. 271. capit Heidelbergam, 278.*
Chriſtianus Dux Anhaltinus *proſcribitur.* 39
Chriſtophorus Harandus *Bohemus capite plexus.* 40
Chriſtophorus Radtzivilius *53. offendit Regem Poloniæ, 86. ducit contra Moſcos.* 27
Chriſtianus Dux Brunſuicenſis *& Epiſcopus Halberſtad. educit exercitum contra Cæſarem, 48. dominatur in VVeſtphalia, 61. cæditur apud Hœchſtam, 62. amittit brachium apud Floreacum, 64. cæditur prope Stadloum, 79. moritur.* 119
Chriſtianus IV. Rex Daniæ *movet bellum Cæſari 97. eligitur in Ducem Circuli Saxoniæ inferioris, 97. ſcribit Cæſari, 97. & Tillio, 98. lapſus ejus ominoſus, 100. cæditur apud Lutheram à Tillio, 121. profligatur è tota Germania* 13
Claudia Ferdinandi Hetruriæ Ducis filia *nubit Leopoldo Archiduci.* 130

Con-

Conventus Electorum *Mulhuſii*, 23. 137. *Proteſtantum Lipſiæ*. 180. *Francofurti*. 244
Cometa. 12
Conſalvus *Ferdinandus Corduba Generalis Hiſpanicus obſidet Franckenthal*, 47. *Gubernator Mediolanenſis invadit Montisſerratum*. 150
Comitia Imperialia, 67. 198. Hungarica, 103. Polonica, 85. 129. 181. 251.
Corona S. Stephani, *qua Reges Hungariæ coronantur, in quanto honore habeatur*. 108
Cocomhaſia *arx capta à Rege Sueciæ*. 110
Coſacci *qui qualeſque* 110. *coërcentur à* Conjecpolſio. 111.
Coppenhaga *Regia Daniæ*. 147
Coſacci *ſeditioſi*. 218
Conſtantia Regina Poloniæ *moritur*. 252
Comes Merodius *caditur apud Hameliam*. 279
Cemphanienſis *Abbatia*. 124
Campena *capitur à Cæſareis*. 145

D.

Danicum *bellum*. 97. *ejus Regis copiæ*, 115. *ejus pax tentatur*. 115. *fit* 181. *Cæſaris ad Regem literæ & ejus ad Tillium*. 97. 98
Dantiſcum *granarium Europæ*. 125
Derpatum *captum à Rege Sueciæ* 110
Dieterichſteinius *Cardinalis*. 33
Digbius Legatus Anglicanus. 44
Dies *victoriæ* ominoſi. 31. 122
Dietolphus *Rantzovius*. 174
Diſcordia Polonorum & Cæſareanorum. 182
Dido Kniphuſius *captus à VVallenſteinio ad Deſſaviam*, 117. *cadit Cæſareos ad Hameliam*. 271
Druenca *fluvius*. 189
Dux de Feria *Gubernator Mediolanenſis in Germaniam cum exercitu movet, & moritur*. 277

I N D E X.

EDictum *reſtitutionis bonorum Eccleſiaſticorum urgetur.* 138. *publicatur,* 185. *ejuſdem executio.* 186

Electoratus Palatinus *transfertur in Ducem Bavariæ,* 71. *ejus translationis cauſa, ritus & cæremoniæ.* 75

Eliſabetha Regina Angliæ, 93. *alia filia Iacobi VI. Regis Angliæ, & uxor Friderici Comitis Palatini.* 93

Eleonara *Imperatrix coronatur Regina Bohemiæ,* 139. *& Imperatrix.* 140

Embda *caput Friſiæ recipit præſidium Hollandicum,* 88o.

Erneſtus Comes Mansfeldius *pro Bohemis militans Pilſam expugnat.* 9. *cæditur.* 14. *ſolus pro Palatino Bohemiam tuetur.* 38. *proſcribitur à Cæſare.* 39. *eludit Tillium* 46. *eidem aliquam cladem infligit.* 59. *cæditur à Corduba ad Floreacum.* 63. *revertitur ex Anglia ad bellum Danicum.* 101. *cæditur apud Deſſaviam à VVallenſteinio.* 116. *profugit in Hungariam & moritur.* 118

Erneſtus ab Harrach *fit Archiepiſcopus Pragenſis,* 78. *& Cardinalis.* 113

Erneſtus Caſimirus Naſſovius. 80

Eremita Architalaſſus *Hollandicus.* 96

Eſterhaſius *creatur Palatinus Hungariæ.* 106

F.

FErdinandus II. *fit Rex Bohemiæ & Hungariæ* 5. *obſidetur Viennæ à Turriano* 13. *fit Imperator Francofurti* 16. *reformat Bohemiam* 66. 91. 114. *Ducem Bavariæ creat Electorem* 75. *dividit Provincias hæreditarias cum fratribus* 88. *ſtatum religionis in Germania conatur revocare ad formulam tranſactionis Paſſavienſis.* 139. *offendit Proteſtantes.* 139. *ducit Eleonoram Mantuanam* 58. *aggreditur reformationem in Imperio & ditionibus hæreditariis* 154. *con-*

Incipit edictum reſtitutionis 157. *revocat Proteſtantes à fœdere Lipſienſi.* 237
Ferdinandus III. *filius* II. *fit Rex Hungariæ* 102. *ritus ejus inaugurationis,* 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. *coronatur Rex Bohemiæ.* 140. *ducit Mariam ſororem Regis Hiſpaniæ.* 218
Ferdinandus IV. *Rex Bohemiæ*
Ferdinandus Gironius *Anglos à Luſitania arcet.* 96
Ferdinandus Magnus Hetruriæ Dux *levat è baptiſmo* Ferdinandum Carolum *filium Leopoldi Archiducis* 179.
Ferdinandus de Capua. 212
Ferdinandus Caraffa *cadit ad Norinbergam.* 261
Femera *Inſula.* 147
Fernabucum *ab Hollandis captum.* 217
Fedor Androvicius *Legatus Ducis Moſcorum ad Regem Sueciæ.* 219
S. Franciſcus Xaverius *refertur in numerum ſanctorum.* 71
Franciſcus Cardinalis Barberinus. 130
Franciſcus Carolus Dux Lavenburgicus *colligit copias pro Rege Sueciæ* 215. *capitur.* 216
Franciſcus Ludovicus Peruſius *Gubernator Gripſvvaldiæ.* 221
Francofurtum *ad Oderam vi expugnatur à Rege Sueciæ.* 221
Fridericus Elector Palatinus *eligitur in Regem Bohemiæ,* 17. 27. *caditur apud Pragam* 28. *ejus fuga.* 32. *proſcribitur à Cæſare* 39. *pro eo intercedunt Reges Daniæ & Angliæ* 44. *revertitur Heidelbergam* 58. *iterum diſcedit in Hollandiam* 63. *tractat cum Cæſare,* 136. *redit Francofurtum ad Regem Sueciæ* 255. *moritur Moguntiæ.* 270
Fridericus Baro Tieffenbachius *capite plectitur.* 40
Fridericus Dux Altenburgicus *captus à Tillio.* 79. 101
Fridericus Toletanus *occupat portum omnium Sanctorum in Braſilia.* 96
Fulmen ominoſum *Regi Daniæ.* 147
G. Ga-

G.

GAbriel Bethlenius *Princeps Tranſylvaniæ Hungariam bello petit*, 18. 35. 58. *ejus origo & natales* 34. *matrimonium*. 103. *mors*. 190

Gabriel de Roy *Legatus Hiſpanicus in Poloniam*. 144

Gabriel Oxenſtirna *Legatus ad pacificationem Danicam à Rege Succiæ*. 148

Caſto Barbonius *Dux Aurelianenſis Ludovici XIII. Reg. Gall. frater fugit in Belgium*, 255. *capitur à Rege*. 263

Geörgius Comes de Goldentoe *proſcribitur à Cæſare*. 39.

Georgius Fridericus Marchio Durlacenſis *cæditur à Tillio*. 60

Georgius Buchananus *Præceptor Iacobi VI. Regis Angliæ* 93.

Georgius Dux Luneburgicus *ad partes Cæſaris acceſſit* 122. *ducit partem exercitus Suecici*. 275

Georgius Fridericus à Greiffenclau fit Elector Moguntinenſis. 130

Georgius Cornarus *Ducis Venetorum filius Venetiis proſcriptus*. 180

Georgius Ragotſius *fit Princeps Tranſylvaniæ*. 190

Gerardus Dinoffius *tribunus Polonicus ſtrenuè defendit Thorunium*. 181

Gluckſtadium *à Cæſarianis fruſtra tentatum*. 145

Genuenſis conſpiratio 223. *ejus Author*. 180

Godefridus Comes Pappenheimius *in pugna Pragenſi ſaucius*, 31. *opprimit ruſticos in Auſtria rebellantes*. 124. *diſſipat copias Suedicas*, 224. *Trajectum ad Moſam fruſtra conatur liberare* 263. *occumbit in prælio ad Lutzam*. 268

Godefridus Comes Gehlenius *congreditur cum Centurione Britannico*, 45. *Hœchſtam recuperat*. 62

Gottinga *capta à Tillio*. 120

Grolla *urbs capta ab Hollandis*. 144

Grego-

Gregorius XV. *fit Pontifex.* 53. *moritur.* 84
Guſtavus Adolphus Rex Sueciæ *ducit Mariam Eleonoram Brandenburgicam,* 37. *Livoniam bello petit & capit Rigam* 53. *ſubigit totam Livoniam* 110. *invadit Pruſſiam,* 125. *& varias ibi urbes occupat,* 128, 129. *vulneratur admunimentum Mariaburgenſe,* 141 *captus à Polonis, ſed non agnitus elabitur.* 182. *ſcribit Electoribus Imperii,* 193. *navigat cum claſſe in Germaniam* 204. *ejus vox cum exſcenderet,* 205. *invadit Pomeraniam,* 205. 206. 207. *accipit literas à Cæſare & Electoribus,* 210. *mittit Legatos ad Principes Proteſtantes* 22. *Item parificationem Danicam.* 148. *iraſcitur Electori Brandenburgico* 234. *placatur,* 135. *profligat Tillium apud Lipſiam,* 241. *ejus progreſſus poſt hanc victoriam,* 243. *trajicit Rhenum & capit Moguntiam,* 244. *perſequitur Tillium eumque cædit apud Lycum fluvium in finibus Bavariæ* 257. *ejus progreſſus in Bavaria, & periculum apud Ingolſtadium,* 259. *obſidetur à VVallenſteinio apud Norimbergam* 260. *invadit ibi caſtra Cæſareorum,* 261. *confligit cum VVallenſteinio ad Lûtzam & occumbit.* 267
Guſtavus Hornius *Generalis Suecicus cæditur à Tillio apud Bambergam* 256. *Alſatiam ſubigit.* 271
Guilielmus Dux Vinarienſis *captus à Tillio.* 79
Guilielmus Baudiſius *Regi Daniæ militans profligatur è Sileſia à VVallenſteinio,* 135. *capitur à Polonis,* 149. *expugnat minimentum. Tuitienſe.* 271

H.

HAlberſtadienſis *Epiſcopatus defertur Archiduci Leopoldo.* 139
Hammelia *capitur.* 279
Hannibal Schauenburgicus. 211
Hanſeaticæ civitates *fœdere obſtrictæ ſunt vicinis Regibus.* 146
Henricus Comes Tampierius *mittitur contra Bohemos*

mos 9. cadit apud Poſonium. 35
Henricus Dux Condæus *è Gallica captivitate liberatus militat Regi.* 36
Henricus Comes Bergenſis. 51.132.191
Henricus Stuartus *& Maria Reges* Scotiæ. 93
Henricus Fridericus Princeps Orangius *ſufficitur Mauritio fratri in præfectura militari Belgii confœderati.* 95. *capit Sylvam ducis.* 191
Henricus Firleius *Archiepiſcopus Gneſnenſis.* 129
Henricus à Stralendorff *Vicecancellarius Imperialis.* 137.
Henricus Bantzovius. 148
Henricus Dinoff *Secretarius Regis Poloniæ.* 149
Henricus Iulius Dux Lavenburgicus. 183
Henricus Cnormgius *Epiſcopus Auguſtanus.* 186
Henricus Holcka *Dux Cæſareus* 265. *moritur.* 277
Heidelberga *capitur à Tillio* 65. *à Chriſtiano Comite Palatino.* 279
Horatius Veberius Anglus Chiliarcha Palatini. 40. *cogitur ad dedendum Manheimium.* 65
Hungarica. 18.41.78.102.104
Hugo Grotius. 22

I.

I*Acobus* Comes ab Anholt *fundit Brunſuicenſem.* 49.
Iacobus Rex Angliæ *fruſtrà intercedit apud Cæſarem pro Palatino* 44. *tentat affinitatem Hiſpanicam* 86. *Regem Hiſpaniæ hoſtem denuntiat* 89. *moritur.* 93
Janitſchari *milites Turcarum Prætoriani interficiunt Oſmannem Imperatorem.* 68. 69
Jaroslavia *emporium Poloniæ conflagrat.* 110
Iacobus Soſnovius *Quæſtor Regis Poloniæ.* 128
Iacobus Ulefeldius *Regni Daniæ Senator.* 147
Iacobus Hamiltonius *Marchio adfert copias ſubſidiarias Regi Sueciæ.*

S. Ignatius *refertur in numerum ſanctorum.* 70

Ignatius Abbas Liliorum *legatus à Cæſare miſſus ad ruſticos in Auſtria rebellantes.* 124

Induciæ Sueco-Polonicæ. 183

Ioannes Georgius Elector Saxoniæ 26. *offenditur reformatione Bohemiæ* 67. *item edicto Eccleſiaſtico.* 187. *conjungit arma cum Rege Sueciæ* 239. *capit Pragam.* 251. *tractat de pace cum VVallenſteinio.* 276

Ioannes Georgius Marchio Jegerndorffius. 39

Ioannes Suickardus Elector Moguntinus 39. *moritur.* 130.

Ioannes Jeſſenius *ob rebellionem Bohemicam capite plectitur.* 40

Ioannes Iacobus Baur Chiliarcha. 45

Ioannes Tſerclaes Comes de Tilly *caſtris ligæ Catholicæ præficitur* 29. *tendit contra Mansfeldium.* 46. *cædit Durlacenſem* 60. *capit Heidelbergam* 65. *fit Comes* 7. *cædit Brunſuicenſem.* 79. *profligat Danum.* 21. *vulneratur* 145. *ſuccedit in locum VVallenſteinii.* 200. *progreditur contra Suecum* 221. *oppugnat & capit Magdeburgum.* 229. *Lipſiam.* 239. *cæditur ad Lipſiam.* 241. *ejus fama vindicatur.* 242. *cæditur ad Lycum, & graviter ſaucius moritur Ingolſtadii.* 258

Ioannes Caſimirus Comes de Levenſtein *ſub mergitur in Mæno.* 62

Ioannes Comes ab Hohenzolleren *Præfectus aulæ Bavaricæ.* 76

Ioannes Albertus filius Sigiſmundi Regis Poloniæ Epiſcopus Varmienſis. 85

Ioannes Vlricus Dux Cromavii, *Princeps Eggenbergicus.* 89.

Ioannes Baptiſta Baro de VVertenberg. 89

Ioannes Erneſtus Dux Vinarienſis, 117. *moritur.* 119

Ioannes VVezyck Archiepiſcopus Gneſnenſis. 129

Ioannes Chriſtophorus Baro de Pupa. 147

Ioannes Sparius *Legatus Regis Sueciæ ad pacificationem Danicam.* 148

Ioan-

Ioannes Adler *Salvius Conſiliarius Suecicus.* [illegible]
Ioannes Comes Naſſovius *miſſus Mantuam à Cæſare.* 150.
Ioannes Armandus Cardinalis Richelius. 151. *invadit Sabaudiam.* 196
Ioannes Urangelius *Elbingenſis præſidii Præfectus.* 181
Ioannes Bannier, 204 121. *vulneratur.* 261
Joannes Caſimirus *Regis Poloniæ Sigiſmundi filius.* 252.
Ioannes Baptiſta Chieſa *occumbit ad Norimbergam.* 262.
Ioannes à VVerdt *tuetur Bavariam.* 278
Ioachimus Andreas Comes Schlickius *capite plexus Pragæ.* 40
S. Joachim *feſtum inſtituitur.* 7[illegible]
P. Joſephus Capucinus *Legatus Gallicus ad compoſitionem belli Mantuani.* 198
Juliacum *captum à Spinola.*
S. Iſidorus *Madritanus in numerum ſanctorum refertur.* 71.
Iuſtus Maximilianus Comes Gronsfeldius 119. 120. 147.
Iulius Mazarinus *Legatus ſummi Pontificis.* 197

K.

KYla *oppidum.* 147

L.

LAcus *Larius ſeu* Comenſis. 131
Leopoldus Archidux frater Ferdinandi II. *varia loca in Alſatia recuperat.* 63. *dimiſſis Epiſcopatibus Paſſavienſi & Argentinenſi ducit uxorem* 130. *gignit filium Ferdinandum Carolum* 180. *moritur.* 265
alter frater Ferdinandi III. *fit Epiſcopus Paſſavienſis & Argentinenſis.* 130. *& Archiepiſcopus Magdeburgenſis.* 179

Leo Sapheia *Palatinus Vilnenſis.* 86

Leonardus Dorſtenſonius. 204. *capitur ad Norimbergam.* 262

Lintzium *obſidetur à ruſticis rebellantibus.* 124. 125.

Ludovicus Fidelis Landgravius Haſſiæ *Darmſtadanus.* 39. *capitur à Mansfeldio* 61. *deprecatur pro Palatino* 74. *adjudicatur illi Principatus Marpurgenſis.* 76. *dimittitur ad placandum Saxonem.* 77. *moritur.* 130.

Ludovicus XIII. *Rex Galliæ* 82. *invadit Lotharingiam.* 279.

Ludovicus Comes Fürſtenbergius 115. *profligat Danos ad Calenbergam* 120. *moritur.* 143

M.

Matthias Cæſar 4. 10. *moritur.* 12

Matthias Galaſſius *Generalis Cæſareus Mantuam intercipit.* 197. *pervadit Saxoniam.* 266

Matthias Hoë *concionator Saxonicus.* 224

Magdeburgi *obſidio & excidium.* 188. & 229. *controverſia ſuper hoc epiſcopatu.* 178. *primus ejus Vxoratus Archiepiſcopus.* 156

Magdalena *uxor Coſmi Ducis Hetruriæ*, & ſoror Ferdinandi II. *Cæſaris moritur.* 252

Mapphæus Barberinus *vide* Urbanus VIII.

Marcus Antonius de Dominis Archiepiſcopus Spalatenſis *apoſtata revertitur Romam, moritur & cadaver comburitur.* 91

Maria Franciſci Ducis Mantuani filia, *nubit Carolo Nivernenſi.* 149

Maria Philippi IV. *Regis Hiſpaniæ* ſoror *nubit Ferdinando III. Cæſari.* 218

Mantua *capta à Cæſareanis.* 197. *bellum* Mantuanum, 149. 184. *pax.* 198

Mauritius *Princeps* Orangius 51. *per inſidias tentat Antverpiam,* 90. *amiſſa Breda moritur.* 94

Mauritius *Elector* Saxoniæ. 75
Mauritius Landgravius Haſſiæ *tradit regimen Provinciæ filio VVilhelmo.* 119. *moritur.* 270
Maximilianus Dux Bavariæ *caput Ligæ Principum Catholicorum.* 4. *movet in Bohemos.* 25. *fit Elector.* 74. 75. 76.
Maximilianus Comes de Lichtenſtein. 33. *punit authores turbarum Bohemicarum.* 40
Maximilianus Dux Mediolanenſium. 131
Maximilianus Teuffel *Chiliarcha Suecicus occumbit ad Lipſiam.* 242
Mecha *urbs Arabiæ peregrinatione Turcarum & ſepulchro Mahometis celebris.* 68
Memminga *urbs Sueviæ capta à Bavaricis.* 275
Michaël Piecarſchi *ſicarius necem intentat Regi Poloniæ Sigiſmundo.* 371
Michael Sehinus *Dux militum Moſcorum.* 272
Mortes variorum : Annæ Auſtriacæ, Maximiliani Archiducis 12. *Alberti Archiducis Auſtriæ* 53. *Caroli Alberti Ducis Sabaudiæ* 71. *Caroli Philippi fratris Regis Sueciæ* 71. *Ioannis Godefridi Epiſcopi Herbipolenſis.* 73. *Lotharii Electoris Trevirenſis* 82. *Antonii Priuli Ducis Venetorum.* 83. *Franciſci Contareni Ducis Venetorum* 83. *Philippi Iulii Ducis Pomeraniæ* III. *Ioachimi Sigiſmundi Marchionis Brandeburgici* III. *Ioachimi Erneſti Onolsbachiani* III. *Cardinalis Hohenzollerani* III. 118. *Ioannis Friderici Ducis VVirtenbergici* 153. *Caroli Emanuelis Ducis Sabaudiæ:* 197. *Melchioris Cleſelii Epiſcopi & Cardinalis Viennenſis* 218. *Comitum Anholdi & Calaltonii Cæſareorum Generalium*, 218. *Euſtachii Volovicii Epiſcopi* Cracovienſis. 219. *Martini Hiovii Epiſcopi Vilnenſis* 219. *Caroli fratris Regis Hiſpaniæ* 265. *Franciſci Ducis Lotharingiæ,* 270. *Iſabellæ Claræ Eugeniæ, Belgii Gubernatricis.* 280
Momorantius *Dux capitis damnatus.* 263
Moſcovitæ *obſident Smolenſcum.* 272
Munda *urbs à Tillio vi expugnata.* 119

N. Nan-

N.

NAnceium *captum à Gallis.* 179
Nienburgum *à Tillio fruſtrà obſidetur.* 120. *ab Anholdio capitur.* 136
Nienhovius *Tribunus Mansfeldio miſſus ab Hollandis caditur ad Deſſaviam.* 117
S. Norberti *reliquiæ Magdeburgo Pragam transferuntur per Queſtenbergium.* 133. 134
Northemium *captum à* Comite *Furſtenbergio.* 136

O.

OBertrautius *tribunus Danicus* 40. *occumbit.* 101.
Octavus Picolomineus *Dux Amalphitanus.* 269
Opilio Ogerſheimienſis. 47
Oſmannes *Imperator Turcarum educit exercituum in Polonos* 52. *interficitur à Ianitſcharis.* 68. 96
Otto Trucſeſius *Epiſcopus & Cardinalis Auguſtanus.* 186.
Otto Fridericus de Schoenenberg *occumbit apud Lipſiam.* 241.

P.

PAulus V. *Pontifex moritur.* 53
Paulus Piaſecius *fit Epiſcopus Camenecenſis.* 144.
Pax Paſſavica. *ejuſque capita.* 154. *etiam violata.* 157.
Pechmannus *Chiliarcha VVallenſteinii.* 117. 135
Pet. Paſmannus *Cardinalis & Archiepiſcopus Strigonienſis.* 104
Petrus Comes Fontanus *Gubernator Mediolanenſis.* 131.
Petrus Heinius ſocietatis Indo-Hollandicæ Architalaſſus

capit classem Hiſpanicam Indico auro onuſtam. 144
S. Philippus Nerius *in numerum ſanctorum refertur.* 70.
Philippus III. *Rex Hiſpaniarum.* 53
Philippus C*hriſtophorus à Soteren fit* Elector Trevirenſis. 83. *tranſit ad Gallos.* 261
Philippus Landgravius Haſſiæ *filius Mauritii cadit in pugna ad Lutheram.* 121
Philippus Comes *Mansfeldius.* 183
Pilſa *capta à Mansfeldio.* 9
Pilavia, *ejuſque deſcriptio.* 128
Pluretum *oppidum Rhetiæ caſu montis obruitur.* 11
Poloni *Rege vivente non eligunt ſucceſſorem.* 129
Propugnaculum Pfaffenmütz *in inſula Rheni.* 36
Prodigia. 8.194.233.236
Prædicantes jubentur Auſtriâ excedere. 114
Pruſſiæ *deſcriptio & diviſio in Ducalem & Regiam.* 217.
Pugna ad Pragam. 28.29.30. *ad Deſſaviam* 116. *ad Lutheram* 121. *ad Lipſiam.* 241. *ad Lutzam.* 266.

R.

R*Eginaldus* Zenus *Eques S. Marci Venetiis interficitur.* 108
Regnum Sueciæ *aufertur Sigiſmundo Regi Poloniæ & defertur* C*arolo patruo ejus.* 264
Rhetorum *tumultus* 83.92. *Pax.* 230
Rheinhardus Comes Solmenſis. 110
Rheinhardus VValmerodius. 147
Robertus C*ard.* Bellarminus *moritur* 53. *ejus elogium.* 54.
Roſtochium *occupatum à VVallenſteinio.* 146
Rodericus Calderonius *exemplum fortunæ.* 54.55.
Rudolphus Tieffenbachius. 33
Rudolphus Binthoffius *occumbit in pugna Lipſienſi* 242.

Rudol-

Rudolphus Maximilianus Dux Lavenburgicus. 257
Rumoldus Hogerbetius. 22
Rupella *urbs Galliæ obſeſſa à Rege* 51. *receptaculum Hugonottarum* 144. *capta.* 150
Ruſtici *in Auſtria* rebellantes. 123. 124. 125
Rugia *Inſula capta à Rege Daniæ.* 147

S.

SAvellius *Dux Cæſareorum* 220. 221
Schvvartzenburgicus Comes *obſidetur à Bethlenio* 78.
Schlickius Comes *Legatus VVallenſteinii.* 135
Sedinum *Regi Sueciæ deditur.* 206
Sigiſmundus Rex Poloniæ *cæditur à Turcis.* 37
Sauciatur à ſicario 37. *apparat claſſem contra Suecos* 144 *ejus liberi* 252. *moritur.* 264
Simon Prozorovius *Dux militum Moſcorum.* 272
Societas mercatoria *ab Hollandis conſtituta.* 50
Stanislaus Zolkiovius *Generalis Polonicæ militiæ cæditur à Turcis.* 37
Stanislaus Turſo *Hungarus.* 42
Stanislaus Libomiercius *Generalis militiæ Polonicæ.* 52.
Stanislaus Gonjecpolſius *cædit Tartaros* 87. *domat Coſaccos* 111. *tendit in Pruſſiam contra Suecos.* 129. 140. *profligat Turcas & Tartaros.* 273
Stanislaus Saphiea *funditur à Rege Sueciæ.* 110
Stanislaus Macovius. 144
Stanislaus VVeyvvodius *Gubernator Smolenſci defendit illud contra Moſcos.* 272
Stadium *capitur à Tillio.* 145
Stralesſunda *oppugnata à VVallenſteinio Regis Sueciæ opem implorat & experitur.* 146
Stephanus Chmielecius *Dux Coſaccorum fundit Tartaros Tauricanos.* 129. 184. *moritur.* 220
Suecicum *bellum.* 191. *ejus claſſis in Germaniam ſolvens.* 204. *V. plura* Guſtavus Adolph. *regnum Sueciæ aufertur Sigiſmundo Regi Poloniæ.* 264

T.

TArtari cæduntur à Polonis.
Tampierius Comes occumbit ante Poſonium. 35
Tabor urbs Bohemiæ capta à Marradio. 49
S. Tereſia in numerum ſanctorum refertur. 71
Terræ-motus in Apulia. 143
Templum S. Mariæ de Victoria conditum Pragæ à Ferdinando II. Cæſare. 153
Thadæus Barberinus. 218
Theodorus Falckenbergius mittitur à Rege Sueciæ Magdeburgum 215. occumbit. 231
Theodorus Othmarus Ervvitius occumbit in pugna Lipſienſi. 24
Thorunia urbs Pruſſiæ à Suecis oppugnatur. 18
Torquatus de Comitibus. 206
Turrianus Comes Bohemus. 6. 13
Turcæ vincuntur à Polonis. 52
Tuitium oppugnatur à Baudiſio à Colonienſibus defenditur. 270

V.

VAllis Tellinæ deſcriptio. 137
Veneta conſpiratio. 11
Veſalia capta ab Hollandis. 191
Veſuvij incendium. 253
Vincentius Dux Mantuæ moritur. 143
Viſmaria occupatur à VVallenſteinio. 146
Victor Amadæus Dux Sabaudiæ ſuccedit Parenti Carolo Emanueli. 197
Vladislaus Princeps Poloniæ, 52. eius itinera. 88. fit Rex Poloniæ 265. coronatur. 272
Vlricus Fridericus Dux Brunſuicenſis ad Cæſaris partes accedit. 122
Unio Principum proteſtantium erecta. 4. diſſoluta. 29
Urbanus VIII. Pontifex Maximus. 85

Vratislaus magnus Prior *Ordinis* Melitenſis *per Bohemiam.* 115
Uſsdomiæ *Inſula deſcriptio, ubi Rex Sueciæ milites expoſuit.* 204. *capta à Danis.* 147

W.

WEnceslaus à Budovvitz *capite plexus.* 40
VVilhelmus Landgravius Haſſiæ. 116
VVolffgangus VVilhelmus Palatinus Neoburgicus *inſtat pro Electoratu.* 74. *ducit funus Ioannis Guilielmi.* 153.
VVolffgangus Comes Mansfeldius *Gubernator Archiepiſcopatus Magdeburgenſis.* 176. 230
VVolfferbytum *captum à Pappenheimio.* 36
VVolgaſtum *captum à Rege Daniæ.* 147

FINIS.

Partis Prioris.

HISTORIÆ
ADOLPHI BRACHELII
SUI TEMPORIS
RERUM BELLO ET
PACE PER IMPERIUM
Romanum, & Europam
geſtarum,

PARS SECUNDA

CONTINUATIVA

Ab Anno 1634. ad Annum
1652.

COLONIÆ

Apud JOANNEM ANTONIUM
KINCHIUM.

SUMMARIUM

Partis Secundæ

LIBER V.

Anno 1634 Conſpiratio Wallenſteinii, ejuſq; & Soc[.] tragicus exitus: ei in præfectura milita- ficitur Ferdinandus III. Ungar. & Boh[.] Is capit Ratiſponam. Res geſtæ Suecorum per maniam ſuperiorem, & Bavariam. Mors Aldrin[.] rii, Geſta per VVeſtphaliam, Haſſiam & Saxon[.] Bellum Moſco-Polonicum, & pax. Suecorum [.] ou des apud Nordlingam. Ferdinandus Cardinalis P[.] c. ceps Hiſpaniarũ Belgii gubernationem orditur. Va[.] he

Anno 1635. Cæſareani varias urbes recuperant, [.] en Pragæ inter Cæſarem & Saxonem concluditur, e[.] articuli, & effectus, variæ urbes Imperiales huic Pa[.] accedunt. Induciæ Suecorum cum Polonis confi[.] ra- matæ ad annos 26. belli Gallici initium contra A[.] Res ſtriacos. Treviris capitur cum Electore. Matri Mo- nium Electoris Bavariæ. Prodigium Medicum. [.] offi- drienſes Præſidiarii intercipiunt munimentum Sc[.] kianum. ſque

Anno 1636. Bannerius invadit Saxoniam; H[.] io. VVeſtphaliam, Galli Burgundiam, Moſellam, [.] ris loca Rheno vicina. Comitia eligendo Romanoru[m] tra Regi celebrantur Ratiſponæ, eligitur Ferdinandus II[I.] & filius Cæſaris: turbæ Leodienſes: res Tranſilvanicæ. Propheta Regiomontanus.

Anno 1637, Ferdinandus II. Cæſar moritu[r] ejus breve encomium. Sueci ex Saxoniâ re[.] ciuntur in Pomeraniam, Erentbreitſthenium [ca-] pitur longa obſidione à Joanne de VVerht, c[æ-] des Ruellii Conſulis Leodienſis, Hollandi recipiu[nt] Bredam. Matrimonium Regis Poloniæ, & ſedi[tio] Coſaccorum compreſſa per Conjecpolſium, bell[um] Tartaricum, Mors Boguslai Ducis Pomeraniæ, G liel

…dgravii Haſſiæ, Caroli Ducis Mantuani Vi… Ducis Sabaudiæ, Petri Paſman Cardinalis & …epiſcopi Strigonienſis.

…1638. Sueci Cæſareanos iterũ ex Pomerania eji… Carolus Ludovicus, & Rupertus Fratres Palatini exercitu inſtructi ſedẽ belli Meppenæ in VVeſt… figere moliuntur. Cæduntur ab Hatzfeldio. Ber… Dux Vinarienſis trajicit Rhenum, ejus cum Cæ… cibus felices conflictus, & obſidio Briſaci, …dem ſub anni finem potitur. Hollandorum apud Calloum. Res Hiſpanicæ contra Gal… …es Polonicæ. Varia. Ludovicus XIV Galliæ …inus naſcitur, aliique.

LIBER VI.

…9. MOrs Bernardi Ducis Vinarienſis: ejus exercitus dicit Sacramentum Regi Galliæ. Res …licanæ ejuſque belli civilis origo. Seditio Cata…a. Sueci iterum invadunt Saxoniam, Miſniam, …emiam. Archidux Leopoldus fit Generaliſſimus. Anno 1640. expellit Suecos ex Bohemia. Co… Ratiſponenſia indicta à Cæſare. Res Hiſpanicæ, …dicæ, Belgicæ. Mors Electoris Brand. Amura… Imp. Turcarum. Terræ motus in Germania.

Anno 1641. Sueci irrumpunt in Germaniam ſuperem, Bannerius ductor eorum moritur. Obſidio …iarum urbium. Comitiorum Ratiſponenſium …is, ſumma, & receſſus. Res Anglicanæ, Bel…cæ, Gallicæ, Mors Ferdinandi Cardinalis Gubernatoris Belgarum.

Anno 1642. Cædes Lamboij in agro Coloniensi. Coadjutor Colonienſis eligitur. Clades Cæſareorum apud Sueiniciam, & iterum apud …oſiam. Regis Galliarum mater moritur, Item Richelius Cardinalis, & Rex Galliæ Ludovicus. Matrimonium Principis Neoburgici. Res Gallicæ & Hiſpa-

Anno

Anno 1643. Clades Vinarenſium ad Du[illegible]
Res Suecorum in Imperio,& Gallorum in Bel[illegible]
lum Parmenſe in Italia.

Anno 1644. Mors Urbani VIII. bellum Sue[illegible]
Danicum, Item Tranſylvanicum: mors Regina[illegible]
Poloniæ & Hiſpaniæ. Bavaricorum & Galloru[illegible]
ſta. Rex Angliæ amittit Eboracum;& cæditur à [illegible]
lamentariis

Anno 1645. Res Imperii & Suecorum, clad[illegible]
ſareanorum in Bohemiâ: Bavarici cædunt G[illegible]
rurſum cæduntur. Res Gallorum contra Hi[illegible]
Mors Ducis Moſcoviæ,bellum Venetum cum [illegible]

Anno 1646. Regis Poloniæ ſecundæ nuptiæ. [illegible]
li ſtatus in Germania. Ferdinandus IV. fit Rex B[illegible]
miæ. Res Gallo-Belgicæ, Anglicæ, Haſſicæ &[illegible]

Anno 1647. Suecorum geſta in Helvetiâ, Bo[illegible]
miaque: Armiſtitium Bavaricum: Seditio Vinari[illegible]
ſium,& Neapolitana,&c.

LIBER VII.

Anno 1648. VRangelius erumpit in Bavariā, Arcem P[illegible]
genſem Kônigsmarckius intercipit. [illegible]
Gallicæ,Haſſicæque, per agrū Colonienſem. Pax [illegible]
naſterij & Oſnabrugæ concluſa. Leodium vi ad[illegible]
cium ab Archiepiſcopo Colonienſi compellitur.

Anno 1649. Supplicium Regis Angliæ, eju[illegible]
Regni ex Monarchico in Democraticū commuta[illegible]
Mors Uladislai Regis Poloniæ, & creatio novi Re[illegible]
Joannis Caſimiri, ejuſque felices expeditiones con[illegible]
Coſaccos ac Tartaros. Coronatio Reginæ Sueciæ,
Electio Caroli Guſtavi Palatini in Principem hære[illegible]
tarium ejus regni. Compoſitio Trevirenſis inter El[illegible]
ctorem & Capitulares,& Electio novi Coadjutoris.

LIBER VIII.

An. 1650 *&* 1651. JUbilæum. Moritur Ferdinand Archiep. C[illegible]
lon. cui ſuccedit Maximilian. Henricus. R[illegible]
Anglicæ. Gallicæ,Matrimonia diverſorū & ipſius C[illegible]
ſaris Motus Brādeburgico-Neoburgici. Res Polonic[illegible]
Turcicæ,Hūgaricæ: clades Regis Scotiæ capitalis. M[illegible]
Annæ Catharinæ Conſtantiæ Principis Poloniæ.

PARS II.

PARS SECVNDA.

ISTORIARVM NOSTRI TEMPORIS

Authore

ADOLPHO BRACHELIO,

LIBER QVINTVS

Complectens geſta annorum.

1634. 1635. 1636. 1637. 1638.

SUMMARIUM.

1634. *COnſpiratio Wallenſteinii, ejuſq; & ſociorum tragicus exitus; ei in præfectura militari ſufficitur Ferdinandus III. Vngar. & Boh. Rex. Is capit Ratiſponam. Res geſtæ Suecorum per Germaniam ſuperiorem, & Bavariam. Mors Aldringerii. Geſta per Weſtphaliam, Haſſiam & Saxoniam. Bellum Moſco-Polonicum, & pax. Suecorum clades apud Nordlingam. Ferdinandus Cardinalis, Princeps Hiſpaniarum Belgii gubernationem orditur. Varia.* 1635. *Cæſareani varias urbes recuperant. Pax Pragæ inter Cæſarem & Saxonẽ concluditur; ejus articuli, & effectus: variæ urbes Imperiales huic paci accedunt. Induciæ Suecorum cum Polonis confirmatæ ad annos* 26. *Belli Gallici initium contra Auſtriacos. Treviris capitur cum Electore. Matrimonium Electoris Bavariæ. Prodigium Medicum. Geldrienſes præſidiarii intercipiunt munimentum Schenkianum.* 1636. *Bannerius invadit Saxoniam, Haſſi Weſtphaliam, Galli*

*Burgundiam, Moſellam, & loca Rheno vicina. Comi-
tia eligendo Romanorum Regi celebrantur Ratiſponæ;
eligitur Ferdinandus III. filius Cæſaris. Turbæ Leo-
dienſes. Res Tranſylvanicæ. Propheta Regiomontan
1637. Ferdinandus II. Cæſar moritur; ejus breve
comium. Sueci ex Saxonia rejiciuntur in Pomerani
Ehrenbreitſtenium capitur longa obſidione à Ioanne
VVert. Cædes Ruellii Conſulis Leodienſis. Holland
cipiunt Bredam. Matrimonium Regis Poloniæ,
ditio Coſaccorum compreſſa per Coniecpolſium.
Tartaricum. Mors Boguslai Ducis Pomeraniæ, G
mi Landgravii Haſſiæ. Caroli Ducis Mantuani, V
ris Ducis Sabaudiæ, Petri Paſmã Cardinalis & A
chiepiſcopi Strigonienſis 1638. Sueci Cæſareanos iteru
ex Pomerania ejiciunt. Carolus Ludovicus & Ruper-
tus fratres Palatini novo exercitu inſtructi ſedem belli
Meppennæ in VVeſtphalia figere moliuntur: Cæduntur
ab Hatzfeldio. Bernhardus Dux Vinarienſis trajicit
Rhenũ, ejus cum Cæſareis ducibus felices conflictus, &
obſidio Briſaci, quo tandem ſub anni finem potitur. Hol-
landorum cædes apud Calloum. Res Hiſpanicæ contra
Gallos. Res Poloniæ variæ. Ludovicus IV. Galliæ Del-
phinus naſcitur aliique.*

1634.

De conſpiratione Fridlandi: ejuſq; & ſociorum tragico exitu.

INitio anni hujus longè maximum diſcrimen, & neſcio an graviſſimum omnium, quod ad eum uſque diem pertulerat, Cæſar mirabili felicitate evaſit. Ortum eſt, undè minimè debebat ex potentia Alberti Wallenſteinii, Ducis Fridlandiæ: qui copiarũ Cæſaris ſummus Præfectus: cum eâ poteſtate & ſuopte ingenio & facilitate Cæſaris impotentius uteretur, quam addeceret Miniſtrum, aut ratio privati hominis permitteret, incidit in illud præcipitium omnium gentium annalibus notiſſimũ, quod pleroſque omnes altioris fortunæ filios repentè ex alto in imum proturbat. Natus eſt in Bohemia loco nobili: adoleſcens varias regiones peragravit; ſed in Italia præcipuè litteris operam dedit. Ingenio fuit inquieto varioq; & ad arma promptior: gloriæ & famæ,

famæ, cujus ſi moderata ſit, eſt commendabilis cu- 1634.
piditas, ſupra modum appetens, ſæpe ſolitus dicere
ſuos: ab humili & depreſſo animo nihil magnum
giumq; expectari poſſe. Cultu vitæ habituque
nifico fuit, & ex quo celſitudinem animi æſti-
es. Primum illi matrimonium cum illuſtri ac
divite Hungarica viduâ fuit: quâ non multò
functâ, Comitis Harrachii, qui magnâ in au-
aris gratiâ floruit, filiam duxit. Hic illi primus
s atq; aditus ad benevolentiam Cæſaris fuit,
ca deinceps voluit, ut Comes primum, deinde
, ac Princeps Imperii, denîq; bis ſummus exer-
us Imperatorii Præfectus, cum ampliſſimâ pote-
tate renunciaretur. Cæterùm exorientem poten-
tiam ſuam, donec adjici aliquid poterat, temperatè
habuit: iræ injuriarumq; impatientiſſimus fuit; adeo
ut multi exiſtiment, jam inde ab eo tempore, quò in
comitiis Ratisponenſibus ante triennium præfectu-
râ militari exutus eſt, concepiſſe animo ultionem,
quâ Cæſarem Imperiumq; peſſundaret. Sed hæc ut
ut ſint, ſcriptorum fidei relinquo; nam nihil de iis
affirmare habeo: certe his poſtremis menſibus per-
tentare Ducum & legionum animos, conferre cum
hoſtibus conſilia, & apertè in partes eorum tranſ-
gredi voluiſſe, viſus eſt. Juſſerat Cæſar, ut hiberna
extra Bohemiam & hæreditarias provincias ſume- *Initia re-*
ret, demonſtraveratq; per Gerardum Queſtember- *bellionis*
gium, quàm id commodè fieri poſſet; adhæc vole- *ipſius.*
bat, ut pars exercitûs Paſſavium adverſus Bernar-
dum Ducem Vinarienſem, & ſex equitum millia Fer-
dinando Cardinali Principi Hiſpaniæ, Mediolano
in Belgium deducendo obviam mitterentur: nihil
horum impetrari à Wallenſteinio poterat. Quin,
quò magis mutatio hibernorum & adductio mili-
tum urgebatur, eo magis ille rem ſuſpectabat, neq;
aliò, ſpectare credebat quam ad ſe in ordinem redi-
gendum: & inaudierat fortaſſe, id jam agi in aulâ ab
adverſariis famæ ſuæ ut, ſe iterum exauctorato, Rex

1634. Hungariæ Ferdinandus exercitibus præficeretur. Igitur menſe Januario, evulgato rumore tanquam ſupremam militiæ præfecturam depoſiturus, præcipuos Tribunorum ad ſe Pilſam evocat, comm[illegible] moratisq; quæ pro Domo Auſtriacâ per annos [illegible]ginta domi belliq;, toties fuſo hoſte, tot partis [illegible]ctoriis egregiè feciſſet, hanc ſibi referri gratiam, ut rurſum cum ignominia deponatur; ſe qu[illegible] eam tempeſtatem prævidiſſe, cum ante bien[illegible] ad hanc provinciam revocaretur; ideo fuiſſe, [illegible] non aliter, quàm ſummâ cum poteſtate impe[illegible] acceptare voluerit. Datum id conceſſumq;, dum [illegible]riculum gliſcebat: nunc Rege Sueciæ in acie cæſo, fracto debilitatoque Saxone, poſtquam reſpirare re[illegible] Imp. cœperint, prævalere apud aures Cæſaris conſpirationem inimicorum, ſibi reſtituti Imperii & conficiendæ pacis gloriam invidentium. Jam verò ne immeritum affeciſſe injuriâ videantur, peti à ſe, quæ concedi non poſſint, ut materiam criminationibus ſuppeditent. Nam cur alias mediâ hyeme exercitum hibernis prohibent? Cur florem equitatûs avelli à reliquo corpore, inopiaque & frigore, ac longinquo itinere confici exigunt? Sed ſe ſuâ ignominiâ minus turbari; dolere vicem tot millitum, quos cum ipſe, non procedentibus ſtipendiis, ſpe & pollicitationibus hucusque aluerat, jam æris & pecuniæ vacuos deſerere debeat. Poſt hæc digreſſo duce. Adamus Erdtmannus Terſcha & Illo, præcipua consiliorum ejus inſtrumenta, exaggerato proprio cujusque damno, ad extremum conficiunt, iniqua videri juſſa Cæſaris, ac proinde rogandum Ducem, ne fidos promptosque milites deſereret. Negavit Wallenſteinius, decorum nomini ſuo in eo munere perſiſtere, à quo in horas cum dedecore dejici metuere debeat. Intellexêre callidiores, quorſum ea tergiverſatio pertineret; neque ipſe Wallenſteinius ſatis diſſimulabat. Igitur fit decretum; Duci Fridlandiæ apud exercitum remanenti communi ope viribus

Tribunos militum & Duces primarios in partes ſuas nititur pertrahere.

bus-

1634.

buſq; aſſiſtere; neque permittere, ut illi invito imperium abrogetur. Non latuit pleroſque, quantum à Republica peteretur: itaque, cùm eodem adhuc die b illo convivio excepti, animis vino incaleſcentibus, ejus decreti formulam jam ante à Nyemanno iptis conceptam, ſub ſcribere deberent, in qua ille dio Cæſarei nominis mentionem omiſerat, & llenſteinio ſoli fides obſequiumque abſolutum mittebatur, fuêre, qui formulam eam non pront, aut certâ ſimulatione temulentiæ nomina ta adſcriberent, ut legi ac diſtingui non poſſent. ortam forte contentionem Illos facile compoit: ſed Wallenſteinius poſtera die convocatos ad ſe omnes, ſobriosque ad confirmandum ea, quæ promiſerant, ac novam ſubſcriptionem adigit. Aberant iis diebus Matthias Gallaſius, ſupremus exercitûs Legatus, de in Aldringerius & Coloredius campi ductores duo haud multò poſt advenêre; Aldringerius jam aliquid ſubodoratus, excuſatâ valetudine, venire non ſuſtinuit. At Galaſius ac Piccolomineus, atque alii plerique, intellectis Wallenſteinii conſiliis, poſtquam ſe, atq; omnem exercitum præcipitari in manus hoſtium intelligunt; (nam & jam apud Oxenſtirnam Francofurti, apud Vinarienſem Ratisponæ de conjunctione armorum agebatur;) communicato inter ſe conſilio, occultiſſimis nunciis Cæſari cuncta patefaciunt; idem Aldringerius eodem tempore, & nonnulli alii in aulam perſcripſére. Tum Cæſar, coacto propere ſecretione conſilio, celeritate utendum ratus, ut malè adhuc cohærentes conſpirationis vires labefaceret, edixit per legiones, ne quis Wallenſteinio pareret. Simul Comiti Gallaſſio, qui unâ cum Piccolomineo, ſpecie trahendi in partes Aldringerii, Wallenſteinium deſeruerat, ſupremam militiæ præfecturam, donec de altero capite pro videretur, attribuerit. Tribunis Præfectisq;, exceptis duobus ex omni numero, eorum, quæ Pilſæ egerant, veniam facit, eoſque à ſacramen-

Conſilia ipſius Cæſari manifeſtantur.

1634 to Wallenſteinii abſolvit; & ne dicto ejus deinceps pareant, interdicit; ſimul injunctum fideliſſimo cuique, ut Wallenſteinium cum Terſchâ & Illoo vivos, quantum id fieri poſſet, in poteſtatem Cæſari traderent. Dum hæc fiunt, & Gallaſſius unâ cum Piccolomineo exercitum & præcipuas urbes in fide & obſequio confirmat, Wallenſteinius conſilia ſua emanaviſſe, ac ſe à primoribus ducum deſeri intelligens, repente Pilsâ Egram contendit. Erat ea urbs accipiendo ex Germania Suedico auxilio opportunior, & à legione Hibernicâ, quibus ut externis Wallenſteinius plurimum fidebat, præſidio tenebatur. Hic literas accipit à Franciſco Alberto Duce Saxoniæ, quas Leslæus Præfectus vigiliarum, cum pro munere ſuo ad Wallenſteinium detuliſſet, legendas porro ſuſcepit. Argumentum earum hoc erat: Bernardum Ducem Vinarienſem jam eſſe in eo loco cũ exercitu, quem Wallenſteinius monſtraſſet, nihil deeſſe, niſi ut & ipſe ſuas conjungeret copias, quod antequam fieret, velle ſe cum eo colloqui poſtridie; hoc quò ſecurè faceret, rogabat, ut ſibi centum equites præſidio obviam mitterentur. Redditis literis multa addidit Wallenſteinius, ut facile appareret, quam animo fabulam moliretur: igitur nihil moratus Leslæus ad Gualterum Autlerum & Gordonium Tribunos, qui jam ante conſilia ſociaverant, contendit; exponitq; quanto res in diſcrimine verſaretur, ſi cunctarentur. Illi diu inter ſe de re ancipiti & periculosâ conſultantes, tandem ſtatuunt, tutiſſimũ eſſe, Wallenſteinium una cum ſociis Terſcha, Kinſchio, Illoo, ac Nyemanno è medio tollere; ideoque propoſitum inter ſe jurejurando confirmant. Cæterùm ut omnia quam minimo tumultu fierent, placuit, ut Gordonius ſub veſperam Terſcham, Kinſchium, Illoum ac Nyemannum in arcem ad cœnam invitaret. Ad ſumpti interim in conſcientiam ac ſocietatem facinoris ex legione Butlerianâ Robertus Geraldinus Præfectus vigiliarum, & Gualterus Deverox Centurio cum triginta militum promptiſſimis;

Fugit Pilsâ Egram.

Hiberni in necem ejus conſpirant.

ex quibus duo Scoti, unus Hiſpanus, reliqui Hiberni erant: illi omnes in vicinum conclave diſpoſiti, & ſignum invadendi expectare juſſi ſunt. Peracto igitur convivio, cum bellaria illata eſſent, Leslæus miſſo, qui portas arcis occludi, & attolli pontes præciperet monet Geraldinum, tempus eſſe deſtinata exequi. Ille diſpoſitis, qui oſtia & aditus ſcalarum obſervarent, ne famuli dominis auxilio accurrerent, & ignari conſcios turbarent, cum ſex delectis cœnaculum irrumpit; inclamatoq; : Vivat FERDINANDUS, omnes ſtrictis mucronibus conjuratos invadunt, ac fruſtrà repugnantes interficiunt. Cæde patratâ, iterum dubitarum de Wallenſteinio, eodemne cum reliquis exitu conjungerent, an vivum vinctumq; Cæſari traderent. Sed arduum hoc & periculo plenum videbatur, incertis adhuc militũ animis, quorum ipſe plurimos largitione, benevolentiaq; jam occuperat. non æquè depoſituros curam vivi, quam memoriam defuncti: tum quoniam Illous ſuper cænam affirmaverat, ſpacio tridui Wallenſteinium plus, quam anthac unquam, militum ſub ſignis habiturum, timebatur, ne per infeſta omnia aut certè ſuſpecta tutò ad Cæſarem perduci poſſet. Ergò decretum, ut occideretur, miſſusq; ad perficiendam cædem Centurio Deverox cum fida ſuorum manu. Provecta nox erat, & Dux curis feſſus in quietem compoſitus, cum Deverox dimiſſus ex arce irrumpit in hoſpitium Wallenſteinii cum ſuis, effractoq; cubiculi oſtio, conſiſtentem ante lectum, (nam ad ſubitum tumultum conſurrexerat,) haſtâ ſecundum pectus tranſverberat. Eo vulnere ſtatim exanimis procubuit, nullâ editâ voce, ſive eam intercluſerat repentinus terror, ſeu inſitâ contumaciâ, nihil amplius profuturam etiam in morte continuit. Viſus tamen eſt loqui voluiſſe trepidatione labiorum; ſed nulla vox eum conatum ſecuta eſt; at occidentium non interfuit, utrum aliquid & quid diceret; cadaver dein tapeti involutum, & curru ad arcem devectum

1634.

Socii ejus interficiuntur.

Et demum ipſe.

1634. eſt; dein in ſcripta & literas ipſius diligenter quæſitum. Poſtero mane Butlerus, convocatis ad ſe omnibus Tribunis & Centurionibus, facti hujus rationē expoſuit: quibus in fide Cæſaris confirmatis, centum equites ad intercipiendum Franciſcum Albertum, Ducem Saxoniæ dimittit. Et ille nihil adverſi veritus, quod equites illos à Wallenſteinio miſſos crederet, ſine metu ſecutus? cùm aliquantulùm progreſſi eſſent, circumſiſtitur, armaq; ponere & ſe in cuſtodiam tradere jubetur: ita Egram primùm, & dein Viennam ad Cæſarem deductus eſt. Hunc exitum habuit Albertus Wenceslaus Euſebius Comes de Wallenſtein, Meckelenburgii, Fridlandiæ, Sagani, ac Glogoviæ Dux, indulgentiâ fortunæ ad ſupremum penè votorum ſuorum apicem provectus, & inter tragica variantis fortunæ exempla noſtro ſæculo memorandus. Mors ejus pro ſtudio partium nationumq; variè accepta eſt; neque defuêre, qui innocentiam inauditi atque indefenſi adſtruerent: adeò nullus eſt magni momenti caſus, qui non in utramq; partem patronos inveniat. Porrò Cæſar manifeſto diſcrimini exemptus, poſt vota Deo liberatori perſoluta, eos, qui hanc necem patraverant, donis liberaliter excoluit: deindè in complices ac conſcios conſpirationis quæſitum. Exercitui pars ſtipendiorum tranſmiſſa, & novus Dux impoſitus Cæſaris filius Ferdinandus III. Rex Bohemiæ Hungariæque: qui ineunte Majo menſe cum magno Procerum numero & Hungaricis ſubſidiis in Bohemiam ad exercitum progreſſus; recenſitis copiis renovatoq; ſacramento, brevi res turbatas præſentiâ ſuâ compoſuit. Indè dimiſſis Leitomeritium Legatis, Trautmansdorffio & Queſtembergio, qui de pace cum Electore Saxoniæ ageret, cum maximâ parte copiarum ad Ratiſponã obſidendam duxit, quam anno ſuperiore Vinarienſis interceperat. Urbem hanc tuebatur ſpectatæ virtutis Suedicus Tribunus Larſius Kaganus cum Matthia Comite Turriano

Novus Cæſarei exercitus Dux, Rex Hungariæ.

olim

olim rebellionis Bohemiæ principe inerant quatuor millia peditum, dein commeatuum & inſtrumenti militaris, quæque ad tolerandam obſidionem neceſſaria ſunt, magna copia. Eò fortius oppugnantium impetum ſuſtinuere; qui utraque à parte, cùm hinc Ferdinandus Rex, indè Bavarici urgerent, poſt duorum tandem menſium moram, nullâ ampliùs liberandi ſpe, ad deditionem compulſi ſunt menſe Julio: cui maturandæ conditiones tolerabiles datæ. Ut præſidium non niſi Cæſareanum imponeretur, & ſua civibus libertas religionis permaneret; ut Sueci præſidiarii cum ſex tormentis & militari indè pompa ſecurè ad ſuos dimitterentur; illis liberum eſſet quantum velint curru ſarcinisq; ſecum deportare: denique, ut captivi atq; obſides omnes utrinque ſine lytro permutarentur; nec cuiquam militum exeuntium fraudi eſſet quod antehac Cæſari aut Bavaro militaſſet. In has conditiones, deditâ urbe ſub exitum menſis Julii, Suedici præſidiarii, multum imminuto ſuorum numero, exiêre: & mox præſidium à Ferdinando Rege impoſitum. 1634. *Capit Ratiſponam.*

Dum hæc in Bohemia atq; ad in Danubiũ geruntur, initio anni Udenheimium ſeu Philippopolis ante annos aliquot ab Epiſcopo Spirenſi Philippo Chriſtophoro in juſti munimenti formã extructa, atque ita deinceps ab authore nominata, longá obſidione in Suecorum poteſtatem pervenit, ad extremam rerum omnium penuriam ab Ottone Comite Rheingravio, & Smidbergio Tribuno Suedico perducta. Simul Vinarienſis & Birckenfeldius Duces de conſpiratione Fridlandicâ per internuncios edocti, ſuperiorem Palatinatum invadunt, indè in Bohemiã Wallenſteinio in ſubſidium moturi. Alteram verò Danubii regionem, atque omnem ferè Sueviam infeſtis excurſionibus Guſtavus Hornius obtinebat, ſubacto Mundelheimio, Biberaco, tum Campiduno ac Memmingâ, & quicquid ibi loci Cæſareis aut Bavaricis armis obtinebatur. Porrò Palatinatum ſuperiorem *Res Suecorum in ſuperiore Germania*

1634. riorem Dux Bavariæ per Aldringerium haud multo poſt recepit: qui Straubingâ primùm, dein Sulsbaco, & Chamo potius, reliquam indè provinciam ejectis Vinarienſibus & Birckenfeldicis, in poteſtatem Bavaro aſſeruit; ſed breve id gaudium Aldringerio fuit. Nam ſubindè in Bavariam revocatus, quam ſubitâ incurſione Vinarienſis & Hornius invaſerant, dum Landishuto in auxilium properat, & fractas ſibi res, ſubmiſſis parcè copiis, ab obſidione Ratisponenſi ſuſtentare nititur, in ponte ſuper Iſarâ globo ictus occubuit, incertum ſuorũ an hoſtium manu? Luxumburgi tenui, ſed honeſto loco editus, primã ætatem literis dedit; ingenio prompto atque acri & naturâ vini abſtinens: dein militiam ſecutus, quoniã ingenio & calamo valebat, ab epiſtolis & commentariis fuit; à calamo mox ad enſem atq; arma manũ tranſtulit, apparuitq; in utramq; partem plurimum poſſe. Ita per omnes militiæ gradus tandem ad ſupremam in Bavarico exercitu præfecturam elatus, fidelem operam Cæſari & Bavaro diu præſtitit: defunctum Bavarus intra Ratisponam egregiâ militari pompâ tumulari juſſit. Landishutum vi expugnatũ à Suecis extremæ crudelitatis exempla pertulit. Melior fortuna per Weſtphaliam Catholicorum Principum exercitui ſub ductu Godefridi Comitis Gelehnii fuit, qui initio veris, evocatis ad ſe Bunninghauſii & Meternichii legionibus, poſtquam copias ſuas ad decem ferè millia expleviſſet, Hoexteriam, quam Caſpar Crugius Suedicus Centurio cum quadringentis præſidiariis tuebatur, vi cœpit: cæſi præſidiariis ad unum omnes, & quotquot civium in armis reperiebantur. Haud multò poſt Melander Haſſicarum copiarum dux, dum legiones paucas magis explorandi, quam pugnandi animo Viſurgim verſus dimittit, in fugam convertitur, octo ſignis amiſſis & Præfectis ferè omnibus. ita nullo jam reſiſtente, Gelehnius victoriæ curſum ſecutus, Hammoniam, Lunãmq; Monaſterienſis diœceſis oppida & alias deinceps minorum nominum arces ſuæ poteſta-

Irrumpunt in Bavariam, Landishutum capitur, & Mors Aldringerii.

Res in Weſtphaliâ geſta duce Gelehnio.

1634.

teſtatis: ſed nuſquam magis, quam in bello ludit fortuna. Georgius Dux Lunæburgicus, poſtquam Haſſicas copias ſuis addidiſſet, Gelehnio aliquot millibus ſuperior, depulſis ubique victoribus, cum ad ineundum prælium fruſtra adducere niteretur, Hammoniam tandem Lunamque paulo ante capta recuperat. Inde ad ipſa Monaſterii mœnia Gelehnianos inſecutus, cum fruſtra eos commeatuum ac pabuli inopiâ, urbem vero ipſam ſpecioſis conditionibus ad deditionem perpellere ſperaviſſet; majorem, quam hoſtes, penuriam paſſus, prior inde recedere coactus eſt, haud ſine damno ſuorum; cum recedentium tergis Gelehniani acriter inſiſterent, plurimoſq; interciperent. Cæterũ Lunæburgicus ad urgendum inde Hildeſium, quod diuturna magis, quam acri obſidione cinxerat, reverſus, brevi eo oppido potitur. Hildeſium Minda urbs Epiſcopalis, & multis jam annis à Lunæburgicis poſſeſſa, ſecuta eſt, ſub finem anni hujus. At vero Elector Saxoniæ, etſi in fœdus Suedicum quod tum Francofurti ad Mænum, tum alibi in Germaniâ per diverſos conventus celebrabatur, minime conſentire: tamen ut rerum ſuarum ſatageret, imprimis re Cæſaris per conjurationem, ac mox cædem Wallenſteinii turbatâ, in Luſatiam irrupit, præmiſſio Friderico Duce Altemburgico, quem mox Arnehmius, & deinde Elector ipſe cum robore exercitus ſecutus eſt. Budiſſinum præcipua Luſatiæ urbs patebatur, cui Goltzius Cæſareanus tribunus præerat cum præſidio non contemnendo. Is ſe peti conſpicatus, dum remorando hoſti in ſuburbium flammas injicit, conſpirare fore in exitium vento, tanta repente ignium vis ac multitudo extitit, ut graſſante in proximas civium domos incendio, tota urbs miſerabili ſpectaculo deleretur magna ſtrage hominum pecudumque. Ita ruinæ urbis Saxoni deditæ; Præfectus & præſidiarii cum ſarcinulis, quæ incendium evaſerant, permiſſi excedere. Gorlicio dein & cæteris Luſatiæ oppidis receptis, Elector Dreſ-

Contra Lunæburgicum & Haſſos.

Geſta Saxonum in Luſatiâ & Sileſiâ

Bautzen.

1634. *Item Brandenburgici & Suecorum.*

Dreſdam rediit, Arnhemio in Sileſiam dimiſſo; Qui primo adventu, fuſis ad Lignitium Cæſareanis copiis dum pro ſuo in Sileſiâ arbitrio dominatur ſpacium Electori Brandenburgico dedit, ut Francofurtum ad Oderam Joannis Bannerii rerum Suedicarũ per Pomeraniam directoris auxilio reciperet: inde junctis inter ſe conſiliis Sueci Croſſenam, Saxonici Glogoviam majore poſt brevem obſidionem capiunt. Inter hæc duorum gregariorum militum non gregaria fides enituit: capti erant à Saxonicis paulo ante pugnam ad Lignitium, ambo rei tormentariæ periti. Itaque in obſidione Glogovienſi, cùm eſſent Cæſareanarum partium, juſſi in urbem ac ſuos jaculari, ita tormenta atque machinas direxerant, ut globus innoxio ſemper curſu capita ac tecta obſeſſorũ ſupervolaret. Quâ demum re animadverſâ, eum ad ſuſpendium damnati eſſent; nihil territi: *per fides* inquiunt, *& quocunq; pretio magis, quam fide caſtra ſequuntur, formidoloſa mors ſit. Nos Cæſari jurejurando addictos, cum nullum aliud crimen, quam fidem ſancte ſervatam habeamus, cur mori pudeat?* Porro Saxones & Sueci, ut Hungariæ Regem ab obſidione Ratiſponenſi averterent, conjunctis viribus in Bohemiam movent, poſitisque apud Pragam caſtris, oppugnationem, urbis ejus moliuntur. Sed illuſtri exemplo hic fortuna Cæſaris eminuit; nam eodem die capta eſt Ratiſpona, & Sueci Saxonesque à Lambojo & Colloredio Cæſareis Ducibus Pragâ depulſi, ac è Bohemia omni exturbati ſunt.

Conſtantia duorum militum. Lotich. part. 2. l. 17. c. 2.

Res Polonica, pax cum Moſcis.

Inter hæc Rex Poloniæ Uladislaus, eum apud Smolenſcum urbem totâ hyeme caſtra Moſcorum obſediſſet, tandem menſe Martio ad extremum commeatuum penuriam hoſtes adduxit, adeò, ùt ſolam abeundi libertatem pacti, omnem caſtrorum ac militarem apparatum Regi relinquere debuerint. Deinde victoriam proſequendo cum univerſo exercitu abeuntes inſecutus, ipſam urbem Moſcuam, caput provinciæ petere inſtituit. Sed Moſcos belli malè

1634.

læ hactenus geſti memoria, ac de in rerum neceſſariarum defectus, ne in ultimum diſcrimen omnia conjicerent, ad pacem poſtulandam conpulit. Data pax in has conditiones: ut Rex Polonus abſtineret titulo Ducis Moſcuæ, renunciaretque omni juri in illum Principatum, quod anno hujus ſæculi decimo, per libera Procerum Moſcorum ſuffragia acquiſierat; proinde Moſcos jurejurando fidei ſibi præſtito abſolveret, & legitimum Moſcoviæ Ducem Michaelem Fedorovitium jam dominantem agnoſceret contra ipſe reciperet Ducatum Smolenſcenſem cum urbe Smolenſco, & provinciam totam Severiã, cujus amplitudo centum fere milliaria in longum, ac quadraginta in latum patet; quæ ducentos jam annos à Poloniâ & Lithuniâ avulſa, ſub continenti Moſcorum jugo pene pro perditis ac deſperatis habebantur. Pacem Moſcovicam Turcica ſecuta eſt: cum enim Moſcorum maxime impulſu Imperator Turcarum bellum Polonis feciſſet, re infæliciter geſtâ, ac demum pace cum Moſcis compoſitâ, ipſe quoque arma temere ſumpta depoſuit; Abatzio, principe Purpuratorum, quique à Moſcis precio corruptus belli ejus præcipuus author fuerat, ſtrangulari juſſo. Sub anni finem duo Regis Poloniæ fratres ex matre Conſtantia obiére, Alexander natu minimus, annorum viginti & unius, paulo ante ex Italiâ in Patriam reverſus; & Joannes Albertus Cardinalis atque Epiſcopus Cracovienſis, biennio Alexandro major.

Pax Moſco Polonica.

Cæterum in Germaniâ Ferdinandus Rex Hungariæ, poſt captam Ratisponam haud diu feriatus, diſperſo exercitu varia ad Danubium loca recuperat; ibi contractis ad ſe Hiſpanicis atque Italicis copiis, quas Ferdinandus Cardinalis & Princeps Hiſpaniarum regendo Belgio deſtinatus ſecum adduxerat ex Italiã, Nordlingam urbem obſidione circumvallat. Ea valido à Suedicis præſidio tenebatur, cujus partem paulo ante Hornius immiſerat, juſſeratque

Nordlinga obſeſſa & prælium in quo victi Sueci magnâ clade.

1634. ratque urbem ad extremum tueri, ſe in tempore auxilio futurum; neque fefellit. Nam conducto unum in locum exercitu, quem ipſe & Vinarienſis diviſum regebant, tum legionibus Würtembergicis, & quicquid demum ex vicinis præſidiis deduci poterat, contra Nordlingam caſtra cum Cæſareis contulit. Diu dubitatum inter Suedicos Præfectos, an prælii fortunam experirentur. Hornii ac reliquorum fere ſententia erat, cunctando & fugiendo pugnæ aleam, frangere impetum ac primum ardorem Cæſareorũ, qui cum deferbuiſſet, (aut certe donec Princeps Hiſpaniarum cum ſuis in Belgicum diſcederet, rectius contra pauciores numero languidioresq; pugnaturos: neque tanti æſtimandam unius urbis jacturam, ut propterea ſumma rerum in diſcrimen projiceretur. Sed perficit ſententia Ducis Vinarienſis, cùm ſpecioſa magis, quam utilia in medium proferret, negaretque decorum Suedico & proteſtantium nomini, ſi paterentur, fidam urbem, cui tam ſanctè de ſubſidiis promiſiſſent, in ipſo propè conſpectu ab hoſte intercipi: ita prælio decreto, magno animo in Cæſareanos itum eſt. Nunquam alias toto hoc bello fœdiorem cladem Suedici accepêre. Vinarienſis dextrum, Hornius ſiniſtrum cornu tuebantur. Cùm igitur ſuperatâ initio convalle aliquantulum feliciter pugnaſſent, majore Cæſareanorum vi repulſi poſt trium horarum ſpacium in fugam conjiciuntur: acceſſit in ipſo prælii ardore improviſa clades, quæ nutantem jam Suedicam aciem in ipſum mox exitium propulit. Munimentum Cæſareani obtinebant loco editiore, ex quo crebris jaculationibus ſubeuntes impetebantur: Id Suedici ſummâ vi aggreſſi, cedentibus conſultò Cæſareanis, occupaverant. Vix illi receſſerant; cum momento munimentum, ſubjecto infra ſulphureo pulvere incenſoque; in ſublimè cum omnibus ſuperſtantibus excutitur: late patuit ea ſtrages, cùm vicina etiam ac proxima quaque corriperet; poſt hæc planè Suedicorum acies inclinari cœpit,

Pugna ad Nordlingã menſe Septembri.

pit,

pit, & equitatus, præceptâ celeri fugâ, peditatũ deſtituit; qui omni ex parte à ſuperantibus numero Cæſareanis circumventus; aut cæſus aut captus eſt. Fama eſt, cecidiſſe duodecim ferè millia, quorum dimidium ruſtici Würtembergici fuêre, in quos acriore, ut fit, irâ victor miles deſævìit: capta ſex millia: octoginta majores machinæ: trecenta utriusq; generis ſigna, dein impedimenta atque apparatus militaris univerſus. Guſtavus Hornius Suedicæ militiæ ductor unâ cum Comite Cratzio Ingolſtadii nuper Præfecto, aliiq; magno numero Tribuni ac Centuriones in poteſtatem Victorum pervenêre: neque ipſis victoria hæc incruenta extitit. Cecidêre Octavius Aldobrandinus magnus Prior militiæ Melitenſis, & Sylvius Piccolomineus, ex illuſtri Piccolomineorum familia magnæ exſpectationis heros, præter alios gregarios non paucos. Bernardus Dux Vinarienſis, deſperatâ re, Canſtadã primò dein Heilcrommam fuga evaſit; ejus temeritati acceptam calamitatem cæteri adſcripſerunt, qui à ſummo certamine abſtinere, & intercluſis potiùs commeatibus, Cæſareanos ad abeundum adigere quod factu facillimum erat, ſuadebant: par ſine dubio Lipſienſi cladi reddita clades fuit. Et mox Ferdinandus Rex exercitum diſperſit, pars in Sueciam, Bavariamque, pars in Franconiam & Alſatiam ducta: neq; jam ulla urbs auſa reſiſtere. Nordlinga mox dein Heilbrõna, Heidelberga, Herbipolis, aliæque penè omnes in eo tractu urbes in fidem ac poteſtatem Cæſaris vi aut voluntaria deditione rediere. Ita rebus ex animi ſententia confectis, Ferdinandus Rex rerum militarium cura Matthiæ Galaſſio commendata, Viennã; Princeps Hiſpaniarum ſuo cum exercitu in Belgium conceſſit; viſitata in itinere Colonia Agrippina, ubi à variis Principibus & Magiſtratu urbis regali magnificentia exceptus eſt. Ejus adventus res Belgicas, Procerum inter ſe diſſidiis ac diffidentia non leviter turbatas, ſtatim erexit. Nam Rex Hiſpaniarum, cum

1634.

Numerus cæſorum captorumque.

poſt

1634. poſt defunctam Iſabellam Ducem Arſcoranum ex primaria Belgii nobilitate attinuiſſet in Hiſpania, adhæc Principem Barbanſonium aliosque nonnullos Antverpiæ cuſtodiri juſſiſſet, magnus mox metus omnes invaſit; Principeſq; Espernonius & Comes Henninius ex Belgio in Galliam profugiunt. Et correptis ſemel metu animis, plurium fuga metuebatur, niſi Franciſcus de Moncada Marchio Aytona, qui interim Belgium gubernabat, propoſito palàm edicto, Regis nomine publicam omnibus ſecuritatem feciſſet, præter eos, qui jam aut conjecti in carceres eſſent, aut ſpontanea ipſi fuga crimen agnoviſſent. Cæterum haud multò poſt hi etiam dimiſſi ſunt, revocaruntq; prius edictum, uno tamen ab hac gratia excepto Henrico Comite Montano, qui palàm ad hoſtes Regis defecerat, priuſquàm verò Ferdinandus Princeps adveniret, Aytona Trajectum tentaturus, Argentillam validam ad Moſam arcem, atque omni ad obſidionem ſuſtinendam copia inſtructiſſimam, bidui ſpatio in ſuam poteſtatem redigit; Præfectus præſidii liber cum ſuis ex pacto Trajectum dimiſſus, properatæ deditionis pœnas capite luit. Hiſpani, cùm aliquo tempore apud Trajectum, extructis munitionibus, deſediſſent, tandem re infectâ, ob ingruentem hyemem, aliaque caſtrorum incommoda receſſerunt:

Menſe Auguſto Düſſeldorpium improviſa clade graviter afflictum eſt, tacta de cœlo turri, quæ pulverem tormentarium aſſervabat, qui repentè incenſus convulſam ex imis fundamentis turrim in vicinum Rheni littus dejecit, miſerabili ſtrage hominũ ædiumque juxtà adſtantium: quæ eò gravior fuit, quia media de nocte, cunctis in quietẽ compoſitis, inopinata advenit, præbuitq; ſpeciem ruituri mundi; cùm eodẽ temporis momento, & ſtridor fulminis, fragor nubium & mota ex imis viſceribus terra, diſrupta tecta, trabes, parietes denique ſua ejuſque domi calamitas omnium oculos, aures, animoſque

per-

percellerent. Magnam vim pulveris fuiſſe tradunt: neque deſuerunt, qui ſomno non interrupto tantæ calamitatis ſenſũ transmiſére; ſed hos ſepultos magis quã ſopitos dixeris. Centũ fere mortales, ſubita ruina oppreſſi, aut gravi aliquo vulnere afflicti ſunt, ædificiorũ pro ſpacio urbis damnũ nõ leve extitit, cũ nulla, fere domus aliquã cladis partẽ non ſenſerit. Prodigia quoque varii generis nunciata ſunt: in Marchiâ Brandenburgenſi ſanguine & ſulphure pluit, & infans ſub aquis repertus eſt viginti vulneribus confoſſus. In Anglia terra movit, & duo flumina exaruêre; rurſum alia palus, ex creſcentibus aquis, ita intumuit, ut multa ædificia ſubitâ inundatione abriperentur. Apud Dreſdam in Albi flumine canis marinus captus. Halæ Saxonum in horto quodam ſuburbii vivarium in ſanguinem commutatum, quod idẽ ante Lipſienſem ac Lutzenſem pugnas eveniſſe cõmemorãt. Haud multò poſt in cænobio Hammersleben prope Halberſtadium fons per integram noctem ſanguine manavit: apud Hamburgum ac per Holſatiam multi pagi atque ultra ſex hominum, & quinquaginta pecudum millia aquis ſubmerſa. Menſe Octobri natu major Daniæ Princeps Chriſtianus V. Magdalenam Sybillam, Electoris Saxoniæ filiam in matrimonium duxit, celebratæ eæ nuptiæ in magno Legatorum conventu Haffniæ regio apparatu. Objére per idem tempus Fridericus Ulricus Dux Brunſvicenſis ſine liberis; & Joannes Fridericus Dux Holſatiæ atque Archiepiſcopus Bremenſis; & Otto Ludovicus Comes Rheni, qui diu partẽ Suedici exercitûs, per Alſatiam & vicinas regiones duxerat: illi in imperio legionũ Otto frater ſucceſſit. Galli quoque, irrito matrimonio, quod Dux Aurelianenſis frater Regis paulo ante ex Belgio in Galliam reverſus cum Lotharinga jam pridem contraxerat, reliquã Lotharingiæ partem, nemine reſiſtente, in ſuam poteſtatem redigunt; Duce Carolo, ad conquirendã à Principibus auxilia, in Italiam digreſſo. Hoc anno Reſpub. Veneta apud Lauretum Deip. dedit lampa-

1634

Prodigia.

1634. dem ex auro 35. librarum ob liberationem peſtis.

Philippiburgum. Cæſarei recipiunt. Cæterum anni inſequentis initium Gallis in Germaniâ in fauſtum exſtitit, amiſsâ Philippopoli validiſſima ad Rhenum arce, quam anno ſuperiore à Suedicis longâ obſidione occupatam magnâ auri ſumma redemerant; arcemque belli & horreum deſtinaverant, invitante loci ſitu operibus & naturâ munitiſſimo. *Stratag.* Caſparus Bambergerus arcis illius nuper Præfectus tali eam ſtratagemate recepit; ſelectos aliquot milites in morem agreſtium veſtitos, abditis intra veſtimenta aſciis ſecuribusque, præmittit in urbem qui venalia importarent, remanerentque per noctem in varia hoſpitia diſpoſiti. Ipſe dein cum idonea manu noctu foſſas ac munimenta ſupergreſſus loco, ubi id arduum minus fore jam ante præſciverat; poſtquam vallo potitus eſt, primam vigilum ſtationem obtruncat; inde cum auxilio eorum qui jam urbem intraverant, portam unam effringit. Ita immiſſi continuo equites arcem capiunt & paucis, qui reſiſtere auſierant, interfectis, reliquos in deditionem accipiunt. Magna vis inſtrumenti militaris ac commeatuum inventa, præter tormenta majora centum & triginta. Ita unica nocte, nullo ſuo incommodo Cæſareani recuperant, quod toto propè biennio è Suedicis partum erat, magno ſumptuum ac temporis damno. *Bavarici Auguſtam* Non multo poſt Auguſta Vindelicorum ſtatim poſt cladem Nordlingenſem à Bavaricis obſeſſa, atque ad extremam inopiæ neceſſitatem redacta, deditionem fecit: Fama eſt non abſtinuiſſe quoſdam ab humana carne: ſatis conſtat, carni equinæ, felibus, canibuſque & muribus pretium fuiſſe, adeò, ut fame longe plures, quàm ferro aut vi hoſtium perierint. Novo dein præſidio Cæſar Ottonem Henricum Comitem Fuggerum impoſuit: eodem penè tempore diverſis exercitibus Ulma, Norimberga, Hersbruca, Francofurtum ad Mænum urgebantur. Lambojus Coburgo Saxoniæ Ducum ſedi imminebat; Bernardus Dux Vinarienſis, infecto, quantum licuit, exercitu, ac Gallicanis aliquot copiis auctus

Spi-

Spiram, paulò antè à Bambergero captam, facilè recidit. Dux Lunæburgicus & Haſſi, redacta in poteſtatem Minda, Nyenburgum obſidebant. Ita flagrante adhuc ubique bello, quod Suedici novo apud Wormatiam conventu reparare omni ope nitebantur, tandem pax inter Cæſarem atque Electorem Saxoniæ emerſit. Ea Lutomeritii primum, dein Pirnæ ſtudioſis tractatibus quæſita, demum Pragæ in has conditiones concluſa eſt. 1637

Pacifica Pragenſis.

Bona *Eccleſiaſtica* mediata ante pacem Paſſavienſem à Proteſtantibus occupata, vi tranſactionis illius iiſdem ſalva & intemerata nunc & deinceps ſemper permaneant. Immediata verò, antè & poſt tranſactionem Paſſavienſem à Proteſtantibus occupata, quotquot eorum anno 1627. 12. Novembris poſſederunt, eadem ad annos quadraginta quietè ac ſecurè poſſideant; & ſi quid à nominato tempore iis per Catholicos ablatum ſit, integrè reſtituatur, exceptis bonis illis, pro quibus ante præfinitum terminum lis mota, & in judicium Cameræ Imperialis introducta fuerit. Pari modo Catholici, quæ ad 12. Novem. 1627. habuerunt, quietè retineant, & ablata fideliter iis reſtituantur. Status autem Politicus in iiſdem bonis, item Electiones, Poſtulationes Menſes Papales ita, ut dicto tempore in uſu fuerunt, utriq; ſerventur. Uſus verò ſeſſionis ac ferendi ſuffragium, vi eorundem bonorum in conventibus quidem provincialibus continuetur, in comitiis autem Imperii interim intermittatur. Exercitium religionis ita, uti 12. Nov. 1627. fuit, inter Catholicos & Auguſtanos imperturbatū relinquatur, & occurrentes hoc in caſu controverſiæ per Judiciū Imperiale aulicum, vel Cameram Spirenſem componantur. Durante hoc ſpacio 40. annorum, intrà primum decennium inſtituatur tractatus de pace univerſali ac perpetua, quæ ſi intrà id ſpacium confici atque obtineri non poſſit tota, nihilominus controverſia in eo ſtatu remaneat, in quo fuit 12. Novemb. anno 1627. ſalvâ ſemper Cæſaris supremâ authoritate,

1635. ac jure controverſiam illam moderandi. Archiepiſcopatum Magdeburgenſem Auguſtus Electoris Saxoniæ filius poſſideat, & Chriſtiano Wilhelmo Marchioni Brandeburgico dum vivit, quotannis indè duodecim Imperialiũ millia perſolvat. Quatuor præfecturas ejuſdem Archiepiſcopatus, Querfurtum, Gutterbock, Dama, & Borck, Elector Saxoniæ jure feudi ab Archiepiſcopo Magdeburgenſi obtineat. Epiſcopatum Halberſtadienſem Leopoldus Wilhelmus Cæſaris filius poſſideat; & in Archiepiſcopatu Bremenſi religionis Catholicæ & Auguſtanæ exercitium, uti 12. Novembris anno 1627. fuit, permaneat. Libera Imperii nobilitas juxtà tranſactionem Paſſavienſem Auguſtanæ Confeſſionis exercitio liberè fruatur. Civitates Imperiales, quæ interim cum Cæſare aut Ducibus ipſius pactæ ſunt, in iiſdem pactis permaneant: cæteræ pace religionis gaudeant. Donaverdam Elector Bavariæ Imperio reſtituat, quamprimum ipſi de ſumptibus in bellum expoſitis ſatisfactum fuerit. In regno Bohæmiæ, & cæteris Auſtriacis provinciis, etſi Elector Saxoniæ ſummoperè urgeret, Cæſar liberũ confeſſionis Auguſtanæ exercitium nequaquàm permittere voluit. De Sileſiâ & Luſatiâ ſeparatis tractationibus conventum. Reformatio Cameræ Spirenſis ad Generalia Imperii Comitia dilata item judicii Imperialis aulici Legati & Oratores Principum Proteſtantium in aulâ Cæſaris degentes, ratione religionis nullâ moleſtiâ afficiantur. Electoratus Palatini maneat Maximiliano Duci Bavariæ, & lineæ ipſius Wilhelminæ: Viduæ tamen Friderici IV. Electoris dos relinquatur, & proſcripti Friderici filius, ſi ad obſequium Cæſaris redierint, dignum conditione eorũ alimentum præſtetur. Duces Brunſuicenſes quater centena millia imperialium, Tilianis hæredibus aſſignata, iiſdem perſolvant intra ſpacium octo annorum, ita ut primo anno in nundinis Lipſienſibus perſolvant quinquaginta millia cum penſione annua reliquorum, & ita conſequenter. Ducibus Megapo-

gapoſitanis, ſi hanc pacem probaverint, ignoſcet Imperator, eosq; in ſtatum priſtinum reſtituet. Omnia loca ab adventu Regis Sueciæ Guſtavi Adolphi in Imperium anno 1630. Cæſari ejuſque ſociis ablata, quæ adhuc in poteſtate Proteſtantium ſunt, iis ad quos ſpectant, fideliter reſtituantur. Pro recuperatione cæterorum locorum, quæ adhuc ſunt in manu exterorum Principū, Galliæ aut Sueciæ, aliorumq;, qui Status Imperii non ſunt, aut etiamſi ſint, tamen in hanc pacem non conſentiunt, Elector Saxoniæ & cæteri hujus pacis participes Cæſarem omni ope juvabunt; viciſſim Cæſar ac ſocii ipſius omnia à ſe occupata ab anno 1630. antiquis poſſeſſoribus, atque in hanc pacem conſentientibus reſtituent. Præterea Cæſar omnia bello Danico ab anno 1625. occupata, & nominatim Gvelpherbytum & Nienburgum antiquis Dominis reddat. Electori Brandenburgico, ſi in hanc pacem conſenſerit, inveſtitura in Ducatum Pomeraniæ dabitur. Omnes in hanc pacem conſentientes vires & conſilia jungent, ut exterarum nationum hoſtiles exercitus, maximæ Suedicus, ex Imperio amoveantur, via ſi fieri poſſit amica, aliàs bello ac ſocietate armorum; & loca ab iis occupata prioribus Dominis reſtituentur. Philippiburgum in poteſtate Imperatoris pro commodo Imperii permaneat: captivi intra unius menſis ſpacium utrinque liberi dimittantur. Quibuſcunq; intrà decem à publicatione & notitia dies hanc pacem recipientibus generalis offenſarum oblivio ſive amneſtia conceditur, excepta cauſa Palatina & Bohemica; item aliquibus perſonis, quas Cæſar ſeparatis literis expreſſit; quibus tamen per hoc ad Cæſareæ clementiæ thronum via non præcluditur. Si qui Status jam ante extra hanc pacem cum Cæſare ſeparatim tranſegerint, id ratum inviolatumq; permanebit, neq; ex his conditionibus immutabitur. In dictam amneſtiam etiam recipiuntur nationes exteræ, dummodò omnia hoc bello ab anno 1630. occupata prioribus Dominis reſtituant. Cæſar, reti- 1635.

1635. nebit exercitum, & cum eo Elector Saxoniæ, cæterique in hanc pacem promittentes Principes ac civitates copias ſuas conjungent, præſtitoque Cæſari atque Imperio novo ſacramento, is deinceps *Cæſaris & ſacri Romani Imperii exercitus vocabitur:* ex quo Elector Saxoniæ partem, reliquum Cæſaris Filius Ferdinandus III. Hung. & Boh. Rex, aut is atque ii, quem aut quos Cæſar deinceps nominabit, gubernabunt, atque adverſus hoſtes Imperii & hujus pacificationis ducent, donec Imperio optata pax, & cuique ſuum juxta hujus tranſactionis leges reſtituatur. Diſciplina & leges militares, deſcriptio hibernorũ & profectiones, cæteraque incommoda bellica, pro durantis belli neceſſitate ex æquo & bono juxta ſanctiones Imperii ſanctè & integrè ordinabuntur. In ſtipendium autem militare quilibet Elector Princeps ac ſtatus Imperii, hanc pacem acceptans, centum & viginti penſiones menſtruas, intra hujus & inſequentis anni ſpacium conferent, eum in locum, quem ſingulis ſupremus Imperii Quæſtor pro more deſignaverit. Cæſar ex conſilio & conſenſu Electorum generalem Imperii conventũ quamprimùm indicet, in quo reliqua belli adminiſtrandi ratio communi omniũ conſilio definietur. Interim nemo ultrà id, quàm hac tranſactione placitũ, contribuere tenebitur. Poſt concluſionem hujus pacis omnia fœdera, uniones, & conventiones, privatæ huic paci contrariæ, eorumque juramenta ſint abolita. Imperator cum vicinis Dynaſtis, qui nihil adverſus Imperium moliti ſunt, pacem & amicitiam colet; reliquos verò ſtatus Imperii obſequentes omni amore ac benevolentia, uti & illi viciſſim Imperatorem debitâ fide, obſequio, & reverentia, omnes verò ſe tam Catholicæ, quàm Auguſtanæ Confeſſionis cultores mutuo amore, & concordia complectentur. Quæ hic definita non ſunt, eorum declaratio ex ſanctionibus Imperii petatur, quæ ſi præſenti paci in aliquo articulo adverſentur, ei tamen nullâ ratione obſtare debebunt. Hæc pacificatio

Margin notes: Der Röm. Käyserl. Mayt: vnd deß H. Röm. Krieges Heer. — 120. Monat/ nach dem einfachen Römer Zug. — Reichs abschei-den.

ficatio inter Cæſarem & Electorem Saxoniæ privatim pro toto Imperio inita, in nullum Imperii aut ſtatu præjudicium aut exemplum cedat, quodque jam exprimente neceſſitate factum deinceps non niſi in generalibus Imperii conventibus, ad quos ejuſmodi tractatus ſpectat, perficiatur. Nihilominus hæc pax, poſt quam ab Electoribus ac Statibus Imperii, aut majori eorum parte acceptata fuerit, pro communi atque inviolabili conſtitutione nunc & deinceps habeatur & reliquis Imperii ſanctionibus inſeratur. 1635.

Excluſi amneſtia. In hunc ergo modum pace concluſa, inſtrumentum quidem unum Cæſari, alterum Saxoni, ac tertium Electori Moguntino ad Cancellariam Imperii deponendum traditur: inter eos vero, quos Cæſar ab amneſtia excludendos cenſuit, hi maxime fuére. Primo transfugæ, qui deſerta Cæſaris militia non impetratà miſſione, hoſtium partibus acceſſiſſent: deinde omnes Eridlaudicæ conjurationis participes. Præterea multi Comites. Lovvenſteinii, Erpacenſes, Widani, Maximilianus Pappenheimius, Fridericus Hohenloicus, Hannovvio Müntzebergici, Lichtebergici, Iſenburgo Budingenſes, Dux Würtenbergicus, Fridericus Marchio Durlacenſis, Comites item Oetingenſes & Eberſteinius Baro de Freybergh, Juſtingen, & Oepfingen, aliiq; nonnulli. Quibus nihilominus ad Cæſaream clementiam ac gratiam aditus non præcluderetur, quamprimum deſertis hoſtium partibus illam cum debita ſubmiſſione ac fide quæſiviſſent. Guilielmo Landgravio Haſſiæ beneficium amneſtiæ oblatum, ſi de fide & obſequio in futurum ſufficienter caveret, & in pacificationem dictam ſanctè & ſerio promitteret. His ita conſtitutis, poſtquam Viennæ & per Bohemiam Saxoniamque, ac deinde in cæteris Imperii urbibus pax Pragenſis publicari cœpta eſt, variæ mox urbes, ejectis Suedicis præſidiis, ad obſequium Cæſaris rediére. Prima fuit Norimberga, dein Ulma Cæſareanis exercitibus proximæ. Francofurti apud Mænum res *Effectus pacis Pragenſis.*

1635. regni Poloniæ, ac ab Uladislao Rege & Chriſtiana Regina & adminiſtratoribus regni Sueciæ ſubſcriberentur. His ita pactis conventisque, Sueci, quidquid in Boruſſia occupaverant, Regi Poloniæ reſtituêre; & eo dein metu ſoluti, ad inſtaurandum bellum Germanicum, ex quo illis magna virium pars per pacificationem Pragenſem deceſſerat, incubuêre. Cæterùm, opportunè illis accidit, ut per idem tempus Galliarum Rex Ludovicus (poſtquam jam diu ante inter ipſum & regnum Sueciæ de mutuo fœdere, certis conditionibus conventum fuerat) denuntiata palam hoſtilitate, in Cæſarem ac Regem Hiſpaniarum, diverſis exercitibus Hiſpaniam, Germaniam, Italiamque & Belgium peteret. Quod bellum, quo deinceps ardore, quaque fortuna, & quantâ rei Catholicæ in Germania detrimento geſtum ſit, annis inſequentibus narrabitur. Primam ejus belli calamitatem ſenſit Philippus Chriſtophorus Elector Trevirenſis, qui jam pridem, ut Suedicam à ſe tempeſtatem depelleret, in partes ac præſidium Regis Galliæ tranſiverat, invitis quidem Canonicis Metropolitanis & cæteris ejus ditionis Ordinibus, qui magis ad præſens Hiſpani Regis ex Belgio auxilium, Cæſarique & Imperio affinem Principem adſpirabant. Igitur menſe Martio Hiſpanienſis Luxemburgi Gubernator, Comes Embdanus cum Barone Metternichio, adſumpta ex vicinis præſidiis idoneâ militum manu, eaque navigiis impoſita, ſecundo Moſella ſilentio vectus, Auguſtam Trevirorum improvisò capit: paucis cæſis, qui ex Gallicano præſidio initio auſi erant reſiſtere. Elector ipſe, etſi multum repugnans libertatemque ſuam & privilegia obteſtatus, captivus Bruxellas primum, [...] Grandavum, ac demum Viennam ad Cæſar[em] ducitur, liberali ubique & honorata cuſtodi[a ...]tus. Treviris ſufficienti Hiſpanorum præſidi[o] munita revocatique exemplo & in locum p[...] repoſiti, quos iniquitas & mutatio temporum expulerat.

Belli Gallici initium.

Treviris capta cum Electore.

Inter hæc Elector Bavariæ cum Maria Anna Ferdinandi Cæſaris primogenita matrimonium Viennæ celebravit. Junxit novos ſponſos Cardinalis Dietrichſteinius in magna Principum corona, inter quos præter ipſum Cæſarem Leopoldus Guilielmus Archidux, Albertus Dux Bavariæ, Joannes Caſimirus Princeps Poloniæ, Wolffgangus Wilhelmus Juliæ ac Montium Dux, Princeps Anhaltinus; dein Hiſpanicus, Danicus, Florentinus, Sabaudicus; Holſatusq; Oratores eminebant. Nuptiis de more regia magnificentia atque apparatu celebratis, Elector cum nova Conjuge in Bavariam revertit. 1635. *Matrimonium Bavari.*

Per idem tempus adoleſcens quidam ruſticanus in Boruſſia novum vitæ periculum novo atque audaci remedio evitavit. Andreas Grunheide vocabatur, ex Grunvvalda, qui locus ſeptem à Regiomonte milliaribus diſtat, oriundus, Is diu ſtomachi languore ladorabat, atq; ideò vomitionibus aſſuetus cum aliquandò pro more ſuo arrepto cultello, manubriũ ejus in fauces immitteret, gulæ ad vomitum ſtimulandæ causâ cultellus fortè è manibus elapſus, gulam profundiùs ingreditur; ac demùm, etſi ægrè, in ſtomachũ ipſum deſcendit. Certè non erat officina hæc, quæ ferrum concoqueret: neque natura viam idoneam, qua ſe novus hoſpes ejiceret, præparaverat. Igitur ancipiti malo, & haud dubiè in exitium hominis vergenti anceps quoque & ſtrenuum remedium conſilio Medicorum Regionmontanorũ adhibetur, quod ejuſmodi fuit. Ægro firmis aſſeribus fortiſſimè alligato conſtrictoque, ne verſando curam magiſtri turbaret (cum jam ante ad eliciendam ferri aciem medicamentum magneticum aſ... partibus per dies aliquot applicuiſſent) Chi...gus paulò infrà coſtas ſiniſtri lateris apta ad id novaculâ aperire corpus ad ipſum uſq; ventriculum cœpit; tum pertentato eo, apertoque levi è vulnere cultellum extrahit. Æger deinde adhibitis fomentis & debitâ curatione, brevi planè convaluit. Cultellum teſtẽ miraculi Rex Poloniæ per idem fortè tempus *Prodigium Medicum.*

Regio-

1635. Regiomonte intrans, ad ſe recepit, dimiſſo Medico ſuo Caſparo Craſtio, qui infirmum & qualitatem vulneris diligenter inſpiceret, atque ad ſe referret. Eodem anno Cratzius & Schafgotſius Comites, & Tribuni Cæſarei capitis ſupplicio affecti ſunt: hic conſpirationis Wallenſteinianæ particeps, & conturbandæ Sileſiæ præpoſitus; Ille ſuſpectæ primum fidei, dein manifeſtus transfuga ac deſertor. Cæteri Fridlandicæ conjurationis complices aut perpetuis carceribus mancipati, aut in exilium ejecti ſunt.

Geldrienſes intercipiunt munimentum Schenkianum.

Porrò in Belgio Geldrienſes præſidiarii validiſſimum munimentum, quod ſuperiore ſæculo Martinus Schenkius in Rheni divortio exſtruxerat, improviſo aſtu intercipiunt. Mille & quingenti erant veterani pedites, qui ſilentio comparatis pontonibus navigiisque, intempeſta nocte munimentum admotis ſcalis undique invadunt. Cæſi omnes, qui initio auſi erant reſiſtere; & Gubernator ipſe è ſomno exſiliens, ſicut erat ſine veſte fortiſſimè dimicans occubuit. Amiſſi tam opportuni munimenti nuncius graviter perculit Ordines Belgii confœderatos: itaque negocium Orangio datum, ut moleſti inde Hoſpites quamprimum exturbarentur; atque is, mox præmiſſo Guilielmo Naſſovio, obſidionem omni ope inſtituit. Sed præſidiarii locum fortiter captum pari conſtantiâ defenderunt, donec in annum uſq; inſequentem, ferro atq; igne & contumacia oppugnantium ad extrema redacti, neceſſitati ceſſerunt. Utriq; egregiam laudem conſecuti; hi quod cæpiſſent, ſtrenuèq; defendiſſent: illi, quod ad recuperandum nullam occaſionem ſtudiumq; neglexiſſent. Per idem tempus longorum bellorum ind[illegible]tata appendix, fames primum, deindè peſtis [illegible]luit: utrumq; malum è ſuperiore Germania exo[illegible] facilè ſe in reliquas provincias diffudit, tanta aliquibus in locis atque in Alſatia maximè rerum omnium penuriâ; ut multi ad nefandos atque abominabiles cibos compellerentur; pagis pleriſque deſertis exhauſtiſque: dum inquilinorum alios in exteras

teras

teras terras vitæ ſervandæ deſiderium expulit, alios 1636.
dira fames, aut ex novi victus inſolentia orta contagio extinxit. Inter hæc tamen longi etiam ævi & ſuprà mortalis ſpacii brevitatem diuturni exemplū Anglia protulit, ſi vera fama eſt: is Thomas quidam Parrus fuit ex pago Alberburio in Salopiæ Comitatu, anno 1583. ſub Eduardo Rege genitus, & hoc demum anno defunctus, poſtquàm annos centum & quinquaginta duos admirabili ſanitate & viribus corporis tranſegiſſet. Anno quarto ſuprà centeſimū adhuc procreationi liberorum ſuffecit, tranſivitque vigeſimo ſuprà centeſimum ad ſecundum matrimonium: ſimplici victu & lacticiniis potiſſimùm ſine ulla Medicorum operâ uſus; vino ac cereviſia etiam craſſiore, ac lupulo infecta ſemper abſtinuit. Adeò natura vili & parabili ſumptu in longum producitur; neque alibi facilius quàm in hoſpitio ſobrietatis ſeram & validam ſenectutem reperias.

Lotich. part. 2. lib. 25. fine.

Sub initium anni inſequentis, qui fuit ſæculi hujus ſextus ſuprà trigeſimum, inter Electorem Saxoniæ & Joannem Bannerium Suedicæ militiæ ſupremum, poſtquàm diu Elector de Suecorum è Germania diſceſſu fruſtrà tranſegiſſet, res ad arma deducitur. Et Suedici multò crudeliùs, quam unquā alibi in ditiones Saxonis invadunt, occupato munimento Werbeniano, dein urbibus vicisque apud Havelam & Salam fluvios miſerè expilatis. Saxoni Melchior Hatzfeldius cum legionibus aliquot ſubſidio miſſus, exultantem levibus victoriis hoſtem facilè oppreſſit: recuperata indè Havelberga aliaq; loca, quæ Suedico præſidio tenebantur: demum & Magdeburgum acri obſidione aliquandiu conſtrictum in poteſtatem Saxonis pervenit. At haud multò poſt, ut incerta bellorum fortuna eſt, Bannerius aliquot millium è Suecia ſupplemento auctus, Luneburgum invadit; indè Saxonicos apud Wittſtochium aſſecutus, gravi clade profligat, & Werbenā uſque compellit relictis omnibus retrò impedimētis ac rerum militarium apparatu. Mox cum Joanne

Geſta inter Saxones & Suecos.

1635. Vrangelio, qui paulò ante Garcium in Pomerania Cæſareanis abſtulerat, Marchiam Brandemburgenſem, quod Elector ille pacificationi Pragenſi ſubſcripſerat, expilationibus devaſtat. Indè, tranſmiſſo Albi in Thuringiam copias infundit, & Ephordienſes jam etiam ad pacem Pragenſem ſpectantes, certis conditionibus in poteſtatem accipit. Non minor per Haſſiam Weſtphaliamque ea æſtate belli tempeſtas detonuit. Landgravius Haſſiæ Gulielmus diu, an pacem Pragenſem admitteret, cunctatus, tandem eâ repudiatâ & aliquot Suedicarum legionum auxilio confirmatus, repentè ad arma conſurgit, Hannoviamq; validiſſimum propè Francofordiam munimentum, ac jam pœnè à Cæſareanis ad extrema redactum, pulſis indè oppugnatoribus, obſidione liberat. Indè ipſe rurſum à majore Cæſareanorum numero, Duce Getzio, in Weſtphaliam ac Friſiam repulſus, magnis exactionibus Provinciales exhaurit; Getzius intereà totam propè Haſſiam hoſtili more depopulatus, & mox indè in Weſtphaliā regreſſus, Paderbornam ac Suſatum ſubitâ vi ad deditionem cogit. Tremonia dein, & Werla, & Hammonia, ejectis Haſſicis præſidiis, eundem caſum ſubiêre. Dum hæc in Saxonia & Weſtphalia geruntur, Rex Hungariæ Ferdinandus cum potiſſima Imperialis exercitus parte Rheno ac Moſella ſuperatis, variis locis ac diverſis Ducibus Galliam aggreditur, evulgato ac præmiſſo ſcripto, quibus hoſtilitatis illius cauſas longè expoſuit; quarum hæ erant præcipuæ; quod Rex Galliæ contra nuperam Mantuani belli pacificationem Ratiſponæ concluſā, cùm Cæſaris & Imperii hoſtibus colluderet; quod Regem Sueciæ & Duces ipſius armis, pecunia, militibus commeatuque juvaret; quod urbes Imperii aut invaderet ipſe, aut ab hoſtib' auro redemptas ſuis præſidiis confirmaret, magno libertatis Imperii præjudicio, cui hæc exterorum Regum ac Principum molimina ſemper ſuſpecta fuiſſent. Et ſanè per id tempus, Dux Vinarienſis Gallicis auxiliis ſuffultus Taber-

Inter Haſſos & Cæſareanos.

Inter Cæſareanos & Gallos cauſa belli hujus.

1635

bernas Alſaticas, Princeps Condæus Dolam in Burgundiâ premebat. Tabernarum præſidio Mülheimius Chiliarcha præerat; qui re ad extremum deductâ, honeſtis tandem conditionibus deditionem pactus eſt, Dolæ obſidio partim interpoſitu Helvetiorum, partim Caroli Lothringiæ Ducis adventu ſoluta. Ex alterâ Galliæ parte, quà Belgium ſpectat, Ferdinandus Cardinalis ac Gubernator Belgarum haud ſegnius bellum movit, infuſo in Piccardiam exercitu, qui Ciapellâ Daibejâ, Caſtelleto, aliiſque nonnullis locis facile occupatis, ad ipſam prope Pariſiorum metropolim duce Joanne Verdano copias ac terrorem pertulit, Cæterum Rex Gallarum Ludovicus tot undique invadentium hoſtium ſtrepitu exercitus, evocata omni prope nobilitate, in Piccardiam progreſſus, Corbejam & alia nonnulla oppida recuperat. Inde Hiſpanos in Belgium & hiberna rejicit; Cæſareanos duce Gallaſſio juſto cum exercitu Galliam ingreſſus. fame ac rerum omnium penuria, quam ipſi populando effecerant, iterum in Germaniam trans Rhenum compulit; redacti ad tantam paucitatem legionibus centuriiſque, ut juſto prælio majorem cladem accipere non potuerint. Sed non exercitum, modo, verum & omnes circa Rhenum regiones ingens ſub id tempus fames afflixit, ut non villæ tantum pagique, ſed urbes etiam, dilapſis paſſim incolis, deſerentur.

Comitia Ratiſponenſia.

Inter hæc Cæſar per pacificationem Pragenſem pacatâ utcunq; Germaniâ, ſimul curis & ætate fractus, ingraveſcente indies valetudine; de ſucceſſore Imperio cepit proſpicere. Itaque comitia creando Regi Romanorum Ratisponam indici jubet, eò præter Cæſarem filiumque Ferdinandum Electores, Moguntinus, Colonienſis & Bavarus, dein Legati Saxonis & Brandeburgici advenêre: Trevirenſis in cuſtodiâ habebatur. Aderant præterea Anglicani Poloni, Tartarici, aliorumque Principum Oratores alii aliis ex cauſis. Porro Cæſar coram Electoribus præſentibus legatiſque abſentium cauſam conven-

rûs

1636. tûs illius prolixè expoſuit; ſumma orationis erat: Quoniam ipſe ſub gravi hactenus Imperii & curarũ onere ad eam paulatim viriũ ac valetudinis imbellicitatem perveniſſet, ut haud diu amplius tanto ponderi ferendo par eſſe poſſit, cupere atque optare ut Electores ſibi de ſocio laborum, Imperio de Rege Romanorum provideant, id ad ſui non minus ſolatium ac levamen, quàm Imperii ſtabilimentum ac tranquillitatem pertinere, cui nihil luctuoſius accidere poſſit, quam ut hoc turbatiſſimo ſtatu ſine Rectore ac capite relinquatur. Porrò diu dubitari non poſſe, qui id in faſtigium evehendus ſit, cum ſibi Deus immortalis filium dediſſet jam Hungariæ & Bohemiæ Regem, ita inſtitutum à teneris, & quaſi inter regna & gubernacula natum, ut ad tanti muneris dignitatem idoneis virtutibus ſuſtentandam nihil deſiderari poſſit. Dediſſe illum jam ante bienniũ ſpecimen virtutis ac felicitatis ſuæ, cæſo apud Nordlingam Suedico exercitu, quâ victoriâ tota penè Germania ad obſequium fidemq; Imperii rediiſſet. Ab eo tempore Imperialis militiæ regimen feliciter inchoatum, adhuc dum pari prudentiâ gerere. Addidit deinde aliqua de pace Pragenſi per Imperium recipiendâ, utque de univerſali tandem pace ac tranquillitate Electores in commune conſulerent, enixè rogavit. Poſt hæc Electores, habitis inter ſe aliquot conſultationibus, & demum accepto à Senatu populoque Ratiſponenſi fidelitatis ac ſecuritatis jurejurando, ad eligendum novum Cæſarem procedunt.

Electio Ferdinandi III. Regem Romanorum.

Summo mane omnes habitu Electorali induti hoc ordine ad Eccleſiam Cathedralem profecti ſunt. Primo Moguntinus & Colonienſis, poſt hos Rex Bohemiæ & Bavarus, poſtremo Saxonis & Brandenburgici Legati. Mox ſacro miſſæ officio de S. Spiritu ſolemniter celebrato, in vicinum atque ad id exornatum ſacellum Electores prodeunt: ibi concordibus omnium ſuffragiis Ferdinandus III. Rex Hungariæ Boherniæq; in Regem Romanorum eligitur. Paucos deinde poſt dies electum Regem Archiepiſcopus

1636.

Moguntinus inter ſolitas ſolemnis ſacrificii ceremonias conſueto more inaugurat. Quibus omnibus magnifico apparatu abſolutis, ne quid ad tantæ dignitatis complementum deeſſet, ſub initium anni inſequentis novi Regis conjunx Maria Hiſpanica, iiſdem propriè ceremoniis in Romanorum Imperatricem initiata eſt. Utraque inauguratio regio convivio excepta, & dein omni ludorum genere ac triumphalium ignium feſtivo apparatu finita eſt. In medio comitiorum æſtu Electori Bavariæ ex Maria Anna Auſtriaca filius naſcitur Ferdinandus Maria: cui menſe Novembri per Epiſcopum Friſingenſem ſacro fonte expiato, nomine Cæſaris Albertus frater Electoris ſponſor adſtitit.

Bavaro naſcitur filius.

Sub idem tempus munimentum Schenckianum, diuturna obſidione ad extrema redactum, in poteſtatem Hollandorũ rediit: pauci ex omni præſidiariorum numero ſuperfuêre, maxima parte ferro aut fame, aut alio morbi genere interfectâ. Graviores turbæ eodem anno apud Leodium exortæ ſunt: quarum hæc ferè initia fuêre. Duo & viginti Commiſſarii ab annis ferè ducẽtis traducto more, triginta Duumviros eligendis civitatis conſulibus deputabant ad annum ferè hujus ſæculi tertium, cùm Princeps Erneſtus corruptelis Commiſſariorum mederi cupiens, formulam hanc immutavit tranſtulitq́; poteſtatem eorum in populum, qui in tres ac triginta tribus diſtributus eſt. Sed fruſtrà moderationem in multitudine requiras, quam in paucis non inveneris. Nam mox vulgus ſuapte naturâ diſcors ac ſeditioſum, ubi coli ambitu Patriciorum cœpit inſolenter ac turbidè agebat, trahendo in ſe regalia Principis, mox in factiones ac ſectas ſciſſum magno ſemper ſtrepitu annua Conſulum comitia permiſcuit. Igitur Princeps Ferdinandus, ut majoribus malis occurreret, authoritate Cæſareâ comitia Conſularia rursùm à populo ad Commiſſarios tranſtulit, permanſitq́; ea mutatio ad annum hujus ſæculi vigeſimum nonũ quandò iterùm populus prioris poten-

Varia.

Leodienſium turbarum initia.

Trantl. Capit. Leod. impreſſa anno 1648. Colon.

1636. tiæ dulcedine illectus, ſuis ſuffragiis novos Conſules elegit: eamque deinceps conſuetudinem, annos aliquot obtinuit, non ſine ingentibus ac anniverſariis ſeditionibus. Urbs autem in duas præcipuè factiones dividebatur, Chiroutiorum ac Grignoviorū. Illi primores civium erant, patricii pleriq; & laureati; hi è vulgo; ſed plerumque numero ac opibus ſuperiores. Undè factum, ut ſuperantibus ſuffragiis, plebei ſemper Conſules, ut quisq; maximè promptus ac popularis erat, renunciarentur, præteritis primoribus ac honoratiſſimis quibusque, ad Magiſtratum illum antehac evehi ſolitis. In eo urbis atq; animorum ſtatu hoc anno Joannes Verdanus cum legionibus aliquot Cæſareis, juſſu Cæſaris ac Principis Electoris ditionem Leodienſem ingreſſus, recipi ibidem in hiberna poſtulavit; dumq; in abnuentes vim atque arma molitur, illi majore numero animoq; oppugnantes rejiciunt. Ita internis ſimul externiſque motibus concuſſa civitate, Ferdinandus Belgarum Gubernator, miſſo Leodium Marchione Ledano, Cæſar verò Joanne Ludovico Comite Naſſoviæ Hadamario, ut rem quàm æquiſſimis mediis ad quietem deducerent, laborarunt. Uterq; egregio apparatu & multo cum honore acceptus, mandata ſua Conſulibus ac Senatui exponit; eorum ſumma hæc erat: ut depoſitis inter ſe ſimultatibus in officio erga Cæſarem ac Principē ſuum perſeverarent, ad eamq; rem arbitros atque mediatores offerebant. Leodienſes, actis primùm enixè gratiis, reſpondent; nullam in ſequiorem partem Cæſarem aut Principem deſideraturos, ſi antiqua ipſis privilegia inviolata permaneant, neque extraordinariis exactionibus, hibernis aut hoſpitiis militum premantur. Cenſus verò ſuos Ad eum modū velle dependere, qui anno ſuperioris ſeculi quarto & nonageſimo præſcriptus ſit. Quod autem hoc anno nihil in medium conferre poſſint, Johannem Verdanum in cauſa eſſe, qui totam patriam hoſtiliter populando inæſtimabili damno civitatem affecerit. Dum hæc apud Leodium gerun-

Res Tranſilvaniæ

fuit, Georgius Ragotſius Tranſilvaniæ Princeps cum 1636.
Iſthuâno Betlenio Gabrielis Bethlenii fratre inimicitias primum, dein bellum habuit. Bethlenius modicis à Turcâ auxiliis inſtructus, ſemel atque iterum [illegible] clade proſtratus in Thraciam rejicitur: denique res [illegible] ope componitur: eò facilius, quod Bethlenius nullum à Turcis auxilium ſperare poterat, qui tum in bellum Perſicum intenti omnes eò vires contulerant. Trecenta bellatorum millia tunc Amurathes Imperator adverſum Perſas in Armeniam eduxerat; cæſoque & profligato Perſico exercitu, Rovanum nobilem apud mare Caſpium urbem cum provinciis adjunctis in poteſtatem redegerat. Cæterum Turcis major in vincendo & capiendo gloriæ cupiditas, quam cura in conſervando fuit: mox enim, ut Amurathes Conſtantinopolim [illegible]iit, quicquid ſuperiore expeditione Perſæ amiſerant, brevi compendio recuperavère.

Obiere eodem anno Joannes Albertus Dux Megapolitanus, & Auguſtus ſenior Brunſuici & Lunæburgi Dux, David item Herlicius hujus ævi Aſtrologus. Sed apud Regiomontem in Boruſſiâ novus & fanaticus propheta dignas ſceleribus ſuis pœnas extremo vitæ ſupplicio luit. Joannes Adelgreiffius nomen homini fuit, & ſe Deum Patrem eſſe profitebatur, utque imperitæ multitudini fidem faceret, variis in aere & cælo præſtigiis, ope haud dubie mali dæmonis, patratis, oculis incautorum illuſerat. Callebat Hebraicè, Græcè, & Latinè, tum Polonicè, Lithuanicè, & Churlandicè, etſi non ſingulas æquè promptè. Habitu vili ac dementiſſimo, adſpectu etiam terriore fuit, & ex quo non Deum aut ſemideū aliquem, ſed ſcurram magis, aut è trivio nebulonem cognoſceres. Igitur delatus ad Magiſtratum, atque in cuſtodiam datus; poſtquam præter has impoſturas & veneficia variorum, præterea adulteriorum reus cognoſcitur, ad mortem damnatur. Quam ille, nullo ſigno formidinis, vultu læto atque hilari adiit, identidem affirmans adſtantibus, ſe tertiâ poſt die à

Propheta Regiomontanus.

1636. mortuis reſurrecturum. Cum ad locum ſupplicii perventum eſſet, neq; ab illis perſuaſionibus homo vecors ad ſanitatem mentis revocari poſſet, carnifex concitando terrori omnia muneris ſui inſtrumenta ante oculos jam morituri de induſtriâ cæpit explicare: Sed ille hæc omnia velut puerilia terriculamenta riſu excepit. Tandem carnifex, nullâ amplius pœnitentiæ ſpe, juſſa exſequitur, hominique cervices abſcindit; & truncum in rogum ad id præparatum conjicit, flammis abſumendum.

1637. *Mors Ferdinandi II. Cæſaris.* Initio anni trigeſimi ſeptimi menſe Februario Cæſar Ferdinandus II. Ratiſponâ Viennam reverſus, & jam pridem debilitate ac malâ corporis valetudine afflictus, integris ſenſibus & magnâ in Deum pietate ex hac vitâ exceſſit, anno ætatis quinquageſimo nono. Princeps omnibus regiis virtutibus ornatiſſimus, ſed pietate ac religione nulli ante ſe Cæſarum ſecundus. Nihil magis in omni vitâ optaviſſe dicitur, quam ut ſuis in Provinciis, ac tum toto Imperio antiquæ religionis verum decus, & cum eo ſtabilem ac firmam pacem reduceret. Viſus eſt propterea non ſemel ſeſe ac totam Auguſtiſſimam Domum in extremum diſcrimen projicere, quod tamen mirâ Dei providentiâ ſemper evaſit. Amicos & religioſos præſertim dilexit tenerrime: inimicis atque adverſariis ſuis etiam infeſtiſſimis ſæpe gratiam & veniam obtulit, redeuntesque amantiſſime excepit, & majore, quam ſi nunquam peccaſſent, benevolētiâ complexus eſt, adeò, ut vulgo jactaretur ad magnitudinem amicitiæ Cæſaris præſtare, prius offendiſſe. Hoſtes quorum in omni vitâ quam plurimos habuit, eodē plane affectu proſecutus eſt, neq; ulli eorum unquā maledixit; ſæpe auditus in familiari colloquio, ſi quis in hoſtem acerbius dixiſſet, reprehendere & caſtigare imprudentiam cavillantis, & ſermonem alio divertere. Munificentia & clementia in eo tantæ fuerunt, ut quibuſdam modum excedere videretur; quorum tamen judiciis nihil movebatur, ratus proprium Principis munus eſſe, quamplurimis benefacere,

...cupationum omnino patientiſ-
...re ſolitus, id ſe maximum à Deo
...ie, quod in tantâ negociorum
...res amaret. Venatione ad neceſſa-
... exercitationem, Muſicâ ad oblecta-
...onem ... frequentiſſime utebatur. Caſtitatis &
continentiæ cultor præcipuus fuit, cum nullâ unquã
etiam Principe fœminâ locutus, niſi teſte totâ aulâ,
aut ſi res ſecretum exigeret, ipsâ ſaltem Auguſtâ con-
juge in colloquium advocatâ. Sed hæc, aliaq; qui-
bus id inſtitutum eſt, prolixius memorent. Natus eſt
anno ſuperioris ſæculi ſeptuageſimo octavo in Stiriâ
patre Carolo Archiduce, Ferdinandi I. Cæſaris fra-
tre, matre Mariâ Duce Bavariæ. Anno ſæculari, mor-
tuo jam dudum patre, Mariam Annam Wilhelmi
Ducis Bavariæ filiam in matrimonium; & ex ea ſex
liberos accepit, anno 1604. menſe Majo Chriſtia-
num 1605. Joannem Carolum, 1608. Ferdinandum
... Cæſarem, 1610. Mariam Annam Maximiliano
Electori Bavariæ, & 1611. Cæciliã Renatam Uladis-
lao Regi Poloniæ nuptam; denique anno 1614. Leo-
poldum Wilhelmum, qui nunc pro Rege Hiſpania-
rum Belgio præſidet. Cæterum uxorem & duas prio-
res proles ante imperium amiſit; deinde ſexto vidui-
tatis anno, ac jam Cæſar, Eleonoram Mantuæ ducem
ſecundis nuptiis duxit. Mortuo Cæſari per omne
Imperium & vicina regna, Conſtantinopoli quoq;
permiſſu Amurathis, ab Oratoribus Principum
Chriſtianorum regio apparatu parentatum eſt. Por-
ro mors optatiſſimi Principis, etſi in eo Imperii ſta-
tu, flagrantibus adhuc bellis, bonis omnibus fune-
ſtiſſima accidit; tamen publicum dolorem magnâ
parte abſterſit ſucceſſor parentis filius Ferdinandus
III. non patriarum modo ditionum, ſed virtutum
etiam & gloriæ hæres; quarum præſidio etiamnum
onus Imperii & curarum paribus humeris ſuſtentat.

Liberi Ferdinandi II. quo anno nati.

Paulo ante mortem Cæſaris Bannerius Suedicæ
militiæ ſupremus Præfectus, etſi mediâ hyeme, op-
preſſis aliquot Saxonicis legionibus, Torgam ſubitâ

Geſta Suecorum in Saxonia.

1637. vi expugnat; Inde ad obſidendam bello captam receptamque omn Sed labor hic opinione ejus major extremum fuit. Præerat urpi Trand cum valida præſidiariorum manu, ju ctor Saxoniæ, ut quam fortiſſime defen , ſeſe in tempore auxilio affuturum. Neque ſpem fefellit eventus; urbi ſeptimanis aliquot ſtrenue defenſæ adfuit in tempore. Elector cum Hatzfeldio & Cæſareanis legionibus: ita depulſus inde Bannerjus re infecta Torgam retrocedit. Eam urbem propè munierat, & comportato undique frumento, in longum providerat, donec Cæſareanorum majore numero, (nam Hatzfeldio interea Gallaſſius & Gelehnius acceſſerant) inde etiam cum clade expellitur. Paulum dein apud Landsbergam commoratus in Marchiam Brandenburgenſem abit, ibi cum Joann Vrangelio, qui novas ex Pomerania copias adduxerat, conjungitur. Fugientem Cæſareani cum omnibus viribus inſecuti, intercepta Landsperga, in ipſam porro Pomeraniam perſequuntur: ibi tentato fruſtra Anclamio Tripſecium deditione, Wolgaſtum vi capiunt. Inde Duce Bredavio Tribuno Cæſareano, extractis, quas Sueci demerſerant, navibus, in Uſedomiam inſulam penetrant; atque omne Suedicum præſidium ejiciunt. Haud multò poſt Damminum non invalida Pomeraniæ urbs per Goltzium Cæſareanum, & Vicethumium Saxonicum Ducem expugnatur. Luneburgum, Hallas, aliaque in interiore Saxonia urbes alii duces recuperant. Ita hoc anno Suedica per Germaniam potentia plurimum acciſa, atque in extremum maris Baltici angulum rejecta tribus adhuc oppidis Anclamio, Stetino, & Straleſunda ſeſe ægrè ſuſtinuit.

Sueci repelluntur in Pomeraniam.

Per idem tempus Joannes Verdanus, è Gallica expeditione redux, Ehrenbreitſteinium apud Rheni & Moſellæ confluentes validā arcem & inviam acceſſu, circumfuſis eminus legionibus, quæ commeatū inferri obſeſſis prohiberent, fame tandem ad deditionem

Ehrenbreitſteinium.

tionem coëgit; cæſæ fugatæq; apud Montaburium Haſſicæ aliquot centuriæ, quæ commeatum apportare laborantibus nitebantur. Ita ad extrema malorum redacti Galli arcem Electori Colonienſi honeſtis conditionibus dedunt. Subindè Bernardus Dux Vinarienſis cum ſuis & Gallicanis aliquot legionibus expugnata Jonvillea aliiſq; in Burgundia locis, Rhenum ſuprà Argentoratum trajicit, eò audacius, quod potiſſima Imperialium copiarum pars procul indè in Saxoniam receſſerat. Vinarienſi cum iis, quas apud Ehrenbreitſteinium habuerat, copiis, Verdanus obviàm proficiſcitur; indè Lotharingicis & Savellianis legionibus confirmatur, iteratis aliquot conflictibus, Vinarienſem iterum trans Rhenum in Burgundiam rejicit, & pontem, cujus capita ingentibus munimentis firmaverat, dejectis indè Gallis, ſuæ poteſtatis facit. At felicior Vinarienſi repulſa, quam victoria Verdano fuit: nam ille in opulentam Delſpergenſem vallem, faucibus incolarum incuria neglectis, penetrans, liberalia hiberna habuit: huic Briſgovia ſterileſq; Hernicii ſaltus & deſerta Sueciæ in præmium gloriæ ſimul & ſtipendiũ obtigére. Porrò apud Leodienſes graves turbas cædes Conſulis Sebaſtiani Ruellii concivit: is Gallicarum haud dubiè partium à Comite Warfuſæo, unâ cum Abbate Mauſonio, & aliis quibuſdam ad prandium invitatus, ſublatis epulis, in aliud conclave deductus, multis vulneribus interficitur. Eâ re ſtatim vulgata fit ingens civium concurſus, mox ædes Warfuſæi circumdatæ, & quoniam milites aliquot introduxerat, vi expugnatæ: cæſi militum pleriq́ue. Warfuſæus extractus in publicum, & fruſtrà illatam Conſuli necem defendens, fœdum in modum manibus ac telis furentium diſcerpitur. Ruellius velut publicæ ſalutis victima celeberrimo funere elatus eſt: deindè in authores & conſcios cædis acerrimè quæſitum, tantâ vulgi acerbitate ac licentiâ, ut delatum à Bartholomæo Rulando defuncti Conſulis affine, Theodorum Fleronium Senatorem & Scabinum

1637

Cædes Ruellii Conſulis Leodienſis, & Warfuſæi

1637. num Leodienſem plebs, non expectato decreto magiſtratus, ex carceribus extraxerit productumque in forum & glande plumbeâ trajectum è furca ſuſpenderit. Additi deinceps Conſulibus cuſtodes ſex lanceariorum & quindecim ſcloperariorum paria. Sed exacerbatis ſemel civium animis atque in diverſa diſtractis, conſopitæ ad tempus turbæ atrociùs deindè erupére.

Res Belgicæ, Bredam recipiunt Hollandi.

Eodem anno Ordines Belgii confœderati recuperato, ut ſuprà diximus, munimento Schenkiano, Bredam, quam ante annos duodecim Spinola longâ iis & difficili obſidione eripuerat, multo minori tempore & paucioribus impenſis recipiunt. Menſe Octobri honeſtis conditionibus deditur: præſidiarii, qui adhuc ſupererant, mille & octingenti cum impedimentis, armisq; & ſonantibus tubis Mechliniam dimiſſi. Religioni quoque Catholicæ abunde conſultum; ſed mox ex levi ſuſpicione, quòd noctu januis obſeratis feſtivitatem S. Catharinæ magno numero congregati Catholici celebrarent, promiſſa iis ſecuritas violatur, & ſolemnitates ejuſmodi ſacrorum prohibitæ, ac plerique eorum urbe pulſi ſunt. Cæterùm Ferdinandus Cardinalis, Gubernator Belgarum, fruſtrà tentatâ Bredæ liberatione, Venlonam primo, dein Ruræmundam intercipit, & duarum urbium acceſſu unius damnum, cujus tamen permutationis Hollandos non pœnituit, reſtaurat. Qui eâdem fortunâ in Africa uſi, celeberrimum Guineæ propugnaculum, quod Minam vocant Hiſpanis eripuêre. Triduò continuata oppugnatione terrâ mariqu; præſidiarii ad deditionem coacti ſunt, & datâ fide liberi indè ad Inſulam S. Thomæ quæ Æquatori ſubjacet, tranſvecti.

Matrimonium Regis Poloniæ. Piaſeck. hoc anno.

In Poloniâ, cùm jam biennium propè Rex Uladislaus de ducendâ uxore cum regni Ordinibus deliberaſſet, atque in ejus matrimonii ſpem tres præcipuè Principes virgines proponerentur, Cæcilia Renata, Ferdinandi II. Cæſaris filia, Aloyſia Maria Nivernenſis in Gallia Ducatus hæres, & poſtremo filia Friderici,

Friderici Palatini; ſed hæc cùm propter diverſitatem religionis facilè reſpueretur, in Nivernenſem verò omnium penè Procerum ſuffragia inclinarent; Rex tamen prætulit Auſtriacam, & mox finitis comitiis dimiſſi Legati, Princeps Caſimirus frater Regis: Joannes Lipſius Epiſcopus Culmenſis, & Caſpar Dinoſſius Palatinus Sieradienſis, qui ſponsã Regiã in Poloniam deducerent: & Dux Georgius Oſſolinckius, Palatinus Sendomirienſis, qui in finibus Poloniæ adventantem Regis nomine exciperet. Sub finem Auguſti menſis, comitante Claudia Medicæa, Leopoldi Archiducis vidua, cæteriſque Polonicis Legatis, ſponſa in Poloniam diſceſſit, & inſequenti menſe Varſaviam appellens, ab Archiepiſcopo Gneſnenſi Regi deſponſata ac ſolenni ritu inaugurata. 1637.

Inter regiarum nuptiarum apparatum ſeditio magis, quàm bellum à Coſaccis exortum eſt. Illi, ut jam memoravimus, expediti & levis armaturæ milites in finibus Poloniæ apud ripam Boriſthenis arcendis Tartarorum ac Turcarum incurſionibus perpetuò excubant: ſed tunc, ut fit, ocio inſolentes ipſis Polonorum Procerum ditionibus infeſti erant; neque minis terrebantur genus hominum militare atque aſſuetum latrociniis. Igitur ad coërcendam licentiam Stanislaus Conjecpolſius ſupremus militiæ Præfectus juſſu Regis ad Boriſthenis & Samaræ confluentes novum propugnaculum ædificat, eiq; tuendis operariis ducentorum Germanorum præſidium imponit; id præſidiũ Coſacci ſubita vi coorti interficiunt, operariosque disjiciunt. Quare Conjecpolſius, priuſquam ſe rebelles majoribus copiis confirmarent, Nicolaum Potoccium, Palatinum Braclavienſem ad eos cum valida manu ablegat. Is magna celeritate uſus, cum uno alteroque prælio profligatos in oppidum Borovitiam compuliſſet, commeatu ad ſuſtinendam obſidionem deſtitutos eò adegit, ut Ducem ſuum Paulucium paulò antè rebellionem electum, cum quatuor primoribus ipſi captivum traderent: cæterùm datam captivis impu-

1637. nitatis fidem inſequentis. anni comitia non probavere; Dux Paulucius una cum ſociis ſupplicio capiti affectus eſt. Inter hæc Cantimirius Tartarus celebris inter ſuos miles, cum magna clientum & popularium manu ex Tauricæ Cherſoneſi anguſtiis in lætos Moldaviæ campos tranſiit, eòque novas indies colonias tranſtulit, bonitate ſoli facilè barbaros alliciente. Neque impediebat Turcarum Imperator Amurathes Moldaviæ Dominus ſuis in ditionibus novos hoſpites, proptereà quod eorum tranſitu multum potentiæ vicino Tartarorum Principi decederet, atq; ipſe gentem acrem atque aſſuetam latrociniis ad ſubitas in Hungariam, Tranſylvaniam, & Poloniam irruptiones, promptam atq; expeditam haberet. At magnus Tartarorum Princeps, (quem Chamum vocant) potentiam ſuam in hunc modum imminui, & Tauricam habitatoribus deſtitui ægrè ferens, collectis copiis fines Moldaviæ adverſus Cantimirium proficiſcitur: eumque ſecundo prælio profligatum, & tranſmiſſo Danubio in campos Dobrucenſes profugum perſequitur; donec Amurathes, ut ſuis impendentem finibus tempeſtatem maturè ſedaret, evocatum ad ſe Cantimirum interfici, & reliquos indè Tartaros in Tauricam reduci juſſit. Ita Princeps Tartarorum re præclarè geſtâ cum ſuis in Tauricam reverſus eſt: pauci tamen ex ſociis Cantimirii & primores transfugarum, dum neque Principi ſuo neq; Amurathi ob cædem Cantimirii confidunt, fruſtrà implorato Polonorũ patrocinio, tandem coacti in fidem Turcarum confugiunt. Data poſtulantibus ſedes; ſed mox præcipui ex iis tredecim una nocte necati ſunt, pari Turcarum levitate & in recipiendis & in puniendis transfugis.

Bellum Tartaricũ

Cæterũ Turcis per hos motus arx Tanas ſive Aſſovv à Moſcovitis erepta eſt ad oſtium Tanais fluvii, ubi in Mæotim paludem infunditur opportuna admodum ad continendos in officio Tartaros Tauricanos, cohibendosq; Moſcos, ne in Mæotim paludem atque indè in pontum Euxinum piraticam exer-

exerceant. Quare cum Imperator Turcarum ad recuperandam illam claſſem atque exercitum inſtruxiſſet, repente exorto hoc Tauricano bello, omiſſo priore propoſito, huc vires atque animum inten-

Objere eodem anno Boguslaus Dux Pomeraniæ, ultimus ejus familiæ, quæ ditionem illam per annos quingentos obtinuerat, & Guilielmus Landgravius Haſſiæ, relictâ vidua Ameliâ Eliſabetha, & Carolus Mantuæ & Nivernenſis Dux; & Victor Dux Allobrogum, duobus filiis relictis, uno ſex, altera quatuor annorum; quorum tutelam, præteritis fratribus Principe Thoma, & Mauririo Cardinale, uxori ſuæ Regis Galliæ ſorori teſtamento commendavit: quæ atroci dein & exitiali bello cauſam præbuit. Media æſtate Ferdinando III. Cæſari Viennæ filius naſcitur, cui ab Epiſcopo Viennenſi ſacro Baptiſmatis fonte expiato nomen inditum Philippus Auguſtinus. Porro Poſonii in Hungariâ deceſſit è vitâ Petrus Paſmannus Cardinalis & Archiepiſcopus Strigonienſis, vir literarum virtutum claritudine inſignis; ſtudiorum vero & Eccleſiaſtici decoris eximius cultor, in quam rem multa per omnem vitam aureorum millia liberaliter effudit, prudentiſſimus ſacri patrimonii diſpenſator,

Mors variorum.

Cæſari filius naſcitur.

Media hieme legiones aliquot Haſſicæ Geiſecã, ac dein Suſatum ſubitâ irruptione expugnant. Non minus Cæſareani in Pomeraniâ per concretũ glacie pontum in Rugiam inſulam penetrare connixi, poſt unum alterumque conatum à Vrangelio Præfecto Suedico, qui tranſitum hunc idoneâ manu aſſervabat, repulſi ſunt. Felicius multò Glitzingius Brandeburgicus Tribunus *Garcium*, ob Oderæ trajectũ commodum oppidum, ſubitâ vi ac corona invadit, cæſis inſuper ducentis fere, quos è *Stetinenſi* præſidio Bannerius ſubſidio laborantibus miſerat. Idem munimento ad Warnemundam accidit: id in Oſtio Roſtochiano haud procul littore ſitum, ductu Vicethumii Saxonici Tribuni expugnatum eſt, cecidit

1638. *Res Suedica per Pomeraniam*

inter

1638. inter primores Vicethumius ipſe, ſtrenuus & expertæ virtutis miles. Inter hæc annona & commeatus Cæſareanos in regione tot exercitibus preſſa defecerat. Simul Bannerius conventu apud Stocholmiam celebrato, & expeditis libero mari commeatibus non ſuſtentandi modo, ſed etiam augendi emendique militis, qui ſola victus copia liberaliter præbita paſſim à Cæſareis transfugiebat, facultatem habuit. Ergo transfugis hoſtium & domeſticis è Suecia ſupplementis brevi exercitum viginti amplius millium eduxit. Mox recuperato Garcio, Wolgaſtum dein ac Daminum uno tempore arcta obſidione circumvallat, nullo jam amplius Cæſareorum metu, quos ultima rerum omnium egeſtas brevi Pomerania ejecit. Ita Gallaſſius, reducto exercitu, cum aliquandiu in Saxonia apud Havelam atque Albim ſubſtitiſſet, tandem ſub exitum anni, dubia ſociorum in ſe voluntate, ſimul diuturna penuria plurimum imminutis copiis, ad reficiendas illas in Bohemiam receſſit, atque ibidem per hiberna diſpoſuit.

Res VVeſtphalicæ ac Palatinianæ. Per idem tempus Haſſi, pactis brevibus induciis & vix abſolutis, Paderbornam nocturna aggreſſione per inſidias intercipiunt. Sed brevem ſociorum fortunam Palatini liberi ſuo infortuno luerunt. Carolus Ludovicus & Rupertus fratres Palatini, avunculi Caroli, Angliæ Regis aliorumque Principum auxiliis inſtructi, exercitum non contemnendum collegerant, deſtinata novi belli ſede Meppena, quam à Suedicis multo auro redemptam ſuo ipſi præſidio inſtruxerant, magnamque frumenti ac bellici apparatûs vim ad gerendum, ſimul ſuſtinendumque bellum, prout fortuna dediſſet, comportaverant. Eam igitur urbem, jam ante à Suedicis magnis operibus firmatam, abundeque à Palatinis præſidio inſtructã; Gehlenius, copiarum Cæſarearum per Weſtphaliam Præfectus, aſtu intercipere inſtituit. Comparatis ergo, quæ ſubitæ aggreſſioni neceſſaria erant, & è vicinis præſidiis Monaſterio, Warendorfio, Rhena ac Furſtenavia, firma militum manu educta, noctu

ſum-

ſummo ſilentio Meppenam aggreditur: Superatis foſſis valloq;,modicum primo certamen,dein paulo acrius fuit apud munimentum Guſtavianum;ſed irrumpentium fuſi tandem Palatiniani victas manus dederunt. Capti præter eos, qui in primo impetu ceciderant,quadringenti circiter,ſed magna inprimis annonæ & militarium apparatuum copia. Horneccius Præfectus præſidii,cum vivus integerque in poteſtatem victorum perveniſſet, quaſi puderet ſupereſſe amiſſæ urbi, ſibi ipſe exitium accerſivit, percuſſo in faciem Centurionum altero, qui de eo in captivitatem ducendo inter ſe,tanquam opimo ſpolio,rixabantur.Mox enim pulſatus Centurio ignominiâ accenſus,ſimul ne præda ſibi eriperetur metuens, Horneccium inermem ferrô tranſadigit. Porro haud multò pòſt gravius infortunium Palatinorum ſpes planè perdidit; dum enim, collecto exercitu,quem ex Hollandicíſque ſubſidiis plurimùm auxerant,Meppenæ amiſſionem reſtauraturi Lemgoviam obſident,Melchior Haltzfeldius Dux Cæſareanus cum omnibus copiis,quæ in Weſtphaliâ erant, obviam profectus, juſto prælio Palatinos profligat;cæſa ad duo millia,capta impedimenta,atque inter ea inſigne Periſcelidis Anglicanæ,jam pridem Palatinis à Rege Angliæ collatum Carolus Ludovicus natu major ex fratribus, dum rhedâ vectus per Viſurgim fugam præcipitat, ſubmerſo curru, equis,& auriga,ipſe ſolus ægrè evaſit; & pedes inde Mindam properavit. Rupertus cum magnâ illuſtrium manu in poteſtatem Cæſareanorum pervenit,à quibus ſplendidè ac liberaliter habitus,àd Cæſarem dein Viennam miſſus eſt.Porro Hatzfeldius tam inſigni victoria potitus,poſtquam palantes adhuc aliquot copias apud Bremam oppreſſiſſet,Cloppenburgum primò, dein Vechtam, atque alia nonnulla loca recuperat.

1638.

Palatini cæduntur ab Hatzfeldio.

Cæterum Bernardus Dux Vinarienſis, ex Delſpergenſium faucibus principio anni improvisò emergens, atque inde per fines Baſilienſium, qui media-

Vinarienſis trajicit Rhenum,

1638. mediarum partium erant, exercitum producens, apud Steinam duo armatorũ millia Rhenum trajicit. Per quos occupata Seckinga, reliquum inde exercit. Laufenburgum traducit; quo facile intercepto, po... tem & trajiciendarum copiarum facultatem nact... Rheinfeldam duxit, atque urbem illam ſitu & m... nitionibus prævalidam obſedit. Excivit ea res Cæ... reanos & Bavaricos Duces, Savellium, Verdanu... Sperreuterum, Enckefordium ac Fürſtenbergium, ut, quicquid copiarum in proximo erat, contrahe- rent; & liberata Rheinfelda Gallos trans Rhenum re- jicerent. Prima pugna ſucceſſit Cæſarianis, pulſusq; ab obſidione Vinarienſis Lauffenburgum receſſit.

Clades Cæſareanorũ. Cæterum poſtridie reverſus confirmato exercitu, & delendæ heſternæ ignominiæ percupidus, nihil m... nus opinantes Cæſareanos magno impetu invad... Capti Duces prope omnes, Verdanus, Savelli... Sperreuterus, Enckenfordius & alii minorum ord... num permulti. Savellius haud multo poſt per incu... riam cuſtodum elapſus eſt: cæteri Pariſios miſſi. Vinarienſis tam luculenta victoria potitus extemplo ad Gubernatorem Rheinfeldæ mittit, hortaturque, ut, quoniam fuſo Cæſareano exercitu nulla ipſi amplius liberatio expectanda ſit, fortunæ cedat, at- que urbem honeſtis conditionibus in poteſtatem victorum tradat: ſin pergat obſtinare animum, & ul- tima experiri conſtituat, negat ſe de conditionibus poſtea auditurum. Gubernator, ægrè impetrato tri- dui ſpacio, poſtquam cladem ſuorum & à Vinarienſi omnia ad obſidionem ſtrenue apparari intelligit, deſperata liberatione urbem dedit: ita præſidiarii o- mnes more militari cum ſarcinis atque impedimen- tis Briſacum dimiſſi. Friburgum dein in Briſgovia pari celeritate Vinarienſis expugnat, Tubingam, Stutgardiam, aliaque minora oppida per Tuba... & Roſam duces ſuos intercipit. Inde, poſitis emi...nus

Briſaci obſidio. caſtellis, & vicinas regiones populando, Briſacum commeatu intercludere, atque ita paulatim obſidere inſtituit. In eo loco natura ac ſitu validiſſimo præ- ſidii

ſidii ſatis cum Præfecto Reinachero; ſed de commeatu malè proviſum fuerat. Inſuper apparatum militarem gravi infortunio afflixit error militum aliquot gregariorum qui nocte intempeſta ſtimulante haud dubiè inopiâ, granarium publicum irrepentes, ut farinæ aliquid furarentur, in dolia pulvere plena incidêre, quorum uno aperto alteròq; (ita conjectura eſt,) illapſus fortè ignis vicina dolia, quorum ſuprà octoginta fuêre, & quingentos farris modios continuò incendit diſperſitq; cum magna clade hominum ædiumque, quæ in proximo erant: duos tamen ex ipſis authoribus, neſcio quò caſu ſervatos, Reinacherus Præfectus in furcam agi juſſit. Interim evocatus ex Weſtphalia Joannes Gôtzius cum parte exercitûs, quæ ibi erat, ſemel atq; iterum, perruptis feliciter hoſtium ſtationibus, annonæ aliquantulum in urbem importat. Sed apud Wittenvveieram acri prælio cum Vinarienſi congreſſus, poſt quinque horarum cruentum atque anceps certamen, præcipuis ſuorum amiſſis, funditur rejiciturque indè in agrum Wurtembergicum; captus tamen à victis Tupadelius ſecundus poſt Vinarienſem exercitus hoſtilis dux. Currus annonâ & commeatu onuſti ſuprà octingentos, quos in urbem ſubmittere Gôtzius decreverat, in hoſtium poteſtatem omnes pervenêre; juſſitque eos Vinarienſis per exercitum liberaliter diſtribui. Ea clades Briſaci tandem excidium fuit: nam mox, fuſo procul omni Cæſareano ſubſidio, urbs juſtis caſtris ab omni parte circumveniri, & ne quid alimentorum amplius ſubmitti poſſet, ſedulò provideri cœpit. Cæterum Cæſareani, etſi duplici clade afflicti, non tamen omisêre liberandæ urbis conſilium, evocatis è Lotharingia Carolo Duce, ex Ubiis Lambojo & Gôtzio cum ſeptem legionibus; ſed hi Gôtzio parere juſſi. Et res ita inter illos compoſita, ut hi cis, illi trans Rhenum caſtra hoſtium aggrederentur. Lotharingi dicta die cum hoſte apud Thannam congreſſi; cunctante ex diverſa parte Gôtzio, facilè à ſuperantibus numero vincuntur;

1638.

Nova Cæſarianorũ clades.

Tertia & quarta clades.

1638. cuntur, capto Baſſampierio, multiſque ex primaria nobilitate. Porrò, cladem illam ulturus Gôtzius, dum ſolus cum Lambojo, atque adeò impar, caſtra Vinarienſium adoritur, expugnato uno alteroque Lambojo hoſtium munimento, deindè de reliquorum perruptione nimium citò deſperans receptui cecinit: nullâ aliâ re effectâ, niſi quod hoſtibus certam victoriæ fiduciam, obſeſſis omnis auxilii deſperationem obtulerit. Ita tandem Briſacum, ſub anni finem ad ultimam famis neceſſitatem adactum, deditionem fecit. Fama eſt, non parcitum humanis carnibus: canes verò, feles, mures, coria, & ejuſmodi alia in deliciis fuiſſe. Porrò ratas jam ſubſcriptaſque deditionis conditiones penè evertit ira ducis Vinarienſis, poſtquam intellexit, triginta ferè captivos Gallos inediâ per ergaſtula miſerè periiſſe, ex quibus ſeptem à ſemivivis adhuc ſociis in cibum abſumpti eſſent. Cæterùm Briſaci amiſſio res Gallicas in Imperio plurimùm ſtabilivit, eo majore Gallorum gaudio, quod ejus liberatio tot conatibus tentata unius Ducis vigilantiâ ac fortitudine in nihilum recidiſſet. Gôtzius magnam partem culpæ ſuſtinuit, quod ſuâ ipſe negligentiâ rem perdidiſſet; itaque mox juſſu Cæſaris ad dicendam cauſam in Bavariam evocatus, poſt biennii ferè ſpacium dimiſſus, in priſtinum honorem reponitur.

Deditio Briſaci, & fames horrenda.

Res Hiſpanica contra Hollandos & Gallos.

Triumphantibus hoc anno apud Rhenum Vinarienſibus Galliſq;, Hiſpanos è contrà in Belgio Hiſpaniaq; fortunæ liberalitas recreavit. Menſe Junio Hollandi cum magna exercitûs parte, ductu Wilhelmi Comitis Naſſovii, ſubitâ vi occupaverant Calloum, propugnaculum haud procul Antuerpiâ, jamque ibi nidum figere moliebantur; ſed Hiſpani, omiſſâ inſitâ aliàs cunctatione, quicquid in propinquo præſidiorum erat, deducunt, & nihil opinantes Hollandos multò majore numero ac vi, priuſquam neceſſaria defenſioni opera exſtruxiſſent, invadunt. Ita recuperato iterùm Callo, fuſi Hollandi & magnam partem cæſi, aut in flumen compulſi aquis periere

riere. Capti ferè bis mille & quingenti, cum navigiis ſuprà octoginta, vexillis quadraginta quinque, & tormentis novendecim, omni præterea annonâ atque apparatu militari: neq; victoria ipſis victoribus incruenta extitit, ex quibus ſexcenti ferè, pluribus ſauciis in loco prælii, aut deindè ex vulneribus occubuere: Hollandorum cladem auxit mors filii Comitis Naſſovii, qui Dux infauſtæ expeditionis fuerat. Eâdem fortuna ex diverſa Belgii parte, quæ Galliam attingit, Octavius Piccolomineus & Thomas Princeps Sabaudiæ, Gallos, ductu Caſtilionii Audomarum atque Heſdinum obſidentes magnâ indè clade mulctatos in Galliam rejiciunt, captis ex primaria nobilitate quamplurimis; qui deinceps Bruxellas in triumphum abducti ſunt. Hollandi haud multò poſt Geldriæ obſidionem majore curâ tentantes, effuſis ſubitò aquis, cùm munitiones ſuas perficere prohiberentur; ab accurrentibus iterum Hiſpanis auxilio Lamboji, inſigni clade funduntur. Neque quicquam eâ æſtate præterea in Belgio tentatum fuit, ſatis æſtimantibus Hiſpanis, quod duorum hoſtium diverſas expeditiones magna eorum clade irritas reddidiſſent. Cæterùm in Hiſpania Dux Condæus non majore felicitate Fonterabiam obſedit, celebrem portum munitumque ad maris Cantabrici præſidium, præcipuamque ſtationẽ navium in Indias ex eâ parte commeantium. Cùm enim ab initio Julii in Septembrem uſq; menſem, continuata obſidione atque omni penè aditu occluſo, adeò propè ad urbem acceſſiſſet, ut parte mœnium cuniculis everſa, certam ſe victoriam in manibus habere [illegible]maretur, repentè nihil tale metuentibus Gallis Hiſpani per hoſtium ſtationes fiducia tam propinquæ victoriæ negligentiùs cuſtoditas, magno impetu irrumpunt, urbemq; depulſo indè Condæo obſidione liberant. Capti ex Gallis quadringenti ferè, duo millia ferro aut undis ſubmerſa periêre. Impedimenta cum omni caſtrenſi apparatu, qui opulentiſſimus fuit, in manibus Hiſpanorum manſêre.

1638.

Hollandorum cædes apud Calloum.

1638. In Polonia, celebratis regni comitiis, Paulucius, qui anno ſuperiore Coſaccos rebellionem ceptantes duxerat, Ordinum juſſu capitis ſupplicio affectus eſt; fruſtrà implorata ſecuritate, quam illi minores Præfecti promiſerant. Cæterum Coſaccos id ſupplicium in longè maximas turbas excivit, qui tota æſtate à Nicolao Potoccio & Staniſlao Conjepolſio oppugnati, cùm ob fidem Paulucio non ſervatam ad nullas pacis conditiones compelli poſſent, multis & gravibus cladibus nobilitatem Polonicam exercuerunt. Gedanenſes quoque novi portorii inſtitutio apud Uladislaviam, recenter à Rege in littore Pucenſi conditam atque a ſe dictam urbem, in ſeditionem primo popularem, deindè & arma excivit. Querebantur Gedanenſes, hæc privilegiis ſuis adverſari, quæ à multis retrò Regibus Poloniæ haberent. Itaq; res diu ultrò citroque legationibus & literis diſceptata, tandem, quod in manifeſtum Reipublicæ bonum vergeret rejectis privatorum querimoniis, publico Ordinum conſenſu ac decreto definita & probata eſt; miſſique mox tàm ex Senatu quam Nobilitate viri primarii, qui novi vectigalis modum æſtimarent, ordinarentque. Obiêre per idem tempus in Polonia Thomas Zamoyski ſupremus regni Cancellarius & Joannes Wezyck Archiepiſcopus Gneſnenſis: illi Georgius Oſſolinskius Palatinus Sendomirienſis, huic Joannes Lipſius Epiſcopus Culmenſis ſuffectus eſt. Eodem anno Princeps Caſimirus, Regis frater, cùm animi cauſa in Hiſpaniam navigaret, ac fortè Marſiliam provectus in littus Gallicum exſcenderet reficiendis viribus, attinetur à Præfecto Gallicano cum omni comitatu, abductusque indè ad arcem Salona, & mox Citeronem biennium propè ſub cuſtodia fuit. Tandem ſummi Pontificis & Regis Uladiſlai precibus, miſſo Chriſtophoro Gaſſiovio Palatino Smoleſcenſi, liberatur, datâ priùs ſponſione, de ea cuſtodia non vindicanda, cum honore in Poloniam reducitur. Cæterum Ca-

Res Polonica Piaſec.

cauſam

cauſam cuſtodiæ habebant, quod Poloni eo tempo- 1638
re Cæſareis legionibus immixti, & Princeps ipſe Caſimirus Cæſari contra Gallos militaviſſet.

Interea Regi Galliæ, poſt viginti & amplius annorum ſterile conjugium, ex Anna Maria Regis Hiſpaniæ ſorore filius naſcitur Ludovicus XIV. Ejus natales non Pariſiis modo ac per univerſam Galliam, ſed in Hiſpania quoque magno gaudio celebrati ſunt. Clarus præterea hic annus ortu illuſtrium liberorum fuit. Cæſari Maximilianus Thomas, Electori Bavariæ Maximilianus Philippus Hieronymus, Regi Hiſpaniarum filia nata eſt. At Taurini in Pedemontio immatura morte & magno Provincialium luctu ſublatus eſt Franciſcus Hyacinthus, Princeps Sabaudiæ, octo ferè annorum puer, uno adhuc fratre ſuperſtite Carolo Emanuele quadrienni. Quæ mors magis magiſque res Sabaudicas involvit, ut deinceps annis ſequentibus narrabitur. Obiit per idem tempus Pragæ Balthaſar Marradius, Eques Melitenſis, omnibus retrò bellis in exercitu Cæſaris ſtrenui ductoris famam inſignibus facinoribus conſecutus.

Ludovicus XIV. R. G. naſcitur aliique.

HISTORIARVM NOSTRI TEMPORIS

Authore

ADOLPHO BRACHELIO

LIBER SEXTVS.

Complectens geſta annorum 1639. 1640. Et deinceps uſque annum 1648.

SUMMARIUM.

1639. *Mors Bernardi Ducis Vinarienſis; ejus exercitus dicit ſacramentum Regi Galliæ. Res Anglicanæ, ejuſq; belli civilis origo. Seditio Cataloniæ. Sueci iterum invadunt Saxoniam, Miſniam, & Bohemiam. Archidux Leopoldus fit Generaliſſimus* 1640. *expellit Suecos ex Bohemia. Comitia Ratiſponenſia indicta à Cæſare. Res Hiſpaniæ, Sabaudicæ, Belgicæ. Mors Electoris Brand: Amurathis Imp: Turcarum. Terræ motus in Germania.* 1641. *Sueci irrumpunt in Germaniam ſuperiorem. Bannerius ductor eorum moritur. Obſidio variarum urbium, Comitiorum Ratiſponenſium finis, & ſumma ejus receſſus. Res Anglicanæ, Belgicæ, Gallicæ. Mors Ferdinandi Cardinalis, Gubernatoris Belgarum.* 1642. *Cædes Lamboii in agro Colonienſi. Coadjutor Colonienſis eligitur. Clades Dæſareorum apud Sueiniciam, & iterum apud Lipſiam. Regis Galliarum mater moritur. It... Richelius Cardinalis, & Rex Galliæ Ludovicus: M... monium Principis Neoburgici. Res Gallicæ & H... cæ.* 1634. *Clades Vinarienſium ad Dutlingam. ... S... corum in Imperio & Gallorum in Belgio. Bellum Pa... menſe*

menſe in Italiâ 1644. *Mors Vrbani VIII. Bellum Sueco-Danicum: item, Tranſylvanicum. Mors Reginarum Poloniæ, Bavaricorum & Gallorum geſta. Rex Angliæ amittit Eboracum, & caditur à Parlamentariis.* 1645. *Res Imperii & Suecorum: clades Cæſareanorum Bohemiâ. Bavarici cædunt Gallos, & rurſum cæ... Res Gallorum contra Hiſpanos. Mors Ducis ...oniæ. Bellum Venetum cum Turcis.* 1646. *Regis Poloniæ ſecundæ nuptiæ. Belli ſtatus in Germania. Ferdinandus IV. fit Rex. Res Gallo Belgicæ, Anglicæ, Haſſicæ &c.* 1647. *Suecorum geſta in Helvetia, Bohemiaque. Armiſtitium Bavaricum. Seditio Vinarienſium, & Neapolitana &c.* 1648. *Suecorum in Bavariam irruptio. Pragæ arx à Coningsmarchio intercepta. Res Gallicæ, Haſſicæque. Pax Monaſterii & Oſnabrugæ concluſa. Supplicium Regis Angliæ.*

1639.

Vinarienſis geſta & mors.

VInarienſis, capto, ut ante diximus, Briſaco, feſſum multis præliis exercitum ſub anni hujus initium in Burgundiam hibernatum retraxit. Sumpta ...dem, ut in loco hoſtili, licentius hoſpitia; & nullo ...n cladium genere miſeri incolæ à feroce milite, ...n ſuperioris anni multiplices victoriæ in om... ...centiam efferaverant, afflicti vexatique. Pon... ...um modicis viribus urbs, cum aditu ac portis ...res excluſiſſet, pene ultimo excidio inconſul... fiduciam luit, incolis prope omnibus ferro ...nmaque trucidatis. Sed poſſeſſio Briſaci occultô ...ter ſe diſſidiô Regem Galliæ ac Ducem Vinarienſem cœpit collidere, dum uterque urbem Rheni potentiſſimam, atque adeo clavem Germaniæ ad ſe pertrahere nititur: ille, quia aurum & milites; hic quod laborem & pericula commodaſſet, ſuaque ipſe virtute & ingenio rem difficillimam ad felicem exi...um perduxiſſet: igitur Vinarienſis magna præmio...um ſpe in Gallias evocatus, venire non ſuſtinuit. Cæterum eruptiuram aliquando rem in graviores ...cordias mors Vinarienſis opportuna compoſuit: ...im adultô jam vere è Burgundia educens,

 febri

1639 febri correptus Neoburgi in Alſatia diem extremum obiit, cura exercitus quatuor ſupremis Tribunis Erlachio, Naſſovio, Roſæ & Oehmo, quos etiam inſigni legato proſecutus eſt, commendata. Annorum fuit quinque & triginta, quorum maximam partem toto hoc contra Cæſarem bello exercuit, haud dubie, ſi ſupervixiſſet longius victorias pro... quas illi ſupremo vitæ anno magnas multiplices indulgens fortuna contulerat. Pronepos fuit Joannis Friderici Electoris Saxoniæ, quem ſuperiore ſæculo (1547.) Carolus Cæſar prælio apud Mulbergam captum Electoratu, & magna ditionum parte multavit. Ipſe anno hujus ſæculi quarto natus eſt, minimus quidem undecim fratrum, qui fere omnes etiã adverſus Cæſarem militarunt; ſed belli gloria animique magnitudine & felicitate omnium clariſſimus. Vulgatum deinde eſt, de quo tamen nihil temere affirmaverim, mortem ejus veneno feſtinatã atque ejus rei deprehenſa veſtigia, dum corpus ad condituram aperitur; nempe, quaſi nimia felicitate obſtaret ſociorum nomini ac cupiditati, qui, licet ipſo multa ac magna fieri optarent, tamen per illum magni fieri ægrius ferrent. Sed ſic eſt: fere magnus atque excellens extra aciem ſine ... ni ſuſpicione moritur; atque vulgus de inſigni... heroum exitu atrocia credere & prædicare. C... rum, quantum rerum momentum in Duce ſit... ſit, ſtatim apparuit. Primores enim orbi exercitu amiſſo capite diſcordes, dum alter alteri parere recuſat, nulla re magna per totam æſtatem effecta, niſi quod Crucenacum, Bingiumque & alia nonnulla ad Rhenum loca interceperint, tandem auro Gallico deliniti, ad partes Regis Galliarum, dicto ei ſacramento, certis conditionibus tranſeunt. Ita Gallo Briſacum, Friburgum, multa Burgundiæ loca tradita: ... qua re tantam illi diligentiam adhibuere, ut Carolum Ludovicum Palatini filiũ per idem tem... Anglicana pecunia inſtructum, atque iter per Galliã duobus tantum aut tribus comitibus facientem, atti

Ejus exercitus Regi Galli ſacramentum dicit.

tique-

[illegible]erint, juſſerintque itineris ſui inſtitutum redde- 1639
[illegible]onec, rebus cum Vinarienſibus compoſitis, nul- [illegible]mplius metus fuit, ne ille nutantes ad ſe legio- [illegible]iá præſentiâ pertraheret. Injuriam detenti [illegible]is Carolus Angliæ Rex & Regina Sueciæ [illegible]literas conqueſti, ſed re jam perpetratâ, cum e- [illegible]non poſſent, omiſere.

Res Anglicanæ: ejus belli

[illegible]olum quidem Britanniarum Regem à pro- [illegible]dis externis domeſticæ turbæ retinebant. Earum initium, ut omnium penè noſtri temporis bellorum, claſſicum religio fuit: è Scotia exortum eſt, diſſidio ſacrorum, quod ut melius intelligatur, paulò altiùs repetendum eſt. Henricus Octavus Angliæ Rex, cum ſuperiore ſæculo, repudiatâ Catharina Caroli V. Cæſaris matertera legitima uxore, ad prohibitas nuptias cum Annâ Bolenâ tranſiviſſet, neque ejus matrimonii Romanum Pontificem authorem habere poſſet, palàm ab ejus obedientia diſceſſit, ac ſe caput Eccleſiæ & ſummum ſacrorum Præſidem [illegible]nſtituit, ſerioque inhibuit, ne quod deinceps [illegible]mmercium cum Romano Pontifice Eccleſia An- [illegible]a haberet, exilio, morte, varioq; ſuppliciorum [illegible] punitis iis, qui regiæ voluntati refragaban- [illegible]etera autem religionis capita reliquit Henri- [illegible] quanquam damnato Doctore, doctrinam ta- [illegible] retinere voluiſſe viſus eſt. Igitur initio non ma- [illegible]perſecutus eſt Lutheranos Calvinianoſque, qui [illegible]m in Germania oriebantur, quam qui ſuum in Eccleſia Anglicana Pontificatum, quod tum læſæ Majeſtatis crimen erat, non agnoſceret: ſed & commune Romani Pontificis odium paulatim conciliavit diſſidentes. Ita Angli & eorum dein contagio Scoti quoque non à Pontifice modo, ſed etiam à doctrina ejus receſſere: quam doctrinam (adeò mutant humana) nuper Rex eorum Henricus, edito in Lutherum libello glorioſè propugnaverat, ut propterea à Pontifice Romano, *Defenſoris Fidei* titulum, quem & [illegible]ceſſores retinuére, mereretur. Mortuo Henrico [illegible]cceſſit filius Eduardus, ex Jana Seimera geni-

Civilis origo.

Henricus VIII. Rex.

Eduardus

1639. tus, octo annorum puer, regnumque & To
tum ſexennio ferè per tutores adminiſtravit,
novatum opinionum Magiſtri cultoreſq; ce
irrupêre & in Catholicos, odio Romani Po
Maria acerrimum quæſitum. Poſt mortem Eduardi Ma
Catharinæ repudiatæ filia, ac legitima hæres
obtinuit: illa cura matris à teneris Cath
præceptis imbuta nihil prius habuit, quam
ctis hæreticis & reſciſſo profano Pontificatu, rem
Catholicam reduceret ſtabiliretque: ſed rem bene
conſtitutam immatura Mariæ mors evertit. Succeſ-
Eliſabetha ſit Eliſabetha filia Bolenæ, à contrariæ religionis
præceptoribus inſtituta: hæc, abrogatis, quæ Maria
pro re Catholica conſtituerat, ad novorum magi-
ſtrorum ingenium Anglicanam Eccleſiam reforma-
vit, novo exemplo Regina & Pontifex. Placita ipſius
diuturnitas Imperii firmavit: quod annos quinque
& quadraginta ad initium ſæculi hujus produxit
intra quod tempus religionem Catholicam graviſſi-
Iacobus mis perſecutionibus, planè peſſumdedit. Eliſab
cum vitam in cælibatu traduxiſſet, Jacobum Re
Scotiæ ex Maria Stuarta, quam ipſa interfecer
nitum hæredem teſtamento ſcripſit. Atqu
mus omnium ante ſe Regum tria illa regna, A
Scotiæ, & Hiberniæ quietus obtinuit; relic
Eccleſiarum ſtatu uti Eliſabetha inſtituerat. J
Carolus. ſucceſſit Carolus filius, ex Anna Friderici II. R
Daniæ filia: is ducta in matrimoniũ Henrica Ma
Regis Galliæ ſorore, ab externis quidem motib
regnum quietum habuit; ſed ſtudium religionis in
partes diſtractæ pacem turbavit. Nam proſcripta
Catholica, cum omnes è vicina Germania Galliaq;
ſectæ confluxiſſent, Jacobus, anno hujus ſæculi o-
ctavo decimo, in Synodo. Pertenſi omnia fidei capi-
ta tanquam ſummus Eccleſiæ moderator in certum
librum diſpoſuit; voluitque, ut per univerſam Bri-
tanniam ſervarentur. Hæc Auguſtanæ Proteſtantiũ
in Germania confeſſioni ferè erant conformia. Sed
Puritanis, ita Calvinianos vocant,) plurima

1639.

probabantur, maximè poteſtas Epiſcoporum, ritus quidam ac cæremoniæ, ex ipſa Eccleſiæ Catholicæ conſuetudine petitæ. Nam Angli, cum à religione Catholica defeciſſent, multos tamen ritus ac cæremonias retinuêre, ut genu flexionem in Cœna Domini; celebrationem certorum feſtorum ultrà Dominicos; privatum uſum Baptiſmi & Cænæ; confirmationem Anglicanam. Denique Eccleſiis, ſicuti jam multis à ſæculis inſtitutum fuerat, adhuc Epiſcopi præſidebant, eaſque, inferiores præpoſitos miniſtroſq; ad præſcriptum Regis, tanquàm ſummi Epiſcopi, gubernabant. Hæc omnia, ut reliquias Eccleſiæ Romanæ averſabantur Puritani, volebantque, ut omiſſis cæremoniis puritas fidei ad ſuæ reformationis morem coleretur. Maximè autem impugnabant Epiſcopos, qui libertati conſcientiarũ obſtare videbantur. Eorum autem authoritatem propugnabat Carolus Rex, ediderátq; in vulgus formulam rituum ſub *Liturgia* nomine, opera potiſſimum conſilio, ut credebatur, Guilielmi Laudi Archiepiſcopi Cantuarienſis compoſitam; illam igitur, ut obſervarent, præcipit. Simul, ut Epiſcopis bona reddantur, utque gubernatio Eccleſiarum reſtituatur, ſeverè mandat, inſtituto ad id peculiari ſenatu, qui omnes ad obſervationem hujus *Liturgiæ* compellerent, & ubi opus eſſet, ſeverioribus pœnis adigerent: ferè ad modum inquiſitionis Hiſpanicæ; quo majore terrore res accepta eſt. Itaq; Puritani, contra quos hæc maximè ſpectabant, conſpiratione factâ, authore Alexandro Leslæo novum inter ſe fœdus faciunt pro mutua religionis & libertatum ſuarum defenſione. Id anno ſuperiore conſtitutum eſt, ſimulq; editus liber, ſub nomine *Harmoniæ confeſſionum*, ſuperiori Liturgiæ planè contrarius: conjuratum ibidem contra Epiſcopos, ut ab adminiſtratione Eccleſiarum amoverentur. Deinde, excuſſo ergà Regem ſuum obſequio, quod illas in religione novationes conſequi ſolet, Edenburgum Scotiæ primariam, exturbato præſidio regio,

 alia-

1639. aliaque nonnulla oppida invadunt, ac ſui communiunt. Denique contra Regem, q parva Anglorum & Hibernorum manu Scotiæ advolaverat, armati conſiſtunt, hau in aciem deſcenſuri, ſi Rex vim feciſſet. Sed quidem arma abſtinuit, ſeu majores turb ſeu quod ſperaret rem conditionibus tra Igitur Rex, indictis Scoticis comitiis, Lon reverſus eſt, cura regii exercitûs Thomæ Fairfaxi commendata. Hæc Scotorum rebellio paulatim Anglos in ſocietatem traxit, qui ſuperantibus numero Puritanis, à multo tempore hanc occaſionem ad res novandas exſpectabant: incenſi non modò his contra ſe decretis, ſed etiam odio religionis Catholicæ, quæ à Rege Carolo in gratiam Reginæ multò liberiùs atque indulgentiùs, quam ipſi cuperent, habebatur Atque id hujus belli initium fuit, quo dein univerſa Britannia graviſſimè afflicta eſt.

Belli continuatio inter Hiſpanos & Gallos. Magno interim ardore Hiſpanos & Gallos inter bellum gerebatur. Dux Condæus, collecto Narbonam exercitu, rectâ indè Catalauniam p ibi res quoque ad ſeditionem ſpectabant ma dine tributorum, & hibernantium militum neque ſatis, ut ipſi exiſtimabant, audieba rum rerum remedium ab aula Madritana po tes. Nihil eorum latebat Condæum, itaque, ad maturitatem defectio perduceretur, ad fin rum duxit, obſeſſo mox Salceſio oppido quod launiam à Gallia Narbonenſi diſterminat: Schonbergium Mareſcallum ad vicina oppida c parte exercitûs dimittit: ipſe magnis viribus Salce ſium oppugnans loco quidem potitur, ſed mox dei in Sabaudiam revocatus. Hiſpanis recuperandi eju occaſionem dedit. Impoſuerat abiens Condæus E pinonium cum valida manu, omniq; ad tolerandam obſidionem apparatu inſtruxerat. Sed Hiſpani cæp tæ ſemel rei acerrimè inſiſtentes, etſi ab internis ſi mul atq; externis hoſtibus premerentur, tan fa me obſeſſos ad deditionem cogunt, bis ma

Gallis, qui commeatum in urbem inferre 1639.
r. Paulo ante quam hæc in Hiſpaniâ gere-
n minore felicitate Octavius Piccolomi-
nis villam in agro Luzemburgenſi obſi- **Diedenhoven.**
eravit, cæſis magnâ clade Caſtilionio &
io, Mareſchallis, qui legiones Gallicas du-
quierius magnâ Nobilium parte interfe-
itatem victorum pervenit. Sed Caſtilio-
us recentibus inde copiis, quibus Rex ipſe aderat,
onfirmatus, Hesdinum validum Arteſiæ oppidum
felicius expugnavit; non ſine aliqua Hiſpanorum
clade, ſemel atque iterum hoſtilium caſtrorum op-
pugnationem nequicquam tentantium. Per idem
tempus Regis Galliarum mater, durantibus adhuc
inter illam & Regem filium ſimultatibus; ex Flan-
dria in Hollandiam; inde regali magnificentia exce-
pta in Angliam ad Henricam Reginam, filiam con-
ceſſit: ubi triennium fere commorata, invaleſcenti-
bus in dies civilibus diſcordiis, rurſus in Hollandiam;
inde Coloniam Agrippinam, ubi haud multò
diem extremum obiit, profecta eſt.

o in Imperio collapſas Suecorum res fortuna *Res Suedicæ in Imperio.*
llum erexit. Nam Bannerus initio veris,
ta cum Saxoniæ inferioris circulo neutra-
lbim connivente Luneburgico tranſmittit,
nde in Saxoniam ac Thuringiam effuſus,
llo Coinsmarckio, in ipſos Franconiæ fines
bundus ducit. Tum Marchiam Brandenbur-
n per diverſos Duces, in quos adveniens paulo
e Suecia ſupplementum diſtribuerat, percurrit;
riaque ibidem loca Landspergam, Francofurtum,
attenaviam. Havelbergam, & Brandeburgum, alia
editione, alia minis & terrore, pleraq; celeritate &
ſtu recuperat. Ipſe cum majoris exercitûs parte Sa-
oniam invadit, Saliſium Cæſareanum Ducem cum
ptem legionibus in hiberna euntem, profligat ac
ucem ipſum capit. Inde Naumburgum, Weiſſen-
eldam, Zeitzam, Eylenburgum, Grimmam, Alten-
burgum, Suickaviam, Chemnitium, ac multa alia
minora

1639. minora oppida in poteſtatem redigit. Se porro progreſſus, dum Fridbergam, Sa Ducum monumentis claram urbem, eo occupare nititur, reſiſtentibus intra C Saxonicis, cum non modica ſuorum clad repellitur. Brevi hanc ignominiam vindi nerius, cæſo apud Chemnitium, quo Friberga retraxerat, Marazinio altero, C duce cum magna legionum parte, quas ille e vici Sileſia Bohemiaque tumultuarié collegerat. Pervenerunt in manus Suecorum hac victoria ſigna equeſtria quadraginta, pedeſtria duodecim, dein machinæ bellicæ ſupra viginti, cum impedimentis atque apparatu militari non contemnendo. Hæc victoria Bannerio Bohemiam, quò ſedem belli transferre decreverat, facile aperuit: igitur retentata Fridberga, cum iterum rejiceretur, ne unius loci non magno auctario majorum rerum occaſiones elaberentur, relicta illa Pirnam ſubjugare inſtituit, qua præter çem poſitus, præmiſſo Stalhanſio non infimi n nis Tribuno, in fines Bohemiæ exercitum pro Stalhanſius Leutomeritium, ipſe paulo poſt liquo exercitu adveniens Brandiſium occu iterum octo legionibus, quas ad impediend ſitum illum Gallaſſius Praga ſubmiſerat. In ſucceſſu, ad ipſa Pragæ mœnia victorem ex minitabundus ducit, & diſpoſitis loco idon mentis urbem verberare inſtituit, miſſo tib qui deditionem poſtularet. Sed hæ minæ eran vanum oppugnationis terriculamentum: ne qu ignorabat Comes Schlickius regius in urbe Vic rius. Itaque rebus omnibus ad defenſionem optin ordinatis, hoſtis conatum ſtrenuè prævertit. Bannerius quoque apud urbem prævalidam haud diu de ſedit, ſed retractis Brandiſium copiis; cum dies aliquot curationi corporum dediſſet, rurſum per univerſam Bohemiam graſſatus, nunc Raconi um, a Pilſam, nunc Budovitium, aut Reginog cium aliaque loca tentando, arma & terrorem

Saxoniam & Miſniam.

Et Bohemiam.

lit. Cæterum ne latius progrederetur, imminens hyems ac ſubinde Melchior Comes Hatzfeldius, objectis Cæſareis legionibus, impedivit. Stephanus Palſyus Comes & Ungaricæ militiæ Mareſcallus in parva Ungaticorum equitum manu incautius hoſtibus illatus interficitur, ſeptem vulneribus confoſſus, ſed corpus ductoris Ungari magna vi victoribus extorsêre. Ferunt, inter hæc Bannerium has pacis conditiones Cæſareis ducibus obtuliſſe; primum, ut univerſalem amneſtiam per Imperium & provincias proprias publicaret Cæſar tum, ut omnia in eum ſtatum, uti ante hoc bellum anno 1617. fuerant, reponeret, eo facto, Suecos exercitum ex Imperio reducturos, retentis tantum Pomeraniæ maritimis locis ſecuritatis ac compenſationis causâ. Sed Cæſar magis ſollicitus, quomodo ingruentes hoſtes ac ſuis paulatim cervicibus imminentes ejiceret, quicquid prope & procul auxiliorum fuit, conquirit, novos delectus per provincias hæreditarias inſtituit, tum collectas undique copias in Bohemiam vere convenire jubet. Illis omnibus novum ducem (quoniam Gallaſſius excuſata valetudine miſſionem petebat) imponit fratrem ſuum Archiducem Leopoldum, atque ei evocatum è Belgio Octavium Piccolomnium cum exercitu adjungit, cujus conſilio monitisque bellum adminiſtraret. His fere per hyemem actis, brevi exercitus ad triginta millium numerum acceſſit.

1639. *Archidux Leopoldus fit Generaliſſimus.*

Objere eodem anno Cæſaris filius Philippus Auguſtinus, & Antonius Epiſcopus Viennenſis, idemque Abbas Cremiphanenſis, vir doctrina atque uſu rerum celeberrimus, & Joannes Philippus Dux Saxo-Altenburgicus.

Mortes variorum.

Archidux Leopoldus dubio adhuc vere cum exercitu progreſſus, Reginogradecium, opportunam Bohemiæ urbem ac paulo ante a Suedicis captam, ſubita vi recuperat; præſidiarii ſexcenti fere, ut ſe victoris arbitrio permitterent, coacti. Inde ad repurgandam reliquam Bohemiam profectus non magna

1640. *Archiducis Leopoldi geſta.*

1640 vi Suecos expellit, excepto Leitomeritio Brandiſſioque; quæ etiam oppida anno ſuperiore interceperat. Bannerius paulum in limitaneis Bohemiæ montibus & circumpoſitis ſylvis moratus, donec impedimenta & prædam præmitteret, (quorum partem tamen aut corrupit incendio, aut Cæſareanis, inſequentibus invitus reliquit,) ſe in Miſniam recepit: mox inde etiam ab inſequente Archiduce repulſus, in Thuringiam Erphordiam uſque receſſit. Cæterum in receſſu illo non perfunctoriam cladem accepit, oppreſſa magna pars ſelectiſſimorum equitum, qui ad extremi agminis præſidium relicti, remorari curſum inſequentium nitebantur. Sed Bannerium fugientem Dux Longevillanus cum Gallicis & Vinarienſibus copiis, item Haſſi et Luneburgici (quorum Dux diu ambiguus adhuc Leopoldo acceſſurus ſperabatur) in tutum recepere. Ita omiſſa ſpe perſequendi porro hoſtis tot recentibus auxiliis confirmati, Archidux Leopoldus apud Salam fluvium conſedit, apto loco caſtris opportuno; quem Piccolomineus delegerat. Illuc quoque Bannerius confirmato exercitu acceſſit, & collatis aliquamdiu ... cum utroſque mutuus metus à committendo prælio abſtineret, prior Bannerius inopia commeatus diſceſſit. Conſilium illi erat, ſubita aggreſſione excipere legiones Bavaricas, quæ ductu Mercii in Franconia ſeparatim ab exercitu Cæſaris tendebant, ſed cura ducis intenta erant omnia, & Archidux Bavaricis ſubſidio obviam profectus, non eos modo, ſed etiam Godefridum Comitem Gelehnium, cui ſuperiore anno Cæſar Rheni provinciam attribuerat, ad ſe recepit. Jamque æſtas in proclivi erat, neque elici Bannerius poterat, ut æquo loco poteſtatem prælio decernendi faceret: ita annus ſine magno fructu extractus eſt; de hibernis acerrimis velitationibus certatum. Ea Cæſariani in agro Brunſuicenſi, ut potè hoſtili provincia malebant, datumque negotium Comiti Hatzfeldio, ut expugnaret Huxturium, quod re celeriter perfecta, Bannerius, animadverſo ...

conſilio, cum omni exercitu apud Mundam Viſurgim tranſmittit occupatoq; omni eo tractu & collibus inſeſſis cum univerſis copiis ſeſe tranſituris opponit. Ita hoc aditu excluſi Cæſareani per amicas provincias hiberna ſibi circumſpicere coacti ſunt: Sueci, quod optabant, agrum Brunſuicenſem & vicinas illi regiones obtinere. 1640.

Porrò inter flagrantium bellorum incendia non omiſſa hoc anno, uti & aliàs ſemper, reducendæ pacis concilia. Nam etſi jam diu ante Coloniæ & Lubeccæ ejus præludia agitarentur, tamen parum admodum profectum fuerat: igitur Cæſar mediâ æſtate comitia Ordinum Imperii Ratiſponam edixit; atque eo ipſemet cum magno aulicorum comitatu menſe Junio profectus, ſua præſentia Proceres Imperii, ut pro communis patriæ ſalute diligenter in medium conſulerent, plurimum accendit: Cæſarem haud multò poſt ſecuta eſt Auguſta, poſtquam Viennæ felici puerperio filium enixa eſſet Leopol- Ignatium Joſephum. Porrò initio comitio- ad congregatos ibidem Proceres nomine Cæſaris peroravit Guilielmus Marchio Badenſis, & tria maxima puncta in deliberationem propoſuit, quæ etiam Cæſar literis ad ſingulos datis copioſè expreſſerat. Primum erat, quâ viâ, finito tandem cruentiſſimo bello, pax & tranquillitas in Imperium reduceretur; tum ſi obtineri ea non poſſet, quibus porrò mediis bellum adminiſtrari deberet: denique, quoniam Judiciorum curſus plurimùm turbatus aut impeditus fuiſſet, quomodò is in priorem ſtatum reponi poſſet ut cuilibet ſine ullo perſonarum reſpectu jus redderetur. Prætereà, ut majore cum fructu hi tractatus perficerentur, indulſit Cæſar, ut illis etiam Principibus Ordinibuſque Imperii, qui conjuncti bellum adverſus Cæſarem gerebant, auditis ſingulorum querimoniis, de communi omnium conſilio ſatisfieret. Cæterùm tractatio illa in annum uſque inſequentem perducta eſt; de cujus ... commemorabitur. *Comitia Ratiſponenſia.*

Inſe-

1640. Res Hiſpanicæ Bellum Sabaudicum.

Infelix hic annus Hiſpanis fuit, non cladibus modo atque amiſſione urbium, ſed duorum inſuper regnorum defectione. Flagrabat tum in Italia bellum Sabaudicum, hâc maximè causâ, quòd Victor Dux Sabaudiæ tutelam filii ſui Caroli Emanuelis moriens teſtamento commendaverat conjugi ſuæ Galliarum Regis ſorori, præteritis fratribus Mauritio Cardinale, & Thoma Principe Sabaudiæ, qui ad ſe curam pupilli Principis pertinere affirmabant. Ita ad arma perventum; Principes à Rege Hiſpaniarum, vidua à fratre Galliæ Rege auxilium accepit. Igitur anno ſuperiore Gubernator Mediolanenſis infeſtis armis Pedemontiū invadens, Aſtium, Villam, Creſcentinum, Veruam, Ponteſturam, aliaque loca expugnat; Principes verò Sabaudi, Inuream, Nicæam, & alias urbes maritimas occupant; maximè verò Princeps Thomas Taurinum caput regionis ac ſedem ducum urgebat: quod diu fruſtrà tentatum, tandem auxilio oppidanorum adjutus, nocte intempeſtâ, disjectis pyloclaſtro portis, intercepit. Cæterùm hoc anno Rex Galliarum ſorori viduæ Comitem Arcourtium cum valido exercitu auxilio ſubmiſit; qui Hiſpanorum ſtrage expeditionem ſuam orſus, Gubernatorem Mediolanenſem Caſalium obſidentem magnâ clade profligat, capto omni caſtrenſi atque impedimentorum apparatu. Indè ad obſidendum Taurinum converſus, profligatis aliquoties Hiſpanis commeatum inferre labórantibus, tandem in poteſtatem redigit, & ſolenni pompa viduam Principem eò reduxit. Eadem fortuna Dux Caſtilionius in Arteſia urbem Atrebatum validam imprimis ac præmunitam, poſt longam & difficilem obſidionem in conſpectu Hiſpanici exercitus, intercepit.

Arras.

Defectio Catalaunica & Luſitana.

Inter hæc longè graviori adeoque inteſtino bello Hiſpania conflictari cœpit; amiſſis uno anno duobus maximis regnis Catalaunia ac Luſitania. Catalauni hibernantium militum injurias, ac tributorum frequentiam jam diu querebantur: itaque ...

exiſtimabant] malis excitata multitudo, arma corripuit; Barcinone inprimis, quæ eſt Cataloniæ metropolis, omnia magno tumultu commixta: regium præſidium ex urbe, hibernantes milites è tota patriâ turbati. Prorex, cum tantam audaciam immiſſis […]oribus compeſcere niteretur, primum quidem multitudinis expulſus, ac dein reverſus, nihil remiſſa ferocia, cum præcipuis Conſiliariis interficitur. Alii dein regiarum partium & primores quique eodem exemplo, aut necati à furentibus, aut exuti bonis, atque in exilium compulſi ſunt: poſthæc ærarium regium in prædam ceſſit; denique [quod eſt omnis fere rebellionis perfugium] deſperatione veniæ ad vicinum Galliæ Regis auxilium confugiunt, electo in Principem Duce Andegavenſi Regis Galliarum filio, hoc anno in lucem edito, ac trium menſium infantulo: ita Rex Galliarum Barcinonenſes atque eorum exemplo omnes Catalonios in fidem patrocinium recepit. Hoc ſucceſſu animati Luſitani, eiſdem ex cauſis maturatam jam diu defectionem Olyſippone ordiuntur, interfecto Vaſconcello Secretario, & regiarum partium primario miniſtro; inde novum ſibi Regem eligunt Joannem Ducem Bragantiæ, qui ab Emanuele Rege Luſitaniæ genus ducebat, affinitate regii ſanguinis & magnitudine opum inter Magnates Hiſpaniæ prævalidum. Neque deerant, qui exoſam jam diu Hiſpanicam potentiam his defectionibus imminui gauderent; maxime Galli Hollandique, qui ſubmiſſo liberaliter bellico apparatu, atque omni armorum genere Catalonios Luſitanoſque inſtruxêre.

Objere per idem tempus apud Regiomontem in Boruſſiâ Georgius Guilielmus Elector Brandeburgicus, cui in paternis ditionibus, uti & ſeptemviratu ſucceſſit filius Fridericus Guilielmus. Conſtantinopoli Amurathes IV. Imperator Turcarum, anno ætatis tertio ſupra trigeſimum, relicto ſucceſſore Ibrahimo fratre, ac primo ejus nominis. Viennæ Joannes Ludovicus Comes Iſolanius, legionum Croatarum

Mortes variorum.

du

1640 in exercitu Cæſaris Dux, & Pragæ Gualterus Deverox Tribunus Hibernicæ legionis & percuſſor Walleſteinii.

Terræ motus in Germania. Præter alia, quæ hoc anno prodigia nunciata ſunt, menſe Aprili univerſum Belgium, & magnam partem Germaniæ repentinus terræ motus concuſſit, eo majore metu mortalium, quod ejus generis prodigium in Germania inſolitum eſt.

1641. *Sueci irrumpunt in Palatinatum ſuperiorem.* Initio ſequentis anni Bannerius, poſtquam paucis menſibus in agro Brunſuicenſi exercitum refeciſſet, magnis itineribus per Thuringiam Miſniamque in Palatinatum ſuperiorem, ad diſturbanda comitia contendit; occupatoque mox Chamo, Glattavia, Sulsbachio aliiſque locis, ad ipſa Ratiſponæ mœnia, ubi Cæſar ac Proceres Imperii congregati erant, minitabundus ducit. Fama eſt, potuiſſe Ratiſponam intercipi ſi Bannerius, omiſſis populationibus, quas in Franconiam Sueviamque late extenderat, univerſi exercitûs vires uni urbi impendiſſet. Ita datum ſpatium Cæſari, ut ſe validiori præſidio communiret, quicquid ubiq; legionum erat, ex hibernis ad ſigna evocaret. Mox verſa fortuna: Schlangius cũ flore equitatus Suedici apud Neoburgum oppidum haud procul ſylva Bohemica conſidens, repente à Piccolomineo ac Mercio circumvenitur; nulla erat erumpendi copia, itaq; cum omnibus ſuis, [quatuor millia erant] in poteſtatem Cæſareanorum pervenit. Quibus amiſſis, Bannerius, qui cum reliquâ exercitûs parte Chamum inſidebat, ne & ipſe eodẽ victoriæ curſu opprimeretur, ſumma celeritate in Bohemiam atque inde ſe in Miſniam proripuit: ibi eum Vinarienſis copiæ excepere. Cæterum antequam ad eas perveniret, prementibus undique à fronte, à lateribus atque à tergo Cæſareanis, in tantas anguſtias compulſus eſt, ut nulla eſſet amplius ratio evadendi, ſi fortunæ ſuæ Cæſareani inſtitiſſent. Porrò Sala fluvius fugientes protexit, obſtititque inſequentibus, ne ultra progrederentur. Bannerius in illâ fugâ morbum, neque initio lethalem, contraxit, quo cum

ille ut homo militaris parvi faceret, nihil intermiſſis profectionibus cæteriſq; muniis conſuetis, quantum vires permittebant, tandem vi ejus indies augeſcente, Halberſtadium delatus XIII. Calend. Junias, moritur. Rogatus ante mortem, quem exercitui ſuo ſucceſſorem commendaret, Leonardum Torſtenſohnium nominavit, qui in Sueciâ erat, ejus dein judicium regni Sueciæ Senatores ratum habuêre: ſed antequam novus Dux adveniret, tres interim regendo exercitui præpoſuit, Adamum Phulium, Carolum Guſtavum Vrangelium, & Arfurtum Wittebergium. Ferunt ſuperiore anno, cum Bannerius in Bohemiam expeditionem faceret, auditam à vigilibus vocem, incertum undè emiſſam, repetentibus iterum atque iterum, *Abi Bannere, Abi*; id tum quidem infauſtæ expeditionis omen tractum, ſed non multò poſt obiiſſe uxorem ejus, atque ipſum è Bohemia dein expulſum, eodem propè in loco morbo tentari cœpiſſe, ubi ea vox excepta ſit. 1641. *Bannerius moritur.*

Per idem tempus variæ per Imperium urbes diverſo eventu tentatæ ſunt, Hohentvveilam validū ſitu & munitionib⁹ munimentū Otto Chriſtophorus Sparrius rei tormentariæ Præfectus cum Cæſareis & Bavaricis legionibus tota propè æſtate circumſedit; cæterùm natura loci ac virtus defendentium ſuprà conatum Cæſareanorum fuêre. Ita Sparrius, etſi nullo optimi Ducis munere neglecto, ineunte hyeme neceſſitate coactus, re infectâ exercitū lacerū indè & multis cladibus imminutum reduxit. Hohentvveilæ fortiter defenſæ gloriam non minore famâ æmulatus eſt Joannes Reuſchenbergius, Wolffenbûteliæ gubernator: eam urbem non validam minus, quam cpioſo apparatu inſtructam Dux Lunæburgicus Haſſiq; jam diu obſederant, acceſſere ad extremum Vinarienſes, neq; quicquam, quod expugnandis urbibus ingenioſa mortalium crudelitas invenit, intermiſſum eſt. Tandem, cum nihil proficeretur, exemplo Pappenheimii alveus fluvii, *Hohentvveila obſeſſa.* *Et Wolfenbutelia.*

1641. qui urbem interfluit, infernè obſtruitur: ita curſu amnis intercepto omnis aquæ vis circum atque intra urbem collecta, creſcente indies inundatione, jam penè ſubmerſiſſet ignium & ferri victores; niſi in tempore auxilium adfuiſſet: ita urbs periculo exempta. *Et Gôrlicium.* Contrarium planè exitum ſortitæ ſunt Gôtlicium in Luſatia inferiore, & Dorſtena in Weſtphalia non invalidæ civitates, Gorlicium Elector Saxoniæ cum Cæſareanis aliquot legionibus ſub *Et Dorſtena.* Goltzio & Goldakero Tribunis, poſt acerrimam oppugnationem tandem ad deditionem compulit: Dorſtenam Melchior Hatzfeldius, etſi probè præſidio ac munimentis communimentis communitam, exactâ tandem æſtate, in fidem ac poteſtatem accepit, atque Electori Colonienſi reſtituit; indè porrò in Thuringiam progreſſus, Heldrungam, Mansfeldiamq; atque alia nonnulla loca recuperat.

Receſſus Imperii Ratiſponæ 1641. Intereà Ratiſponæ frequenti Procerum Imperii conventu, poſtquam diu de publicis neceſſitatibus deliberatum fuit, omnium conſiliorum ſumma in hæc ferè capita componitur. Primò omnium ad inteſtina Imperii diſſidia tollenda decretum, ut univerſalis amneſtia publicaretur: deindè ut cum regnis Galliæ Sueciæq; ſeparatis conventibus Monaſterii & Oſnabrugæ in Weſtphalia tractaretur; ut gravamina religionis, quæ hucuſque tantis tumultibus non exiguam cauſam dediſſent, per utriuſq; religionis deſignatos amicè componerentur. Ut tranſactio Paſſavienſis, & ex illa conſtituta pax religionis Auguſtæ anno 1555. ſanctè ſervaretur. Deniq; ut cauſa Palatiniana, quam Cæſar ex generali amneſtia excluſam voluit, ſeparatis etiam tractatibus ageretur, & poſtquàm ad felicem exitum perducta fuerit, Receſſibus Imperialibus inſereretur. Prætereà, quoniã adhuc exigua Pacis ſpes apparebat, de promovendo porrò ac continuando bello actum eſt, proviſumq; imprimis, ut hiberna atque hoſpitia militaria pro Imperiali exercitu juxtà belli neceſſitatem ex æquo & bono deſcriberetur; in qua re, quoniam hactenus

gr

gravissimæ querimoniæ delatæ erant, neq; singulis 1646.
ex æquo satisfieri poterat, cum necessario vicinæ hostibus provinciæ plus paterentur, ita conventum est, ut provinciæ liberæ iis, quæ hibernis atque hospitiis gravabantur, alio conveniente subsidio succurrerent, quo, quantum fieri quidem posset, inter omnes Ordines Circulosque ejusmodi incommodorum æqualitas servaretur: tum, ut imminuto Ducum atque inutilium Præfectorum numero legiones complerentur; eumque in finem ordinatæ & communi omnium statuum consensu approbatæ centum & viginti pensiones menstruæ intra quinque mensium spacium persolvendæ, illo ubiq; valore, ut thalerus Imperialis ad floreni Rhenensis & triginta crucigerorum precium non carius viliusque computaretur. 120. Monat noch dem Römer Zug.

Ad illas autem pensiones colligendas generalis Imperii Questor Germanus ipse atque imperio subjectus constitueretur: additæ his contributionibus aliæ centum & viginti pensiones intra anni unius spacium solvendæ. Deinde disciplinâ militari salubriter ordinatum, ut in delicta militum Præfecti ipsorum seriò animadverterent, ut nulla itinera aut profectiones instituerentur, nisi præmonitis prius Directoribus circulorũ, per quos iter faciendum erat: neque hac in parte quicquam amicitiæ aut gratiæ dandum, ut uno Statuum præterito, alter gravaretur. Itinera autem ubi necessariò instituenda, ut sine maleficio, & incommodo Provincialium, quantum fieri potest fiant, Præfecti militum curabunt. Prohibitũ præterea, ne hostibus diribitoria concederentur, neve cum iis neutralitates Imperio noxiæ contraherentur, ut ne commercia & negotiationes cum iisdem boni privati causâ in publicum detrimentum cederent: multa dein ac varia in disciplinæ militaris correctionem constituta sunt. De reformatione Judiciorum Imperialium, quod erat tertium punctum propositionis Cæsareæ, quoniam tempus comitiorum in annum usque excurrerat, nihil actum; sed decretum, ut anno inse-

1641. quenti ad Calendas Maii eâ ſuper re, certorum Principum conventus Spiram aut Francofurtum ab Electore Moguntino indiceretur; ſanctionibus dein Imperii inſerendum, quicquid illi pro reductione Juſtitiæ decreviſſent. Denique quoniam Belgio Hiſpanico vicini Ordines querebantur, ſibi contra ſanctiones Imperii in curſu juſtitiæ à tribunali Bruxellenſi ſæpè numero vim fieri, promiſit Cæſar effecturum ſe apud Regem Hiſpaniarum, ac fratrem ejus Cardinalem Infantem Belgii gubernatorem, ne deinceps privilegiis Imperii abrogaretur. Creati ſunt in iiſdem comitiis Sacri Romani imperii Principes atque ad publicas ſeſſiones admiſſi. Itelius Fridericus Hohenzolleranus, Joannes Antonius Dux Cromavius, & Princeps Eggenbergicus; Wenceslaus Dux Lobkovitius. Ità peracto finitoque conventu illo, Cæſar, deducente magnâ Procerum Imperii coronâ Viennam regreſſus eſt.

Imperii Principes creantur.

Res Anglicanæ.

Per idem tempus in Anglia Carolus Rex, cùm ad componendam Scotorum rebellionem Procerum regni conventum indixiſſet, quod illi Parlamentum vocant, ſe atq; regnum ipſum in multò majores turbas impulit Anglorum pleriſque utpote Puritanis in idem religionis fœdus cum Scotis conſentientibus. Parlamentum autem Anglicanũ in duos ordines, ſeu ut ipſi vocant Domos dividitur: ſuperior ex Magnatibus regni conſtat, quales ſunt Principes, Comites, Barones, quos illi Sir & Lort nuncupant. Inferior Conſules & Legatos civitatum complectitur, atq; hi in eo conventu univerſum populum repræſentant. Prioris ſumma eſt authoritas, condit leges, decernit, judicat damnat, quæ tamen omnia vim non habent, niſi Regis confirmatio acceſſerit; atque ipſius eſt evocare & dimittere hunc conventum. Cæterùm Rex, cùm initio triennalẽ hunc conventum eſſe voluiſſet, tandem conſenſit, ut tam diu permaneret, donec turbæ omnes conſopitæ eſſent: quæ res planè authoritatẽ Regis peſſundedit. Poſtquam enim Parlamentum illud ita ſtabilitum erat, ut etiam Regis voluntate diſſolvi non poſſet; Parla-

 1641

[Parla]mentarii, prævalentibus ſuffragiis eorum, qui Scoticarum partium erant, abſque ullo reſpectu regiæ dignitatis fœdus Scoticum approbant; Catholicos intra decem ab urbe leucas prohibent; Sacerdotes ad pœnas ab Eliſabetha Reginâ ſancitas revocant. Thomam Wentvvort Comitem Straffordiæ ac Hiberniæ Proregem ad ſupplicium capitis condemnant; Wilhelmum Laudium Archiepiſcopum Cantuarienſem, aliosque nonnullos regiarum partium in carceres conjiciunt; inde in Reginam, quod à Catholicis pro Rege ſubſidium pecuniarium collegiſſet, quæſtionem inſtitui decernunt. Tum ad ſui cuſtodiam ſatellitium armatum, cujus ante nullum exemplum habuerant, conſtituunt: Epiſcopos omni gradu ac poteſtate dejiciunt; vectigalia ac portoria ad ſe trahunt, Præfectos portuum atque arcium præcipuarum in ſua verba adigunt; denique Regem ipſum, ut latæ in Hiberniæ Proregem ſententiæ ſubſcribat, compellunt. Ita Comes Straffordiæ, indictâ plane causâ negataque per Juriſconſultos ſui defenſione, menſe Majo Londini in extructo ad id theatro ſecuri percutitur. Poſt hæc ad apertiora paulatim diſſidia deventum eſt; & Rex omnia ex arbitrio Parlamenti ſine ullo authoritatis ſuæ reſpectu agi videns, Londino in loca ſecuriora exceſſit. Regina quoque per ſpeciem deducendæ in Hollandiam filiæ ſuæ Mariæ, quam Guilielmo Orangii Principi deſponſaverat, tumultibus excedens, ſecuritati ſuæ conſuluit. Atque in hunc modum inter Regem & Parlamentum Anglicanum belli ſe initium habuit.

In Galliâ præter externa bella etiam interni tumultus extitere. Ludovicus Comes Soiſſonius cum Bullionio & Guiſio aliiſque ex Gallica nobilitate adverſus Regem arma conjunxerat, quibus auxilio ſubmiſſus Lambojus, dum apud Sedanum conjunctis viribus confligitur, Dux Regis Galliarum Caſtilionius funditur non exiguâ ſtrage; ſed mors Soiſſonii victoriam partium corrupit. Bullionius & Guiſius à Rege in gratiam recepti ſunt. Lambojus inde à *Res Bellicæ & Gallicæ.*

1641\. Cardinali Infante in Belgium revocatur. Ibi uno atque eodem anno Aria bis obſeſſa, ſemel à Gallis Duce Caſtilionio, atque iterum ab Hiſpanis, Ductore Franciſco de Melo, bis quoque expugnata & recepta eſt. Interim Ferdinandus Cardinalis Belgarum gubernator ac Regis Hiſpaniæ frater Bruxellis menſe Novembri moritur. Præfuit Belgio per annos ſeptem, atque illud ex præſcripto fratris magna ſapientiæ & fortitudinis famâ inter duos utrinque hoſtes, Gallos & Hollandos feliciter gubernavit. Secutus illum eſt haud multo poſt Magnus Ordinis Teutonici Magiſter, Stadian, exercitatæ prudentiæ Princeps, atque ex intimo Cæſaris conſilio. Deceſſere eodem anno ex hac vita Georgius Dux Brunſuicenſis & Luneburgicus, & Arnehmius Saxonicarum copiarum diu Præfectus.

Mors Cardinalis Infantis aliorum, &c.

1642\. Inſequens annus, qui fuit hujus ſæculi ſecundus & quadrageſimus, Cæſari & Catholicorum Principum partibus ubique prope infauſtus extitit. Nam initio ejus Comes Gebrianus Vinarienſium, & Ebersteinius Haſſicarum copiarum duces, qui diu in agro Fuldenſi & Monaſterienſi hoſpitia habuerant, impetrato ab Hollandiæ Ordinibus tranſitu, apud Veſalium Rhenum tranſmittunt, atque inde in agrum Colonienſem ad capienda hiberna cum omni exercitu infeſti irrumpunt, occupata mox Ordinga, deinde Lunâ, inferioris Archidiœceſis oppidis. Elector Colonienſis haud ignarus eorum, quæ ab adverſariis parabantur, Hatzfeldium ex ſuperiore Germania, è Belgio Lambojum cum ſuis copiis evocaverat. Lambojus ad Moſam ſubſtitit, donec Vinarienſes Rhenum tranſire nunciatum eſt: tum in agrum Kempenſem caſtra produxit, atque ibi apud aggeres limitaneos duplici foſſa & trabali aditu præmunitos obſervare conſilia hoſtium conſtituit; & ſi tentarent, prohibere irruentes, donec cum reliquo exercitu Hatzfeldius adventaret, qui partem copiarum apud Andernacum Rhenum traduxerat, & per diverticula, quo patriæ parceretur, lentius appropinqua-

Cædes Lãboij in agro Kempenſi.

Landgewehr.

 1642.

quabat. Sed Vinarienſes Haſſique, ut ſubſidium præ-verterent, celebrato apud Linnam militari conſilio, cunctatione omni ſepoſitâ, Lambojum aggredi conſtituunt. Eâ re ordinatâ, Comes Gebrianus cum paucis turmis equitum & ducentis ſelectis peditibus prægreſſus, in munitiones illas agrarias impetum facit: ſed quoniam Lambojani numero ſuperabant, facile rejectus eſt. Interim tota acies campo Anthoniano appropinquabat: tum Gebrianus, dato ad invadendum ſigno, cum omni robore exercitus Lambojanos adortus, etſi acerrimè reſiſterent, tandem vi ac multitudine ſuorum loco depulit, aggereſque cum peditibus ſupergreſſus ſuæ poteſtatis facit; mox adhibiti foſſores, qui, diſturbatis aggeribus ac completis foſſis, viam equitatui complanarent. Ibi multo attrociore impetu prælium reſtauratum eſt. Sed Lambojo maxime obſtabat, quod legiones ſuas nimis, quam oportebat, remotè, tam propinquo hoſte per hoſpitia diſpoſuerat ut neque advocandi ſuos in tempore, neque ordinandæ aciei copiam haberet: ita Lambojani legionatim & quaſi per manipulos cæſi inſigni cladè profligantur. Cecidere ad duo fere millia; Lambojus ipſe in tantâ neceſſitate nullum ſtrenui ducis officium prætermittens, cum præcipuis Tribunis, & tribus millibus gregariorum in manus hoſtium pervenit. Capta ſigna militaria centum quadraginta ſex, tormenta campeſtria ſex, dein impedimenta & apparatûs bellici magna vis. Poſt hæc Præfectus equitum Vinarienſium Roſa cum tribus millibus equitum ad perſequendos fugitivos profectus, haud procul Juliaco duo millia, quæ ad Hatzfeldium properabant, nova clade profligat. Ita Lambojianus exercitus hoc duplici infortunio, amiſſo item ductore, & præcipuis Tribunorum plane aut deletus, aut diſſipatus fuit. Hæc igitur clades longâ pace divitem patriam, atq; adhuc intactã hoſti aperuit; inopemque exercitum abundè auxit: additus cladi terror inflammatione villarum pagorumq; quos profugientes paſſim coloni relictis omnibus

1642.

deſerebant. Porro Hatzfeldius intellectis, quæ acciderant, jam ſolus hoſtibus inferior, magnâ celeritate copias jam Rhenum transgreſſas revocavit, atque in alteram ripam tranſpoſuit. Vinarienſes proſequendæ victoriæ intenti, relictâ à tergo Kempenâ, ſtatim Noveſio victorem exercitum admovent.

Noveſium & alia urbes capiuntur.

Urbs illa antiquis & recentibus obſidionibus percelebris, & non ſemel laudatæ fortitudinis famam promerita, nunc ſive metu conſternata, quod cæſo exercitu nullam amplius liberationem expectabat, ſive decepta hoſtium fraude & blanditiis multa ac ſpecioſa promittentium, vix unius diei jaculatoriam oppugnationem perpeſſa, dedit ſe victorum arbitrio, excluſo etiam rejectoque præſidio militari, quod Elector Colonienſis laborantibus in tempore obtulerat. Nempe, dum ſecuritati & libertati ſuæ inconſultâ anxietate nimium proſpicere nititur, utramque amiſit; ſedes dein hoſtium facta, ex qua reliqua patria oppugnaretur. Kempena neque munitionibus, neq; civium numero Noveſio par, poſt octo dierum oppugnationem in poteſtatem oppugnantium conceſſit. Hulcradum dein & Marcodurum, aliæque in eo diſtrictu arces eundem caſum ſubiêre. Apud Lechenium hæſit impetus victorum: id ignobile quidem, ſed valido præſidio ac fortibus viris communitum oppidum, poſtquam ſeptimanas aliquot acrem obſidionem egregie pertuliſſet, tandẽ adventu Cæſarei & Bavarici exercitûs liberatur. Is ductu Comitum Hatzfeldii Wahliique Rhenum ponte navali apud Coloniam tranſgreſſus, poſitis munitisque caſtris, apud Sonſam conſedit. Ita Vinarienſes & Haſſi, cum aliquamdiu apud Grevenbruchum conſtitiſſent, in ſua demum apud Ordingam caſtra compulſi ſunt. Sub idem tempus Joannes Verdanus ex Gallicâ captivitate cum Guſtavo Hornio permutatus, magno militum gaudio in caſtra ad Sonſam pervenit.

Coadjutor Colonienſis eligitur.

Inter hæc Elector Colonienſis Ferdinandus Dux Bavariæ, non magis de liberandâ ab hoſtibus patriâ, quam adſciſcendo in partem curarum ſocio ſolicitus,

tus, ut ſibi Coadjutor daretur, à Collegio Metropolitano obtinuit. Duo in eam ſpem ſtudio & æſtimatione Canonicorum proponebantur; Franciſcus Dux Lotharingiæ, ejus Collegii Decanus; atque Epiſcopus Virdunenſis; & Maximilianus Henricus Dux Bavariæ, Electoris ex fratre nepos; uterque & ſplendore familiæ & dignatione virtutum eo faſtigio dignus. Sed poſterior, cùm numero ſuffragiorum viciſſet, Coadjutor deſignatus, & dein à ſummo Pontifice, ut mos habet, confirmatus eſt. Porrò mediâ æſtate Franciſcus Hatzfeldius Herbipolenſis & Bambergenſis Epiſcopus, ac Franciæ Orientalis Dux repentino catarrho ſuper menſam extinguitur, magno luctu provincialium, quibus his difficillimis temporibus præclarè præfuit. Uni duo à Collegiis Cathedralibus ſublecti ſunt, Herbipoli Joannes Philippus ex illuſtri Schonborniorũ familiâ, Bambergæ Melchior Otto ex Baronibus Voit de Saltzburg; uterque ſapientiâ atque uſu rerum inſignis Princeps. 1642.

Sub idem tempus Maria Medicæa Ludovici XIII Regis Galliarum mater Coloniæ Ubiorum, quo ſe poſt diuturnum in Belgio exilium, dein varias in Hollandiam & Britanniam profectiones quietis causâ paulò antè contulerat, moritur, piè, atque ut decebat Chriſtianam Principem. Nam & filio felicem conſiliorum exitum, & orbi Chriſtiano optatã pacem multis cum lachrymis paulò ante mortẽ precata eſt; ignovitq; omnibus & ſingulis, qui eam hactenus variis machinationibus perſecuti fuerant. Filia fuit Franciſci Ducis Hetruriæ, & Joannæ Auſtriacæ Ferdinandi I. Cæſaris filiæ. Anno ſæculari milleſimo ſexcenteſimo Henricus IV. Galliæ ac Navarræ Rex eam in matrimonium accepit, dimiſsâ Margarethâ Valeſiâ cum qua, Henrico ſterile & diſcors, tum quoque impedimento conſanguinitatis invalidum matrimonium fuerat. Anno dein hujus ſæculi decimo ſolenni apparatu apud oppidum S. Dionyſii Regina Galliæ inaugurata, poſtridie Regẽ mari-

Regis Galliarum mater moritur.

Piaſec. pag. 205.

1642. maritum manu ſicarii interfectum amiſit. Quinque ex Henrico proles habuit, Ludovicum XIII. natum anno 1601. Iſabellam 1602. Philippo IV. Regi Hiſpaniarum nuptam. Chriſtinam 1606. Victoris Amadæi Ducis Sabaudiæ uxorem, Gaſtonem Ducem Aurelianenſem 1608. & Henricam Mariam 1609. quam ſuprà Carolo Angliæ Regi in matrimonium datam memoravimus. Rege interfecto
1625. *Pag.* 84. Maria curam regni & tutelam filii novennis in ſe ſuſcepit: qua in adminiſtratione, ut fit, multorum odia incurrit; maximè, quod homine externo Marchione Ancræo, quem ad ſummos honores prætermiſſis indigenis extulerat, penè unico & ſolo conſultore ad regni gubernationem utebatur. Crevitque adeò indignatio Procerum Galliæ, hanc externi hominis potentiam deteſtantium, ut fermè omnes ſeceſſionem ab aula facerent, bellumq; haud obſcurè molirentur; donec Ludovicus filius, necato Ancræo & uxore ejus capitis damnatâ, ipſe ſuis auſpiciis Rempublicam cœpit gerere; matre Bleſas relegatâ, quæ ſubindè revocata, cum prævalentibus apud Regem aliis ipſa jam ſperneretur, Bruxellas in exilium ſponte conceſſit. Reginæ Cardinalis

Richelius moritur. Richelius, qui ejus potentiæ maximè obſtabat, haud diu ſuperſtes fuit; eodem quippe anno menſe Decembri Leutetiæ Pariſiorum vitâ excedens. Is validiſſimus in animo Regis fuit, & maximorum negociorum primarius miniſter: nemo eâ ætate magis regnandi artibus aut prudentiæ politicæ famâ excelluiſſe creditus eſt, ut propterea etiamnum ex præſcripto conſiliorum ipſius res Gallicanas adminiſtrari, multis pronum ſit ſuſpicari. Matrem & Cardinalem Rex Ludovicus menſe Majo anno inſequente ſecutus eſt, eodem planè die, quo ante annos tres & triginta patrem ejus Henricum IV. ſicarius interfecerat. Porrò Cardinali Richelio in regiorum

Mazarinus ei ſuccedit. conſiliorum arcana Julius Mazarinus itidem Cardinalis ſucceſſit, intimus Richelii, & ſtudio ipſius ad maxima quævis provectus.

At nihilo indè melius res Catholicorum in Germania habuere. Nam initio ferè anni Coningsmarchius Halberſtadium & Aſcherslebiam inter in Saxoniâ quatuor Cæſareanas legiones inopinato adventu oppreſſit; indè depulſos non ſine clade ab obſidione arcis Mansfeldianæ Cæſarianos totâ propè Saxoniâ exegit. Coningsmarchium majoribus viribus ſecutus eſt Leonardus Dorſtenſohnius Suedico exercitui in locum Bannerii præpoſitus; adventum ipſius clara de cœlo prodigia inſignem fecére. Nam menſe Januario ſuprà Wolffenbûteliam viſus eſt in cælo globus igneus terribili fulgore conſpicuus, qui ab occaſu in ortum deſcendens, edito horribili fragore inſtar ingentis tonitru momento diſparuit. Sed per Saxoniam inferiorem, ac ſupra ipſa Suedica caſtra viſus eſt inſigni claritate cruentus enſis cum annexa virga, cujus acies verſus Marchiam Brandeburgicam protendebatur. Dorſtenſohnius, luſtrato exercitu punitoq; Tribuno Seckendorphio, qui cum Cæſareanis Ducibus colludere arguebatur, repentè decursâ Saxoniâ in Luſatiam ac dein Sileſiam perrupit, & Glogoviam majorem cum toto exercitu circumſedit. Magnam vim frumenti belliciq; apparatûs Cæſareani in hanc urbem comportaverant, ex eaq; tueri Sileſiam & prohibere porrò hoſtem conſtituerant. Præerat urbi cum firmo præſidio Auguſtus Mauritius Baro de Rotavv, qui cum oblatas à Dorſtenſohnio liberales conditiones aſpernaretur, & locum ſibi commiſſum virtute atque omni ope defendere niteretur; Dorſtenſohnius omni morâ damnatâ, cum toto exercitu urbem invadit; ac tanta vis oppugnantium fuit, ut uno atque eodem die caperetur. Cæſi præſidiarii propè omnes, & magna civium pars: urbs ipſa hoſtilem in modum direpta eſt. Indè multæ aliæ minores urbes eundem caſum ſubjère, atque ad ipſa propè Vratislaviæ mænia via populantibus facta. Ita velificante undique fortunâ, cum nemo adhuc obſiſteret, ad ſubigendam porrò Sueidniciã, præmiſſo Coningsmarchio, movit. Erat

1642. *Res Germanicæ.*

Dorſtenſohnius Generalis Suecorum.

Invadit Glogoviã.

1642. iis locis præſidio Franciſcus Albertus Dux Lavenburgicus; is cum ſeptem ferè millibus Cæſareanorum adventanti hoſti occurrere auſus, Conigsmarchium hoſtili exercitui, ut diximus, cum delecta manu præeuntem facilè repulit ad ſuos, incenſus eo ſucceſſu cùm fugientem avidiùs perſequeretur incidit in Dorſtenſohnium, qui cum reliquiis copiarum haud procul tendebat. Ibi commiſſo acri prælio Dux à ſuperantibus numero hoſtibus funditur, amiſſo peditatu; omnibusq; ferè impedimentis & ſignis militaribus. Atque ipſe in manus victorum lethali vulnere ſaucius pervenit, ex quo intra paucos dies Sueidniciæ, quoad curam deportatus fuerat, mortem obiit. Ita Sueidnicia primò, dein Niſſa Epiſcopi Vratislavienſis ſedes, ac tota propèmodum Sileſia à Dorſtenſohnio ſubacta eſt. Flexo inde in Moraviam itinere multa minora oppida, arcesq; & Olomucium, quæ Moraviæ metropolis eſt aliâ vi, alia deditione expugnat, magnâ ubiq; prædâ potitus. Brinnam inde validis munitionibus firmatam, ſtrenuè quidem, ſed irritâ ad extremum obſidione tentavit. Porrò omni Moraviâ Sileſiaque hoſtiliter direptis, & firmo præſidio communitis, quæ conſervare decreverat, in Saxoniam regreditur; Lipſiamque quæ Electoris Saxoniæ præſidio tenebatur cum omni exercitu circumſidet: ea res excivit Cæſareanos. Igitur Archidux Leopoldus, & Octavius Picolomineus Dux Amalphitanus, contractis quicquid ubique virium erat, Electori Saxoniæ in auxilium properant. De quorum adventu mox certior factus Dorſtenſohnius, omiſſa Lipſiâ, adventantibus obviam procedit. Ita eodem propè loco, quo ante decennium Rex Guſtavus cum Tillio conflixerat, acri prælio & pari fortunâ inter infeſtas utrique acies certatum eſt. Nam Cæſareani magnâ vi ac virtute coorti, cum aliquoties Suecos loco pepuliſſent, ad extremum victi ipſi & loco pulſi victoriam hoſtibus ceſsêre; equitatus magna pars fugâ evaſit, pedites pleriq; cum magno numero impedimentorum,

Fundit Cæſareanos apud Sueidnitz.

Iterum apud Lipſiam.

& tormentis quadraginta duobus, omnique reliquo 1642 paratu caſtrenſi in poteſtatem hoſtium pervene- Quâ re ad votum perpetratâ, Dorſtenſohnius ad [illegible]dionem Lipſiæ revertit, quæ aliquot dein dies magna vi oppugnata, cum cæſis auxiliis nulla ampli- ſpes liberationis eſſet, ſe in manus hoſtium tradi- cives præſidium Suedicum recipere, & direptio- nem urbis ingenti pecunia redimere coacti ſunt. At Archidux Leopoldus accepti incommodi culpam fugæ aliquorum imputans, in eos ad terrorem cæte- rorum pro gravitate delicti ſeverè animadvertere conſtituit. Tenebatur eo crimine præcipuè legio Jo- annis Georgii Madlonii, quæ conſiſtente adhuc acie reliquis gnaviter pugnantibus, prima omnium [illegible]pudioſa fuga prælio exceſſerat: itaque hunc in modum de fugitivis ſupplicium ſumptum eſt. Præ- ſente Archiduce, Piccolomineo, aliiſque primariis exercitus Cæſarei ducibus, Rockezanæ in Bohemia, ubi tum ſtativa erant, ſex legiones, quæ rem ſtrenuè geſſerant, in armis præſto eſſe juſſæ ſunt. Dein evo- cata legio Madlonica, atque in medium à reliquis [illegible]ex accepta: mox à ſupremo rerum capitalium quæ- ſitore fugæ & deſtituti exercitus inſimulata ac gra- viter reprehenſa eſt; ſimul juſſi omnes ex ea legione arma ad pedes Picolominei deponere. Signa à cir- cumſtantibus militibus fracta ac direpta ſunt: dein Quæſitor pauca præfatus, cur legionem illam ex al- bo Cæſarei exercitûs deleri oporteret, hanc in iner- mes ſententiam pronunciat. Turmarum quidam Ductores, eorumque vicarios pœna gladii; Signife- ros vero & reliquos inferiorum ordinum præfectos ſuſpendio plectendos, atque ad eandem pœnam ex gregariis decimum quemque, antiquo more, ſorte legendum. Poſtridie igitur de reis ſupplicium ſumi- tur: conceſſitque Archidux deprecantibus, ut com- mutato pœnæ modo à ſuiſmet commilitonibus more militari ſclopetorum jaculationibus confode- rentur: uno alteroque conſervatis, qui rem alias præ- clarè geſſerant. Chiliarcha ipſe Madlonius in cuſto- diam

1642. diam datus, inſpectâ dein diligentius atque examinata cauſa, anni inſequentis initio Pragæ capite plexus eſt. Ad hunc modum punitis ſontibus, ac firmata diſciplina militari, ad reſtaurandum exercitum animum intendit, & mox ex agro Colonienſi Comites Hatzfeldium & Wahlium evocat. Atque id eo proclivius factum, quoniam Vinarienſes quoque & Haſſos [adverſus quos illi tota æſtate prope Sonſam caſtra locaverant] inopia commeatuum & pabuli trans Rhenum compulerant. Igitur Hatzfeldius, recepto ex itinere Marcoduro menſe Novemb. feſtinatis itineribus, in ſuperiorem Germaniam contendit.

Hiſpanorum & Gallorum geſta.

Eodem anno Galli in Catalaunia adjuti rebellantium viribus, cæſis haud procul Barcinone, Hiſpanicis copiis Colibram vi cæpere. Perpinianum valida ad amnem Thetim urbs ſex fere menſium obſidionem fortiſſime ſuſtinuit: deniq; vi oppugnantium; ſed magis penuria commeatuum ac famis ad deditionis neceſſitatem compulſa eſt. Perpiniani exitiũ Salſulas, propugnaculum ejus oræ adverſus Gallos munitiſſimũ, in eundem caſum impulit: ante triennium fere initio ſeditionis Catalonicæ à Gallis interceptum, & mox iterum amiſſum, nunc denuo victoribus ceſſit. Erat tum in provincia Narbonenſi Galliæ Rex, [nam hæc adhuc ante mortem ejus acciderunt] quò proprior ſua præſentiâ Gallis audaciã & virtutem, Cataloniis ſpem atque animum injiceret. At in Flandriâ longe alia fortuna Gallos excepit: nam Franciſcus Melo poſt mortem Cardinalis Infantis Belgarum Gubernator, cum viginti quinque millium, inſtructiſſimo exercitu & triginta majoribus tormentis caſtra movens, Atrebatum validam Arteſiæ urbem circumſedit, omnibuſque ad obſidionem expeditis, repente converſo curſu Lendium invadit, atque inde Baſſæam contendens, eam urbem poſt juſtæ oppugnationis infractum laborem in ſuã poteſtatem redigit. Inde cum toto exercitu in Picardiam movens, haud procul Caſtelleto oppido, quod

eſt

eſt prope fontes Schaldis in Veromanduis, exercitum Gallicanum, in quo erant duodecim millia, juſtâ acie profligat: capta Gallorũ duo millia, ac totidem fere in acie cæſa. Ea clades Catalonicæ victoriæ gaudium plurimùm imminuit Sed neque partes Hiſpanicas admodum juvit, dum Melò omiſſo victoriarum curſu regredi, & vires exercitus ad obſervandos Moſæ tranſitus, prohibendosque inde Vinarienſes per agrum Colonienſem dominantes opponere cogitur. 1642.

Sub idem tempus Varſaviæ in Poloniâ Philippus Wilhelmus Palatinus Neoburgicus, Juliæ, Cliviæ ac Montium Dux in magno Procerum Poloniæ concurſu, ac Regé ipſo Vladislao præſente, Annam Catharinam Regis ſororem in matrimonium accepit. Stockholmiæ in Suecia, Chriſtina Regis Guſtavi Adolphi filia ſolenni ritu Regina Sueciæ coronata eſt. In Anglia gliſcentibus porrò inter Regem & Parlamentum diſcordiis, res paulatim ad apertum bellum proceſſit; & Rex non minus quam Parlamentarii, corrasâ unde poterant pecuniâ, ſe omni modo ad arma ac vim comparare incipiunt. Sed Regis multo erat deterior conditio; nam præter paucos Catholicos, qui tamen arctiſſimè habebantur, nemo fere regiis actionibus favebat. Plebs ipſa Londinenſis, etſi ingenio nationis inſolentiſſima, tamen à Parlamentariis adverſus Regem incitabatur, unde ejus authoritas quotidie imminuta & tantum non extincta eſt. Contra Parlamentarii præcipua regni vectigalia ad ſe trahebant; mandabantque claſſium ac portuum præfectis, ne deinceps dicto Regis ſed decreto Parlamenti audientes eſſent, utque hæc omnia ſecurius exequerentur, adſcripſerunt ad ſui cuſtodiam, more regio, ſatellitium armatum, cujus rei nullum ex antiquitate exemplum habebant Denique, cùm Rex his de cauſis Londino exceſſiſſet, ubi amplius commorari ſalvâ majeſtate non poterat, neque ullis Parlamenti precibus, ut reverteretur induci poſſet, crevit ſimultas; quæ dein auctis ſuſpicionibus multo magis invaluit, quod Rex filiam ſuam primogenitam Mariam Wilhelmo Principi Orangio, Henrici Fri-

Varia.

Res Anglicana.

 derici

1642. derici filio, annorum fere ſeptendecim in matrimonium daret, quæ hoc demum anno à Reginâ matre in Hollandiam deducta eſt. Id enim matrimonium Parlamentarii eo ſolùm ſpectare arbitrabantur, ut Rex externa auxilia ad ſe in ordinem redigendos conquireret. Quare & ipſi arma ſumpſerunt, adjunctoque ſibi per publicum decretum antiquo Reipublicæ milite, novos delectus faciunt, iisque cum ſummo Imperio Comitem Eſſexiæ præficiunt. Qua in re, cum non omnes, ut fit, inter ſe conſentirent, quidam etiam non probarent, in tam manifeſta & extrema diſcrimina Rempublicam præcipitari, multi è Senatu regio, nonnullæ etiam civitatis atque oppida apertiore ſtudio ad partes regias tranſeunt. Unde Parlamentarii, maximè qui Puritanæ ſectæ erant, quò ſocietatem ſuam firmius conſtabilirent, anno inſequente, palàm in templo S. Margarethæ, præmiſſa concione exhortatoria, in fædus Scoticum conjurant. Tum amoti omnes è curia ac ſeſſione Parlamentaria, qui jurare recuſabant, quique aut cauſæ regiæ, aut religioni Catholicæ favere exiſtimabantur. Quibusdam etiam munera publica abrogata; alii, qui partes regias liberiùs defendebant, cuſtodiis traditi; Epiſcopi omni poteſtate atque authoritate exuti, juſſique eo deinceps titulo abſtinenere. Neque interea legationibus variorum Principum pro reconciliatione nitentium, quicquam effectum, propterea, quod authores tumultuum, præcipuè Comes Eſſexius à Rege crimine Majeſtatis poſtulati, deſperatâ veniâ omnem ſecuritatem ſuam in continuandâ defectione reponerent. Iam enim ceptum eſſe facinus, quod laudari non poſſet niſi perfectum, neque perfici poſſet niſi unius partis exitio. Sic enim exiſtimabant, nullam poſſe eſſe tantam Regis patientiam, qui in non priori poteſtati reſtitutus, reſumeret aliquando iras, & ſe, datâ commoditate, cum magno eorum malo ulciſceretur. Ita ad apertum bellum atque arma ventum eſt.

Pralimi-naria pa- Inter hæc tandem aliquando, quod multos jam annos Lubecæ atque Hamburgi tractatum fuerat,

de

de pacificationis Germanicæ loco & modo conven- 1642.
tum eſt, præſtititque eâ in re utilem operam toti Ger- *cificatio in*
maniæ Rex Daniæ, qui extra bellantium partes poſi- *Germani-*
tus, ut aliquando ad compoſitionem veniretur, enixe *ca.*
laboravit. Ita igitur Hamburgi inter Conradum 1641.
Luzovium Cæſaris, Claudium Memmium Regis 15 *Dec.*
Galliæ, & Joannem Salvium Reginæ Sueciæ Legatos 25.
res eſt compoſita. Principio placuit, urbes ad hunc conventum Oſnabruga & Monaſterium in Weſtphaliâ deſignarentur; quæ interea neutrarum aut mediarum partium eſſent: & deducto omni externo præſidio, proprio milite aut per cives ſuos ſtationes & cuſtodias obirent; Legatos quarumcunque partium, eorumque res & bona fideliter tuerentur, atque ea de re fidem & cautionem ſcripto præſtarent: ac ſi quid ab iis pro bono publico poſtulatum fuerit, id priùs non exequerentur, quam collegio Legatorum indicatum fuerit. Oſnabruga retinebit jura ac privilegia ſua, & utrobique inſtituta tractatio, pro una atque eadem habebitur. Viæ & itinera inter utramque urbem pro commodo ultro citroque commeantium ſecura reddentur. Etſi quis locus intra dictas urbes medius pro privato congreſſu aut communicandis conſiliis placuerit, is eadem ſecuritate, iiſdemque immunitatibus gaudebit. Literæ annona, aliaque huic conventui neceſſaria tuto hinc & inde ſine cujusquam damno aut injuriâ perferentur: denique ſi, quod Deus prohibeat, inſtituta pacis tractatio ſine ullo fructu diſſipetur, Oſnabruga & Monaſterium in illum ſtatum, in quo nunc ſunt, reſtituentur; ita tamen, ut poſt diſſolutum conventum adhuc per ſex ſeptimanas proximè ſequentes beneficio neutralitatis gaudeant. Securitas commeatuum pro Legatis Regum & Principum ad hunc conventum obeundum intra bimeſtre utrinque expedietur & dabitur. Et ne advectio eorundem commeatuum propter longinquitatem locorum, deſideratæ tractationi moram ponat, ea per Legatos Regis Daniæ ad eam formulam, quæ jam præſcripta eſt, expedietur. Et ex parte quidem Cæſaris dabitur liber com-

 meatus

1642. meatus pro Legatis Reginæ Sueciæ, pro Oratore Gallico, pro domo Palatina, Brunſuicenſi, Lunæburgica, Haſſo Caſſelana, ac denique pro omnibus ſtatibus Imperii regno Sueciæ confœderatis; viciſſim Regina Sueciæ dabit commeatum pro Legatis Cæſaris, Electorumque Moguntini & Brandenburgici, Rex Galliæ pro Legatis Cæſaris & Regis Hiſpaniæ eorumque fœderatis, pro Legatis Electoris Colonienſis, & Electoris Bavariæ, viciſſim Cæſar & Rex Hiſpaniarum dabunt ſecurum commeatum pro Legatis Regis Galliarum, pro Oratore Suedico, pro Legatis Sabaudiæ, Electoris Trevirenſis, Ordinum fœderatorum Belgii, Caroli Ludovici Comitis Palatini, ejusque fratrum, Ducum Brunſuicenſium, Ameliæ Eliſabethæ Landgraviæ Haſſiæ, & denique pro omnibus Ordinibus Imperii regno Galliæ confœderatis. Poſt hæc dies inchoando conventui inſtitutus eſt vigeſimus quintus Martii anni quadrageſimi ſecundi; qui tamen deinde ob intervalli brevitatem aliaque impedimenta ſubinde enaſcentia in undecimum Julii anni quadrageſimi tertii commutatus eſt.

1643. Res Suedicæ. Interea Stocholmiæ in publico Procerum Sueciæ conventu de promovendo porrò bello Germanico, & in quas conditiones pax ineunda eſſet, deliberabatur. Renovatum ibi fœdus cum regno Galliæ; conventumque ut Sueci Weſtphaliam Saxoniamque & proprias Cæſaris provincias; Galli tractum Rheni, & annexas illi regiones bello impeterent: urgendum, ut Germania in illum ſtatum, quo ante bellum Bohemicum anno 1618. fuerat, reponeretur. Provincias ac civitates arceſque, quas quiſque occuparet, ad belli finem poſſideret. Cum Cæſare ejusque ſociis nulla pax aut conventio, niſi ex conſenſu utriuſque partis iniretur. Regina Sueciæ triginta peditum & ſex equitum millia, totidem Regina Galliæ durante bello in Germania aleret. Adhæc Regina Galliæ præter ducenta Imperialium millia, quæ ex anno 1633. adhuc debeat, ſingulis deinceps annis quadraginta millia perſolveret. Denique, ſi alterutram partem

tem bello impeti accideret, mutuo ſibi auxilio ad decennium adeſſent. Atque interim bellum ſtrenue progrediebatur: nam Dorſtenſohnius poſt cæſos anno ſuperiore apud Lipſiam Cæſareanos, & tentatam fruſtra obſidione Fribergam, metuens iis, quæ in Sileſia que Moravia occupaverat, locis, iterum eò iter atque exercitum hibernis Saxonicis recreatum convertit. Statim adventu ipſius depulſi Olomucio Cæſareani; & ille, receptis ad ſe veteribus præſidiariis, novos recentesque impoſuit; commeatu præterea & omnibus ad vim ſuſtinendam neceſſariis confirmat. Inde magna ubique præda potitus in Sileſiam receſſit, atque ad ipſa Vratislaviæ ſuburbia movens, ea expilat incenditque, propterea quod cives commeatum & pecuniam pro exercitu poſtulanti negaſſent. Porro Coningsmarchius in Saxonia à Dorſtenſohnio relictus, Halberſtadium & alia loca ibidem pulſis Saxonicis Cæſareisque in poteſtatem ſuam redigit: inde tranſmiſſo Albi generalem vigiliarum Præfectum Cracovium, quem Gallaſſius [cui iterum ſummam rei militaris Cæſar impoſuit] in Pomeraniam diſtrahendis hoſtium viribus emiſerat, collatis cotra caſtris profligatum ex Pomerania abigit: recuperatis Camino aliisque locis, quæ Cæſareani haud magno præſidio cuſtodita, primo adventu facile interceperant. *1643.*

Interim Vinarienſes duce Comite Gebriano, relicto ut ſupra diximus, agro Colonienſi, cùm brevibus hibernis copias refeciſſent, per ſaltum Thuringenſem in Franconiam infeſti irrumpunt, occupatisque ibidem locis immunitis, & magna præda aſportata, in agrum Wurtenbergicum, & Marchionatum Badenſem effuſi, novo ex Gallia ſupplemento, quod Dux Anguienſis adduxerat, confirmantur. Porro nihil ab iis tota æſtate memorabile peractum, niſi quod levibus velitationibus inter ipſos Bavaricosque, variante interdum, ut fit, fortuna, certatum. Sed menſe Novembri Comes Gebrianus Rotvveilam obſidere aggreſſus, dum dirigendis in urbem tormentis poſt corbes vimineos aſſiſtit, minori machinâ [quas ... conettas vocant] *Geſta Vinarienſium* *Comitis Gebriani mors.*

1643. vocant) petitus brachium amittit. Quo ex vulnere poſt paucos dies in capto oppido victor vivere deſiit. Mortem ducis inopinata exercitus clades ſecuta eſt; etenim capta Rotvveila, dum hoſtium ſecuri in propinqua oppida legiones diſtribuunt; repente ſupervenientibus Cæſarianis Bavaricisque & Lotharingicis copiis, quæ ſe ſummo ſilentio & magna celeritate conjunxerant, ſine ullo prælio oppreſſi atque intercepti ſunt. Dutlingæ juxta Danubium primaria erat ſtatio Vinarienſium, haud procul inde tormenta, & bellicum omne inſtrumentum depoſuerant, appoſitis, qui præſidio eſſent. His omnibus exploratis, Cæſariani, præmiſſo Joanne Verdano Dutlingam cum maxima exercitûs parte ſubito circumveniunt, tanto ſilentio, atque hoſtium ignoratione, ut jam cum omnibus copiis ante urbem conſiſterent, priusquam de adventu eorum hoſtes quicquam reſciviſſent. Pars exercitûs Danubium vado tranſgreſſa, (nam Dutlinga haud multum abeſt à fontibus Danubii) occurrentem cum aliquot legionibus Roſam; qui hoſtium adventum ex propinqua ſtatione audiverat, primo impetu abſterret, atque in fugam conjicit, facile potiti Dutlingâ, reliquas hoſtium ſtationes, uti inter ſe compoſuerant, aggreſſi, diviſos ad deditionem compellunt. Pauci cum Roſa ſupremo equitum Præfecto fuga evaſere: reliqui omnes ſummi infimique, adhæc pecuniæ & apparatus bellici magna vis ſine ullo ſanguine in poteſtatem victorum pervenêre. Rotvveila dein paulo ante à Vinarienſibus capta, per Mercium Bavaricum Ducem recuperata eſt.

Clades Vinarienſium.

Cæterum in Belgio duplici clade hic annus infauſtus Hiſpanis extitit. Rocroam cum valido exercitu obſidebat Franciſcus Melo, jamque obſeſſos ad extrema perduxerat, adeo ut deditio in ſingulas horas expectaretur. Cum ecce Ludovicus Dux Anguinenſis, neceſſitatis ſuorum admonitus, contractis omnibus copiis, laboranti oppido in auxilium occurrit. Inclinante jam in veſperam die, in conſpectum amicæ urbis atque hoſtilium caſtrorum venit. Quamquam autem

Res Belgicæ inter Gall. & Hiſp.

tem nox immineret, exercitusque ab itinere feſſus eſſet, tamen liberandæ urbis cupidine caſtra Hiſpanica aggreditur: ſed immodica cupiditas gravi clade expiata eſt; repulſus igitur modicum ocium curandis corporibus conceſſit. Poſtridie vix dum albeſcente aurorâ, confirmatis copiis, multo majore impetu Hiſpanos aggreditur: neque tunc audentem fortuna deſeruit: Fuſi fugatique Hiſpani memorabili clade: Comes Fontanus oblatam ab hoſtibus vitæ gratiam conſtanter repudians, cladi ſuæ immori maluit. Comes Ioannes Ritbergicus ſeptem vulneribus ſaucius, in poteſtatem hoſtium pervenit: capta impedimenta & militare inſtrumentum omne. Equitatus maxima pars cum Duce Albuquercio, qui iis præerat, maturata fugâ inſequentes evaſit. Hac victoriâ potitus, Angulenſis, Theonisvillam in agro Lucemburgenſi munitiſſimum oppidum cum victrice exercitu circumſedit, & ſecundo, poſtquam obſederat, menſe, magna ſuorum ſtrage ad deditionem compellit. Sexcenti præſidiarii, qui ex mille & quadringentis ſuperfuerant liberi Lucemburgum dimiſſi ſunt. Anguienſis quinque legiones Gallorum, & quatuor centuria Helvetiorum præſidio impoſuit. 1643.

Clades Hiſp. ad Rocroam.

Paulo ante, quam hæc in Belgio gerebantur, novum repente bellum exortum eſt in Italiâ, inter Pontificem Urbanum VIII. & Odoardum Farneſium, Ducem Parmenſem: ejus hoc initium fuit Parmenſis Ducatum Caſtri, quem à ſede Apoſtolica jure fiduciario obtinet, multo ære alieno contra leges fiduciæ ſuæ obligaverat: id improbavit Pontifex, mandavitque Parmenſi, ut ditionem illam omni debito liberaret. Quod cum hic negligeret, Pontifex ditionem Caſtri, aliasque poſſeſſiones ejusdem Ducis, quæ Romæ in poteſtate Pontificis erant, æſtimari, atque ex iis æs alienum exſolvi jubet. Hanc injuriam, uti cenſebat Parmenſis, armis ulciſci ſtatuit: itaque compoſito fœdere cum nonnullis Italiæ Principibus cum infeſto exercitu ditiones Pontificias ingreſſus, bellum molitur, quod multis ultro citroque cladibus biennio fere

Bellum Parmenſe.

1643 geſtum, paulo ante mortem Pontificis componitur. Parmenſi Ducatus Caſtri, quæque alia edicto Pontificio ablata fuerant, reddita.

1644. *Mors Vrbani VIII. Pont.* Anno inſequente quadrageſimo quarto moritur Pontifex Urbanus VIII. menſe Julio, Pontificatus ſui anno primo ſupra vigeſimum, ætatis ſeptuageſimo ſeptimo: Vir omni litterarum genere, & humaniorum maxime artium excultiſſimus. Vacavit ſedes dies quadraginta octo: intra quos Joannes Baptiſta *Innocent. X eligitur.* Cardinalis Pamphilius, Romanus, ſuffragiis Cardinalium ſublectus Innocentii X. nomen accepit. Is ſummis antea muneribus, & diverſis in Hiſpaniam legationibus egregiè perfunctus, etiamnum Eccleſiæ Catholicæ ſumma cum laude & longo omnium deſiderio præſidet.

Bellum Sueco-Danicum. Sub finem anni ſuperioris Suedici exercitûs Dux Leonardus Dorſtenſohnius, nihil minus expectantibus Danis, neque denunciato ante bello, repente converſis é Germania armis in Daniam irruit; adeo feſtinatis itineribus, ut intervallo quindecim dierum é Marchia Brandenburgica in Holſatiam cum maxima parte exercitûs movens, centū fere milliaria Germanica conficeret. Itaque Kyla primùm ad maris Baltici aditum, dein Chriſtianopolis, Flensbergum, Itzehoa, Bredenburgum, aliæque in eo tractu urbes vi dolo aut deditione, uno velut impetu, interceptæ atque occupatæ. Cauſæ tam repentinæ irruptionis jactabantur; quod Rex Daniæ octo naves Suedicas fretum Selandicum tranſeuntes attinuiſſet: quodque cum Duce Moſcorum Michaele Federovicio iniiſſet ſocietatem, regno Sueciæ inviſam ſemper ſuſpectāque, miſſo ad hoc in Moſcoviam filio Voldamaro, qui novo fœderi ſtabiliendo Duci illius filiam in matrimonium acciperet: præterea, quod magnam pecuniæ ſummam numeraſſet Cracovio Chilarchæ Cæſareo, cum qua Cracovius ſuperiore anno, conſcriptis militibus, omnem Pomeraniam, tum præſidio Suedico vacuam, diu infeſtā impunè habuiſſet: Additæ cauſæ nonnullæ, quibus Sueci Regem Daniæ

Cæſa-

Cæſareanis partibus ſtudere, & multa in ſui perniciem occultis machinationibus moliri crederent. Cæterùm, quicquid id ſit, Rex inopinato hoſtium adventu turbatus, mox Legatos ſuos Monaſteriū promovendæ paci Germanicæ miſſos, revocat: inde communire ſe & ſcribere milites, atq; omni ope ad vim hoſtium prohibendam comparare inſtituit. Sed jā Dorſten ſohnius in Jutlandiam penetraverat, cæſis mille & quingentis Danicis militibus, qui illi apud Koldingam temere occurrerant. Inde ut Danicæ vires diſtraherentur, Guſtavus Hornius cum alio octo millium exercitu Scaniam è Sueciâ ingreſſus, Elſinburgum, Coronam, Ludonum, Chriſtianopolim, ſumma vi expugnat, ac totam facile Scaniā in poteſtatem redigit: neq; terra tantum, ſed mari etiam & claſſibus res agebatur. In quo, etſi Dani maximas vires conferrent, & Rex ipſe claſſi ſuæ magnâ æſtatis parte adeſſet, ſummaque curâ & conſilio omnia adminiſtraret: tamen Sueci proſperiore fere fortunâ utebantur, expugnataque & ſpoliata inſula Bornholmiâ, ad extremum claſſem Danicam apud Femeram Inſulam nacti, magno Danorum damno, quod ad duodecies centena Imperialium millia æſtimatum eſt, cædunt, ac toto mari profligant. Ita æſtas inter oppugnantes defendentesque variâ fortunâ & multis cladibus extracta eſt, magno Suedici exercitûs incremento, qui ſe in prædivite patriâ & rerum omnium affluentiſſima, rebus ad militiam ſuſtentandam neceſſariis abundè inſtruxêre. Cæterum bellum impetu ceptum, pari celeritate deſiit anno inſequenti: Electoris Brādeburgici, & Hollandicorū Ordinum curâ pax reſtituta eſt. 1644.

Geſt Cæſareanorum & bellum Tranſylvanicum.

Flagrante bello in Daniâ, Cæſari ocium fuit recuperandi ſua per Moraviam Sileſiamque, quæ Dorſtenſohnius ſuperiori anno occupaverat. Et cæteræ quidem urbes, quæ minores facilius receptæ ſunt, Olomucium & Glogovia, quia valido præſidio cō munita erant, ad reditum Dorſtenſohnii obſidionem toleravere. Sed Cæſarem, ne omnes in unam rem vires conferret, novus repente hoſtis ad diſtrahendos

 terci-

1644. exercitus compulſoris erat Georgius Ragotſius Tranſylvaniæ Princeps, haud dubie à corona Sueciæ concitatus, ut illi eo liberius contra Danum bellum gererent. Sed cauſas Ragotſius præferebat, libertatem in Ungariæ violatam, quodque Cæſar multa contra pacta & conventa ſuperiorum temporum immutaret; itaq; cum exercitu ſeptuaginta millium in Ungariam progreſſus Calloviam & alia nonnulla loca invadit. Ejus impetum Comes Bucheimius cum parte Cæſarei exercitus & firma manu Ungarorum dimiſſus, etſi numero multo inferior, tamen diu egregiè ſuſtinuit; adeoque anno inſequente ad pacem compulit, quam eò proclivius Cæſar accepit, quo majore cura viribusque bello Suedico inſiſteret. Etenim Dorſtenſohnius nondum perfecta Danica pace, at valido prius præſidio communitis, quæ in Holſatia & Jutlandia occupaverat, locis, improviſo erumpens, Gallaſſium, qui in confinibus Holſatiæ caſtra fixerat, invadit pellitque, inde Magdeburgum uſque fugientem, obtrito fere omni peditatu, & magna parte impedimentorum capta, inſequitur. Ibi Gallaſſius aliquandiu circumſeſſus; relicto illic valido præſidio, depoſitisque tormentis & reliqua parte impedimentorum, cum eo, qui ſupererat equitatu, & paucis peditibus ægrè in Bohemiam evaſit.

Externa. In Hiſpania diem extremum obiit Iſabella Regina Hiſpaniarum Henrici IV. Regis Galliarum filia, anno ætatis quadrageſimo ſecundo: ſed & in Lithuania Vilnæ Cæcilia Renata Regina Polonia ex partu obiit, menſe Martio; hæc Ferdinandi III. Cæſaris ſoror erat, annorum fere trium ſupra triginta. Inde Rex Vladislaus ad Aloyſiam Mariam Niverniæ in Gallia Ducem, Caroli Gonzagæ Mantuæ ac Niverniæ Ducis filiam animum adjecit, quam ſibi anno inſequenti Pariſiis matrimonio copulatam Venceslaus Leſcinſchius Epiſcopus Varmienſis, Gaſpar Dinoffius, & Chriſtophorus Opalinskius, hic Poſnaniæ, ille Pomeraniæ Palatinus, cum magno Polonicæ & Gallicæ nobilitatis comitatu, per Galliam, Flandriam, Hollandiam,

1644.

[H]andiam, Weſtphaliamque & Pomeraniam Gedanum uſque deduxêre. Ubi à fratre Regis principe Carolo Ferdinando Epiſcopo Vratislavienſe triumphali apparatu excepta, & deinceps Varſaviam deveĉta eſt. Ibi menſe Martio 1646. ceremoniæ matrimoniales, curante Joanne de Torres Archiepiſcopo Andrinopolitano & Summi pontificis Legato, repetitæ ſunt. [Red]eam ad annum quadrageſimum quartum, unde nos regia poloniæ ſponſa deduxit, revertamur. Initio ejus anni ſub finē menſis Januarii Stanislaus Conjecpolſiuſ ſupremus Dux Polonicæ militiæ inſignem victoriam adverſus Tartaros Tauricanos reportavit: hi enim rati, quod media hyeme, quæ iis in locis eſt aſperrima, fines Poloniæ indiligentius cuſtodirentur, quadraginta equitum millibus collectis, apud Oczacoviam, ubi Boryſthenes in pontum effunditur, convenerunt; ut inde in ditiones polonicas prædatum excurrerent. Qua re cognita per exploratores Conjecpolſius, magna feſtinatione cohortes omnes, etſi multæ earum in remotioribus locis hibernarent, Viniciam convenire juſſit. Is locus eſt apud Hypanim fluvium, qui mediam podoliam interfluit, haud multum ſupra Braclaviam Ibi cùm certiora de adventu Tartarorum cognoviſſet, inſtructa acie ac peditatu intra carros ac vehicula recepto, compoſito agmine verſus Achmetoviam progreditur. Hunc muniendi modum poloni *Tabor* vocant, aliis non ita nuper carraginem latine expreſſit; atque eo non in acie ſolum, ſed etiam in progreſſu hoſte jam vicino uti conſueverunt. poloni enim aliæque iis vicinæ nationes, cùm in campis deſertis plerumque bella gerant, magnum numerum curruum impedimentorumque pro annonâ & victu, aliiſque rebus neceſſariis circumferunt. Hos currus aciei in modum inſtruunt Duces, atque ordinem in incedendo obſervare jubent, interque eos, calones, lixas, omnemq; inutilem turbam cùm pedeſtribus copiis pro arbitrio diſponunt; frontem verò ac latera machinis bellicis probe communiunt. Quod ita aptè ac dextrè faciunt, ut non

modo

1644. modo per patentes campos, ſed per ipſa etiam oppida nihil perturbato ordine inter hanc curulem aciē, velut continens ac perpetuum vallum, ſecure ac tutò incedant. At hunc igitur modū inſtituto itinere, Cō-jecpolſius, cum ex quotidianis exploratoribus cognoviſſet, hoſtes quoq; Achmeto viā petere, continuo expeditos nuncios dimittit, qui Jeremiā Ducē Viſniovecenſem inter Corſunum & Boguslaviā ſubſiſtentem cum copiis accerſerent. Ii erant ſtipendiarii Germani, qui anno ſuperiore trans Boryſthenem ſub imperio Viſniovecii adverſus incurſiones Tartarorum excubaverant. Poſtquam ad Achmetoviā perventum eſt, hoſtes quoque apparuere. Conjecpolſio, cui conſiliū erat, hoſti alias in fugam proclivi addere fiduciam ultro invadendi, ad eamq; rem exercitus ſui famam ipſe imminuebat, contractis copiis quam arctiſſimè poterat; ſuosq; ipſe duces pleroſque ac milites adventum Viſniovecii celaverat. Juvitque fortuna conſiliū ducis: nam ſpiſſa ejus diei nebula in id cælū caligine obtexerat, utriuſque exercitus conſpectus utriusque adimeretur; ſed nebula illa Polonos pene in miſerabile diſcrimen projecit. Cum enim Viſnovecius per illam caliginem cum ſubſidiariis adveniens in carraginem Polonicam incidiſſet, ratus hoſtilem aciem eſſe haud multum abfuit, quin in ſuos commilitones impetum feciſſet: qui error hoſtibus tam propinquis haud dubie Polonos in exitium dediſſet. Sed Deus avertit diſcrimen: nam nebula paulatim extenuata aperuit errorem; tum metu in lætitiam converſo, ſtatim conjunctis viribus hoſti obviam itum eſt. At Tartari, qui ſe magis ad prædas agendas, quā pugnandum paraverant, vix inito prælio terga verterunt: maxima pars in fuga cæſi, non ab exercitu modô inſequente, ſed à Podolienſibus etiam ac Moldavis, ac demum apud Oczacoviam à Coſaccis Zavoravienſibus, quorum finibus proximi erant. Atque id extremum operum Martialium Conjecpolſii fuit, qui biennio poſt inter regiarum nuptiarum ſolemnia, magna apud ſuos militari gloriâ, & rerum geſtarum famâ inclytus vita exceſſit.

Per

Per idem tempus Bavarici, cæſis ut ſupra diximus apud Dutlingam Vinarienſibus, Vberlingam poſt aliquot ſeptimanarum obſidionem deditione capiunt. Inde Friburgum in Briſgoia eodem duce Franciſco Mercio interceptum eſt. Cæterum hic dum probe communitis caſtris conſident, magna Gallorum vi ac virtute oppugnantur: nunquam alias majore pertinacia certatum. Dux Anguinenſis, & Comes Turenius viginti duorum millium exercitum ad vindicandam cladem Dutlingenſem è Galliis adduxerat: itaque Anguienſis depellendi inde hoſtis percupidus, etſi loco iniquo, tamen numero ſuperior ac virtuti ſuorum fidens, caſtra Bavarorum invadi jubet. Semel atque iterum & tertio cum totius exercitus viribus tentata eſt oppugnatio, ſed tanta ſemper Gallorum ſtrage, ut niſi multitudine ac numero militum abundaſſent, haud dubiè totius ſummæ diſcrimen hæc præpropera ferocia ſibi ipſis accerſiviſſent. Sex fere millia Gallorum his inſultibus ceciderunt, cum Bavarici non ultra mille & ducentos ex ſuis deſideraverint: Bavaricos tamen inopia commeatuum & pabulationis locum relinquere coegit. Galli, luſtrato confirmatoque exercitu, Germershemium, Wormatiam, Spiram, Moguntiam atque ipſum Philippiburgum, aliaque minora ad Rhenum loca intercipiunt: maxima omnium jactura Philippiburgi fuit, arcis ad Rhenum munitiſſimæ, ſed tum ad obſidionom tolerandam apparatu malè inſtructæ. Pari fortuna, ſed majori detrimento Galli Duce Aureliacenſi Gravelingam validam Flandriæ urbem poſt bimeſtrem obſidionem; & Hiſpani in Catalonia Ilerdam magis viribus diu multumque oppugnatam recuperant. *1644. Res Gallorum ac Bavarorum.*

In Anglia idem annus Carolo Regi gravi clade infauſtus extitit. Eboracum prævalidam urbem Parlamentarii ac Scoti obſederant, ei ut ſubveniret Rex, Rupertum Principem Palatinum cum triginta millibus auxilio ſubmittit: neque Parlamentarii detrectarunt certamen. Igitur quatuor ab urbe paſſuum millibus regi obviam progreſſi in certamen deſcendunt, *Res Anglicana.*

1644. dunt. Duabus ante noctem horis cepta, pugna in diem poſterum duravit, magna imprimis partium pertinacia, donec tandem profligati regii locum hoſtibus ceſſere. peditum plerique cæſi aut capti; tormenta, machinæ atque omne bellicum inſtrumentum in poteſtatem vincentium pervenit, neque Eboracum vim obſidionis ultra ſuſtinuit. Rex cum Principe Ruperto filiiſque & magna parte equitum ſalvus Oxoniam evaſit: ſed neque ibi ſecurum ſatis perfugium habuit, uti deinceps commemorabitur. Interea Parlamentum Londinenſe de capite Wilhelmi Laudi Archiepiſcopi Cantuarienſis inquirebat; ejus accuſationis capita præcipua fuerunt. Quod Regi præſentis belli author fuiſſe crederetur, vimque & authoritatem legum publicarum, oppreſſa Parlamenti poteſtate, convelleret. Tum quod in rem Catholicam æquior cum miniſtris aulæ Romanæ conſilia conferret, & ſub ſpecie rituum & ceremoniaruM Romanæ Eccleſiæ doctrinam jam pridem in Anglia damnatam, inducere allaboraret. His aliiſque de cauſis, maxime quoniam parlamenti contra Regem conſilia non probabat, ſententia Judicum ad mortem condemnatus, & palam in foro Londinenſi ſecuri percuſſus eſt: cum ipſo omne deinceps nomen Epiſcoporum in Anglia periit.

1645. *Turcica*

Hoc anno in Septembri ſuæ poteſtatis faciunt Melitenſes in Mari Carphatico poſt aliquot horarum pugnam, Naves aliquot Turcarum quas inter unam, qua *Agatembis Secralij* Gubernator cum Sultanâ & Filio eius *Oſmanno* ſub prætextu Mecham Religionis, re autem verâ, fugæ cauſa cum multo theſauro *Cairum* cogitabat. In hac navi ultra tres auri milliones [illegible] Præda tota ceſſit militib. Oſman. Iuſſu [illegible] litenſium Magiſtri Patribus Dominicanis commiſſus, ab iis inſtructus, & poſt duodecennium Baptizatus in Feſto purificationis, *Dominici* nomen aſſumpſit, & etiam Ordinem, poſtmodum: cauſam nominis referunt, quod in diſtributione patronorum annuorum ſibi, catechumeno is Sanctus patriarcha obvenerit.

In Ger-

In Germania ſub id tempus (1645.) Philippus Chriſtophorus Elector Treverenſis ex decenni apud Cæſarem captivitate, urgentibus Gallicis & Suedicis Legatis, qui jam ad tractandam pacem Monaſterium atque Oſnabrugam convenerant, liber dimittitur. Treveris, cedentibus Hiſpanis, Electori reſtituta eſt: ſecutum ex in inter Electorem & Metropolitani Collegii Canonicos grave diſſidium, in quod adeò exarſit Elector, ut Canonicos pene omnes urbe pulſos dignitatibus & præbendis feſtinata ſententiâ privare niteretur. Sed illi, implorato Pontifice ac Cæſare, innocentiam ſuam egregiè tutati ſunt; ac deinceps paulo ante, quam hæc ſcriberemus, in gratiam cum Principe rediêre. 1645. *Elector Trever: reſtituitur.*

At verò Dorſtenſohnius ſub finem anni ſuperioris ex Dania, relicto ibi Vrangelio in Imperium revertens, ut ſupra diximus, poſtquam Cæſareanum exercitum duce Matthia Gallaſſio Magdeburgum primo, ac dein in Bohemiam compuliſſet, obtrito fere aut diſſipato omni peditatu; eo intendit, ut rurſum in Sileſiam Moravamque, atque adeò ipſam, ſi liceret Auſtriam perrumperet, liberaretque imprimis Olomucium metropolim Moraviæ, quam Comes Wallenſteinius gravi obſidione jam diu premebat. Igitur Cæſar cum fratre Leopoldo ac tota aula Pragam profectus, ut eò vicinior exercitibus eſſet, omnes copias in Bohemiam convenire jubet; iiſque Comitem Melchiorem Hatzfeldium cum imperio imponit: acceſſêre ab Electore Bavariæ legiones aliquot ſub ductu Reuſchenbergii & Verdani. Ità ergo recenſito ac confirmato exercitu duci in hoſtem, ac prælio cum iis experiri Cæſar mandat. Jam Sueci Bohemiam per Circulum Satzenſem intraverant, atque haud procul Iankovio, qui vicus diſtat Tabore tribus fere paſſuum millibus, conſiſtebant. Hatzfeldius, relictis impedimentis partim Tabore partim Budovitii, cum omnibus copiis juſſu Cæſaris obviam hoſti progreditur. Neque Dorſtenſohnius *Suecorum in Imperio progreſſus.*

ſohnius abnuit certamen, etſi æger ex podagra, ita ut lectica circumferri per aciem debuerit. Igitur Februario acerrimo prælio concurſum eſt: Gotzius qui primam aciem Cæſareanorum ducebat, in ipſa aggreſſione fortisſime dimicans cecidit; neque tamẽ commilitonum animos conterruit, quò minus ſtrenuè pugnaretur. Cæterum inclinante poſt meridiem ſole, cum paulo poſt ortum ejus prælium cœpiſſet, ac toto die magnis animis viribuſque gereretur, tandem Cæſareanos fortuna deſtituit; fuſi fugatique magna ſtrage, victoriam Suedicis ceſſere. Hatzfeldius unâ cum primoribus tribunorum, & maxima parte peditatus in poteſtatem victorum pervenit. Capta è gregariis fere quatuor millia cum tormentis viginti ſex, & apparatu militari univerſo. Verdanus & Reuſchenbergius, re deſperata, cum majore equitum parte fuga ſe eripuère. Et Cæſar, auditâ clade, ſtatim Pragâ itinere Ratiſponenſi Viennam conceſſit, ut inde repararet exercitum, irruentemque ulterius hoſtem tranſitu Danubii prohiberet. Dorſtenſohnius tamen ſigni victoria potitus, neque ſegniter uſus, transcursâ raptim Moraviâ Iglaviam primo, dein Cremenſium & Steinam, aliaque Moraviæ loca, nemine jam reſiſtente, facile in poteſtatem redigit: Olomucium, quod Comes Walleaſteinius jam diu obſederat, fama adventus ſui liberat. Inde Brinnam munitiſſimum totius Moraviæ propugnaculum, quodque unicum iis in partibus reſtabat, cum toto exercitu aggreditur: longa illic difficiliſque obſidio, atque ad extremum irrita fuit; ac ſatis conſtat, plus ibi militum, quàm ſi juſta acie depugnatum foret, Dorſtenſohnio periiſſe. Interea Cæſari ſpacium datum reparandi vires, colligendique & conſcribendi novum exercitum, quem hoſti opponeret.

Bavarici cædunt Gallos. Hanc Cæſareanorum à Suecis acceptam cladem Bavarici in Gallo Vinarienſes egregiè vindicaverant, ſi tã continuate victorias, quam vincere ipſis facile fuiſſet. Cùm enim Vinarienſes ductore Turenio Halã

Suc-

Svecorum deditione cepiſſent, atque inde menſe Aprili in Franconiam progreſſi, Mergentheimium, Rotlingam, aliaque ad Tubarum loca, diſperſis hinc inde legionibus, uno tempore ſimul circumſiderent, Mercius Bavaricarum copiarum dux diviſos aggredi conſtituit. Aput Feuchtvvangam ille conſiſtebat, quo cum omnes copias convenire juſſiſſet, tertia Maii motis caſtris ſummo ſilentio in hoſtem duxit; eumque apud Mergentheimium deprehenſum improviſus adoritur. Galli, quamquam inopinato adventu conſternati, tamen primum impetum Bavaricorum egregie excipiunt, atque aliquantum magna virtute ſuſtentant adeo, ut victoria ad eorũ partes inclinare videretur, pulſo jam ac paulatim recedente dextro cornu Bavaricorum. At iis Joannes Werdanus, & Tribunus Kolbitis cum turmis aliquot equitum ſubſidio venientes, aciem reſtituere. Tunc verſa eſt fortuna: Vinarienſes aggredientium viribus haud ampliùs pares, ſe in fugam conjiciunt. capti primarii ordinum Præfecti Smidbergius & Roſa, qui nuper in clade Dutlingenſi idem captivitatis periculum, cepta in tempore fugâ, anteverterat: præterea Vice Comes Motta cum gregariis fere mille & quinquaginta, omnibusque impedimentis & apparatu bellico univerſo. Turenius cum reliquis profligati exercitûs in Haſſiam elapſus, additis ad ſe Koningsmarckio & Dubadelio Haſſicisque copiis, brevi ad majorem Bavaris numerum exercitum refecit. Sed Koningsmarckio non multo poſt in Saxoniam revocato Dux Anguienſis cum novo è Galliâ ſupplemento ſucceſſit: is occupata ſubito Wimpfenâ, ac toto fere tractu Montano in poteſtatem redacto, ei cepit intendere, ut acceptam paulo ante cladem commiſſo prælio Bavaricis referret. Illis quoq; interea è Circulo Weſtphalico quatuor millia & quingenta Comes Gelehnius auxilio adduxerat. Itaque apud pagum Allersheimium menſe Julio facta pugnandi poteſtate, atrox & cruentum præliũ committitur, cum uterque exercitus, alter alterius

1645.

Bergſtraß.

Iterum ceduntur à Gallis.

1645. dextrum cornu in fugam ageret. Sed cum Mercius Bavaricorum Dux primâ aggreſſione cecidiſſet, eorum quoque acies paulatim inclinari cepit. Quâ re animadverſa, Anguienſis cohortatus ſuos nova totius exercitus aggreſſione tandem in fugam impulit. Ibi Comes Gelehnius, cum fortiſſimè dimicans diutiſſimè in acie perſtitiſſet, cum præcipuis tribunorum capitur. Neque incruenta Gallis victoria fuit, Dux Anguienſis duobus vulneribus in brachio ac femore ſaucius, tres inſuper equos, quibus inſederat, amiſit: reliquorum fere cæſorum numerum æquavit fortuna in utroque exercitu. Sed Mercii mors ob claritudinem facinorum & militarem gloriam à Bavaricis maximè deplorata eſt. Anguienſis interea occupatâ Nordlingâ, dein Dinckelſpulâ, cum Heilbronnam quoque dies aliquot fruſtra tentaſſet, exercitum efficiendis viribus in hiberna reduxit: ejus diſceſſu Bavarici Wimpfenam atque alia nonnulla loca recuperant.

Mercius cadit.

Res Gallorum contra Hiſp.

Eodem anno in Catalonia Comes Arcourtius, à Rege Galliæ Prorex Cataloniæ conſtitutus, occupata Roſa inſigni portu apud mare Gallicum, mox converſo curſu Sicorim fluvium cum omnibus copiis in conſpectu Hiſpanorum transgreditur. Indè cõmiſſo cruento prælio magna clade Hiſpanos profligat: captus Marchio Mortata Dux veteranus, & ducenti ordinum Ductores, plerique omnes ex primariâ Hiſpanorum nobilitate. Andreas Cantelmo cum magna equitum parte Balaguerium, quod eidem Sicori aſſidet, profugiens, ab Arcourtio obſidetur; captoque dein oppido tria Hiſpanorum millia Fonterabiam deducta. In Lotharingia Motta, præcipua ejus ditionis arx poſt quinque menſium obſidionem Gallis ceſſit, In Flandria Dux Aurelianenſis cum viginti ſex millium exercitu Mardiccum cepit, fruſtra ſe ad [illegible] Durquerchæ objiciente Piccolomineo. Cæterum Mardiccum tanto apparatu à Gallis captum Hiſpani haud multo poſt per inſidias recepére, amiſſo

miſſo interim à tergo Hulſto oppido ab Hollandis intercepto. 1648.

Varia. Per idem tempus Michael Fedorovicus magnus Moſcorum Dux, quem illi *Czar* vocant, repentino morbo incertum an veneno, extinctus eſt. Succeſſit eidem filius ipſius Alexius Michalovitius, qui mox Comitem Voldamarum, quem pater ejus biennio prope attinuerat, cum honore ac donis libertati priſtinæ reſtitutum dimittit. Atque ita ſpes omnis matrimonii ejus evanuit, ea de cauſa maximè, quod Comes Voldamarus ritus Moſcorum Græcos amplecti, & liberos ex hoc matrimonio natos ad religionis illius inſtitutum educari nollet. Eodem anno inter Danos Suecoſque & Hollandos pax in has conditiones conſtituta eſt; primum, ut Rex Daniæ Suecicis navigiis tam mercatoriis quam militiaribus liberum tranſitum concederet per fretum Danicum, & Balticum mare, ſine ullo portorio atque incommodo tranſeuntium, eoque privilegio omnes Suecicæ provinciæ gauderent, Finlandia, Eſtia, Carelia, Ingria, Livonia, Pomerania dein & Viſmaria; atque ea libertas è mari Baltico in Albim uſque fluvium extenderetur. Privilegia & libertates negotiandi Danorum in Suecia, & Suecorum in Dania, uti ante bellum fuiſſent, ſarta tecta conſervarentur: deinde omnia per bellum ablata reſtituerentur, & Archiepiſcopatus Bremenſis in manibus ac poteſtate Suecorum permaneret. Cùm Hollandis pactum, ut mutua negotiatio inter provincias fœderatas Belgii & regnum Daniæ continuaretur, ut nulla portoria aut vectigalia intra ſpacium quadraginta annorum augerentur, Ne ullæ naves viſitarentur, ſed exhibitis legitimis commeatuum literis ejus emporii aut portus, ex quo profectæ eſſent; ac depenſo conſueto portorio liberæ deinceps dimitterentur, in quemcunque etiam portum perveniſſent. Neque ullæ merces, qualeſcunque eæ etiam eſſent fretum Danicum tranſire prohiberentur. Quoniam verò exportatio trabium quernarum è regno Norvegiæ in-

Pax Dano-Sueco-Hollandica.

 cre-

1645. terdicta eſt, ſi quis contra feciſſe deprehenſus fuerit, non ultra duplum pretii, quo eas trabes coemerat, multabitur, Rex nullas naves Belgicas attinebit, neque iis pro ſuo commodo utetur, etiam domino navis conſentiente multo minus nolente domino, quocunque etiam titulo educet è navibus vectores, operas, tormenta aut quemcunque apparatum militarem vel alias qualescunq; merces; ſed omnes & ſingulos libere tranſire ac redire permittet. His ergo conditionibus mutuo conſenſu probatis confirmatiſque, negotiatio earum partium renovata eſt. Interim Elector Saxoniæ cum Dorſtenſohnio ſemeſtres primum, ac dein longiores inducias armorum compoſuit, eo pacto, ne quid contra fidem Cæſari atque Imperio datam admittere cogeretur, utque in militiam Cæſaream tres equeſtres legiones è proprio ſuo exercitu tranſcriberet; Sueci contra in ditiones Electoris nihil deinceps hoſtile molirentur, atque ex omnibus locis occupatis, præterquam Lipſiâ decederent.

Bellum Venetum cũ Turcis. Grave exin bellum Venetæ Reipublicæ & Ordini Melitenſi cum Turcarum Imperatore exortum eſt. Cum enim ante annos paucos, Turcis in bellum Perſicum averſis, Martinus Capello claſſis Venetæ Præfectus repurgando mari Adriatico Jonioque piratas aliquot Turcicos in portum Apolloniæ, q[ui] litoribus Macedoniæ objacet, eſtque in ditione T[ur]carum perſecutus fuiſſet, in eoque naves illas p[ira]ticas & nonnullas etiam mercatorias atque on[e]rſas deprimeret aut exureret, capta magnâ præ[da] hominum rerumque Turcarum Imperator Amur[a]thes hanc ad ſe injuriam pertinere arbitratus vin[di]care illam omnibus viribus conſtituit. Idque illi facilius erat, quod, expugnata Babylone & compulſo ad pacem Perſarum Rege, glorioſè Conſtantinopolim revertebatur. Quare intellecta, Veneti prim[um] Turcarum iram pecunia & muneribus placarunt, ſed gliſcentibus ſubinde odiis ſuſpicionibuſq;, hoc d[e]

mun[dum]

...um anno Bellū exortū eſt. Atq; ut magis improvi- 1645.
ſus accederet, Melitā inſulā petī ſimulabat ſuperiore
anno. Turca; quoniā ſuperiore anno Melitenſes navi-
gium Turcicum, quo una ex uxoribus Imperatoris Tur-
carum cum filio parvulo vehebatur, interceperant,
captis omnibus vectoribus, atque in ſervitutem da-
tis. Igitur magnam claſſem apud littora Græciæ in-
ſtrui ac convenire jubet, cuſtoditô inſuper Oratore
Venetô, qui Conſtantinopoli degebat, ne nova con-
ſilia emanarent. Melitenſes quoque publicô edictô
omnes ſui Ordinis equites per univerſam Europam
convocant, ad commune periculum propulſandum.
His rebus ita conſtitutis, ambigentibus cunctis,
quorſum tandem tempeſtas Turcica erumperet,
repente illi Cretam Inſulam, quæ Venetorum ditio-
nis eſt, aggrediuntur: expugnatoque propugnaculo
S. Theodori, quod eſt ad Borealem inſulæ plagam, *Candia.*
Caneam portu & munitionibus celebre oppidum
terra marique circumſident, ac poſt bimeſtrem ob-
ſidionem ſub finem Auguſti menſis intercipiunt.
Idque ab iis tanta celeritate ac curâ factum eſt, ut
auxilia Venetis ſubmiſſa à Summo Pontifice, Prorege
Neapolitano, Duce Hetruriæ, aliiſque Italiæ Prin-
cipibus, non modo poſt rem venerint, ſed etiam,
tentatâ nequicquam recuperatione Caneæ, eo an-
no irrito inde eventu receſſerint. Ita Veneti mariti-
mo ſimul ac terreſtri bello implicati, [nam etiam
Turcæ Dalmatiam populabundi incurſabant,] ſeſe
ad novum ac potentiſſimum hoſtem propulſandum
omni ope communiunt. Haud multo poſt Romæ
Mutio Vitelleſco Societatis JESU Præpoſito generali 1646.
jam pridem defuncto Vincentius Caraffa ſublectus
eſt, ex illuſtri familia Caraffarum, qui triennio poſt
brevem præfecturam longo ſui deſiderio glorioſè
clauſit.

ANNO hujus ſæculi quadrageſimo ſexto Maria
Imperatrix menſe Majo cum Cæſare ex venatione *Mors Impe-*
reverſa, repentino catarrho extinguitur: ejus mors, *ratricis.*
quia inopinata, magno luctu aulā affixit. Erat p..-

1646. tui vicina; atque ideo proles ex utero jam defunctæ matris exempta, adhuc vivens ſalutari lavacro expiata eſt; nomen ei impoſitum Maria, cumque ſtatim vivere deſiiſſet, una cum matre ſolitis ceremoniis in tumulum illata eſt. Soror fuit Philippi IV. Regis Hiſpaniarum; quem eodem anno gravior clades perculit unici filii repentina amiſſio. Is erat Philippus V. ſexdecim fere annorum, & in ſpem tot regnorum genitus, atque haud multo ante Cæſaris filiæ in matrimonium deſtinatus: ſed immatura mors ſpem ac deſtinata avertit. Menſe Octobri Sagunti puerilibus papulis cepit laborare, qui morbus ita vehemens extitit, ut ſpacio quatridui magno luctu totius Hiſpaniæ regius Princeps è vitâ tolleretur.

Coronatio Ferdinandi IV. in Reg. Boh.

Inter hæc, quæ rerum mundanarum viciſſitudo eſt, ut luctui gaudia intercederent, Ferdinandus Franciſcus primogenitus Cæſaris Rex Bohemiæ inauguratur. Coronatio Pragæ menſe Auguſto, præſente Cæſare ipſo, in magnâ Procerum Bohemiæ coronâ his fere ceremoniis peracta eſt. Pridie coronationis, qui fuit dies quartus Auguſti Ordines Regni Bohemiæ in camera Provinciali, quæ in arce eſt, novo Regi juramentum fidelitatis præſtiterunt: inde poſtero die Cæſar & Rex inaugurandus magno comitatu omnium Ordinum ad templum urbis primarium progreſſi, ſacro Miſſæ officio interſunt. Id primo more celebrabat Cardinalis Harrachius, Archiepiſcopus Pragenſis, adſiſtentibus illi ſexdecim Epiſcopis ac Prælatis, magnoque numero inferioris ordinis clericorum. Sub ipſo ſacro Rex ad pedem ſummæ aræ in genua provolutus ab Archiepiſcopo conſueto ritu inungitur ac coronatur. Inde ſupremus regni Burggravius ad populum circumſtantem converſus, Regem inunctum & coronatum magna voce denunciat Sacro peracto, Rex in ſolio ad id præparato collocatus, aliquot educto enſe leviter tactos Nobiles creat, tum regio convivio excepti Legati, ac nobilitas omnis in multam uſque noctem, quæ arti-

Artificioſo ignium ſpectaculo, lætoque fragore reboantium tormentorum, ſummo gaudio traducta eſt. Sub idem tempus inter Halberſtadium & Aſcherslebiam in pago Hornhauſen, multi diverſis in locis fontes eruperunt, tanta vi ſalubrium aquarum (nam ſanabantur quotidie uſu earum permulti) ut locus ille, gliſcente, ut fit, in majus fama, multorum mox millium omnis ætatis, generiſque & conditionis hominum adventu celebrari cæperit. Sed ut multi temperato earum uſu remedium, ita nonnulli quoque, cum immoderata copia eas adhibuiſſent, exitium ſibi ipſis accerſiverunt: adeo non in medicamento ipſo, ſed in modo ejus atque uſu vis ſanitatis conſiſtit.

Fontes ſalutares.

Res Anglicanæ.

Porro in Angliâ Regem Carolum fortuna plane deſtituit, captâ ad extremum Oxonia, quæ ſola adhuc regio præſidio tenebatur. Inerant fere quatuor millia militum ſub Præfecto Thoma Glemhovio, dein Nobiles & majorum gentium Optimates fere quingenti, cum ipſo Rege & duobus principibus Palatinis Ruperto & Mauritio. At Rex nequaquam ſe obſideri paſſus, paulo ante adventum Parlamentariorum, quos Thomas Farfaxius cum ſupremo imperio gubernabat, cum paucis comitibus in caſtra Scotorum ignoratus profugit. Ita Oxonia Farfaxio deditur; præſidio, uti liberè excederent, permiſſum; Principes palatini intra ſpacium ſex menſium ex Anglia juſſi excedere, utque intra id tempus Londinum non adirent, prohibitum. Jacobus ſecundò genitus Regis filius & Dux Eboracenſis Londinum inde quaſi per triumphum abductus eſt, quem Farfaxius veluti re magnificè & præclare geſta toto triduo ſolemni apparatu egit.

Res Suedicæ in Imperio.

Cæterum in Germania Dorſtenſohnius, poſt fuſos in Bohemia Cæſareanos, & occupatam totam prope Moraviam, uti ſupra memoravimus, præter unicam Brinnam, quæ vim oppugnantis ſtrenuè repulit, exercitum in Bohemiam reduxit; atque inde, excuſata valetudine, ſe ſuprema militiæ præfectura ab-

1646. abdicat, quam quadriennio fere multis insignibus victoriis nobilitaverat. Dorſtenſohnio à Regina & regni Sueciæ adminiſtratoribus ſucceſſor datus eſt Guſtavus Carolus Vrangelius: qui, educto è Bohemia omni exercitu, captiſque in Thuringia hibernis, initio veris cum omnibus copiis Viſurgim verſus iter contendit; Ibi Hœxterã primo impetu cepit, tranſmiſſoque Viſurgi, Paderbornam, Lemgoviam, Statbergam munitiſſimum alias locum, ſed tum non ſatis pro eâ neceſſitate proviſum, intercipit. Interim Archidux Leopoldus cum Melchiore Comite Hatzfeldio Gelehnio Reuſchenbergio, Verdano, & omni Cæſareo Bavaricoque exercitu in Haſſiam & Veteraviam progeſſus, recepto ad ſe Melandro, (quem Weſtphalicarum copiarum ductorem paulo ante Cæſar atque Elector Colonienſis conſtituerant) caſtra apud Ilmenſtadium haud procul Niddâ fluvio poſuit. Quorum adventu intellecto, Suedici, reducto ex Weſtphalia exercitu, in Haſſia prope Kr-chainium communitis caſtris conſedere: dein inopiâ commeatuum ac pabulationis, quæ duo utriſque uno in loco haud diu ſuppetebant, inter continuas velitationes caſtra Cæſareanorum feliciter tranſgreſſi, ſimulatâ in agrum Moguntinum irruptione, ſubito in Franconiam divertunt. Atque eâ raptim tranſcursâ Nordlingam, dein Donaverdam atque alia ad Danubium loca invadunt; Tranſitoque Danubio, Rainam octo dierum ſpacio expugnant. Inde ad Auguſtam Vindelicorum cum totius exercitus viribus converſi, obſidionem ejus, quæ tum non erat ſufficienti præſidio inſtructa, moliuntur. Verum Cæſareani flexo paulum itinere hoſtem proſecuti apud Ratiſponam Danubium tranſeunt: mox Auguſtæ præſidium immiſſum, & ne Suedici in Bavariam tranſgrederentur, collatis contra caſtris abundè proviſum; ita Auguſta diſcrimini exempta eſt: Sueci inde in Sueviam Helvetioſque receſſere. Interim Comes Bucheimius confirmatâ cum Ragotſio pace, ex Hungariâ reverſus, Cremſium atque alia ad Da-

nubium

1646

[...]bium loca, quæ Dorſtenſohnius ante annum ceperat, pari felicitate recuperavit.

Melander deinde Weſtphalicarum copiarum Dux cum ſuis ex Veteravia à Cæſareano exercitu in agrum Colonienſem digreſſus, Zonſam oppidum obſidione liberat. Id medio verò intervallo inter Coloniam & Noveſium ſitum Rabenhauptius Noveſienſis præſidii præfectus cum idonea Haſſorum manu, quos è vicinis præſidiis eduxerat, circumſedebat; non magis ſpe potiundi oppidi, quam ut conjunctas in Veteravia Cæſareas vires hoc molimento diſtraheret. Zonſa à Gonſteinio Præfecto fortiter atque egregiè defenſa, adventu Melandri liberatur; qui inde in ſuperiorem diœceſin profectus, Euskirchium, ejecto Haſſico præſidio, ſuis copiis confirmat. Pari virtute, ſed majore felicitate Balduinus Remontius Widenbrugæ Gubernator, accepta à Melandro & è vicinis oppidis valida manu Paderbornam ſummo mane ſubitò aggreſſus, parvo ſuorum damno, etſi bis terve ab inſultu rejectus, occupat, præſidiariis omnibus aut cæſis aut captis.

Geſta Melandri.

Inter hæc Galli magnis viribus bellum adverſus Hiſpaniam continuarunt. Princeps Thomas Dux Sabaudiæ mare hyrrenum, Comes Harcourtius Cataloniam, Dux Aurelianenſis, Anguienſis, & Gaſſionius Flandriam diverſis exercitibus premebant. Sabaudus captus apud mare Thyrrenum Telamone, & S. Stephani portubus, qui ad Regem Hiſpaniarum ſpectant, cum inſigni claſſe & viginti millium exercitu Orbitellium in eodem littore obſidere inſtituit: id Carolus Gatta Hiſpanus validum iis locis propugnaculum, ſtrenuè defendebat; & quanquam media æſtate ac ſummo æſtu, tamen continuos hoſtium inſultus indefeſſo labore ſuſtinuit, donec claſſis Neapolitana in ſubſidium venit. Hæc enim aliquoties cum Gallis congreſſa, ſuccedentibus inſuper terreſtri itinere aliis atq; aliis auxiliis, cũ ſemper fere victoriam reportaret, eò adegit Gallos, quorum exercitum crebræ irruptiones & intenſiſſimus

Res Gallicæ contra Hiſpanos.

In Italia.

1646. iis locis æſtus plurimum imminuerat, at omiſsâ obſidione ſatius putarent, reliquas copias reficiendi ſui cauſa reducere, atque in Pedemontium collocare. Ita Orbitellium diſcrimini exemptum eſt: ſed hoc Gallorum incommodum haud multo poſt cum reparata claſſe revertens aliqua ex parte reſtituit Mareſcallus Meleraius, occupato portu Longone, qui eſt in Ilua inſula Tyrreno littori objectus, è regione oppidi Plombini, quod oppidum & mox eodem impetu in poteſtatem Gallorum conceſſit. In Catalonia Prorex Harcourtius Iſerdam obſidebat munitam imprimis ad Sicorim urbem ac præpotentem, ſed pari eventu cum Orbitellio. Nam poſt quinque fere menſium obſidionem ſummis viribus & magno Gallorum ſumptu, detrimentoque continuatam Marchio Leganes cum viginti quinq; millium exercitu caſtra Gallorum adortus, urbem periculo exemit. Galli, relictis impedimentis & machinis bellicis ſupra ſexaginta cum reliquiis ſuis Balaguerium receſſere. Multo ſanguine ea victoria conſtitit Hiſpanis, quippe hoſtem munimentis clauſum aperto è campo adorientibus: at liberatio opportunæ urbis omni incommodo potior extitit. Porro in Flandria multo diſpar fortuna res Hiſpanicas afflixit: uni provinciæ quadraginta millia militum Galli immiſerant, ita Cortracum primo, dein Winoxberga & Mardiccum, quod Hiſpani nuper per nocturnam aggreſſionem receperant, capta. Quibus in poteſtatem redactis, Dunquercha, quæ caput expeditionis fuerat, circumſideri cepta: is munitiſſimus Flandriæ portus eſt, & ſolus fere, ex quo iis in locis rem maritimam Hiſpani gerunt. Inerat quatuor fere millium præſidium ſub Marchione Lædæo: ſed Dux Anguienſis cum numero militum, quorum ſanguini nequaquā parcebat, abundaret; & Hollandi, ne quid externi auxilii adveniret, portum omnem claſſe ſua obſediſſent, honeſtis tandem conditionibus urbem cepit. Hollandis felicior lati auxilii, quam propriæ expeditionis ſucceſſus fuit: nam Venlona ab ipſis per

In Catalonia.

In Flandria

idem

1646.

dem tempus gravi obſidione tentata; tædio rerum male procedentium, aut certe propinqua jam pace, quæ interim Monaſterii cudebatur, irrito effectu omiſſa eſt. Haud multo poſt Elector Brandeburgicus Fridericus Wilhelmus Ludovicam Principis Orangii filiam in matrimonium accepit; Nuptiarum ſolemnia apud Hagam-Comitis menſe Decembri ſolemni apparatu celebrata ſunt.

Geſta Venetorum contra Turcas.

Inter hæc Veneti adverſus Turcas bellum terrâ marique egregie gerebant; ſed mari aliquanto felicius quam terrâ. Nam Turcæ, cum magnis opibus prævaleant, utque Venetorum vires diſtraherent, è Boſnia in vicinam Dalmatiam, quæ ſub imperio Venetorum eſt, infeſtas excurſiones faciebant, magnumque ſæpe hominum numerum in ſervitutem, multaque pecora, atque alia, uti occaſio dabat, in prædam ac ſpolia abducebant. Demum ipſe Turcicus Boſniæ Præfectus cum ſelectis duodecim millibus in Dalmitiam irrumpens, Novigradum celebre munimentum, ác quinque fere milliaribus à Zara remotum, ſeu panico terrore ſeu proditione intercepit. Sed re apud Zaram examinata, Martinus Stricſſus Novigradenſi præſidio præpoſitus feſtinatæ deditionis pœnas capite luit. Neque Turcæ excurſiones illas impunè faciebant: Nam Zarenſes Venetorum præſidiarii, etſi numero ac viribus impares, tamen gnari locorum adjunctisque ſibi agreſtibus & colonis, ſæpe numero è latebris atque abditis viarum incautos adorti, recuperabant prædas, multoſque prædatorum aut neci dabant, aut ubi ſpes lytri erat, in prædam ſecum ac ſervitutem abſtrahebant. At Thomas Moreſini Venetæ claſſis in Ægeo Præfectus rem maritimam multo feliciùs adminiſtravit. Nam initio veris, cum fretum Helleſpontiacum obſervaret, fuſis centum onerariis Turcicis, quæ multo commeatu onuſtæ ex Apolloniâ & Alexandria Conſtantinopolim petebant, iterum menſe Junio cum claſſe Turcica congreſſus, eandem duobus præliis profligavit,

1646. gavit, ac toto Archipelago exegit, ſæſo ſupremo claſſis illius Præfecto, & reliquis in fugam aut ſervitutem datis. Sed Turcæ damno illo brevi recuperato, menſe Octobri cum majori claſſe ad Cretam inſulam reverſi, Caneam, quæ interim à Venetis obſidebatur, liberant, neceſſarioque commeatu communiunt. Inde Rethimnum oppidum ſeptem à Caneâ milliaribus diſſitum, fuſo exercitu Venetorum, vi atque armis ad deditionem cogunt. Capta ibidem tormenta bellica ſupra centum, cum magna copiâ commeatuum atque inſtrumenti militaris.

Retimo.

1647. *Seditio ingens Neapolitana.*

Sequitur nunc annus hujus ſæculi quadrageſimus ſeptimus, quem à Neapolitanâ rebellione, quæ modicis initiis multo omnium atrociſſima erupit, ordiemur. Urbs Neapolis, poſtquam cum univerſo regno in Auſtriacam Regum Hiſpaniæ poteſtatem conceſſit, initio inſtar equi indomiti clementer admodum habita eſt, & perquam liberaliter inſignibus privilegiis donata, præcipue à Ferdinando Rege, & Carolo V. Cæſare, ſub quibus modica tributa, adeoque plebi tolerabilia Regibus ſuis ſub donativi nomine pendebant. Hæc deinceps lapſu temporis, ut fit, intemperanter aucta, accedente importunitate exactorum gravia eſſe ceperunt, maxime illa, quæ publicæ annonæ ac rebus ad victum neceſſariis imponebantur. Quo tributi genere, univerſus populus tum vero infima plebs, quæ in diem vivit, cujus eſt Neapoli magnus numerus, imprimis premebatur: ſed res huc uſque intra querimonias conſtiterat. Verũ poſtquam anno ſuperiore pro novo regio donativo novum vectigal imponi cæpit, in poma atq; oleraſimileſque hortenſes fructus, querelæ multitudinis liberius erupere. Jamque reluctabantur quidam pendere, & ſe exactoribus opponebant: Sed horum contumacia à vigilantibus Præfectis paucorum ſupplicio tum quidem caſtigata ac compreſſa eſt, donec hoc anno, nihil ceſſantibus publicis querimoniis, repertus eſt homo abjectus atque ex infima plebe, qui ſe li[bera]torem patriæ profiteretur, & negocium

abro-

abrogandorum vectigalium in ſe ſuſciperet. Is fuit Thomas Agnellus (Maſaniellum vulgo contracto nomine vocabant) juvenis audax & temerarius, qui vili officio in foro piſcario fungebatur; ſed lingua promptus, vitæque contemptor, adeoque concitandis ſeditionibus perquam idoneus. Accidit autem per illos dies, ut Maſaniello piſces, quos ad forum venales deportabat, juſſu Præfecti rerum forenſium auferentur, propterea, quod tributum de iis perſolvere recuſaret. Ea res magis magiſque jam impulſum hominem irritavit. Igitur quotidie circumibat fora, & tabernas vendentium, ibique ſingulos hortabatur, ne tributum penderent: idq; jam non clam, ſed propalam & per emiſſarios ſuos ac ſodales faciebat; jactabatque ſæpe numero, ſe propediem effecturum, ut vectigalia omnia tollerentur. Nemo erat è prudentioribus, cui author ille ad tantam rem efficiendam par videretur, quidam etiam ridebant hominis vanitatem magno ejus malo brevi, ni deſiſteret, caſtigandam. Et ille, ne præveniretur, ordiri aliquando deſtinatum opus cogitans; die ſeptimâ Junii, quæ fuit Dominica, prodit in forum cum parvâ manu puerorum, cui ſe intentidem alii atque alii è plebe adjungebant. Orta ibidem rixa, inter eos, qui poma ex vicinis pagis venalia deportabant, & miniſtros vectigalium, adeo, ut Præfectus fori Andreas Anaclerius ad comprimendum tumultum accurreret. Ille aliquantum multitudini adverſatus, tandem jactu pomorum aliorumque fructuum è foro propellitur: abitque inde ad Proregem Ducem de Arcos de plebana inſolentia, ſibique illata injuria conqueſturus. Sed nihil eo territa multitudo magis cumulabatur, non in forum modo, ſed in compita etiã atque angiportus, eratque una omnium vox remiſſior primo, dein conſenſu ſingulorum alacrior, atque audacior, ut vectigalia abrogarentur. Interim Maſaniellus, qui adhuc in foro cum manu ſua verſabatur, in proximam ibi menſam conſurgens, magna voce ad populum concionatur. Summa orationis ejus erat, 1647.

1647. erat, ut ſe multitudini Ducem profiteretur, ſpoſponderetque, hunc ipſis diem pendendis vectigalibus ſupremum fore, ſi modo ab iis non deſeratur, quod tamen ſi accideret, ſe ex honeſta morte, quam pro patria oppetere decreviſſet, ſolatium capturum. Eâ oratione finitâ, cum jam præparatos ſibi multitudinis animos haberet, domunculas omnes & tabernas, in quibus vectigalia pendi conſueverant, ſubjecto igne incendit: deinde adit Proregem ipſum, atque abrogationem vectigalium, adeoque exemplum privilegiorum Ferdinandi Regis & Caroli V. Cæſaris expoſcit, oſtentata vi, niſi poſtulatis ſuis ſatisfieret. Prorex cùm fruſtrà blando ſermone animos furentium pacare niteretur, tum quidem impetum, projectis aliquot aureis nummis, devitavit: ſed jam numerus eorum ad quinquaginta millia excreverat. Poſtero autem die alterum tantum in armis apparuit; tum ſuffragio multitudinis, quoniam nemo Nobilium ad id munus haberi poterat, delectus eſt Maſaniellus, qui cæteris cum ſummo imperio, veluti Dictator, præeſſet. Mirum eſt, neque ſcio, an res fidem apud poſteros habitura ſit, urbem inter Italicas potentiſſimam, quæque ægrè Regis Hiſpaniarum imperium tolerabat, tam repente hominis privati atque abjectiſſimi ex infima plebe jugum ſubiiſſe, ut illi non in jubendo tantum authoritas, ſed in exequendo etiam arma, miniſtri, auxilium ad manus atque ad nutum eſſent. Maſaniellus igitur primo omnium, ut ſibi in armis univerſi præſto eſſent edixit: deinde pretium ac modum pani, cæteriſque eduliis conſtituit; tum, quod pridie exorſus fuerat, omnes ædiculas per ſuburbia ac reliquam civitatem, ubi vectigalia ſolvebantur cum omnibus literis rationariis, mercibuſque exurit. Inde ad domos ac palatia eorum, qui exigendis vectigalibus præpoſiti erant, tanquam qui ſanguine & ſudore pauperum creviſſent, converſus, bona eorum in publicum prolata Vulcano tradit; alibi domos ipſas cum pecunia ac ſupellectile ſubjecto igne accendit; idq; tantâ ſe-

veritate, ut nemo vel rem etiã minimam igni ſubtrahere, aut in ſuos uſus avertere ſub pœna capitis auſus fuerit: ſi quis autem vel feciſſet contra edictum, aut juſſibus ipſius minus obſequens fuiſſet, vix dato ſpacio, quo animum ad mortem compararet, ſtatim puniebatur. Quæ res & promptiſſimum illi obſequium, & magnum ſui terrorem conciliabat: neque illâ in re ulli hominum generi parcebat. Cum enim quarto poſt exortum hunc tumultum die Dux Matalonius ac frater ejus Joſephus Caraffa quingentos fere equites, qui omnes proſcripti erant, (vulgo Banditas vocant) ad interficiendum Maſaniellum ac præcipuos turbarum authores ſubmiſiſſent, re exploratâ, non modo comprehendi equites illos atque è veſtigio trucidari; ſed inquiri etiam in Ducem Matalonium diligenter juſſit, ac dein fratrem ejus Joſephum Caraffam latebris extractum haud dubie exquiſito ſupplicio neci dediſſet, niſi furioſa plebs impetum ejus prævertiſſet, Caraffæ enim in ipſa viâ, quâ ad forum trahebatur, caput à lanione quodam grandi cultro abſciſſum, atque ex oblongâ perticâ ſuſpenſum quaſi in triumpho ad Maſaniellum deductum eſt; quod ille crudeli ſarcaſmo irriſiſſe, & fluentem adhuc cruore barbam per ludibrium contractaſſe dicitur. Id facinus in magnum metum omnem nobilitatem conjecit; maxime autem Prorex timebat, quia vulgo ejus rei conſcius habebatur, ne ſuo in capite hæc fabula finiretur. Neque res vacabat diſcrimine: nam Maſaniellus jam edixerat, ne quid eduliorum in caſtellum, in quo Prorex erat, importaretur; utq; omnes eo pertingentes canales quamprimum deſtruerentur. In tantâ igitur rerum omnium perturbatione Cardinalis Philomarini, urbis Archiepiſcopus magnam comprimis diligentiam adhibuit, ut populum compeſceret. Cum enim per omnes Eccleſias, expoſito ubique venerabili Sacramento, univerſales preces indixiſſet, ipſe ſe furentibus immiſcuit, atque ante omnia cum Maſaniello, à quo omnis populus dependebat, diligenter atque impensè egit, 1647.

1647. ut res tandem ad quietem deduceretur. Populi poſtulata erant, abrogatio omnium vectigalium, quæ poſt Privilegia Ferdinandi Regis, & Caroli Cæſaris irrepſiſſent: atque eorundem privilegiorum obſervatio: deinde omnium, quæ per hunc tumultum facta eſſent, condonatio, ac perpetua oblivio; quæ ſi promitterentur; ſpondebat Maſaniellus, ſe abdicato imperio populum ad ſua dimiſſurum. Erant preces armatæ; neque ullum remedium reperiebant Prorex atque Archiepiſcopus multitudini diutius obſiſtendi; niſi ſe atque regnum in extremum exitium conjicere maluiſſent. Igitur tradita Maſaniello privilegia, & cætera, quæ petebantur, liberaliter promiſſa; abjectum his ab Archiepiſcopo menſtruum donarium pro Maſaniello ducentorum coronatorum; quod tamen ille recuſavit. Pace perfectâ, Maſaniellus ab Archiepiſcopo ad Proregem deducitur, ibi omnibus corroboratis ad populum regreſſus, quæ acta fuerant, pronunciat: ſimulque, ut modeſté ac pacificè inter ſe agerent, ſeveré edicit. Arma autem retineri voluit, donec ab aulâ Hiſpanicâ eorum, quæ acta fuiſſent, confirmatio adveniſſet. Hæc præcipua unius fere hebdomadæ acta ſunt, nam ſingula enumerare inſtituti noſtri brevitas non permittit. Hic ſane admirari licet viciſſitudinem rerum humanarum, & quam levibus fundamentis fortunæ atque opes Regum nitantur: ſi enim ex potentioribus aliquis ad ad res tanto tumultu perturbatas acceſſiſſet, quid illi facilius fuiſſet, tam prona omnium in ſe voluntate, quam occupare imperium? ipſe iterum eodem fortunæ luſu ab alio extrudendus atque evertendus. Sed revertamur ad propoſitum. Maſaniellus re, ut putabat, egregie perfecta, in delirium actus eſt; ſunt qui potione id illi procuratum aſſerant; alii multitudine atque inſolentia negotiorum, quodque eo octiduo ſomnum ac cibum vix cepiſſet, evenisſe arbitrantur. Cæterum, utut ſit cum homo delirus imperium non deponeret, ſed multa etiam præpoſtere ac ſuperiorum dierum edictis contraria jube-

res

rex deſignaretque, apud ſuoſmet in odium venit, atque à quatuor Nobilibus hac occaſione interſicitur. Caput à lanione cultro abſectum, & ob longæ perticæ impoſitum, reliquus truncus à ſcurris aliquot per publicas plateas palam tractus, diu ſpectaculo fuit. Hunc exitum habuit Maſaniellus decimo poſt die, quam rebellionem cæptaverat; repente ex imo ad ſummũ favore vulgi elatus, & mox eadem levitate è ſummo in miſerabile exitium dejectus; Rex ſeſqui hebdomadarius. Morte Maſanielli ſtatim reſpiravit nobilitas, quæ Manliano eius imperio oppreſſa, in ſingulas prope horas ſupremam perniciem exſpectabat: verum ſublato authore, cum nihilominus cauſa perſeveraret, turbæ non quievêre nam plebs adhuc armata poſtulatis ſuis æquè pertinaciter inſiſtebat. Contra Nobilitas tandem aliquando animos reſumens, utpote ad quos magna portio publicorum vectigalium pertingeret, adibant Proregem, ſuoſque clientes & familiares concitabant, docebantq; hanc inexcuſabilem vulgi inſolentiam malo domandam. Ita res paulatim in civile bellum converſa eſt, dum diviſis inter ſe partibus plebs urbem, Prorex cum nobilitate arcem ac portum tuetur. Populo nihil niſi Dux deerat, qui cum authoritate atque imperio gubernaret: igitur ſubmiſſus haud multo poſt è Gallia Dux Guiſius magno triumpho atque applauſu accipitur; eius adventu firmata multitudo diu partes ſuas adverſus Proregem defendit. Cæterum ſubeunte paulatim belli tædio, amor & obſequium erga Regem rediit: data venia pœnitentibus, receptique in gratiam nomine Regis à Ioanne Auſtriaco ad quietem ſe compoſuêre; Dux Guiſius apprehenſus è fugâ in poteſtatem Hiſpanorum pervenit. Nunc ad res Germanicas revertor. 1647

Initio anni huius Vrangelius, (quem Bavariæ aditu excluſum in Sueviam, atque inde in Helvetios irruptionem feciſſe memoravimus) occupatis faucibus Brigantinis, dein Menaviâ inſulâ in lacu Acronio, mox quoque ad obſidendam Lindaviam, quam *Res Germanica.*

1647 vis media hyeme, animum adjecit. Præerat urbi Maximilianus VVilibaldus Comes VVolffeggius, is intellecto hoſtium conſilio, nulla in re officio ſuo defuit. Nam præparatis omnibus, quæ ſuſtinendæ obſidioni neceſſaria erant, ſeptingentos præterea, qui ex agreſtibus in urbem confugerant, armat, immiſcetque præſidiariis, quorum erant fere quingenti; reliquam turbam bello inutilem ad fodiendum miniſtrandumque militantibus accingit, ipſe omnibus conſilio & exemplo adeſt. Ita urbs, etſi ignitorum miſſilium lapidumque injectu diu, noctuque graviter impugnaretur, poſt duorum tandem menſium obſidionem hoſtibus ſponte recedentibus conſervata eſt. Vrangelius porro re cum Helvetiis compoſita, tranſmiſſo rurſum Danubio in Franconiam concedens Sueinfurtum expugnat: inde cum Bavaro atque Electore Colonienſi inducias armorum pactus, in Bohemiam movet, atque in ipſo conſpectu Cæſareani exercitus, Egram difficili ſane & cruenta obſidione in poteſtatem redigit. *Armiſtitiũ Bavaricũ.* Induciæ Bavaricæ, de quibus tunc variæ erant hominum ſententiæ, die quarto decimo menſis Martii Vlmæ inter Legatos ſupremorum belli Præfectorum Sueciæ & Galliæ, nec non Electoris Bavariæ, his fere conditionibus compoſitæ ſunt; primum, ut vis hoſtilis atque arma inter partes paciſcentes quieſcerent: utraque Bavaria cum Palatinatu Electore Bavariæ pro exercitu ſuo libera permitteretur, atque hic Suecis Memmingen & Vberlingam, contra illi Bavaro Rhainam, Donaverdam, VVembdingam & Mundelheimium traderent. Auguſta, deducto omni externo præſidio, in libertatem ſuam reponeretur. Bavarus copias ſuas à Cæſareano exercitu ſevocaret, neque deinceps, ſalva tamen fide atque obligatione, quam Cæſari atque Imperio debeat, ſocietatem armorum ingeret cum hoſtibus Sueciæ ac Galliæ. Idem præſtabunt Elector & coadjutor colonienſis, ſi his induciis gaudere voluerint, atque ex oppidis ditionũ ſuarum cæſareana præſidia, ubi ea ſunt, educi curabunt

[illegible]bunt: ubi vero id efficere nequiverint, permittent, ut [illegible]i atque armis à Suecis ejiciantur. Quæ tamen loca 1647.
[illegible]upatores Dominis reſtituent, ni forte aliter ratio belli ac conditio temporis expoſcat. Contributiones in ditionibus Electoris Colonienſis, quas Langravia Haſſiæ exigit, legati ad id quam primum deputandi ad tolerabilem modum reducent. Si univerſales induciæ aut pax communis concludatur, huic in omnibus obtemperabitur, atq; ad eam promovendam omnes ſerio ac ſedulo incumbent. Conſtituta inſuper alia de ſecuritate commerciorũ de pœna delictorum militarium, de ratihabitationibus Principum, cautumque, ut, ſi Elector Colonienſis in has inducias non conſentiret, tamen quæ cum Electore Bavariæ conſtitutæ eſſent, ſalvæ atque illæ permanerent. His ita pactis confirmatisque Vrangelius, uti diximus in Bohemiam movit: Bavarus recenſere exercitum ſuum, ac per provinciam in hoſpitia diſponere inſtituit. Cæterum ea res magno mox diſſidio cæſarem ac Bavarum colliſit: nam cæſar, publicato edicto, copias Bavaricas, utpote ſibi atque Imperio ſacramento addictas, quaſque ipſe magnis impenſis aluiſſet, revocabat, atque ut in ſua caſtra ac ſigna tranſirent hortabatur, tranſgreſſumque Ioannem Verdanum ſupremum equitatus Bavarici Præfectum cum Sporckio ac paucis aliis magno honore ac muneribus afficiebat. contra Bavarus hunc exercitum ad ſe propriè pertinere affirmabat, ſibi juramento obſtrictum, ſuis ſumptibus ſuſtentatum, ſuis etiam auſpiciis ac ductu, licet pro commodo cęſaris atque Imperii gubernatum. [illegible]opterea ſe verè ac ſerio edicebat, ne quis avocanti cæſari pareret; poſtquam autem de tranſitu Verdani aliorumque. & quantum ille commilitonum animos ad tranſgrediendum ſollicitaſſet, certis nuntiis accepiſſet, multò impenſius ad retinendos in obſequio nutantes milites laboravit, conſtitutis ſeveriſſimis pœnis in tranſgreſſores, atque in ipſius Verdani caput decem millibus imperialium, ſi quis,

1647. eum neci dediſſet; erat enim utrobique in diſcrimine. Quippe Cæſarem hac ſeparatione armorum plurimum offenderat; & ne Sueci hanc tranſitionem ſecus, quam acciderat atque adeo connivente ipſo evenire interpretarentur, metuebat. Quo facto, & Cæſarem inimicum, & Suecos Galloſque multo quam antea infenſiores hoſtes erat habiturus. Accedebat, ſi totus exercitus ipſius ad caſtra Cæſaris tranſiviſſet, ipſe omni præſidio nudatus cuiuſcunque injuriæ obnoxius fuiſſet. Igitur Suecos quamprimum Galloſq; quicquid ageretur, admonuit, ac ne de ſe quicquam ſiniſtri ſuſpicarentur, ſeſe de hoc tranſitu prolixè purgavit. Cæterum induciæ tanta cura tãtoq; opere initio ſervatæ paulatim refriguêre ac demum gravibus de cauſis ab ipſomet Electore Bavariæ renuntiatæ ac repudiatæ ſunt. Inter has cauſas præcipua erat, quod negocium pacis Monaſterii atque Oſnabrugæ ceptum, ac jam aliquouſque productum, longè quam antea, difficilius procedebat. Cum enim ad tollendas animorum acerbitates, atque adeo feſtinandas pacis conditiones inducias Bavarus feciſſet, affirmantibus Suedicis Legatis, etiam antequam ratihabitio harum induciarum ex Suecia adveniſſet, pacem univerſalem concluſum iri, contra tamen accidit. Nam & Sueci in tractatione pacis duriora poſtulabant, palamque jactabant, niſi hæc aut illa, quæ à Catholicis nulla ratione iniri poterant, admitterentur, ſe bello finem non facturos. Poſtulabant adhæc pro ſua tantum militia viginti milliones thalerorum Imperialium, quos ſoli Ordines Catholici cum Cæſare dependerant. Ad hæc in ſenatu & ſeſſione Principum Imperii ſæcularium, quem locum Dux Bavariæ à multis jam annis obtinuerat, ipſi, eo exturbato, primum locum ac ſuffragium petebant, Cumque id ipſorum poſtulatum Bavarus acriter impugnaret, ac pro honore & dignitate ſua ſtudioſè niteretur, adeo non continuêre iracũdiam, ut illi novum bellum minitarentur. Adhæc Coningſmarchius ditiones Electoris Colonienſis in VVeſt-

phali-

phalia infeſtabat, expugnando Vechtam, atque alias 1647.
arces, quæ Cæſareano præſidio tenebantur, neque eas Electori ex pacto reſtituebat: jam vero de contributionibus Haſſicis nihil remittebatur, neque Langravia rati habitionem ſuam, uti conventum fuerat, mittebat, adeo ut de voluntate ejus parum conſtaret. His aliisque de cauſis Bavarus decima quarta Septembris, miſſis literis Vrangelio inducias renuntiat & mox Memmingam, quam ſupra Suecis tradiderat, circumſidere inſtituit: qua poſt ſeptimanas aliquot in poteſtatem redacta; Nordlingæ pari modo vis illata eſt. Erat Vrangelius, cum induciæ renuntiarentur in Bohemiâ, occupataque Egrâ, ut ſupra diximus, poſitis caſtris contra Cæſareanos conſidebat. Cæſar ipſemet præſens in caſtris defuncto Gallaſſio in ſupremâ belli præfectura Melandrum ſubſtituit: atque is Suedici exercitus vires egregiâ virtute ſuſtentavit. Acceſſit alia res, qua nulla opportunior per id tẽpus Cæſari accidere poterat,

Seditio Vinarienſium.

ſeditio Vinarienſium, quæ defectu ſtipendiorum orta eouſque prorupit, ut, depoſito palam obſequio reverentiaque à ſignis Gallicis diſcederent, ac militiam detrectarent. Crevitq; contumacia, poſtquam Turenius, qui ductor eorum fuerat, deſperata recedentium reconciliatione, reliquam exercitus partem quæ ſub obſequio remanſerat in refractarios immiſit. Sed illi ſe contra vim probe muniverant, tum vero cognito Gallorum conſilio, transfugium in partes Cæſaris minati, à Coningsmarckio tandem bimeſtri ſtipendio placati, & excepti ſunt. At Vrangelius, renuntiatis, uti diximus, induciis, ne à duobꝰ exercitibus opprimerentur, evocato ad ſe Coningsmarkio è Bohemia exceſſit: quem Melander cum majore utriusque exercitus parte inſecutus in Haſſiam irrupit, ac Marpurgum expugnat. Arx tamen propugnante tribuno Stauffio in poteſtate Haſſorum permanſit; ex qua multa Cæſareanis damna illata ſunt. Nam Haſſus, cognita domo, in qua Melander diverſabatur, ſeptem tormenta illuc dirigi & explodi

1647. uno impetu juſſit: neque res periculo caruit Melan-der & Marchio quidam Badenſis muri & tabularum diſſilientium fragmentis graviter ſauciantur. Poſtero urbs, cum ſine arce retineri non poſſet, ſpoliata & deſerta eſt, atque exercitus per Franconiam in hiberna diſpoſitus.

Coronatio Ferd. IV. Reg. Vng. Inter hæc Cæſaris filius Ferdinandus IV. Poſonii in magna regni procerum corona Rex Hungariæ conſuetis ceremoniis inauguratur. Menſe Junio ea coronatio peracta eſt, neque quicquam exuſitata alias pompa iniquitas temporum detraxit. Obiêre *Mors variorum.* ſub idem tempus Anſelmus Caſimirus Elector atque Archiepiſcopus Moguntinus, Henricus Fridericus Princeps Orangius, & Chriſtianus V. Princeps Daniæ, atque ad coronam illam deſtinatus, dum in Saxoniam curandæ valetudinis ergo ad thermas proficiſcitur. Moguntino Joannes Philippus Epiſcopus Herbipolenſis, ex illuſtri Schonborniorum Familia ſuffectus eſt. Orangio in præfectura militari provinciarum fœderatarum, cæteriſque patris muneribus Wilhelmus filius ſubrogatur. In principatum ac ſpem regni Daniæ fratri ſucceſſit Fridericus alter Regis Daniæ filius atque Archiepiſcopus Bremenſis. Sed filio Chriſtiano pater Chriſtianus IV. haud diu ſuperſtes fuit, menſe Februario anni inſequentis vitâ excedens: atque ita regnum Friderico III. delatum eſt.

1647

PARS PRIMA

HISTORIARUM NOSTRI TEMPORIS

Authore

ADOLPHO BRACHELIO

LIBER SEPTIMUS.

Complectens geſta Annorum 1648.1649.1650.1651.

SUMMARIUM.

VRangelius in Bavariam irrumpit. Arcem Pragenſem Coningsmarckius intercipit. Res Gallicæ Haſſicæq; per agrum Colonienſem. Pax Monaſterii & Oſnabrugæ concluſa; Leodium vi ad officium ab Archiepiſcopo Colonienſi compellitur. Supplicium Regis Angliæ, eiuſq; regni ex Monarchia in Democratiam aut potius Anarchiam commutatio, Mors Regis Poloniæ Vladislai IV. & creatio novi Regis Ioannis Caſimiri, eiuſq; felices expeditiones contra Coſaccos & Tartaros. Coronatio Reginæ Sueciæ & electio Caroli Guſtavi Palatini in Principem hæreditarium eius Regni, Compoſitio Treuirenſis & electio novi Coadjutoris ibidem. Mors Ferdinandi Archiepiſcopi Colonienſis, quam præceſſit eius in refractarios Leodienſes expeditio. Initium novorum motuum inter Electorē Brandenburgicum, & Principem Palatinum Neoburgicum ratione exercitii religionis in ditionibus Iuliacenſibus &c. aliaque nonnulla uſque ad finem anni 1651.

1648

Geſta Svecorum in Bavaria

SEquitur annus huius ſæculi quadrageſimus octavus, compoſitâ tandem Belgicâ & Germanicâ pace memorabilis: ſed initia ipſius crudeli adhuc bello, & infeſtis ubique armis perſonuêre. Etenim Vrangelius in agro Brunſuicenſi & Mindenſi, refectis per hyemem militibus, necdum ineunte vere per Haſſiam in Franconiam ac Palatinatum contendit: ubi recepto ad ſe cum ſeptem millibus Turenio, menſe Majo apud Laningam Danubium tranſmittit. Inde in poſtremum Cæſareanorum agmen, qui haud procul *A*uguſta tendebant, præmiſſo Coningſmarckio invectus, feliciter pugnavit. Cæſareani, cunctantibus Bavaricis, in fugam compulſi ſunt, Melander Dux Cæſareanorum initio prælii laborantibus ſuis auxilio accurrens, duobus vulneribus confoditur; atque inde *A*uguſtam deportatus eodẽ adhuc die extinguitur; eius caſu perculſus exercitus, tranſmiſſo properè Lyco, in interiorem Bavariam receſſit. Ita Vrangelius pro voto ſuo aditu Bavariæ potitus, raro jam obſiſtente, eodem prope loco, quo Rex Guſtavus *A*dolphus Lycum fluvium, tranſit: inde expugnatâ Friſinga, & ſuperato Iſara, totius intra Oenum Bavariæ potitur, paucis oppidis exceptis, in quæ Elector Bavariæ peditatum ſuum tempeſtivé immiſerat. Oeni tranſitum apud Muldorfiũ diu fruſtra tentavit, magna ſemper ſuorum clade ab excubantibus in adverſa ripa Bavaricis rejectus. Porrò ductor Bavaricorum Iuſtus Maximilianus Comes Grondsfeldius ad reddendas præfecturæ ſuæ rationes ex caſtris Ingolſtadium revocatus eſt; illi vulgo nupera Cæſareanorum clades quaſi auxilium in tempore diſtuliſſet, imputabatur. Melandro Cæſar Octavium Pictolomineum Ducem Amalphitanum in præfecturam Imperialis exercitus ſubſtituit, qui cum auxiliis Bohemicis & Ioanne Verdano in Bavariam profectus, collatis contra caſtris licentiam hoſtium ſua virtute ac vigilantia brevi compeſcuit.

Dum

Dum hæc in Bavariâ geruntur, Coningsmarckius; poſt cæſum apud Auguſtam Melandrum in ſuperiorem Palatinatum regreſſus, varia ibi loca atque arces nullo impediente occupat. Inde in vicinam Bohemiam excurrens Glattaviam & Falkenaviam in poteſtatem redigit. Cum autem potiſſimas Cæſaris vires in Bavariam dimiſſas eſſe cognoviſſet, & Pragam haud magno præſidio obtineri, capiundæ urbis eum cupido inceſſit. Idque eo facilius exiſtimabat, quod Pragenſes ob paucitatem copiarum ſuarum ſibi haud magnopere metuentes, ſolutius agebant. Neque Coningsmarchius vi & palam ob inopiam virum aliquid valebat: itaque ad inſidias converſus eſt, quæ illi proſperè evenerunt. Praga metropolis Bohemiæ ob magnitudinem in tres civitates dividitur; Parvam, Novam & Veterem. *Parva* eſt in ſiniſtro latere Multaviæ fluminis; cui pons ex quadrato ſaxo impoſitus illam cum urbe veteri conjungit. Nova nunc cum veteri ita commixta eſt, ut una urbs eſſe videatur, quanquam olim ſuis muris ac limitibus circumſcripta fuerit. Igitur Coningsmarckius ex Erfurdiâ, Lipſiâ, Egrâ, adſumptis mille ac ducentis peditibus, una cum equitatu ſuo vigeſima ſexta die Iulii præter omnium opinionem *Parvam* urbem atque arcem regiam ſummo mane aggreditur, & priusquam præſidiarii ad arma concurrerent, occupatis præcipuis ſtationibus, in poteſtatem redigit. Capti ibidem præcipui ex nobilitate Bohemicâ, & quidam, quod initio reſtitiſſent, interfecti: urbs militi præter paucas domos in prædam conceſſa: quæ ſane opulenta admodum & præpinguis extitit. Comes Coloredius præſidii Præfectus cum jam domus eius ab hoſtibus obſideretur ægrè per poſticam & pontem in urbem veterem evaſit: in quam cum perveniſſet, omnia ſubito tumultu ac ſtrepitu perturbata deprehendit. Sed mox, excuſſo panico terrore, expediri arma, aditusque veteris & novæ urbis una cum ripa Multaviæ, quæ hoſti objecta erat, diligenter obſervari jubet. Sub weſperum

1648.
Coningsmarckius occupat arcem Pragenſem.

1648 Comes Rucheimius cum ſuis copiis laborantibus auxilio accurrit: Tum omnes ſtationes novo milite confirmantur, Civibus quoque & ſtudioſæ juventuti, quæ armis ferendis, erat idonea, ſua loca aſſignata ſunt, quæ adverſus hoſtem tuerentur. In quibus defendendis tanta omnium alacritas ac fortitudo extitit, ut ad initium menſis Novembris tolerata obſidione, hoſtium conatus atque inſultus irritos reddiderint. Nam initio Coningsmarckii & VVittenbergii, qui ex Sileſia propere advenerat, impetus facile ſuſtinebant: at verò, poſtquam quarta Octobris Carolus Guſtavus comes *P*alatinus, & Suedicæ militiæ ſupremus Imperator cum novo è Suecia ſupplemento advenit, magnis viribus oppugnati ſunt: ſed omne infra obſeſſorum virtutem periculum fuit, Nam etſi perpetua tormentorum verberatione muri major pars ad paſſus fere ſexcentos dejecta eſſet, crebroque inſultus, cuniculiq; & aggreſſiones fierent, tamen magno animo conatibus adverſariorũ obviam itum eſt. Ita ad initium menſis Novembris protracta obſidio, tandem nuncio concluſæ pacis abſolvitur: reliquitque incertum fortuna, an virtus oppidanorum pertinaciæ oppugnantium tandem ceſſiſſet. In urbe enim, etſi alacritas & vigor civium militumque ſupererant, tamen pulvis tormentarius cæteraq; ſuſtinendæ obſidioni neceſſaria deficiebant: quæ res maturare deditionem poterat. Contra, hoſtes crebris aggreſſionibus magna detrimenta patiebantur, & quatuor fere millia ex ſuis miſerant. Iamq; erat in propinquo cum auxiliaribus Cæſareanis Maximilianus Baro de Goltz, qui ex provinciis Auſtriacis & vicinis præſidiis manum idoneam Pragenſibus ſubſidio adducebat. Cæterum mihi hoc non ſine providentia divini numinis evenisse videtur, ut Bohemia eiuſque metropolis Praga, quæ olim ſua defenſione graviſſimo huic triginta annorum bello initium dedit; eadem nunc, cognito errore ac mutato propoſito, ſua fide & conſtantia

eidem

eidem bello finem imponeret atque ita prius delictum hac velut pœnitentia emendaret. 1648

Dum hæc in Bohemiâ geruntur, Lambojus copiarum circuli Weſtphalici Dux apud Geiſecam Weſtphaliæ urbem Erneſtum Landgravium Haſſiæ, commiſſo modico prælio cædit capitque. Inde oppugnationem eius oppidi, quò ſe Haſſicæ aliquot legiones ex fuga receperant, exorſus, alieno tempore & die imbribus fœdo, adeoque ſolo lubrico & inſtabili, cum inſigni clade repellitur. Sed felicius deinde ex Weſtphalia in agrum Iuliacenſem tranſgeſſus, Bandenbendam arcem vicinam Linnichio apud Ruram amnem, quæ præſidio Haſſico obtinebatur, circumſidet, & poſt ſex ſeptimanarum obſidionem ad deditionem compellit. Arx, ne deinceps receptaculum hoſtium eſſet, neve ipſe imponendo præſidium ſuas vires diſtraheret, disjectis muris diruitur. Poſt occupatam Bredenbendam Lambojus exercitum ſupra Bonnam reducit, atque ibi data modica quiete, & accerſitis novis auxiliis, repente peditatu navigiis impoſito, equitibus juxta ſequentibus Sonſam appellit, quod oppidū medium eſt inter Coloniam ac Noveſium. Ibi expoſito peditatu ac machinis militaribus: unius diei requie militibus conceſſa in Haſſos ducit, qui inter Grevenbrugam & Wevelinghoviam apud Erfram amnem caſtra firmaverant. Igitur Lambojus decima quarta menſis Iunii ſummo mane in Haſſos impetum facit: & principio quidem profligato aliquoties hoſtium equitatu ſecundo prælio utebatur. Cæterum poſtquā ſublato ponte Haſſis in fugam inclinantibus Erfram tranſeundi poteſtas ablata eſt, repente illi majore impetu coorti, Cæſareanos in fugam conjiciunt: ita peditatus magna pars & tormenta undecim amiſſa ſunt. Sed neque victores ipſi incruentam hanc victoriam habuêre, captus à legione Holſteiniana Comes quidam à Weida, Vice-tribunus in legione prætoria Haſſorum, cum quatuor turmarum Ductoribus & octo vexillis, dein gregariis & minorum ordinum præ-

Geſta Lambojii in Weſtphalia & agro Colonienſi.

1648. præfectis fere trecentis. Satis conſtat, ita afflictum equitatum Haſſicum fuiſſe, ut neque proferre inde caſtra, neque inſequendo hoſtes promovere victoriam potuerint. Porro Lambojus, ex omnibus Weſtphaliæ præſidiis refecto celeriter peditatu, paulò ſupra Noveſium caſtra locat. Interim Haſſi novis ex Haſſia ſupplementis equitum præſertim, quorum penuria laborabant, confirmati, Marcodurum expugnant, Atque inde VVeſtphaliam tranſgreſſi, ſubſequente Lambojo, Paderbornam valido præſidio communitam fruſtra circumſident. Ibi tandem conclusa Monaſterii pax finem armis atque hoſtilitati impoſuit.

Pax univerſalis concluditur. Menſe Octobri die vigeſima quarta, quod tot omnium Germanorum votis expetitum fuerat, pax illa Monaſterii ſubſcripta eſt, & poſtridie per omnes vicos ſolenni pompa publicata. Id nuncium eo majore gaudio univerſam Germaniam affecit, quia paulo ante inter Regem Hiſpaniarum & confœderatos Belgii ordines per legatos eorundem de pace Belgica convenerat. Conditiones utriuſque pacis quoniã prolixæ ſunt, neque eas fas fuit in compendium cõtrahere, candidus lector ſequenti libro reperiet. Nunquam alias præſtantioribus viris Monaſterium atque Oſnabruga abundarunt: quorum plerique toto quinquennio, quo de pace illa actum eſt, incredibiles labores ac tædia pertulerunt. Ex parte ſummi Pontificis adfuit Fabius Chiſius Epiſcopus Neritonenſis, & Sedis Apoſtolicæ Legatus, qui tamen, quoniam multa in præjudicium religionis Catholicæ neceſſario admiſſa ſunt, ſemper paci fortiter contradixit. Ex parte Reipublicæ Venetæ Aloyſius Contarenus Patricius & Senator Venetus ante hac in Gallia, Anglia atque apud aulam Othomanicam Legatus ordinarius, qui medius inter partes conciliatoris munus egregiè adminiſtravit. Nomine Cæſaris adfuêre Maximilianus Comes de Trautmansdorff, Eques aurei velleris, & ſupremus aulæ Cæſareæ præfectus, is tamen neque initio neque fini interfuit.

Dein

Dein, Ioannes Ludovicus Comes de Naſſau Hade-
mar, & eques aurei velleris, Ioannes Maximilianus 1648
Comes à Lambergh Burggravius Stiriæ, ambo ex
interiore Cæſaris conſilio: Henricus Craen, & Iſaac
Volmar Iuris conſulti, & Conſiliarii Aulici Imperia-
les. Nomine Regis Hiſpaniarum adfuêre Caſparus de
Bracamonte & Guſman, Comes de Peneranda, Lo-
peſius Zapata Comes de Walther: Ioſephus de Ber-
gaine, Epiſcopus Sylvæducenſis atque electus Ar-
chiepiſcopus Cameracenſis, qui duo Monaſterii
diem extremum obiêre: Didacus Saviedra Eques
ordinis S. Iacobi, & poſtremo Antonius Bruin juriſ-
conſultus, omnes regii Conſiliarii, ex parte Regis
Galliarum aderant Henricus de Orleans, Dux de
Longeville, & Princeps regii ſanguinis: Claudius de
Meſmes, Comes de Avaux, antehac ad rempubli-
cam Venetam, Regeſque Sueciæ & Poloniæ Lega-
tus; Abel Servient Comes de la Roche, Conſiliarius
regius; & Ioannes de la Barde, Baro de Marolle. No-
mine regni Sueciæ Ioannes Comes Oxenſtirna,
Baro in Kymitho; Ioannes Adler Salvius; ambo re-
gii Conſiliarii, & Scherinus de Roſenhan, Guberna-
tor Oſtrogothiæ. Pro regno Luſitaniæ Franciſcus de
Andrada, & Ludovicus Peecira de Caſtro, ambo ex
interiore conſilio, & alias ad Regem magnæ Britan-
niæ, atque in Hollandiam & Galliam Legati. Pro
Electore Moguntino, Hugo Eberhartus Comes à
Scarpffenſtein, Eccleſiarum Metropolitanæ Trevi-
renſis & Moguntinenſis, & Cathedralis Wormaci-
enſis Canonicus. Henricus Bramſer Baro de Ruders-
heim; Nicolaus Georgius Reigerſperger, Eques &
Vice-Cancellarius; Ioannes Adamus Krebs, & Petrus
Braum Iuriſconſulti. Pro Electore Colonienſi Fran-
ciſcus Guilielmus Epiſcopus Oſnabrugenſis: Theo-
dorus Adolphus de Rech, Præpoſitus Paderbornen-
ſis Arnoldus de Landsbergh: Theodorus Herman-
nus à Merfelt, Cancellarius Monaſterienſis: & Pe-
trus Buſchman Iuriſconſultus & Cancellarius Pader-
bornenſis. Pro Electore Trevirenſi, Hugo Fride-
ricus

1648 ricus ab Eltz Canonicus Moguntinenſis & Trevirenſis : Ioannes Anetanus Cancellarius : Joannes Theodoricus Brovverius Officialis; & Hermannus Adolphus Scherer Juris conſultus. Pro Electore Bavariæ Georgius Chriſtophorus Baro de Haslang, aulæ Bavaricæ Mareſchallus : & Joannes Adolphus Krebs juriſconſultus. *Pro* Electore Saxoniæ, Ioannes Erneſtus Piſtorius, & Ioannes à Leuberen Conſiliarii intimi. *Pro* Electore Brandenburgico Ioannes Comes de Sain & Wigenſtein : Ioannes Fridericus de Levven, Baro de Schonfelt : Fridericus ab Heiden : Ioannes Portmannus : Petrus Fritz, & Ioannes Frombolt juris conſulti. Pro Electore Palatino, Ioannes Streuff & Joachimus Camerarius Conſiliarii. Pro Duce Sabaudiæ, Claudius Chabot, Marchio S. Mauritii, alias in Angliam & Galliam Legatus: & Franciſcus Bileſſia juriſconſultus. Pro Duce Mantuano, Franciſcus Nerlius, Comes Valderii, & Hieronymus Comes Sannazarius & Senator Montisferrati, Pro magno Duce Hetruriæ Athanaſius Rudolphus Lius in aula Cæſarea Orator: Pro fœderatis Belgii Provinciis Bartholdus à Gendt; Ioannes à Matenes : Adrianus Pavv: Ioannes de Knuyt: Gothardus à Rheede, Franciſcus Donia: Guilielmus Riperda: & Adrianus Klandt: Prætor hos cæterorum Imperii Principum, Comitum, Baronum, & civitatum liberarum Legati magno numero adfuere. Pace igitur perfectâ, mox ad omnes exercituũ Præfectos nuncii de eâ miſſi ſunt, juſſumque, ut ab armis abſtineretur. Deinde de miſſione militum, conferendaque pecuniâ, & reſtituendis oppidis, cæteriſque, quæ in inſtrumento pacificationis ſancita erant, efficiendis, ſerio agi ceptum eſt. Eam in rem nova cõventio Norimbergam inſtituta eſt inter ſupremos exercituum Præfectos, & Legatos primariorum Principum : quid ibi tranſactum fuerit, lector ſequenti libro poſt inſtrumenta pacis inveniet. Quoniam vero ea tractatio præter omnium opinionem tardius procedebat, principio placuit, uti exercitus

per

per omnes Imperii provincias diſtribuerentur. Obtigerunt in ea diviſio Imperiali exercitui Bohemia, cætereque hereditariæ cæſaris provinciæ, Bavarici per Bavariam & vicina loca diſtributi ſunt, Sueci per reliquos Imperii circulos viritim aut manipulatim in hoſpitia per pagos atq; oppida diſpoſiti, Paucæ urbes Imperiales hoc militarium hoſpitiorum onus pecunia redemerunt.

Varia. Sub idem tempus Vladislaus IV. Poloniæ Rex rebus humanis exceſſit, eo majore regni damno, quod paulo ante Duce Bogdano Chmielnicio ortum à Coſaccis bellum obitu Regis in manifeſtam defectionem erupit. Fædum id atque atrox interregnum immanitate Coſaccorum fuit; qui adſcitis in ſocietatem Tartaris Præcopenſibus, Boryſthenem transgreſſi, magnis cladibus provincias Polonicas implevere: nam cæſo apud Conſtantinoviam Polonico exercitu, ad ipſa propè Varſaviæ mœnia populabundi excurrebant; eo magis ad novi Regis electionem properatum: quæ demum menſe Novembri felicibus auſpiciis peracta eſt. Creatus igitur conſenſu omnium Joannes Caſimirus Vladiſlai frater; quem ante annos paucos ex ſocietate Ieſu aſſumptum Pontifex Cardinalem fecerat, Sub hæc comitia regni celebrata ſunt, auditique Legati coſaccorum, qui cum alia atque alia peterent, quæ in Regni Poloniæ ac nobilitatis graviſſimum præjudicium cederent, atque interim ab armis deſiſterent, merito rejecti; decretum deinde in eos bellum, conſtituta pecunia auxiliaque, quibus gereretur, & adminiſtratio ipſius Regi permiſſa. Quod, quo modo deinceps geſtum ſit, in ſequentibus compendio memorabitur. Menſe Iulio ejuſdem anni Ferdinandus III, Imperator, ad ſecundas nuptias tranſivit, ductâ in matrimonium Mariâ Leopoldinâ patrui ſui Leopoldi comitis Tyrolenſis, & Claudiæ Principis Hetruriæ, filiâ. Breve id matrimonium cæſari fuit; Auguſta anno in ſequenti menſe Auguſto, poſtquam filiū enixa eſſet, eodem adhuc die magno aulæ totius lu-

ctu

1648. ctu fato repentino extinguitur: incertum incuriâ ne obſtetricum, an occulto puerperii morbo. Infanti nomina data Ferdinandus Carolus Ioſephus Cæſar, ne præſentia funeris ægritudinem animi incenderet; de conſilio Medicorum Viennâ Eberſtorphium receſſit. Exequias ſolennibus ceremoniis, præſente Eleonora Auguſta vidua; Epiſcopus Viennenſis peregit.

1649. *Res Anglicanæ & ſupplicium Regis.* Inter hæc magnæ Britanniæ Rex Carolus civilium motuum inteſtina diſſidia ſuo ſanguine aut finivit, aut incepit. Nam capto, uti ante memoravimus, Oxonio, cum Rex ad caſtra Scotorum deſperatâ omni defenſione profugiſſet, Scoti acceptâ pecuniâ Regem Anglicanæ militiæ primoribus tradiderunt, eâ lege, ut honeſtis cum illo conditionibus tranſigerent, eumque in regnum & dignitatem reponerent. Rex ab exercitu Anglicano ejuſque ſupremo præfecto Thomâ Farfaxio ſummo honore acceptus eſt, atque inde apud Vectem inſulam in arcem Caresbroch in cuſtodiam datus: ibi cum initio magnificè & proximè libertatem haberetur, paulatim tamen arctius ac difficilius haberi cepit. Interim Londini in Parlamento regio de reſtitutione ipſius & conditionibus pacis agebatur: quæ dum fere ad exitum perductæ eſſent; repente primores militiæ in quorum poteſtate Rex erat, nihilminus quam reſtitutionem eius deſiderantes tractationi huic intercedunt, oblatoque libello, quem multis in Regem criminationibus inarſerant, vocari illum in jus & cognoſci de criminibus ipſius poſtulant. Summa accuſationis erat, inteſtina atque atrocis belli invidia; quod ille contra leges patrias quibus etiam Reges tenerentur, temere & crudeliter contra innocentes ſubditos ſuſcepiſſet, nulla alia de cauſa, niſi ut vim atque authoritatem Parlamenti opprimeret, quo ipſe quaſi freno ſolutus in opes atque animos ſubditorum dominaretur. Hinc ſuæ potentiæ ſtabiliendæ graves contributiones exegiſſe, per Epiſcopos novas cæremonias ac ritus Papiſticos induxiſſe in

Eccle-

Eccleſias; Germanos equites, pedites Hibernos per urbes atque oppida velut in præſidiis collocaſſe: in Hibernia Catholicorum delectus habuiſſet; à Rege Daniæ aliiſque externis arma, equos, auxilium petiviſſe: ſollicitaſſe exercitum Anglorum Scotorumque pretiô, illis urbem Londinum diripiendam, his quatuor provincias Aquilonares regno Scotiæ adjungendas promiſiſſe, ſi ad Parlamenti exitium ſecū conſpirarent. Cæterum, cum ad libellum à Parlamento non reſponderetur, Farfaxius & Cromvellus Anglicani exercitus ſupremi, cum exercitu Londinum advolant, occupataque urbe, quotquot factioni eorum adverſabantur è Parlamento ejiciunt, novosque inde ſenatores & ſuarum partium ſubſtituūt independentes pleroſque, & regiæ gubernationis oſores: ex his deinde & militiæ anteſignanis novum juſtitiæ tribunal conſtituitur, quod de Rege cognoſceret. Ita inſtituta actio, in qua reus ab accuſatoribus judicaretur, quæ, quem exitum habitura eſſet, jam facile erat omnibus divinare. Nihil interim Scotici, aut confœderati Belgii, aliorumque Principum Oratores ne ad differendum quidem judicium valere. Rex ad Novum tribunal citatus adductusque Londinum per cuſtodias militares, dum reſpondere objecta Judiceſque illos agnoſcere dedignatur, obſtinata ſententia tanquam tyrannus & hoſtis patriæ, qui nefario bello Rempublicam petiviſſet; ad ſupplicium capitis condemnatur. Triduum comparato ad mortem animo Regi datum eſt, quo exacto, nonâ Febr die anno milleſimo ſexceteſimo quadrageſimo nono damnatus Rex in ferale & ſanguinarium theatrū, quod palam ante palatiū regium exſtructum viſebatur, armatis legionibus circumdatum adducitur, atque ibi à duobus larvatis lictoribus more Anglicano ſecuri percutitur. Pauca ad circumſtantes in theatro prolocutus eſt, teſtatus ſibi innocenti vim fieri: remittere tamen noxam adverſariis ſuis & precari Deum, ut morte ſua tranquillitas regno redeat. Profeſſus deinde eſſe ſe in ea religione &

1649

Withehall.

1649 Eccleſia mori, quam Rex Jacobus pater ejus ordinaviſſet, quamque ipſe ſemper defendendam ſuſcepiſſet. Mirum eſt, duraviſſe Anglorum oculos in tam atrocis ſpectaculi immanitatem, cum omnium nationum, etiam maximè barbarorum animis inditus ſit amor in Reges & Principes ſuos, ac quaſi congenitus; quorum nō modo majeſtatem inviolabilem, ſed etiam opibus & ſanguine ſubditorum ſtrenuè propugnatam omnes omnium gentiū hiſtoriæ teſtantur. Hunc exitum habuit Carolus Primus ejus nominis Rex magnæ Britanniæ, inter tragicæ fortunæ exempla omnibus retrò ſæculis memorandus. Natus eſt ſub initium anni ſæcularis M. DC. Patre Jacobo VI. Scotiæ atque Angliæ Rege; matre Anna Friderici II. Regis Daniæ filia. Anno M. DC. XXV. poſt mortem Jacobi regna patris adeptus eſt, duxitque in uxorem Henricam Mariam Henrici IV. Regis Galliarum filiam, cum qua fœcundum illi & ſ... bile matrimonium fuit filios duos natu majores e Anglia, ingraveſcentibus indies turbis, ſecuritat... cauſa in Galliam ad matrem remiſit; illi erant Carolus Princeps Walliæ, & Jacobus Dux Eboracenſi... filia major Principi Orangio, ut ſupra retulimus, matrimonium collocata eſt, duo adhuc prætere... liberis, ni fallor, in Anglia poſt mortem patris ren...ſere. Porro trucidato Rege in bona eius amicosq... ne ultores ſupereſſent, pari crudelitate ſævitum... duo filii Carolus & Jacobus eorundem Judic... creto hoſtes patriæ denunciati, & regno perpet... abſtinere juſſi ſunt. Dux Hamiltonius Comes Ho...landiæ, Mylord Cappelius, aliique regiarum parti... qui in poteſtate Iudicum erant, ſecuri percuſſi R... gia dein gubernandi ratio ſublata, edictumque ſ... mortis pœna, ne de reducenda ea ageretur. Deni... ut apud populum ſpecioſum Imperii nomen, res v...ro ipſa ac potentia penes paucos factionis Principe... eſſet, ſuperior Domus, quæ primum Parlamenti membrum conſtituit, atque ex Proceribus regni conſtat, per edictum tollitur; abrogata illi deinceps

Mutatio ſtatus.

omni

[illegible] mini authoritate conſulendi defniendique. Ita ſum- 1649
[illegible]a Imperii ad inferiorem Domum, quæ capita po-
[illegible]lorum, ac Legatos civitatum complectitur, de-
[illegible]luta eſt: ex his delecti quadraginta conſtituendæ
[illegible]ubernandæq; novæ Reipublicæ, id conſilium ſta-
[illegible]s appellatum eſt, eiusque Princeps conſtitutus eſt
[illegible]ivarius Cromvellus, in exercitu Anglicano Lega-
[illegible]s Farfaxii. Multa mox ad arbitrium ipſorum in Ec-
[illegible]leſiaſtico ac Politico ſtatu commutata; fractum ſi-
[illegible]illum regium; inſignia eius dejecta: bona ac the-
[illegible]aurus regius in fiſcum redacta, cuſa nova moneta
[illegible]um hoc titulo: *Reſpublica Anglicana*. Editum dein-
[illegible]in vulgus ſcriptum nomine Parlamenti, quo cau-
[illegible]reddebantur, quare punitus Rex, & Domus Parla-
[illegible]nti major abrogata eſſet; & quantum deinceps
[illegible]ublicæ intereſſet, non ab uno, ſed à populo gu-
[illegible]ri. Quibus omnibus expeditis Cromvellio ex-
[illegible]o in Hiberniam decernitur; Farfaxius ad pro-
[illegible]nda novi regiminis auſpicia Londini relictus.
[illegible]ata in bellum Hibernicum centum & quin-
[illegible]inta millia librarum Sterlingarum, quarum
[illegible]ulæ quinos fere thaleros Imperiales, aut paulo
[illegible]lius faciunt. Cum hac pecunia & decem milli-
[illegible] exercitu, magnoque numero Nobilium, regia
[illegible]e magnificentia Cromvellus in Hiberniam pro-
[illegible]ectus eſt. Et felix illi prima hæc expeditio fuit: nam
Marchio Ormundus Catholici & regii exercitûs
Dux uno alteroque prælio profligatus, campo ex-
ceſſit; inde Dublinum, quod caput illius expeditio- *Res Hiber-*
nis fuerat, obſidione liberat. Id oppidum eſt inter *nicæ.*
primaria Hiberniæ Archiepiſcopatu & Palatio regio
inſigne, ſitu imprimis amæno ac permunito, juxta
fluvium Liffium, haud procul mari, quod Angliam
atque Hiberniam interfluit. Atque id jamdiu Or-
mundus circumſederat: quod ſi tum quidem Angli
amiſiſſent, facile potuiſſent totâ inſulâ prohiberi; eſt
enim illuc ex Angliâ in Hiberniam trajectus percō-
modus, & ſtatio navibus præſertim militaribus tu-
tiſſima. Regio vero omnis rerum neceſſariarum co-
piâ

1649. piâ abundat, præterquam lignorum, in quorum v[illegible] cē carbone foſſili, quē eô ex Anglia naves deferu[illegible] ūtitur. Itaque adfuit periclitantibus in tempo[illegible] Cromuellus; ſecutæque liberatiōnē Dublini urb[illegible] permultæ ; aliæ vi, aliæ deditione, aliæ etiam [illegible] vim experirentur, ſponte deſperato omni auxi[illegible] lio in poteſtatem Anglorum concedebant. C[illegible]terum Scotos hæc ab Anglis in Regem ſuum in[illegible]tuta actio graviſſimè offendit; nam renunciatâ co[illegible] feſtim pace, etſi bello infelice utebantur, cæſo capto[illegible]que duce eorum Marchione Hamiltonio ; tamen non deſerendum Regem, ſed propugnandum omn[illegible] ope decrevere. Poſtquam vero res eo perducta e[illegible] ut è manibus hoſtium eripi non poſſet, ipſi eod[illegible] prope tempore, quo de capite Regis Londini age[illegible]tur, convocato Edenburgi concilio, Carolum fi[illegible] Regem renunciant; Legatosq; mox in Hollan[illegible] expediunt ubi tum Carolus Princeps Walliæ [illegible]batur, qui eum ad capeſſendum regnum & [illegible]candam patris injuriam hortarentur. Carolus [illegible]ta Patris morte regium titulum mox uſurpavit. Bredæ cū Legatis Scoticis diu collocutus, præe[illegible] illos tandem in Scotiam ſubſecutus eſt. Felicite[illegible] eo appulit paulò poſt, quam Montroſius regia[illegible] copiarum Dux Edenburgi capitis ſupplicio affi[illegible]retur.

In Scotiâ Caroli filius Rex. proclamatur.

Leodinum ab Elect. Colon. ad obſequium redigitur.

Dum hæc in Britanniâ geruntur, Elector Colonienſis Ferdinandus, idemque Princeps & Epiſcopus Leodienſis urbem Leodium jam diu rebellem ac refractariam, vi atq; armis ad officium compulit. Cum enim, ut ſupra indicavimus, plebs ſine ull[illegible] reverentia Principis conſularia comitia invaſiſſe[illegible] res eo demum per licentiam paucorum perducta e[illegible] ut excuſſa omni ergà Principem obedientia; ſeſe in libertatem aſſerere, aut certè alterius dominatio[illegible] ſubjicere niteretur: nam & Legatos in Galliam m[illegible]ſerant, & à fœderatis Belgii Ordinibus auxilium cre[illegible]bro ac ſollicitê petebant. Jamque Conſules & Magiſtratus, ejecto ſupremo Juſtitiæ tribunali, regali[illegible]

Prin

Principis uſurpabant, ſibiq; in cives jus vitæ ac necis arrogabant, aliaque multa, quæ ſupra poteſtatem ipſorum erant, impune & ferociter deſignabant. Princeps nihil intermittebat, ut res lenibus remediis componeretur: ad extremum, cum nullis rationibus quicquam proficeret, ipſe eo proficiſci, & rē turbatam ſua præſentia ad tranquillitatem reducere conſtituit. Id factum anno ſuperiore menſe Julio, quo Princeps unâ tantum equeſtri & altera pedeſtri cohorte ad ſui corporis cuſtodiam comitatus Bonnâ Viſetum, quod haud procul Leodio diſtat, contendit: ibi celebratis Ordinum comitiis, evocatisque Canonicis Cathedralibus [quorum tamen pauci cum Decano Ægidio à Bocholtz, neſcio, quam ob cauſam evocanti Principi non paruere,] de ſtatu perturbato & reducenda patriæ tranquillitate deliberavit. Interim electi ſunt novi Cōſules, Petrus Wilmar cereviſiarius, & Waltherus Hennet, Pharmacopæus: ea electio cum de more Principi ſignificari debeat, nihil ejuſmodi factum, contra vero, ingruente in nocte, feſtivâ machinarum exploſione, velut de Principe triumphatum eſt. Viſum nihilominus Ordinibus patriæ, optimum tranquillitatis remediū in præſentiam Principis fore: nam ita eſſe ingenia Leodienſiū, ut quam præfracti & contumaces in abſentes Principes ſint, tam prompto obſequio præſentes revereantur. Igitur Princeps die decima Auguſti, comitante ſola equeſtri cuſtodia & aliquot patriæ nobilibus, ac majore Scabinorum numero Viſeto Leodium diſcedit pacato agmine; præmiſſo in urbem Cancellario, qui Conſules de adventu ſuo doceret. Cum ad pagum Herſtallium, qui Brabantinæ ditionis eſt, atq; ad Principem Orangium ſpectat, perveniſſet, adferuntur literæ ex urbe à Cancellario ad Principem ſcriptæ, quibus nunciabat; Conſules ei ſignificatum veniſſe, directa eſſe in Principem ac comitatum ejus tormenta bellica, ſi urbi appropinquaret; vim inſuper trium aut quatuor millium armatorum emittendam, ut venientem aditu prohibeant.

1649.

1649. beant. Proinde monebat Cancellarius, ulterius ne progrederetur, ſeque ac ſuos evidenti periculo, & urbem ultimis caſibus ne exponeret: urbem totam eſſe in armis, per omnes vicos & compita diſcurrere veluti furioſos, maximeque tumultuari apud portam quâ Princeps intraturus ſit; audiri ibidem impune voces mortem atque omnia extrema Principi & comitatui eius comminantium. Nunciatum præterea, navigium onerarium quòd vehendis Principis impedimentis adverſo Moſa præmeaverat, in conſpectu civitatis regredi & deſcendere iuſſum, niſi expilari mallet. Princeps ad ea immotus nihilominus perrexit, præmiſſo interim Exconſule Viſetenſi Maretio, qui certiora referret. Is malè à cuſtodibus portarum habitus, atrociora ex vero retulit: ſimulac feruntur aliæ literæ à Cancellario, quibus priora confirmabantur, non portas modo, ſed & animos Leodienſium Principi clauſos; jamque initium cædis ab egreſſis Leodienſibus factum fuerat. Tum Princeps, tanto rebellium furori cedendum ratus, converſo itinere Viſetum rediit, & mox Huii conventum Ordinum patriæ edixit, atque eò Capitulum Leodienſe, cùi ipſe in urbe adeſſe prohibebatur, tranſtulit. Huic autem translationi Decanus & pauci Canonici cum Magiſtratu urbano refragabantur; Decanus haud multo poſt ex vulnere femori caſu inflicto moritur, in cuius defuncti locum à Capitulo jam diviſo ac diſſidente duo eliguntur. Maximilianus Henricus Coadiutor Colonienſis & Arnoldus à Leeraedt; hic à paucis, qui Leodii remanſerant & tranſlationi Capitulari adverſabantur, ille à majore ac saniore parte, quæ evocantem Principem Huium ſecuta fuerat. Poſthæc Princeps Bonnam reverſus eſt, Magiſtratus vero Leodienſis ac pauci refractarii in ſua porro contumacia pergebant. Itaque Princeps, cum nullis amplius rationibus aut lenibus remediis locus eſſet, habito conſilio cum Capitulo Cathedrali, & ordinibus patriæ, vi eos ad officium

com-

compellere decrevit; atque ad eandem rem Coadju- 1646.
torem Colonienſem, ac iam etiam Decanum Leodi-
enſem Hujum cum paucis copiis ſub Cratzio, Voſ-
ſio, & Schrotzio, Tribunis, præmiſit. Venit is Hujum
hoc anno menſe Iulio, publicatoque edicto nomine
Principis, veniam ante actorum omnibus concedit,
exceptis quinque aut ſex è magiſtratu, & paucis eo-
rum conſortibus. Cùm autem iis multitudo parum
commoveretur, tribunis negotium datum, ut arces
aliquot circa urbem occuparent, ex iſque conſilia &
actiones oppidanorum obſervarent. Interim propè
erat dies Divo Iacobo Apoſtolo ſacer, quo annua cre
andorũ Conſulum comitia celebrantur; is dies iã ab
annis aliquot magno tumultu agitatus erat, dum
ſtudia civium pro hac aut illa parte nitentium in di-
verſa trahebantur. Itaque nonnulli ſpem concepe-
rant motus alicujus in civitate ab iis, qui ſub obſe-
quio Principis remanebant, uſuris forte propinquo
ſubſidio militarium copiarum. In eam rem intentus
tribunus Schrotzius ipſe patriâ Leodienſis, & ingenii
ſuorum gnarus, eo die copias inſtructa acie è mu-
nitionibus ſuis in cõſpectum civitatis educit, atque
ibi aliquot horas conſiſtens, ſpem ex propinquo
audentibus oſtentabat. Sed Leodienſes in objectas
copias è tormentis bellicis acriter fulminabant, quâ
clade quinque equi & duo equites diſcerpti ſunt;
Cũ autẽ aliquĩ ad pellẽdos inde hoſtes erupiſſent, iĩ
ita excepti ſunt, ut tota urbe terrorẽ ſpargerent. Inter
hæc tamẽ electio proceſſit, creatiq; ſunt Cõſules Bo-
ville, & Iacobus Hennet, frater Wilhelmi, qui anno
ſuperiore Cõſulatũ geſſerat: urbis partes ſequebatur
totus ferè tractus litoralis Moſæ, qui Hujum ac Leo-
dium interiacet, ac dein quatuor pagi propinquio-
res Urbi, qua Germaniam reſpicit, Sancti Remacli.
Iupilia, Fleron, & Chainee. Crebris interim eruptio-
nibus licet infauſtis, & cum aliqua ſemper erumpẽ-
tium clade, contumaciam indies majorem teſtaban-
tur Leodienſes, & vana ſubſidiorum ſpe, quæ in pro-
ximo eſſe fingebant, credulæ plebi illudebant; di-

1649. miſſo iterum, Perortio in Galliam, qui feſtinationem auxiliorum ſollicitaret. Sed Baro de Wagnee Bullionenſis Ducatus Gubernator à Principe præmiſſus, miſſionem Perortii irritam effecit: neque enim Rex ac Regina Galliæ, cognitâ Leodienſium in Principem ſuum irreverentiâ ac manifeſta rebellione, dignos duxerant, quibus auxilium impenderent. Sed hæc callidè Conſules diſſimulabant; aut quia nihilominus ſperabant, ſe aliquid exoraturos, continuo plebem ſpe auxiliorum brevi affuturorum ſuſtentabant: nulla, interim facta mentione, quomodo cum Principe in gratiam redirent, aut pacem ac tranquillitatem patriæ reducerent. Interim generalis vigiliarum Præfectus Otto Chriſtophorus cum Circuli Weſtphalici copiis & duobus mortariis, ac duodecim tormentis bellicis, omniq; neceſſario apparatu juſſu Principis advenit, & nona Auguſti die Viſeti cum Coadjutore Maximiliano Henrico ac cæteris tribunis collocutus, ſenatum militarem habuit: ibi decretum, quoniam nullum alias remedium ſupereſſet, ut arma in Rebelles expedirentur, atque ut initium fieret à pagis urbi circumpoſitis, ſine quibus ad ipſam perveniri non poſſit. Id negociū generalis Sparrius Præfectus expeditionis in ſe ſuſcepit; qui receptis ad ſe Cratzio & Schrotzio tribunis ac trecentis quos illi adduxerant, equitibus, reliquis cum Tribuno Voſſio trans Moſam relictis, cum omnibus copiis ſuis, quæ erant paulo ſupra tria millia & quingentos, pago Fleronio appropinquavit, is erat dies Auguſti decimus. Præmiſit autem tibicinem, qui obſequētibus veniam offerret; ſed illi C[illegible] [illegible]orem hunc male acceptum pago ejiciunt. [illegible] Sparrius haud amplius cunctandum ratus, tormenta aliquot in pagum explodi juſſit, ac ſimul peditatui aggreſſionem imperat: qua re feliciter peracta pagum incendit, ruſticis aut cæſis aut fuga ſalutem quærentibus. Atque eodem adhuc die ſub veſperum ad alterum pagum Jupiliam caſtra movit, juxtaque illum in vicino colle cum omnibus copiis

quietus conſedit. Tum, quia nox imminebat, inopportuna aggredientibus, tum ut videret, quantum animi ſupereſſet Jupilienſibus, è vicini incendii ſpectaculo ſuam, ſi perſeverarent, fortunam æſtimaturis. Poſtridie miſit Sparrius in pagum Sacerdotem ex monaſterio Caphenſi haud procul inde diſſito, qui ſe ad id munus obtulerat, putabatque ſe effecturũ, ut oblata venia ab armis diſcederent. Jupilienſes Sacerdotem, apud ſe ſine ullo reſponſo retinuere; quod dum Sparrius præſtolatur, repente nunciant excubitores, venire ex urbe multas copias auxilio Jupilienſibus; erat inter has Conſul ipſe Jacobus Hēnet. Igitur Sparrius expeditis tormentis pagum à peditatu invadi, equites vero circumgredi illum jubet: ibi acris initio pugna committitur; ſed perficit virtus militum: Pagani rejecti, quique iis auxilio ex urbe venerant, ſeſe omnes in fugam conjiciunt, qui à circumgreſſis pagum equitibus excepti magna ſtrage funduntur: ac ſi omnis equitatus adfuiſſet, pauci ſane ad urbem incolumes revertiſſent. Cecidere in univerſum fere quadringenti, atque inter cæteros Conſul ipſe; qui relicto equo dum in ipſius pagi anguſtiis & occultiore aditu ſalutem quærit, à militibus deprehenſus interimitur: apud hunc reperta eſt clavis argentea, inſigne Conſulatus, bono utique omine victorum, potituros brevi etiam urbe, cujus clavem iam præcepiſſent. Jupilia dein cæſis in quilinis etiam incenſa eſt; poſt hanc cladem reliqui pagi depoſitis armis ſponte ad obedientiam rediere. Memorabile fuit hoc infortunium Leodienſium; quia in pervigilium Divi Laurentii incidit, quo die ante annum Principem ſuum cum inſigni contumelia aditu urbis prohibuerant; ac Jupilienſes in eo præterea peccaverant, quod eodem die primi omniũ pulſu campanarum ſocios pagos ad ſumenda arma & reſiſtendum Principi concitaſſent. Interim Comes Itelius de Merode & Baro Lindanus juſſu Principis ex obſequentibus pagis, & Condroſiis manum provincialium adduxere, ii fere ...tria millia: & op- 1649.

1649. portunè admodum adveniebat, quia Sparrius propter paucitatem ſuorū, qui in varia præſidia diſtrahebantur, ad ſummam rei nihil adhuc efficere poterat. Ipſe tamen duodecima Augusti, motis Iupiliæ caſtris, urbem verſus ad Cænobium Carthuſianorum contendit; ac emiſſis quadringentis peditibus, ſuburbium Amercour ad ipſas uſque portas incendio devaſtat. Eo die timpaniſta oppidanus literas à Magiſtratu ad Tribunum Schrotzium in caſtra attulit, quarum hæc erat ſententia: mirari ſe ſatis non poſſe, cur ipſe patriam ſuam manifeſto bello adortus eſſet, cui bello neque ipſi neque ulli mortalium cauſa à ſe data ſit, Itaque petere, ut huius inſtituti ſui rationes edere non gravetur, quo ſuper iis cum vicinis Regibus ac principibus conferre atque eò huius controverſiæ arbitros poſtulare ac conſtituere poſſint. Deinde rogabant, ut Conſulem, quem captum eſſe exiſtimabant, in libertatem reſtitueret. Ad ea Sparrius interjectis paucis diebus ſic reſpondit: vidiſſe ſe literas, quas ad Schrotzium dediſſent, & quoniam ipſe caput expeditionis eſſet, hoc iis tribuni nomine reſpondere. Cauſam illati belli eſſe irreverentiam ipſorum & inexcuſabiles contumelias, quas principi ſuo intuliſſent, inter quas vel ea maxima eſſet, quod illū anno proximè ſuperiore, die S. Laurentii ſacro, pacato & modico comitatu venientē ingreſſum urbis armati prohibuiſſent. In qua inobedientia & rebellione ita progrederentur, ut nulla hactenus Clementia aut æquis rationibus ad officium revocari potuerint: itaque ſibi negotium datum eſſe, quoniā nullum amplius remedium ſupereſſet, vi atq; armis eos ad debitum obſequium compellere. Atque eius rei initiū feciſſe ſe, occupatis duobus pagis Fleronio & Iupilia, iiſque, quia oblatam Principis ſui veniam præfractè recuſaviſſent, incendio deletis: in qua re, vindicante haud dubie juſto Numine, æquā cauſam triumphaſſe, & alterum ex Conſulibus ipſorum interfectum eſſe. Quoniam vero Princeps,

qua

quæ eſſet inſigni erga ſuos clementia, gratiam vi atque armis præferret, ideo rogare ſe atque hortari eos, ut quam primum ad officium redirent. Quod ſi facere detrectarent, conteſtari ſe Deum, atque omnes mortales, quæ deinceps mala atque incommoda eſſent eventura, non ſibi ſed ipſis imputanda eſſe. 1649.

Poſt hæc Sparrius, quomodo urbi magis magisque appropinquaret, omni conatu intendit. Itaque, relicto apud cænobium Carthuſianũ Tribuno Schrotzio & Barone Lindano, cum reliquis copiis apud Viſetum Moſam tranſgreditur, ut ab ea etiam parte vim oſtentaret. Tria ibi erant ſuburbia S. Leonardi, S. Walburgis & Aurotanum quæ ut in poteſtatem redigeret Sparrius, laborabat. Interim Legati ex civitate ad Coadjutorem Maximilianum Principem venere, quorum anteſignanus erat Jardinus, unus ex iis, qui ante annum in Galliã miſſi fuerant: qui expoſitis poſtulatis ſuis apud Baronem Grosbechium Archidiaconum Condroſij & Cancellarium Leodienſem, etſi apparebat, iis Principem aſſentiri non poſſe, tamen publice auditi ſunt; eratq; eorum hæc ſumma. Ut ab actionibus hoſtilibus utrinque ceſſaretur, utque miles leuca Bannali excederet: deinde, ut de arbitris, fidejuſſoribus & delegatis, deque loco, ubi pro communi civitatis & patriæ ſalute tranſigendum eſſet, conveniretur. Ad ea Princeps Maximilianus reſponderi juſſit; arma adverſus rebelles neceſſario ſumpta, & ceſſatura, quamprimum ii ad officium rediiſſent; ſi in contumacia perſeveretur, nihil de vi remitti poſſe: Principis clementiam, ejuſque ad æquas tranſactiones pronam voluntatem ſuperiorum temporum acta teſtari, cujus verba & manum & ſigilla pro cautione fidejuſſoria ſufficere debuiſſent. At quia tã projecta fuiſſet Magiſtratui Principis ſui authoritas, ut venienti portas occluſiſſent, non aliam ſibi relictam tranſigendi poteſtatẽ, quam ut in reparationem injuriæ illius Porta ad S. Walburgem traderetur, quæ eſſet opportuna tracta-

tui,

1649. tui,& ne facile vis inferri poſſet, ſecuritatem præſtaret. Cum vero inſtarent Delegati,ut ſaltem tridui induciæ concederentur,(neq; enim cum ejuſmodi reſponſo apud feroces ſuorum animos vitam revertentium in tuto fore putabant) oſtenſæ ſunt iis literæ,quibus ab externis enixè auxilium efflagitabāt, quæ quoniā non viderentur eorum eſſe, qui in gratiam recipi deſiderarent, cum hac improperatione ad ſuos dimiſſi ſunt.Interim Sparrius occupato cænobio S.Ægydii in monte ſito,crebrò urbem atque aditus illius fulminantibus, machinis infeſtabat, atque inde ruſticorum foſſorum indefeſſa operā adjutus,aggeribus urbi appropinquat, ad partem uſq; Aurotani ſuburbii;ubi deinde & cænobio Wilhelmitarum potitus eſt:denique & cænobio S.Laurētii vis admota;quod cum oppidani magno animo defenderent;tamen ad extremum virtuti militum ceſſerunt. Porro Magiſtratus ac potiores civium, cum viderent,rem ſerio agi, atque urbem quotidie periculo propiorem fieri, tandem de ditione agere conſtituunt, igitur vigeſima octava Auguſti tribunus Iamar cum nonnullis aliis ex civitate ad Sparrium mittitur,ut impetrato ab eo libero commeatu Principem Maximilianum Hujum adirent, cum eo de deditione acturi.Sparrius Legatis reſpondit : Rem eam moram non ferre, apud ſe minore temporis compendio tranſigi poſſe,qui una cum Canonico Tabolet ſuper ea re poteſtatem à Principe accepiſſet. Itaque datæ iis viginti quatuor horarum induciæ, intra quas communicato cum ſuis conſilio ad ſe redirent.InterimSparrius tormenta in ſuggeſtus efferri,atque omnia ad aggreſſionem neceſſaria, ſi forte Legati emanerent,diligenter inſtituit. Poſtridie redeunt Legati,atque urbem dedunt, tribus tantum perſonis ab univerſali venia excluſis. Interim dum deditione agitur, Bartholomæus Rolandus ſuperiorum annorum Conſul,ex iis,qui acerrimè Principi reſtiterant, atque authores occludendarum portarum fuerant,fugam meditabatur,adhibito in ſocium

ſocium tibicine Hollandico, cui filiæ ſuæ matrimonium Rolandus promiſerat. Sed Deo viſum non fuit, ut præcipuus ſeditionis author condignas pœnas effugeret. Itaque, licet mentito habitu & militis Trajectenſis ſpeciem præ ſe ferens, deprehenſus ab equitibus, qui urbem cingebant, atque ad Sparrium in caſtra perductus eſt: In urbe vero, concidentibus plane factioſorum animis, Waltherus Henner, ſuperioris anni Conſul à globo civium correptus, atq; in vincula conjectus eſt. Peracta tranſactione, eodē adhuc die ſub veſperum Sparrio duæ portæ S. Walburgis & Martini Schrotzio vero ab altero urbis latere porta Amercour traditur. Princeps Maximilianus de omnibus rebus celerrimis nunciis edoctus ultima Auguſti, comitante Landgravio Darmſtadio, & idoneo armatorum præſidio ſtipatus urbem triumphabundus ingreſſus eſt atque ad palatium ab acclamante plebe deductus: inde triduo poſt Capitulum & ſupremum Juſtitiæ tribunal Huio Leodium reduxit; tum edictum publicavit, ut cuilibet gratiâ Principis Electoris non excepto, fas eſſet redire ad ſua: milites vero, retento tamen apud urbem, ac corporis ſui cuſtodiam ſufficienti præſidio, per vicinos pagos in hoſpitia diſtribuit, ut aſſignato ſingulis diario ab agendis prædis, & populationibus abſtinerentur. Poſt hæc Princeps Elector, audita deditione, Leodium iter inſtituit: pridie vero, quam urbem ingrederentur de Conſule Henner palam in foro ſupplicium ſumptum eſt, idque propterea, quoniam ferociter juraverat, ſe vivo non futurum, ut Princeps in urbem intromitteretur. Caput eius à cervicibus reciſum portæ S. Leonardi, quam Principi Conſul occluſerat, impoſitum fuit. Eâdem pœna haud multo poſt Bartholomæus Rolandus, etſi multis deprecantibus, commune rebellionis crimen expiavit: tum Elector, convocato Ordinum conventu, ſtatū civitatis ac patriæ ordinare aggreſſus eſt, numerataque Sparrio pecuniâ eum cum exercitu in Germaniā remiſit, retentis apud ſe bis mille peditibus, & equitibus 1649.

1648 tibus fere ducentis. Adjecit deinde animum ad corrigenda comitia Conſularia, à quibus nempe tota mali labes profluxerat; ac primum Conſuli Bovillé magiſtratus munere confirmato Collegam addidit Wanzoulle, qui pridem à factioſis in vincula coje-ctus, & dum urbs deditur, ab iiſdem exemptus libertati priſtinæ reſtitutus fuerat. Deinde comitia à tribubus plebeiis ad ſenatum tranſtulit cum hac moderatione; ut ex viginti duobus, quos Princeps vel ejus concilium nominaret, unum, atque ex totidem, qui à Commiſſariis nominarentur, alterum Conſulem eligerent. Plebs adeptum comitiorum jus non niſi inani rumore queſta eſt; Conſules vero ac primores civitatis Principi gratias egere. Iudicia autem Conſularia ac Iuratorum, quæ veteri more intra civitatem certis limitibus ac perſonis continebantur, jam vero ab aliquot annis, à factioſis Conſulibus promiſcue ultra præſcriptos limites, per totam provinciã atque in perſonas exemptas temere ac violenter exercita fuerant, Princeps Scabinis Leodienſibus & collegio triginta duum virum ordinario reſtituit ac, tranſcripſit; dignum ratus, ut qui alienũ invaſiſſent, ſuo etiam jure exciderent. Publicato inde edicto, preteritorum veniam omnibus indulſit, exceptis cędibus & rapinis, quæ per hos tumultus contra jus & fas commiſſæ eſſent; de quibus certos extra ordinem Iudices cum Statibus patriæ nominavit, qui cognoſcerent & controverſias finirent; idque intra menſem, & remota omni provocatione. Poſtremo, quoniam Elector in ſenium vergebat, ut huic etiam Eccleſiæ de Coadjutore provideretur, ſicut Coloniæ jam factum fuerat, impenſe deſideravit, eo magis, quo turbatior Reipublicæ ſtatus, & genius civitatis turbis obnoxius, certum ac potentem ſucceſſorem poſtulare videbatur. Igitur indicta hunc in finem electio decima nona menſis Octobris ad votũ Principis feliciter ſucceſſit, renunciatusque Coadjutor Princeps Maximilianus Henricus factam in ſe electionem [illegible] ambabuit. Rebus in hunc modum compoſitis,

Maxim. Henr. eligitur Coadjutor Leodienſis.

poſitis, Elector relicta Principi Coadjutori Eccleſiæ & Reipublicæ cura Bonnam reverſus eſt. Hunc excitũ habuit rebellio Leodienſis, quæ ſane niſi in tempore oppreſſa fuiſſet, multorum in eam oculis directis, magnis aliquando motibus Imperium; licet jam pacatum, quaſſatura videbatur. 1649.

Sub initium hujus anni Joannes Caſimirus Rex Poloniæ in magno Procerum conventu Cracoviæ ſolennibus ceremoniis inauguratus eſt: ac deinde ducta in matrimonium ex diſpenſatione ſummi Põtificis defuncti fratris vidua Aloyſia Maria, animum ad bellum contra Coſaccos ac Tartaros appulit. Illi enim à morte Vladislai Regis variis cladibus regnum vexaverant, & jam inter oppida Zbaras & Zborovo ductore Boguslao Chmielnicio poſitis caſtris conſidebant. Fama eſt trecenta millia fuiſſe; adverſus quos cum ſtipendiario milite Rex profectus, tanto hoſtium numero haud ſanè par, egregiê tamen ac fortiter impetum Barbarorum ſuſtinuit. Menſe Auguſto acri & cruento prælio certatum eſt, in quo virtus Polonorum maximè enituit: nam cincti undique & circumventi à multitudine Barbarorum, ita eorum vim utque impetum excepere, ut Barbari ingenti ſuorum ſtrage perculſi, non modo infauſtam aggreſſionem deſeruerint, ſed etiam ad petendam pacem animum adjecerint. Data pax poſtulantibus eo proniùs, quia Rex curſum victoriæ proſequi non poterat ob paucitatem ſuorum, atque hoſtiũ multitudinem; qui licet cladem aliquam paſſi eſſent; tamen id detrimentum minùs ſentiebant; atque identidem novis copiis confirmabantur. Igitur pax in has fere conditiones componitur. Primum Rex privilegia Coſaccorum antiqua confirmat, ac numerum eorum ad quadraginta millia reducit; cujus numeri congruum indicem Præfectus ipſorum quotannis conficiet & regi exhibebit omnibus inquilinis ab utraque ripa Boryſthenis, atque inde ſuper Viniciam & Braclaviam, & Ianpollam uſque ad Tyram fluvium, liberum erit huic Coſaccicæ militiæ nomẽ dare;

Res Poloniæ.

1649. dare; cujus præfecturam Rex confert ac confirmat. Boguslao Chmielnicio una cum ſtapia Czerin, ibi deinceps erit ſtatio ejus militiæ prima ac ſedes prætoria. Deinde concedit Rex veniam omnium ante actorum, & Coſaccos in fidem & gratiam recipit: atque ii deinceps Regi & Reipublicæ obedientes erunt, Milites cæteri ſtipendiarii non imponentur præſidio aut hoſpitio iis civitatibus, in quibus Coſacci ſunt: neq; in iiſdem Judæi permittentur, Græcorum religio, Eccleſiæ & bona eorum permanebunt in eo ſtatu, in quo huc uſque fuerunt. Et Metropolita ſive Archiepiſcopus Kioviensis Græcæ Eccleſiæ additus, in comitiis regni ſeſſionem ac ſuffragium habebit In Palatinatibus Kioviensi, Braclavienſi, & Czernichovienſi conferet Rex omnes dignitates, & munia iis ſolis, qui religionem Ruſſorum profitentur. Denique, ut hæc omnia in proximis regni comitiis confirmentur, ad quæ reliqua diſſidia religionis, & nonnulla alia poſtulata remiſſa ſunt. Ita confirmata ad tempus pace Chmielnicius præſtito Regi juramento fidelitatis exercitum ſuum in Voliniam ulteriorem reduxit.

Res Venetorum & Turcarum in mari Ægeo.

Fama eſt, Coſaccis in id bellum multa Turcas auxilia promiſiſſe, ſed quo minus ſtarent promiſſis, ſeditione domeſtica & bello Veneto impeditos: Nam anno ſuperiore, cum interfeciſſent primo magnum Vezirium, dein Imperatorem ipſum, atque in locum ejus filium Mahomete ſex circiter annos natum ſubſtituiſſent, res eorum in maximis turbis verſabantur; atque eas augebat indies Sultana, primaria Imperatoris Turcici uxor, fæmina magni animi, atq; ingentium ſpirituum. Huc accedebant curæ belli Veneti, quod per id tempus infeliciter gerebatur. Cum enim Veneti toto prope anno fauces Helleſpontiacas obſiderent, atque ibi vicinum omne mare infeſtum redderent, ut omnis prope aditus exituſque in Ægeum pelagus navigiis Turcicis præcluderetur; Turcæ, ut vires hoſtium diſtraherent; evocarunt

claſ-

claſſem Africanam, quam anno ſuperiore maximis ſumptibus inſtruxerant. Cujus adventu nunciato, Veneti, relicto apud Helleſpontum Jacobo de Riva, cum aliquot navium præſidio Africanæ claſſi in occurſum properarunt: quorum diſceſſu cognito, claſſis Conſtantinopolitana, quæ circum vallata in faucibus Helleſponti hæſerat, ventum ſecundum nacta, non animadvertentibus Venetis, erupit, & Smirnam verſus vela fecit. Riva poſtridie, ubi diſceſſiſſe hoſtium claſſem intellexit, inſequi eam inſtituit; ac primum apud inſulam Scio; deinde circa Eubœam fruſtra inveſtigans, demũ haud procul Smirna urbe in portu Foggiano deprehendit; diſtat is portus Smir. â duobus paſſuum millibus; atque ibi ſe Rhodiorum aliquot triremes, & ſeptem naves Africanæ conjunxerant. Explorata hoſtium ſtatione, Riva in ipſo aditu portus aciem inſtruxit, atque ex omnibus navigiis ſuis in claſſem Turcarum fulminavit: quinque naves eo impetu in profundum demerſæ ſunt. Inter hæc autem una longe maxima reliquarum, quæ magnam vim pulveris nitrati, & globorum pyrobolarium vehebat, ignem concepit. Quod animadvertens nauta Venetus, contempto mortis periculo, una cum Centurione navali Jacobo Santorinio deſiluit in mare; & ardenti navigio per ignem & aquam adnatans anchorarios funes aſcia interſcindit. Illis ſine incommodo renatantibus ad ſuos, navigium vento ac flammis impulſum in claſſem Turcarum fertur, & proxima quæque navigia eodem incendio involuit. Ea clade tota pene Turcarum claſſis deleta eſt, magna cum ſtrage vectorum, quos aut violentia ignis aut dum illum fugiunt, aqua abſumpſit; pauci natando in propinquum littus evaſere. Turcæ damnum illud ad vicies centena millia aureorum æſtimarunt. Porro Reſpublica Veneta, actis per omnia templa Deo ſolemnibus gratiis, ſex millia aureorum inter pauperes diſtribuit: Præfectum vero claſſis Jacobum de Riva, & imprimis 1649.

1649. Sanctorinium, cum alios navarchos pro ſuo quemque merito inſignibus donis honoravit.

Mors Epiſcopi Ratiſponenſis. Obiit per idē tempus Albertus ex proſapia Dominorū de Doring Epiſc. Ratiſponenſis anno ætatis ſeptuageſimo primo, quorum triginta ſex in ea dignitate inter multas moleſtias & varios caſus cū laude explevit. Alberto ſucceſſit Franciſcus Guilielmus Epiſcopus Oſnabrugenſis. In Hollandia novæ Anglicanæ Reipublicæ Legatus D. Iſaac Dorislaer paulò

Cædes Legati Anglicani. poſt, quam Hagam advenerat, à ſex larvatis in hoſpitio ſuo interfectus eſt; fuit ille ex iis, qui Regem Carolum ad mortem damnarunt. Percuſſores tamen ipſius, etſi acriter inquiſitum fuerit, deprehendi non potuere. Nunc ad annum quinquageſimum progredior.

1650. Sub ejus initium filia Cæſaris Maria Anna, ſponſa

Sponſa Hiſpanica ingreſſus Madritanus. Hiſpanica Madritum triumphali apparatu ingreſſa eſt: hæc anno ſuperiore Regi Hiſpaniarum Viennæ deſponſata, feliciter tandem confecto itinere in Hiſpaniam appulit; magna ubique pompa, præcipue in ditionibus Hiſpanicis excepta. Sed reliquorum omnium magnificentiam facile vicit majeſtas aulæ Hiſpanicæ; quippe ubi Rex ipſe præſens aderat: igitur ubi dies ingreſſui deſtinatus illuxerat, omnes plateæ, quæ ad palatium regium ducebant, aureo ac ſerico panno exornatæ, intertextis ubique gemmis fulgere conſpiciebantur. Ad introitum ac capita platearum erectæ erant quatuor magnæ, & quadraginta minores Pyramides, ex quibus quatuor arcus triumphales pendebant, inſigni opere ac magno artificio conſtructi; æſtimatum hoc opus ſexaginta quatuor millibus aureorum. Sponſam præcedebant Magnates Hiſpanici, ac tota fere aula, quam Rex obviam miſerat, omnes auro argentoque fulgidi: poſt hos ſponſa regia inter principes matronas, & pulcherrimum chorum illuſtrium virginum ſublimis ac generoſo equo vehebatur; ejus latera ſtipabant duo currus exquiſitiſſimis Muſicis & Comœdis referti

ti

..., quos bini leones ac totidem aquilæ trahebant. Hi omni linguarũ ac carminũ genere ſponſæ laudes & felix epithalamium canebant. Hoc comitatu deductam Rex cum filia in aditu palatii amantisſime excepit; inde dies aliquot nuptialibus epulis traducti. Longe alia facies per idem tempus in Aula Gallicã fuit, quam inteſtini diſſidii labes, & magnarum diſcordiarum ſemina in magnum aliquando malũ erupturã invaſerant. Cum enim Rex adhuc ſub matris tutela degeret, atque illa in gubernatione regni externorum conſiliis plurimum uteretur, indigenarum, ut fit, facile odium in ſe concitavit, quod eo uſque proceſſit, ut tres Principes regii ſanguinis, duo Condæi fratres, & Dux Longevillanus, cum inimicitias apertius, quam fas eſt, apud Magnates præferrent, juſſu Regis ac Reginæ in cuſtodiam dati ſint. Ea res magnas turbas concivit propter clientelas & copiam amicorum, quibus illi Principes per univerſum regnum abundabant. Accedebat, quod Condæus multis magniſque victoriis remGallicam ſtabiliviſſet; & Longevillanus ante biennium pacem Germanicam, tam utilibus pro Gallia conditionibus promoviſſent ut propterea non carcere, ſed præmio digni viderentur. Sed Regina enumeratis, quæ in eos liberaliter contuliſſet, cauſam cuſtodiæ edito in vulgus ſcripto publicavit, cuius ſumma hæc fuit; Regis & Reipublicæ intereſſe, ut in acta Principum diligentius inquireretur. Nunciata Principum captivitate, multi qui partes eorum tuebantur, aulam deſeruere. Inter quos Comes Turenius cum parte exercitus ad Archiducem Leopoldum conceſſit, poſtquam Stenaviam atq; alia nonnulla loca in fide Principum confirmaſſet. Vulgo captivitatis hujus author habebatur Iulius Mazarinus Cardinalis, qui initio Februarii cum Rege & Regina in Normanniam profectus, atque ibidem Rhotomagi exquiſito apparatu exceptus, provinciam illam in fide & obſequio retinuit. Inde in Burgundiam contendens, aliquod ibi oppida atque arces, quæ Principum

1650.

Vrbæ inteſtinæ in Gallia.

1650. partes pertinacius tuebantur, vi atque armis ad offi-cium compulit. Burdegala quoque acerrime reſiſtebat: nam eo Uxor Condæi cum filio Duce Anguienſi clam profugiens, miſerationem apud Parlamentum ac cives commoverat; itaque illa in defenſionem accepta arma capiunt. Erat in urbe Dux Bullionenſis & præſidium quatuor fere millium, contra quos Cardinalis & Mareſchallus Melerajus cum exercitu progreſſi, tranſito Garumna fluvio, ſuburbium à S. Severino dictum, vi capiunt: ſed ex eo iterum majore oppidanorum vi expulſi, poſitis prope urbem caſtris, conſiſtunt. Tandem inter continuas velitationes, interventu Parlamenti Pariſienſis, res in has conditiones componitur. Primum data *Burdegalenſibus* venia anteactorum, dein præfectura ejus provinciæ non Duci Eſpernonio, ſed fratri Regis unico Duci Andegavenſi, atque ipſius Legato Mareſchallo Schumborgio, aut Marchioni Lucano attributa. Principi Condææ & Duci Bullionenſi permiſſum, ut illa cum filio Neracum; hic cum uxore & filiabus ex Pariſienſi cuſtodia dimittendis, Turennium in ſecuritatem concederent. Duci Bullionenſi pro jure, quod in Sedanum prætendit, numerabuntur duodecies centena millia librarum, quæque cum ipſo vivente Rege Ludovico XIII. acta & conventa ſunt, ad exitum deducentur. Burdegalenſes arcem regiam nuper deſtructam non tenebuntur reficere. Provincia Gaſconia & civitas Burdegala toto ſexennio ab omni tributo regio in compenſationem damni hoc bello illati liberabitur. Utque hæc conventa firmiter obſerventur, Parlamentum Pariſienſe & Dux Bullionenſis promittent & cavebunt. His peractis Rex & Regina menſe Octobri Burdegalam ingreſſi regia pompa & magnificentia excepti ſunt.

Res Germanicæ. Conventus Norim. Dum hæc in Galliâ fiunt, Norimbergæ omnibus, quæ ad pacificationis Germanicæ conſummationem pertinebant, peractis, conventus ille diſſolutus eſt. Porro antequam Legati diſcederent, exquiſitiſſimis epu-

ſpatiis & non alias uſitato triumphalium igniũ apparatu felicem pacificationis exitum celebravere: reſtituta ſimul loca, & pecuniæ ex pacto numeratæ. Ita tandem aliquando poſt triginta annorum graviſſimum bellum pax poſtliminio reducta eſt, quæ ut nationi Germaniæ felix & diuturna ſit, faxit is, à quo omne bonum procedit, Deus optimus Maximus. Quid in hoc conventu decretum ſit, poſt inſtrumenta pacis lector reperiet. 1650. *bergenſis diſſolutio*

Carolus Guſtavus Comes Palatinus, qui conventui Norimbergenſi præſens interfuerat, eo diſſoluto, in Sueciam profectus eſt, ad coronationem regiã, quæ Stockholmiæ in adventum ipſius apparabatur. Venit ille in Sueciam ſub finem Septembris, & menſe inſequenti coronatio Reginæ ab Archiepiſcopo Upſalienſi in generali conventu Ordinum totius regni magna ſolennitate peracta eſt. Poſt hæc Proceres de Republica deliberarunt; imprimis vero actũ de matrimonio Reginæ, in cuius ſpem jam diu deſtinabatur Carolus Guſtavus Palatinus. Sed Regina cælibatum matrimonio prætulit, atque id palam apud Ordines ſolenni conteſtatione profeſſa eſt. Iſta Palatino communibus Procerum ſuffragiis principatus Sueciæ hæreditarius, & ſucceſſio regni delata, factumque ſuper hac re decretum, cui Palatinus aſſenſitus, addita voluntatis ſuæ teſtificatione, quæ actis regni comitialibus inſerta eſt, in hanc fere ſententiam: Nos Carolus Guſtavus, Suecorum, Gothorum, & Wandalorum electus Princeps hæreditarius, Comes Palatinus Rheni, notum facimus; cum Reginæ Sueciæ Chriſtinæ, ejuſque regni Senatores atque Ordines, nobis & liberis noſtris maſculis Principatum & ſucceſſionem regni huius hæreditariam publico decreto contulerint, neceſſarium duximus, ſuper ea re animi noſtri ſententiã declarante, Primum gratias agimus Reginæ pro hoc & cæteris beneficiis, quæ nobis per omnem vitam liberaliter contulit. Illam pro Domina & Regina noſtra agno-

Res Suedicæ Coronatio Reginæ.

Car. Guſt. declaratur ſucceſſor regni.

1650. ſcimus, cujus ſit imperare; noſtrum autē parere & obſequi, atq; ideo illi omnē debitam fidē, obſervantiā atq; obedientiā promittimus. In gubernatione regni cum Regina nobis promiſerit, nihil ſe contra noſtram voluntatem, ac conditionem nobis mandaturam, promittimus viciſſim, nos vivente ac gubernante Regina, nihil eorum quæ ad publicam regni ſalutem pertinent, ut bellum pacem fædera atque alia ejuſmodi magni momenti & gubernationem concernentia, factaturos aut decreturos; niſi id fiat de voluntate & conſenſu Reginæ, & cum conſilio Senatorum regni. Idque ad præſcriptum & mandatum regiæ Majeſtatis. Porro ne regnum di[illegible]datur, neque nos neque liberi noſtri nunc aut deinceps quicquam ex eo poſtulabimus, ſed quod Regina atque ordines regni, nobis conjugiq; & liberis noſtris in dotem & ſuſtentationem ex facultatibus ærarii regii decreverint, eo contenti erimus. Bona vero privata, ſi qua nobis aut liberis noſtris obvenerint, ea poſſidebimus eo jure & libertate, qua cæteri Nobiles ſuis utuntur, atque ea, quæ illi titulo eorum præſtant, nos quoque & liberi noſtri præſtabimus. Si poſt obitum Reginæ nobis ditio aliqua extra regnum offeratur, eam non aliter acceptabimus, quam ne extra Sueciam ſedem ac domiclium transferre neceſſe ſit. Matrimonium cum inire decretum nobis fuerit, cum Regina & Senatoribus regni communicabimus, neque ejuſmodi inibimus, quod Reginæ aut regno officiat. Conjugem vero non ducemus, quam quæ immutatæ Confeſſionis Auguſtanæ ſit, atque in ea liberos quoque noſtros educabimus. Cum ad regni adminiſtrationem pervenerimus, illud ex regii ſenatûs conſilio juxta Jus Suedicum, & regni conſtitutiones gubernabimus. Omnes & ſingulos regni Ordines & ſubditos in exercititio & uſu Auguſtanæ confeſſionis tuebimur, prout illa in Upſalienſi conciliere cepta & confirmata eſt. Cuilibet ſuum jus, privilegia, libertates ſarta recta conſervabimus, ac ne cuiquam vis aut injuria inferatur, cavebimus. Reginam viduam Mari-

1650

Mariam Eleonoram amore omni & honore debito proſequemur, quæq; ipſi à filia Regina collata ſunt, permittemus & confirmabimus. Denique præſtabimus omnia, quæ in teſtamento Regis Guſtavi I. atque in unione hæreditaria ab hæreditariis *Principibus* pro ſalute regni exiguntur, quæque antecedentes Sueciæ Reges ex iuramento & obligatione præſtare obſtricti fuerunt, exceptis iis, quæ his comitiis immutata ſunt. Poſtremo hæc omnia quæ nos promiſimus præſtare parati ſumus; liberi quoque noſtri & hæredes deinceps promittent & præſtabunt. Hæc eſt declaratio Palatini, quæ vigeſima die Octobris regni Ordinibus exhibita actis comitialibus inſerta fuit. Conventus quoque poſt paucos dies diſſolutus eſt.

Compoſitio Trevirenſis.

Supra diximus de Electore Trevirenſi, quod ex captivitate Viennenſi redux cum Canonicis Metropolitanis & Ordinibus patriæ in grave diſſidium inciderit, quod eò uſque proceſſit, ut Canonici Treviros relinquere, & ſe Coloniam recipere debuerint, relicto ibidem uno alteroque, qui partes Principis ſequebantur. Elector, cùm abſentes edicto citaſſe neque illi comparerent excommunicat eos, Præbendiſque & dignitatibus ſuis ſpoliat. illi ſummi Pontificis ac Cæſaris opem implorant, cæteriſque Eccleſiaſticis Imperii *Principibus* cauſam ſuam commendant. Nihilominus pergit Elector, omniaq; ad arbitrium ſuum conſtituit; denique ex paucis, qui remanſerant, quoſque ipſe nominaverat, novis Canonicis coacto *Capitulo*, Coadjutorem ſibi eligi permittit *Philippum* Ludovicum Baronem de Reiffenbergh Ea electione improbata, cæteri Canonici adiuti aliquot copiis Cæſareis atque Hiſpanicis civitatem Treverenſem, & denique ipſam arcem, in qua erat Elector, capiunt, & Conſiliarios eius præcipuos in cuſtodiam abducunt. Cæterum ut majoribus malis occurreretur, placuit Cæſari & conventui Norimbergenſi, ut res ſine tumultu & turbis arbi-

1650. trio Imperii decideretur. Datum ergo negotium Moguntino & Colonienſi Electoribus, & deinde Epiſcopo Bambergenſi, qui re diligenter per Legatos ſuos examinata, tandem hoc anno vigeſima tertia menſis Auguſti ſic pronunciant: Primum, ut vigore pacificationis Monaſterienſis oblivioni traditis, quæ hactenus perperam ac violenter acta ſunt, benevolentia atque obſervantia inter Electorem, Canonicos atque Ordines patriæ renoventur. Ut reſtituantur omnes in eum ſtatum ; in quo, ante hos motus fuerunt, imprimis Elector, deinde Canonici, ac tum Ordines & ſtatus patriæ; ut decretum de nõ invocando aliena auxilia Calendis Aprilis proxime factum, confirmetur; ut Electori permittatur adminiſtratio atque imperium nunc & deinceps in Conſiliarios ſuos & Præfectos militares, ipſoſque milites & cæteros miniſtros, qui ſicut Electori, ita & Capitulo Metropolitano eodem plane juramento fidelitatis obſtricti erunt: ut omnes qui occaſione horum motuum profugerunt, in priſtinum locum & honorem reponantur, & captivi ex cuſtodia dimittantur, comprimis autem duo Electorales miniſtri Procancellarius Graſs, & Conſiliarius Moelbaum jam è cuſtodia liberati, ſi in muniis ſuis permanſuri ſunt; ut tam Electori quam Capitulo, ſicut alii miniſtri de fide & obſequio caveant: ut electio Philippi Ludovici Baronis de Reiffenberg in Coadjutorem, utpote paci Monaſterienſi, conſtitutionibus Imperii & ſtatutis provincialibus contraria, item collatio Præpoſituræ Metropolitanæ, omniaque inde dependentia, vana atque irrita ſint; & ipſe Reiffenbergius titulo & prætenſione Coadjutoriæ deinceps abſtineat, ſub pæna violatæ pacis, impoſito illi deſuper ſilentio perpetuo. Ut Capitulo relinquatur jus vetus eligendi tam Archiepiſcopum quam Coadjutorem & Præpoſitum, ſicut & conferendi cæteras præbendas & dignitates. Ut aboleantur introductæ novationes, injuriæ, violentiæ, atque inter hæc

cum-

cum primis Satrapæ, Zellenſis Philippi Jacobi de Waltech poſtrema captivitas, & expreſſa lyeri obligatio. Ut norma & regula Electoralis obligationis ſit Capitulatio Archiepiſcopalis, cujus vigore Elector teneatur, in gravibus negotiis, quæ cum patriæ periculo conjuncta ſint, cum Capitulo Metropolitano communicare, & ſine ejus conſilio in hujusmodi rebus nihil ſtatuere aut attentare. Ut reducatur forma vetus judiciorum aulicorum, præſertim Confluentini & Trevirenſis, remotis atque abolitis noviſſimè contra morem patriæ introductis commiſſionibus, Parlamentis, atque aliis hujuſmodi ex quibus magna judiciorum, ac Juriſdictionum confuſio exorta eſt. Ut reſtituantur Capitulo Metropolitano, eiuſque collegis prælaturæ, dignitates præbendæ, decimæ, penſiones, cæterique proventus, imprimis pagi in Satrapia Grimburgh, Domus & Satrapia Hunolſtein, communitas Meitzigh & Sahrgavv, quæ ad Archidiæceſin ſpectantia Elector ſine libero Capituli conſenſu ad fidei commiſſum Sotericum tranſtulit. Ut reſtituantur in bona, præbendas & mobilia Joannes Wilhelmus Huſman ex Namiedeii, Præpoſitus, Hugo Fridericus ab Eltz ſupremus Choriepiſcopus, Wolfgangus Fridericus à Koppenſtein, Archidiaconus, Emmericus à Metternich, Scholaſticus; & domini à Leiien. Ut in futuris contributionibus Imperialibus, Provincialibus & Cameralibus permittentibus Ordinibus patriæ ſui conventus, & libera in iis ſuffragia, ac conſuetæ diſpoſitiones circa modum, & formam tributa colligendi, denique in iiſdem conventibus decernendi & dirigendi juxta morem & privilegia Ordinibus conceſſa, ſalvo jure ſupremo Principis, ut inter diſſidentes ipſe authoritatem & judicium ſuum interponat. Ut nova vectigalia, vino, frumento cæteriſq; commerciis impoſita, & extraordinaria miniſteria tollantur, atque in eo ſubditis parcatur. Ne numerus Judæorum contra preſcriptum ordinem augeatur, 1650.

 rece-

1650. receptis autem ius & iuſtitia, quemadmodum Chri-
ſtianis ſine differentia adminiſtretur. Ut munimenta in civitate Trevirenſi, & Berncaſſel ſine conſenſu Capituli exſtructa diruantur in hunc uſum adhibita ædificia publica, viæ, atque horti antiquis poſſeſſoribus reſtituantur. Denique ut quibuscunque per hos motus vis atque injuria illata eſt, quorum nonnulli in inſtrumento huius pacificationis nominantur, ij omnes in priſtinum locum & poſſeſſiones antiquas reponantur ſine dolo & fraude. His ita conſtitutis pax inter Electorem, Capitulum, atque Ordines patriæ confirmata eſt. Poſthæc Canonici Metropolitani ad novi Coadiutoris Electionem proceſſerunt, vicitque multitudine ſuffragiorum Carolus Caſparus à Leyen, omnibus animi donis ad eam dignitatem commendatus, & biennio poſt mortuo Electori ſurrogatus.

Coadiutor. Trevirenſ. eligitur.

1650

HISTORIARUM NOSTRI TEMPORIS

Authore

ADOLPHO BRACHELIO,

LIBER OCTAVUS.

Complectens geſta Annorum 1650. 1651. 1652.

SUMMARIUM

IVbilæum Mor. Ferdinandi Archiepiſcopi Colon. cui ſuccedit Maximilianus Henricus. Matrimonia diverſorum & ipſius Cæſaris. Motus Brandeburgico Neoburgici Res Anglicæ, Gallicæ, Polonicæ, clades Regis Scotiæ capitalis Mors Annæ Catharinæ, Conſtantiæ Principis Poloniæ, Maximiliani Electoris Bavariæ & aliorum Prima liturgia Archiepiſcopi Colonienſis. Profeſſio fidei Erneſti Landgravii Haſſiæ. Res turbatæ in Galliâ, Polonia, & Belgio confœderato.

ROmæ hoc anno milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſolennitas Iubilæi ex omnibus orbis terræ provinciis magno concurſu celebrata eſt. Inchoavit eã celebritatem de more pridie natalis Chriſti Summus Pontifex, apertâ portâ Baſil. D. Petri, quæ propter hoc aurea vocatur: & olim quidem ſingulis ſæculis, poſtea anno quinquageſimo, nunc vero propter brevitatem vitæ humanæ anno quinto & vigeſimo, venerabili ritu in magno Cardinalium, Prin-

1656. Principum atque Oratorum numero aperitur. Præmittit autem Pontifex in omnes mundi partes diplomata, quibus fideles Chriſtiani ad ſalutandam Principem Eccleſiam, cæterarum omnium matrem ac magiſtram benigne invitantur, atque ut id majore alacritate fiat, plenam peccatorum condonationem, id iter ſuſcipientibus, ad deſignatas per urbem Eccleſias ſtatis diebus viſitantibus concedit. Itaque annus ille religioſis Catholicorum peregrinationibus plurimum celebratur. Enituitque imprimis Cardinalium ac cæterorum Italiæ Principum eximia erga peregrinos liberalitas ac benevolentia. Et quamquam inter Reges Hiſpaniæ Galliæque bellum magnis viribus agitaretur, tamen Pontifex Principesq; providerant, ut tutum ac commodum iter proficiſcentibus præſtaretur. Publicatum eſt eodem anno diploma Pontificis, quo damnat pacificationem Germanicam has ob cauſas præcipue, quod in eâ pace multæ Eccleſiæ, earumq; bona perpetuo concedantur Acatholicis, quodque inſtitutus ſit Electoratus octavus in favorem Caroli Ludovici Comitis Palatini, cujus inſtitutio, quemadmodum & diſpoſitio bonorum Eccleſiæ ſine conſenſu Summi Pontificis fieri non poſſit, neque debeat, &c.

Pontifex contradicit pacificationi Monaſt.

Mors Ferd. Elector. Colon.

Eodem anno Ferdinandus Elector Colonienſis decimâ tert à Septembris diem extremum clauſit, Arnſpergæ in Weſtphaliâ, quo ſe paulo ante recreationis cauſa contulerat Princeps omnium virtutum, imprimis vero pietatis beneficentiæ ac continentiæ laude cumulatiſſimus. Natus eſt Anno 1577. ex Wilhelmo Duce Bavariæ, & Renata Francisci I. Ducis Lotharing. filiâ; ad Electoratum dein & Eccleſiam Colonienſem Anno 1612. poſt mortem Erneſti patrui admotus eſt; quam unâ cum quatuor Epiſcopatibus, Leodienſi, Monaſterienſi, Hildeſienſi, & Paderbornenſi per annos fere octo & triginta, in graviſſimo illo Germanico bello conſtantiſſime gubernavit. Succeſſit Ferdinando patruo ex fratre Alberto Nepos Maximilianus jam pridem Coadjutor

in

in tres Eccleſias Colonienſem, Leodienſem, & Hildeſienſem. Qui patrui funere Arnſperga Coloniam adducto, & exequiis in Baſilicâ Metropolitanâ ſolenniter peractis, poſtridie (26. Octobr.) in frequentiſſimo Ordinum Patriæ conventu veteri ritu inauguratus eſt. Monaſterii ſuffragiis Capitularium & omnium nobilium Statuum applauſu in Epiſcopum ejuſdem Eccleſiæ evectus Chriſtophorus Bernardus ex Baronibus de Gahlen, Paderbornæ vero Theodorus Adolphus von der Reck uterque ſolemnibus Ceremoniis inaugurati ſunt. 1650. *Introniſatio Max. Henr. Elet Colon Monaſt. Paderb.*

In Scotia, Carolus I Regis Caroli interfecti filius ad capeſſendum regnum, ut ſupra diximus evocatus initia eius haud ſane læta habuit. Primum enim internis Procerum ac vulgi diſſentionibus conflictatus, ab Anglis quoque gravem cladem accepit. Illi quippe delectis ſtatuis Jacobi avi ipſius, & Caroli parentis, quæ Londini in propylæo templi S. Pauli apprime eleganter & magnifice ſculptæ viſebantur affectiſque ſupplicio qui Novæ Reipublicæ adverſari credebantur, aut in exilium pulſis, non modo ſpẽ illi omnem ad regni aditum intercluſerant ſed etiam vi atque ope quantum maximâ poterant perſequebantur. Poſtquam igitur auditum eſt, eum in Scotiam adveniſſe: miſſus eſt adverſus Scotos Oliverius Cromvellus cum exercitu 20 millium, qui menſe Auguſto luſtratis copiis apud Muſſulburgum conſedit, haud procul à Scotis qui inter Edenburgum & Letthan, ſub præfecturâ Davidis Leslæi caſtra ceperant. Cum aliquam diu mutuus utroſque metus continuiſſet, primi Scoti morarum impatientes majore animo quàm viribus Anglos invadunt, medio fere ſpacio inter Hadingroniam & caſtrum Dunbar, quem locum explicandæ aciei, audito Scotorum adventu, Cromvellus præceperat. *Res Anglicana & Scotia.*

Magno hæc Scotis audacia ſtetit: nam pulſi fugatique memorabili clade, amiſſis impedimentis, atque omni bellico apparatu, captâ peditum magnâ parte pauci, qui evaſerant, Sterlinum profugerunt. Cromvellus

1650. vellus inſigni victoriâ potitus omnes mox copias Sterlino admovit, ratus in eâ perturbatione ſibi rebus gerendis tempus idoneum fore. Ubi ad ſuſtinendam vim obſtinatos cognovit, omiſſâ difficili obſidione, reductoque exercitu, Leitham atque Edenburgum per deditionem cepit. Hæc eſt metropolis Scotiæ, in qua Reges commorari ut plurimum ſolent, atque adeo infelici ſane Regis omine in Anglorum poteſtatem pervenit. Nihilominus Rex, qui interim Jonſtoniæ erat, reparatis, quantum licebat, viribus, initio anni inſequentis 11. Januarii, in ſolenni Procerum Scotiæ conventu, Schonæ, ubi Scotorum Reges coronari ſolent, regno inauguratur. Inter quas ceremonias è numero Procerum Robertus Duglaſſius Regi præparatâ oratione gratulatus, eundem ad ultionem paternæ necis ex ſententiâ omnium cohortatus eſt. Quibus peractis, Rex comitantibus Proceribus Schona Jonſtoniam deducente toto exercitu perrexit; ac dein reliquam hyemis partem ordinandis regni negociis; inſtaurandisque copiis cum conſilio procerum exegit.

Res Gallicæ. Galliam interea, quo minus Regi Angliæ auxilia ſubminiſtraret, inteſtina disſidia turbabant. Nam datis in cuſtodiam Principibus regii ſanguinis, ut ſupra dixi, duobus Condæis, & duce Longæuillano, Turenius rebus non fidens, cum ſuis copiis ad Archiducem Leopoldum VVilhelmum transgreſſus eſt, conjunctiſque cum eo viribus Capellam primo, dein Retelium vi occupat. Quibus valido præſidio firmatis, Caſtrum Procini, ubi commodus eſt Axonæ fluminis trajectus, invadit; ſuperatoque Axona in Campaniam progreſſus, Rhemos Campaniæ metropolim ad dandam pecuniam, & ſubminiſtrandam exercitui alimoniam metu adigit, cæſo interim apud oppidulum Fimauuſ Hoc quinquortio Peronæ Gubernatore, qui cum ſex legionibus in inſidiis collocatus, Marchionem Pleſſi-Praslæum, ut ſe cum eo conjungeret, præſtolabatur. Illa clade quinque vexilla,

ta, & ducentos equites Galli amiſere, præter trecentos fere, qui in poteſtatem Hiſpanorum pervenere. Hoc incommodo perterriti Galli, ſimul metu, ne Hiſpani Rhemos aut Catalaunum aut aliam validam urbem peterent, copias omnes campo eductas in urbes hoſti proximas præſidio imponunt. Ita Marchio de la Ferte ſuburbium Rhemorum cum aliquot millibus concedit; Mareſcallus *Pleſſi Praſ*læus Feram, generalis Legatus Roſa Laudunũ, Hocquinquourtius ad *S.* Quintinum, & Mareſcallus Villaquierius Atrebatum, alii alio concedunt. Captivi quoque Principes in ſecuriorem cuſtodiam, & theſaurus regius Pariſiis ad S. Dionyſium in tutum comportatus eſt. Inter hæc Archidux Leopoldus miſit Pariſios tibicinem cum literis ad Ducem Aurelianenſem patruum Regis de pace, quibus in Parlamento palàm perlectis, Aurelianenſis poſtridie cũ reſponſo Baronem Venderonium ad Archiducem remittit, quique de tempore, loco, & perſonis ad hanc pacificationem aſſumendis ſententiam Archiducis cognoſceret. Ille audito Venderonio, ſummopere gauiſus, placere ſibi oſtendit, ut locus inter Rhemos & Rethelium medius deligatur, quò ipſe & Aurelianenſis ambo in perſonâ conveniant, ac de pace vel induciis colloquantur: ad id renunciandum Gabriel Toletanus una cum Venderonio Pariſios mittitur. Re ad concilium relatâ, cum Galli locum alium mallent, decretum, ut Nuncius Apoſtolicus, atque Orator Venetus rogarentur, qui una cum Comite Memmio ad Archiducem profecti cum eo agerent de loco tractatuum, à caſtris Hiſpanicis remotiore, ac ſimul exquirerent, quid, quantumque poteſtatis Archidux à Rege Hiſpaniæ haberet, de pace cum iis componendâ. Omnium ergo animis in ſpem novæ pacificationis erectis, cum nihilominus hoſtilitas non ceſſaret, & tractationum præambula in lõgum producerentur, Archidux, ne tempus fruſtrà conſumeret, motis apud Fimam caſtris, ubi fere per

1650

1640. menſem ſubſtiterat, partem copiarum ad obſiden-dum Moſonium dimittit; quod eſt apud Moſam parvum quidem, ſed permunitum oppidum ipſe cum reliquo exercitu apud vicum Vendii juxta Axonam flumen conſedit. Moſonium à Carolo V. olim, & deinceps ab aliis irrito hactenus eventu tentatum, ſumma fortitudine oppugnantibus reſtitit; donec Archidux miſſo Comite Fonſaldania cum quinque millibus animos ac vim obſidentiū augeret: igitur menſe Novembri in poteſtatem Hiſpanorum conceſſit. Præſidiariis permiſſum, ut more militari explicatis vexillis, cum omnibus impedimentis ac duobus tormentis è tradito oppido excederent. Poſt Moſonium Donchery quoque uno infra Sedanum milliari, Hiſpanis ceſſit. Archidux igitur, omnibus idonea præſidio firmatis, reliquo exercitu in hyberna diſpoſito, Antverpiam ſub finem menſis Novembris rediit, re bene feliciterque geſtâ, Actiſque Deo ſolemniter gratiis nomine Regis Hiſpaniarum, initio menſis Decembris Marchioem Sfondratum, Comites Buquoium, & Schwartzenburgicū, Equites aurei velleris creavit, conſuetis ceremoniis, præſentibus, ex ordine Collegiis aliis duodecim. Dum hæc in Campaniâ & Picardiâ ab Archiduce geruntur, Rex Galliæ cum Cardinale Mazarino re apud Burdigalam compoſitâ, ut ſupra dictū eſt, Pariſios revertit. Et quanquā ceptâ jam hyeme tempus erat rebus gerendis haud ſane idoneum; tamen recuperandi Retelli ſpes & cura inceſſit. Collectis igitur copiis & numeratâ parte ſtipendiorum, eò Cardinalis cum præcipuis Ducibus mittitur. Neque res caruit ſucceſſu: urbs opinione celerius recepta; & Mareſcallus Turenius, qui cum undecim millibus Hiſpanicis & Lotharingicis copiis auxilio venerat, fuſus fugatuſque. Captus in ea pugnâ Gubernator Moſonii Stephanus de Gamarra, Legatus generalis, & Comes de Lanau equitatui Germanico præfectus. Cecidere è præcipuis Philippus, ex Comitibus Palatinus, Electoris Heidelbergenſis frater, qui legioni equitum Lotharingicorum præfuit: è

Gallis verò Vicecomes Corvallius, & Chiliarcha Pleſſæus, Mareſcalli Pleſſæi filius. Impedimenta Turenii omnia in poteſtatem victorum pervenêre, & ſigna militaria fere quadraginta, quæ Pariſiis in Baſilicâ D. Virginis in victoriæ monumentum ſuſpenſa ſunt, Per idem tempus Hiſpani de Gallis in Italiâ & Cataloniâ quoq; triumpharunt: hic Marchio Mortara, recuperatis diverſis Cataloniæ locis, menſe Octobri Tortoſam validam urbem ad Hebrum cum omnibus copiis circumſedit; qua ad initium Decembris productâ, cùm nulla ſubſidii ſpes obſeſſis affulgeret, fugatis à Duce Albuquercio quinque navibus Gallorum auxiliariis, urbs in fidem ac poteſtatē Hiſpanorum rediit. At in Italiâ, vel potius appoſito Italiæ Thyrreno mari, Ioannes Auſtriacus cum Comite Ognate Prorege Neapolitano, Portum Longum, qui eſt in Elbâ inſula, è regione Plumbini, duobus fere milliaribus à continenti abjunctus, difficili ac laborioſâ obſidione à Gallis recepit. Reperta ibidem magna annonæ vis atq; omnis generis apparatuum militarium, qui in biennium fere obſidionem toleraturis ſufficere potuiſſent. Igitur actis Deo gratiis, ex portu omnibus neceſſariis proviſo, diviſis inter ſe navibus Auſtriacus Panormum in Siciliam, Prorex Neapolim rediit: ibi militibus, quorum fere decem millia aut ferro hoſtium, aut æſtu ac ortâ inde contagione interiêre dies ac ſtipendium data. 650.

Sub finem Novembris duo Electorales Saxoniæ Principes Chriſtianus & Mauritius, filii Elect. matrimonio conjuncti ſunt, cum duabus itidem ſororibus Chriſtianâ, & Sophiâ Hedvvige, Ducibus Schleſvici & Holſatiæ. Eæ nuptiæ Dreſdæ in Saxoniâ per multos dies magnâ pompâ peractæ ſunt: menſe inſequenti Auguſtæ Taurinorum Pedemontio Ducis Sabaudiæ filia Adelheidis, Ferdinando Mariæ filio Electoris Bavariæ natu majori deſponſata eſt, internuncio Maximiliano Comite Curtio, qui ſplendidiſſimo comitatu illuc Monachio profectus, ceremo- *Matrimonia diverſorum.*

 niis

50. nis deſponſationis nomine Electoralis Principis præfuit, eodem anno Lodovicus ſextus Landgravius Haſſiæ Darmſtattanus, in matrimonium accepit Gottorpii in Holſatiâ Mariam Eliſabetham Friderici Ducis Holſatiæ & Schleſuici filiam; menſe Octobri Chriſtina Sueciæ Regina in ſolenni Ordinum regni conventu Stocholmiæ ab Archiepiſcopo Upſalienſi coronata eſt. Obiere eodē anno Wilhelmus Princeps Orangius, relicta gravidâ viduâ, quæ octiduo poſt filium enixa eſt Wilhelmum Henricum; in Polonia magnus regni Cancellarius Chriſtophorus Oſſolinsky undecim annos ea dignitatē cum laude functus, Pariſiis Dux Angoliſmenſis Caroli noni Regis Galliarum filius, anno ætatis ſuæ octogeſimo octavo: & Princ. Condæa, mater Principū captivorum: & Claudius Memmius Comes de Avaux, nuper ad pacem Monaſterienſem, ac aliàs ad varios Europæ Principes, regni Galliæ Legatus,

Mors variorum.

1651. Ad initiū anni milleſimi, ſexcenteſimi, quinquageſimi primi, Cæſar Ferdinandus matrimoniū cum Eleonorâ Duce Mantuanâ; quod ſub finem anni ſuperioris publicatum Viennæ fuerat, contraxit, miſſo Ioanne Maximiliano Comite de Lamberg, qui ſponſam Imperatoriam ex Italia in Germaniam deduceret. Cæſar adventanti obviam profectus, apud Neukirchium excepit; inde eodem adhuc die ſub veſperam Neoſtadium progreſſi, poſtridie conſuetis Eccleſiæ ceremoniis, & ſacris precationibus ab Epiſcopo Viennenſi conjuncti ſunt: fuit hæc dies ultima Aprilis, & Dominica quarta poſt Paſcha. Triduo dein nuptialibus hilaritatibus exacto, Cæſar cum nova Conjuge Viennam reverſus, ſolenni ibidem pompâ totâ aulâ, & præſentibus variorum Europæ Principum Oratoribus, ac Ordinibus provinciarum exceptus eſt. Omnibus Viennæ peractis, Palatinus Neoburgicus Wolfgangus Wilhelmus, ad tertium quoque matrimonium exemplo Cæſaris progreſſus eſt; ductâ in conjugem Franciſcâ Mariâ Egonis Comitis Furſtenbergi filiâ: cui VII. Idus Maii ad vicum

Matrimonium Cæſaris.

Et Palatini Neoburgici

Dor-

Dormagen obviam profectus, poſt aliquot horarũ colloquium eodem veſperi cum novâ ſponſa Duſſeldorpium rediit. 1651.

Cæterum menſe inſequenti, pacatâ jam omni Germaniâ, & in nuptiales hilaritates effuſis Principum aulis animiſque; cum ocio & quieti Germaniæ nupera pacificatione ſatis proviſum putaretur, repente novi belli initium ab Electore Brandeburgico, in ditionem Montenſem hoſtiliter ingreſſo, coortũ eſt. Quod, quia ſubito extitit, ac deinde mox compoſitum, variis hominum ſermonibus celebratum fuit, paulo altius, ex iis quæ palam literis edita ſunt, pro inſtituti mei brevitate repetendum duxi. Guilielmus Dux Iuliæ, Cliviæ, & Montium, Comes Marchiæ & Ravenſpergæ, cùm anno 1546. Ratiſponæ in matrimonium duxiſſet Mariam Ferdinandi I. Cæſaris filiam, duo à Carolo V. Cæſare privilegia impetravit, quæ & deinceps à ſucceſſoribus confirmata ſunt. Primum ut, ſi dux Guilielmus ex Mariâ conjuge nullos hæredes maſculos ſuſciperet, aut [illegible] ſine hæredibus maſculis ex hac vita excederent, omne jus ditionum ac provinciarum ad filias ex Guilielmo & Maria genitas, devolveretur; aut ſi nulla earum ſuperſtes eſſet, ad earundem legitimos maſculos hæredes. Deinde, ut dictæ ditiones omnes, apud unum tantum univerſalem dominum ac ſucceſſorem indiviſæ permanerent, more apud Principes Germaniæ, & pleroſque externeos ad firmandum potentiæ robur hactenus, obſervato.

Bellum Brandeburgicum

Ius ſucceſſionis, unde petendum.

Dux igitur Guilielmus ex hoc matrimonio duos filios & quatuor filias ſuſcepit. Filiorum natu major Carolus Fridericus maximæ ſpei Princeps, Anno 1577 in ipſo ætatis flore Romæ ante patrem extinctus eſt. Alter filius Ioannes Wilhelmus, patri Guilielmo Anno 1592. defuncto in ditionibus paternis ſucceſſit. Cum autem eſſet, infirma plerumque valetudine, nullos liberos genuit ex utroque matrimonio, quod illi primum cum Jacoba Badenſi, deinde Antonia Lotharinga fuit: atque ita anno hujus ſæ-

Duo filii Ducis Guilielmi.
I.
II.

1651. culi nono defunctus, ditiones ſuas variis Princi-pibus appetendas reliquit; ſed vi privilegii Cæſarei hæreditas earum ad ſorores ipſius, & filias Guilielmi ſpectabat, Harum prima ac natu maxima fuit Maria

4. *Filiæ:* I. Eleonora Alberto Frid. Duci Boruſſiæ in matrimonium elocata, quæ obiit Anno 1608. ante fratrem Ioannem Guilielmum, neque ullos hæredes maſculos reliquit, ſed tantum unicam filiam Annam, quæ poſtea nupſit Ioanni Sigiſmundo Elect. Friderici Wilhelmi: atq; hinc jus ſuũ in has provincias derivant Brandeburgici. Altera ſororum ac natu ſecunda fuit Anna

II. in matrimonium data Philippo Ludovico Comiti Palatino, quæ fratris funeri ſuperſtes, & hærede maſculo Wolfgango Wilhelmo ornata, proxima omnium ad has ditiones videbatur. Tertia fuit Mag-

III. dalena nuptui data Ioanni Bipontino, ex quo etiam

IV. filios & hæredes maſculos ſuſcepit. Quarta fuit Sibilla nupta Carolo Marchioni Burgoviæ, cujus jura Palatinus Neoburgicus ad ſe certis pactionibus tranſtulit. Igitur, ut ad rem venias, cum Anno 160 Dux Ioannes Wilhelmus ſine liberis, ut ſupra memoravimus, è vitâ exceſſiſſet, aliis jus ſuum ſcripto aſſerentibus, Wolfgangus Wilhelmus Palatinus Neoburgicus nomine matris, Erneſtus Marchio Brandeburgicus nomine fratris Electoris Ioannis Sigiſmundi, eiuſque conjugis poſſionem vacantium provinciarum adierunt; inito pacto Træmoniæ ul-

Reverſales tima Maij, ut dictas provincias pariter administrarent, donec de jure cujuſque aut amicè conventum, aut diſceptatam judicio foret. Eodem tempore de religione, eiuſque exercitio Ordinibus patriæ binis

Quomodo cautum religioni. litteris, die 14. Iulii Dusburgi, & 21. Iul. Duſſeldorpii ita cautum & proviſum fuit; ut Romana Catholica, & aliæ Chriſtianæ religiones, ſicut paſſim per Imperium Romanum, ita in his provinciis, prout de facto in publico uſu & exercitio ſunt, ſic deinceps continuentur, permittantur & defendantur, nec quisquã in conſcientiã aut exercitio tum vigente turbetur

aut

ſit moleſtetur. Cum autem tum temporis ſolius 1651.
fere Catholicæ religionis exercitium publicum in
ſingulis ditionum locis eſſet, exceptis paucis, in quæ
ſub extrema tempora Ducis Guilielmi, ejuſque filii
contra juſſa Principum magiſtri novarum religio-
num irrepſerant, factum eſt, ut conniventia & æmu-
latione novorum Principum, quorum alter erat Re-
formatæ, alter Auguſtanæ Religionis, novi magiſtri
certatim contra pacta & promiſſa ſuperiora intro-
ducerentur. Poſtquam verò Palatinus Neoburgicus
relictâ Auguſtanâ Confeſſione, Catholicæ Roma-
næ Eccleſiæ veritatem agnovit, ejuſque fidem pub-
lice Anno 1614. Duſſeldorpii profeſſus eſt, ductâ in
matrimonium Magdalena Ducis Bavariæ filiâ, eo
etiam cæpit intendere, multoque quam antea dili-
gentius; ut, quod promiſſum conventumque initio
fuerat, Catholicæ religionis exercitium, in iis locis,
ubi antea fuiſſet, ſanctè obſervaretur, dimiſſis eje-
ctiſque, qui contra pacta hactenus introducti fue-
rant, aut deinceps irrepere conabantur. Atque id eò
magis, quod in pactis nuptialibus tam Boruſſicis quã
Neoburgicis, quibus Ducis Guilielmi filiæ elocatæ
ſunt, & unde jus ſuum utrique in has provincias de-
ducunt, expreſsè cautum & conventũ fuit; ut, ſi forte
harum [illegible] hæreditas ad ſupra memoratas fi-
lias perveniret, nihil in iis circa religionem innova-
retur, ſed ubique antiqua, & vera Catholica religio
ſine omni obſtaculo ſanctè coleretur, & retineretur.
At vero Brandeburgici contra exiſtimabant, non
obſtare pactis nuptialibus, nec ſponſioni Ordinibus
datæ, ſi aliarum etiam religionum, quæ in Imperio
uſitatæ ſint, cultores introducerentur, modo id ſine
damno atque injuriâ Catholicorum fieret, & illi in-
ter hos quietè & pacatè viverent; quin imo ita con-
ſuli tranquillitati non minus animorum & conſcien-
tiæ, quam patriæ & rei totius publicæ: cum indeco-
rum ſit, & à dignitate Principis alienum, nullum ei
in ſuis provinciis ſuæ religionis exercitium licere,
quæ ſola religio unica ſit, cujus paritas & concordia

Controverſia de ſenſu Reverſaliũ.

1651.

amorem illis & reverentiam ſubditorum concilie[t].
Hæc igitur ſententiarum diverſitas crevit inter *Prin*cipes poſſidentes, poſtquam provincias inter ſe partiti ſunt: quantum enim Brandenburgici pro uſu religionis promiſcuo ubique introducendo laborabant, tantum contra nitebatur *Palatinus*, ut unitatem & decus ſolius Catholicæ juxta pacta & conventa conſervaret. Hæc contentio eò uſque proceſſit; ut Status Ordinum Hollandiæ ſe immiſcerent, atque ad Neoburgicum à propoſito deterrendum per vicinarum urbium Rheinbercæ & Orſoye præſidia, parochos & religioſos, quotquot poterant, ex Ducatibus Montenſi & Iuliacenſi captivos abducerent, [illegible]que ex diuturnâ aliquot annorum cuſtodiâ detinerent, in qua etiam nonnulli mærore atque miſeria conſumpti ſunt, innoxii plane, extraque aleam & controverſiam poſiti: ex quo fiebat, ut, pleriſque Catholicis parochis metu diffugientibus, eorum ſubditi diu divini cultus exercitio carerent, multique interea infantes ſine baptiſmo, adulti, ſine confeſſionis & Eucharıſtiæ *S*acramentis, cum æternæ etiam ſalutis periculo ex hac vita diſcederent. Igitur Neoburgicus, ut ſe ſuoſque his difficultatibus expediret poſt miſſas ultro citroque literas & legationes, cum ſupremo Electoris Brandeburgici Camerario Burgſtorffio anno 1647. die octava Aprilis ſuper religione eiuſque exercitio ita Duſſeldorpii tranſegit: ut Eccleſiæ, eorumque bona, & proventus iis reſtituerentur, qui ea anno *1609*. poſſediſſent; exercitium vero religionis extra Eccleſias, tam publicum quam privatum ad illum modum haberetur, quo Anno *1612*. qualibet anni parte fuiſſet. Ea dein tranſactio ab Electore confirmata eſt; miſſique ab utroque *Prin*cipe deputati Dusburgum excutionem dictæ tranſactionis ordiuntur. Ceterum hic rurſum hæſit actio; quoniam Brandeburgici à promiſcuo religionis uſu nolebant recedere, inque vigore primorum Reverſalium, quibus neque vellent neque poſſent derogare.

Hollandi ſe immiſcent.

Nova tranſactio ſuper religione.

diſſipatur.

res cum contra Neoburgici contenderent, huic tranſactioni neceſſario inſiſtendum, quæ velut in temperamentum ac moderamen, aſſumpta eſſet dictorum Reverſalium, de quorum ſenſu hactenus inter Principes conveniri non potuiſſet: ita re infectâ diſceſſum eſt, Neoburgicus autem, cum haud multo poſt univerſalis Germaniæ pacificatio ad exitum deducta eſſet, quoniam particulares tranſactiones non procedebant, ad illius obſervantiam confugit, ac pro reſtituendâ religione, eiuſque exercitio aſſumpſit Annum .1624. in eius pacificationis inſtrumento generaliter præſcriptum, exemplo reliquorum Principum, qui illud jam paſſim per Imperium auſpicabantur. Inter hæc Elector Brandeburgicus hoc anno 1651. menſe Aprili cum Electore Saxoniæ paucos dies in arce Liechtenburgh collocutus, Cliviam profectus eſt, præmiſſis aliquot copiis, quas è præſidiis ſuis deduxerat, & aliis ſubſequi juſſis, quibus omnibus Ottonem Chriſtophorum Sparrium impoſuerat, eæ erant fere in univerſum quatuor millia. Cliviæ menſe Iunio die 15. nomine Electoris mandatum publicatum eſt, & mox aliquot locis in Ducatibus Montenſi ac Iuliacenſi affixum ad eorundem Ducatuum Ordines & inquilinos in hanc ſententiam. Primo ſignificabat Elector, venire ſe in has provincias, ut juxta pacta & promiſſa à majoribus ſuis inita, privilegia & libertatem earundem adverſus varias Palatini Neoburgici injurias in priſtinum locum & vigorẽ reſtitueret, atq; ad hoc uno ſibi atq; altero loco occupato opus eſſe, ubi pedẽ figeret. Qua re neminẽ debere id ſecus, quàm ipſe ſentiret, interpretari, cum ſui propoſiti ſit, nihil aliud quærere quã Dei gloriam, patriæ ſalutem, & Juſtitiam, quam omnibus & ſingulis ſine reſpectu religionis juxta fœdera & tranſactiones ſuperiorum annorum vellet impertiri. Deinde mandabat omnibus horum Ducatuum præfectis & inquilinis, ne deinceps ullas contributiones Palatino Neoburgico decernerent aut exſolverent, nullum ei ſubſidium conſilio vel

1651

Neoburgicus confugit ad pacificationem Monaſterienſem.

Elector Brandeburgicus cum copiis venit in Ducatum Clivenſem.

Eius edictum contra Neoburgicum.

1651. facto præſtarent, ſed ſe ſolum ſuoſque hæredes & ſucceſſores reſpicerent ac obſervarent. Ad extremum comminatus, ſi quis huic edicto obniti, aut Palatinũ Neoburgicum quovis modo juvare perſeveraverit; ſe eum ablatis omnibus privilegiis pro hoſte ac rebelli habiturum. Hoc edicto, ut diximus, evulgato, miles Electoris eodem die arcem Angermondam hoſtili incurſione, multoque pyrobolariũ globorum injectu vi aggreſſus eſt, cæſis primo impetu aliquot civibus & inquilinis, deinde cum arx fortius quam ipſi ſperaverant, reſiſteret, expilato vico ac templo adjacente, vicina loca eodem impetu populabundi pervadunt. Atque in templo pagi Münchem, non contenti illud expilaſſe, infantem, qui è matris brachiis pendebat diviſo capite interficiunt; inde ad pagum Pompelfurt in conſpectum Duſſeldorpii atque ipſas fere munitiones progreſſi, villam Principis, abductis inde omnibus armentis & pecoribus, quantum per tempus licuit, deſpoliant, additis comminationibus, ſe propediem majore cum exercitu viribuſque affuturos. Interea Elector purgandi ſui cauſa ad Cæſarem miſerat Ioachimum Fridericum Baronem de Blumenthal, qui impetrato acceſſu has actionis Brandenburgicæ contra Palatinum cauſas expoſuit: Primum querebatur, Neoburgicum ex ditionibus Iuliacenſibus, in quarum fruitionem à Majoribus Electoris nullo ſuo jure ſed ſolo pacis amore admiſſus eſſet, fere alterum tantum poſſidere, quantum Elector obtineret, eoque ſemper intendere, ut ſuam ipſe paulatim portionem augeret. Electoris contra minueret ac concerperet. Tranſactionem, quæ Anno 1629. inter parentem Electoris & Neoburgicum facta eſſet, nunquam obſervare voluiſſe; ſed Comitatum Ravenſpergenſem multos annos contra dictam Tranſactionem, pro ſcotorum retinuiſſe & poſſediſſe, ſenſiſſe id graviter Electoris parentem, & vindicaturum etiam fuiſſe, niſi tum bello Germanico implicatus, & continuis Neoburgici promiſſionibus in ſpem erectus, cogitationes eas diver-

Initium hoſtilitatũ.

Elector purgat ſe Cæſari, & accuſat Neoburgicum.

divertiſſet. Ex his ſatis apparere, Neoburgicum nunquam veram pacem & concordiam cum Brandenburgicis colere, neque in hac cauſa ſententiam Iudicis exſpectare voluiſſe; idque ad huc manifeſtius patere ex nuperrima tranſactione, quæ Anno 1647. inita eſſet, quam ipſe, etſi omnia inibi clariſſime ac ampliciſſime explicata ſint, nihilominus in idoneis objectionibus convelleret, atque Electorem exagitaret. Proferri poſſe, qui jurejurando confirmaturi ſint, audiviſſe ſe dicentem, Neoburgicum, quod conventionem proviſionalem impoſterum nollet obſervare; & nuper etiam ad aliquem ex ipſiuſmet Electoris Conſiliariis dicere auſum, brevi velle ſe cum Electore ſtrenue decertare. Eius rei initium feciſſe, exigendo ſedibus ſuis Auguſtanæ ac Reformatæ religionum cultores, eoſque acribus ac ſeveris edictis perſequendo, contra quam in proviſionali Conventione cautum eſſet, atque adeo occaſionem & cauſam dediſſe unitarum Provinciarum Ordinibus, vicem talionis in ſacerdotes Catholicos exercendi, quos Elector ex eorum manibus vix eripere potuiſſet, ac nunc periculum eſſe, ne per has Neoburgici actiones, in priores ac fortaſſe graviores calamitates inciderent. Exploratum Electori eſſe, ad invadendas ſuas ditiones Neoburgicum nihil aliud exſpectare, quam ut ipſe è Marchia Brandenburgica in Pruſſiam proficiſcatur, ut abſentem, oportunius adoriatur. Notam eſſe ipſius cum Duce Lotharingico ſingularem amicitiam, cujus copiæ haud dubiè in ditionibus Neoburgici præteritâ hyeme hybernaturæ fuiſſent niſi quid aliud interveniſſet. Electorem diverſis è locis certiorem fieri, Neoburgicum cum vicinis Eccleſiaſticis Principibus eum in finem clandeſtina colloquia habuiſſe, ac fortaſſe confæderationem, niſi jam confecta ſint, conficere tamen voluiſſe. Ac præter hæc manifeſta ſatis hoſtilis animi indicia ex literis colligi, quas Neoburgicus ad Electorem miſiſſet, in quibus illum more inter Principes inſolito mendaciorum inſimulet. Poſtremo Iu- 1651.

1651. niorem etiam Neoburgicum audacter atque aperte denunciaſſe, ne unicum quidem pedem terræ Electorem è Ducatu ſuo Clivenſi retenturum. Has ob cauſas conficiebat Legatus Brandeburgicus, ut ad ſuarum ditionum defenſionem in tempore reſpiceret, atque imminenti tempeſtati maturè præverteret, omninò Electori neceſſarium fuiſſe; petabat itaque ne Cæſar ſiniſtri aliquid de actione Electoris ſuſpicaretur, ſepoſito omni affectu cognationis ac religionis Catholicæ, quam Elector inviolatam plane illæſamque, juxta pacta & conventa conſervaturus ſit: Deinde, ut ipſum Neoburgicum ad æquam mentem, & ſana conſilia reduceret, ac vicinos Principes, ne ſe huic negotio immiſcerent, clementer admoneret ac dehortaretur. Ad has querelas Cæſar ſexto poſt die reſpondit, non videri eius momenti, ut propterea ad majorem provinciarum ruinam & vaſtitatem Elector Neoburgicum hoſtiliter invadat, atque exin novo per Imperium Romanum belli occaſionem injiciat. Satis proviſum eſſe conſtitutionibus Imperii ac nupera pacificatione, quomodo hujuſmodi controverſiis ac difficultatibus vel jure vel amica compoſitione obviam iri debeat. Itaq: Electorem rectè atque ordine facturum, ſi legibus Imp. uti & litteris dehortatoriis, quas ad eum miſerit, pareat, copias ex provinciis Neoburgici deducat, & reponat omnia in eum ſtatum, in quo antea fuerint: controverſias vero arbitrio Commiſſariorum, qui à ſe Anno 1649. nominati atq; ab ipſis acceptati ſint, finiri ac componi ſinat. In eandem ſententiam ſcripſit Electori paulo copioſius, atque à vi & hoſtilitate ſerio dehortatur. Eodem die mandatum dat ad Ordines & ſubditos Ducatuum Juliæ & Montium, abrogato edicto Brandenburgico, ut in fide atque officio erga Palatinum Neoburgicum maneant, donec cauſa aut à viâ juris aut amicâ compoſitione terminata fuerit.

Reſponſum Cæſaris.

At verò Palatinus Neoburgicus nihil minus cogitans, quam ut armis impeteretur, atque adeo rem

Neoburgicus refutat.

ſerio

ſerio agi videns, palam de vi atque injuria ſibi illata, edito ſcripto proteſtatus: quæ vero Electoris nomine adverſus ſe, vulgata fuerant, contrario ſcripto refutavit. Inde ad repellendum inopinum bellum plane imparatus, vicinorum Principum auxilia reſpexit miſſo Philippo Wilhelmo in Belgium ad Archiducem Leopoldum, & Carolum Ducem Lotharingiæ, ut inde auxilium ſollicitaret; & Franciſco Egone Comite Furſtembergio Choriepiſcopo Colonienſi; cujus ſororem paulo ante in matrimonium acceperat, Viennam ad Aulam Imperialem, qui Cæſarem de omnibus edoceret; & contra injuſtitiam vim opem poſceret. Accuſationem vero Bradenburgicam, cum prius ad Cæſarem purgaſſet, evulgato dein ſcripto in hunc modum confutavit. Ut pleraque omnia negaret, ac temeritatem imprimis Legati Brandeburgici coargueret, qui aures Cæſaris tam falſis criminationibus implere non erubuiſſet: nam quod primo dixiſſet, ſe nullo ſuo jure, ſed ſolo pacis amore in fruitionem Iuliacenſium ditionum à majoribus Electoris admiſſum, non modo falſum eſſe, ſed ejus contrarium omnino verum; idque ex actis in hac cauſa apud Aulam Cæſaris ventilatis apparere, in quibus clariſſimè deductum ſit, ſe priorem vacantium provinciarum poſſeſſionem cæpiſſe, atque in communionem earundem amore pacis Brandenburgicos admiſiſſe; nihilque hactenus atque etiamnum magis optare, quam ut res tandem judicio finiretur, quod Brandenburgici haud dubie ex diffidentia cauſæ ſemper protraxiſſent. Tranſactionem, quæ anno 1629. inter parentem Electoris ac ſe facta eſſet, ſanctiſſime obſeruaſſe, neque de Comitatu Ravenſpurgenſi plus obtinuiſſe, quam duas ſatrapias, reliquis duabus Electori relictis: ac ſi fortaſſe quoad hunc Comitatum omnia ad amuſſim obſervata non fuiſſent, in quo ipſe extra culpam eſſet; tamen de eo, Anno 1647. Electori ita ſatisfactum, ut propterea movendi belli cauſam non haberet. Tranſactionem autem anni vigeſimi noni primum omnium evertiſſe

1651. Accuſationem Brandeburg.

tiſſe

1561. vertiſſe, Elect. moden ũ, cum ſtatim poſt obitum parentis Anno 1647, quemadmodum & nunc, validas copias in Ducatum Montenſem immiſit, prope ipſum urbem Duſſeldorpium in conſpectum ſuum, atque ita oſtentatâ vi ad novam ineundam Transactionem ſe induxerit, non ſine magno ſuo incommodo, damnoque. Quam tamen neque nunc obſervet. immiſſis denuo copiis, quæ omnia undique hoſtiliter populentur. Quare, quod apud Cæſarem accuſetur, quod Tranſactiones violet, neque paci ſtudeat, nec judicialem hujus cauſæ eventum exſpectare velit, in eo vim ſibi atque injuriam à Legato Electoris fieri; magiſque hæc in Electore dici poſſe, qui nulla probabili ac plane indicta cauſa, ſibi innocenti ac nihil minus metuenti, contrà omnia humana ac divina jura, contra publicas Imperii conſtitutiones, ac nuperam pacificationem, bellum inferat, ſuaſque ditiones hoſtilem in modum populetur ac devaſtet. Reliqua accuſationis capita de minis ac ſuſpectis confæderationibus, de occultis machinationibus & conſiliis, de ejectione omnium eorum, qui Reformatæ vel Auguſtanæ Religionis ſunt. & quæ ſequuntur quoniam vana ac falſa eſſent, atque Electori ab hominibus malevolis impoſita, indigna duxit, ad quæ reſponderet. Quæ tamen ſi vera eſſent, non propterea Electori fas fuiſſet, ſibi ipſi jus dicere, atque illud continuò armis & ferro perſequi.

Apparatus Neoburgici ad defenſionem. Inter hæc Neoburgicus per omnes ditiones ſuas militem conſcribit, quibus Ioannem Baronem Reuſchenbergium præpoſuit, & reverſus è Brabantiâ, Princeps Philippus Wilhelmus partem copiarum Lotharingicarum adduxit. Illi collatis caſtris Ratingam inter & Duſſeldorpium conſedere, adverſus Brandenburgicos, qui haud procul inde apud oſtiũ Angere in Rhenum influentis locum ceperant. Ibi inter crebras, ut fit, velitationes tandem colloquio Principum pacificatio cæpta, ac dein per Legatos Cæſaris Melchiorem Comitem Hatzfeldium, ac

Ioan-

1651

Pacificatio.

Ioannem Anetanum Imperialis Aulæ Conſiliarium ad exitum perducta eſt Cliviæ, 11. Octobris in hunc modum, primum, ut controverſia religionis ejuſq; exercitii, quæ inter Electorem & Neoburgicum intercedit, examinetur ac decidatur per Commiſſarios Cæſaris jam pridem nominatos, ſcilicet Epiſcopum Monaſterienſem, & Ducem Brunſuicenſem, iiſque bini adjungantur ex parte quidem Electoris, Auguſtus Dux Anhaltinus, & Ludovicus Henricus Comes Naſſoviæ; ex parte verò Neoburgici, Epiſcopi Paderbornenſis & Oſnabrugenſis. Qui communicato inter ſe conſilio, auditis utriuſque partis rationibus, diſquirent, an Status religionis in his ditionibus ad obſervantiam anni 1626. juxta Pacem Monaſterienſem, an verò ad Annum 1609. juxta pacta & conventa Principum proviſionalia, reducendus ſit, & ſi quidem hoc poſtremum viſum fuerit, quomodo ea pacta intelligenda atque explicanda ſint. Quod ſi autem propter ſuffragiorum paritatem Commiſſarii nihil poſſint ſtatuere, Imperator, adhibitis aliquot in conſilium Proceribus Imperii pari ex utraque religione numero, vel in proximis comitiis per eoſdem totam controverſiam decidet ac determinabit, eique judicio ſine ulteriori contradictione ſtabitur, vi nuperæ publicæ pacificationis; interim verò omnia reſtituerentur in eum Statum, in quo ante hos motus fuerunt, nec quiſquam ob religionem turbabitur. Deinde neuter alteri impoſterum ſub quocunque etiam prætextu bellum inferet, idque ſub pænâ violatæ pacis, & amiſſionis omnium jurium, quæ quiſque in has ditiones prætendit, ſed controverſias deinceps orituras ad amicam compoſitionē aut judicialem ſententiam remittet. Denique dimittentur utrimque captivi & copiæ, præter eas, quæ ad cuſtodiam corporis, aut locorum præſidia neceſſariæ ſunt, neque cuiquam fraudi erit alterutri partiū per hos motus conſilio, vel ope adfuiſſe. Reliqua autem, quæ ſtatum politicum concernunt, ita permanebunt, ut diverſis tranſactionibus inter Princi-

pes

1651. pes conventum fuit, ſine præjudicio tamen ac fraude omnium, qui ſucceſſionem Juliacenſem prętendunt. His ita peractis ac conſignatis ſtatim ab armis diſceſſum eſt.

Res Gallicæ.

Principes captivi liberantur.

In Gallia initio hujus anni decretum fit à Parlamento Pariſienſi, ut Principes captivi, qui interim apud portum Gratiæ, quæ eſt arx ad oſtium Sequanę munitiſſima, detinebantur, è cuſtodia liberarentur: utque Cardinalis Mazarinus intra ſpacium quindecim dierum, cum omnibus, qui ipſi adeſſent, externis, è regno excederet. Id jam diu egerant, quibus eius apud Reginam potentia invidioſa erat. Facto igitur decreto, cui ſine certo vitæ periculo obniti nō poſſet, noctu mutatis veſtibus Pariſiis egreſſus in Normaniam iter inſtituit. Cum ad pontem arcuatum perveniſſet intelligit, Senatum Rotomagenſem ſimile in ſe decretum feciſſe, & jam Caletes in armis eſſe, ut ſe tranſitu prohiberent. Igitur inde ad Portum Gratiæ profectus, ut Principibus de liberatione gratularetur, ac ſe purgaret, animadverſa omnium haud dubia offenſione, ac ſimul publicato ibidem decreto Rotomagenſi, in Picardiam abiit, atque inde per ditiones Hiſpanicas, addito commeatu ac præſidio, in Archiepiſcopatum Colonienſem conceſſit; fixo interim domicilio Brulæ, in arce Archiepiſcopi: ita inteſtinis Galliæ diſſidiis conſultum videbatur. Principes è cuſtodia liberati Regem ac Reginam adeunt, atque ut major reconciliationis fiducia eſſet, offertur Condæo præfectura Aquitaniæ, renunciante ultro Eſpernonio, cuius imperium Burdigalenſes præfractè ſatis detrectabant, ac niſi præfecturam deponeret, novos motus minabantur. Interim Rex ætatis annum quartum decimum ingreſſus è tutela Reginæ matris exceſſit: id factum eſt menſe Septembri Pariſiis in Curia ſupremi Senatus, præſentibus omnium Ordinum Proceribus, ac toto regio Senatu, Ducibus item Aurelianenſi, Andegavenſi, Eboracenſi, ac Reginâ Angliæ, Regis materterâ. Ubi Rex, actis breviter gratiis Reginæ matri, quod per tot

Cardinalis è Gallia proſcribitur

Rex Galliæ fit majorennis.

tot annos regnum magnâ curâ ac labore adminiſtraſſet, in præparato ad id ſolio collocatur, ac functiones regias orditur. Primum omnium abſolutus eſt Condæus abſens, nam ipſe, ne actioni huic intereſſet, ante paucos dies Pariſiis exceſſerat. Deinde confirmatum eſt, quod de diſceſſu Cardinalis Senatus decreverat. Collata etiam aliquot beneficia inter Magnates, atque inter cætera cura ſigilli regii demandata ſupremo Senatus Præſidi Archiepiſcopo Tholoſano. Porro Condæus in Aquitaniam provinciam ſuam profectus, conciliatis ſibi Burdigalenſiū animis, novas copias conſcribit. Multi illum ex aula & nobilitate ſecuti, quorum favore atque opibus cum totam Aquitaniam, Santoniamque vicinas urbes in partes ſuas pertraxiſſet, apparebat, eum haud dubie novum bellum moliri. Rex Duci Aurelianenſi, ac Senatui Pariſienſi negocium dat placandi Condæi; ut depoſitis armis in provincia ſua quietus conſiſteret. Ubi id impetrari non potuit, expeditis etiam armis Condæum crimine Majeſtatis condemnat, & relicta Lutetia Pictaviam concedit, revocato ad ſe propere Cardinale, qui interea aliquot copias in hunc eventum conſcripſerat. Sub finem igitur anni Cardinalis cum exercitu in Galliam revertitur, multum obteſtante Senatu Pariſienſi, ut decreto in Cardinalem lato inſiſteretur. Ita diviſum in factiones florentiſſimum regnum ſuis ſeipſum viribus conficit. Ego hinc, eventu fatis permiſſo, in proximam Britanniam enavigo.

1651.

Condæus armat.

Cardinalis revocatur.

Rex Carolus initio anni hujus, ut ſupra diximus Schonæ in Scotia coronatus, omne tempus præparationibus bellicis abſumpſit. Ut primum autem per anni tempus licuit, inſtructo exercitu in campum proceſſit adverſus Oliverium Comvellum, qui utriuſque regni limites diſpoſitis ubique validis copiis obſidebat: ibi minutis quotidie prœliis certatum plerumque fere cum clade Scotorum. Igitur veritus Rex, ne ſuum ipſe exercitum quotidianis detrimentis attereret, maluit bellum in Angliam transferre, ut

Rex Anglica.

opem

1651. opem ex propinquo audentibus oſtentaret; nam erant adhuc permulti, qui novæ Reipublicæ offenſi Regi clam favebant, utque Angliam ingrederetur, hortabantur. Erat id conſilium generoſum, atque utile etiam, ſi primis tantum initiis fortuna adfuiſſet. Igitur Rex hac ſpe, fruſtra obtinentibus iis, quos ad prohibendum Cromvellius diſpoſuerat, cum toto exercitu Angliam ingreſſus eſt menſe Septembri; appulitque ſine ullo incommodo Vigornium, quæ urbs ſtatim in poteſtatem ejus conceſſit. Inde, quia locus non erat aut commeatu inſtructus, aut ad defenſionem idoneus recta Londinum iter facere cogitavit: jamque trepidabatur. Sed dum Vigorniæ paucos dies ad reficiendos milites à labore itineris fatigatos commoratur, conſilium ejus Cromvellius prævertit. Is enim collectis omnibus copiis, quantis potuit itineribus Regem inſecutus, apud Vigornium adoriri conſtituit. Alluit urbem flumen Sabrina, juxta quod regii caſtra ceperant. Nihilominus pontem facere, & tranſire Cromvellius inſtituit: Ibi atrox & cruentum prælium fuit, inter tranſeuntes Anglos & repellentes Scotos, quibus Rex ipſe ſpectator atque hortator aderat. At vero, poſtquam fruſtra reſiſtentibus Scotis, Angli flumen ſuperarunt, tanta vi in regios impetum faciunt, ut illi deſperata re; & confuſſis ordinibus de vita tantum ac ſalute ſolliciti in urbem confugerent. Quo inſecuti victores Angli, eadem nocte urbem cum omnibus, qui inerant capiunt: eorum decem millia fuiſſe memorant relationes Londinenſes, inter quos fuêre præcipui ex Nobilitate Scotica Regem ad hoc bellum ſecuti. Cæſorum tria fere millia traduntur, atque inter hos Dux Hamiltonius, qui ex acie ſaucius relatus ac dein capta urbe in poteſtatem hoſtium perveniens poſtridie ex vulneribus deceſſit; in hoc felix, quod maturatâ morte ſecurim Anglicam evaſit. Rex dum urbs capitur per averſam portem ſub noctem cum globo equitum erupit: ac multum per incerta atque avia vagatus, relictis ſociis, quorum fidem merito in

VVorceſter.

Rex caditur à Cromvellio.

Regis fuga & periculum.

rebus

ribus tam arctis ſuſpectabat, aſſumpto unico Magnate Scotico ſe occuluit, diuque ignoratus, ubi locorum eſſet, tandem tranſmiſſo mari Britannico Diepam, inde Rhotomagum atque Pariſios ſalvus appulit ad Matrem menſe Octobri. Rex *Galliæ* petierat à Parlamentariis, ut ſi Rex in manus illorum incideret, mitius haberent. Fama eſt, cum ab equitibus divertit, aſcendiſſe in arborem opacam, atque ibi delituiſſe toto triduo, inde cum Magnate illo iviſſe in caſtra hoſtium mutatis veſtibus, ac dein Londinum habitu famuli cubicularii, ibi à matronâ nobili ac fidâ exceptum deductumque per flumen Thameſin ad mare, ex quo non ſine periculo in Galliam enavigaverit. Vidiſſe Londini quomodo de ſe victo Anglia triumphaverit, ſpectaſſe & legiſſe edicta, quibus præmia prodentibus, ſupplicia opem aut perfugium ſibi præbentibus decernebantur. Cæterum hac victoria nova Angliæ Reſpublica ſtabilita; Scotia ſub jugum miſſa: Cromvellius victor Londinum triumphali pompa ingreſſus, & inſignibus donis, à novæ Reipublicæ directoribus cumulatus eſt. Captivi, quorum ingens numerus, per carceres, & illis omnes non capientibus, quidam in domos privatas collocati, ac judicio militari permiſſi ſunt: ex quibus nonnulli ad mortem condemnati, magna pars in Americam & Virginiam relegata. Promulgatur edictum ne quis ſub vitæ neciſque pœna cum Carolo Stuarto communicet. 1651.

Scotia ab Anglis ſubjugata

Scotiæ urbes Dundæa, Andrepolis, Montroſia, Sterlinū, aliæque partim vi, partim deditione ad obedientiā novæ Reipublicæ à præfectis Anglici exercitûs rediguntur, miſſique à Parlamento Londinenſi in Scotiam Legati, qui deditos in fidem ac defenſionem reciperent. Londini non par ſerat ſuperiore anno Parlamenti furor inanimi Regis ſtatuæ: caput amputarat, ſceptrum confregerat, trunco vero aureo charactere ſubjecerat: *Exiit Tyrannus Regum ultimus. Anno M. DC. IL. XXX. Jan. Libertatis Angliæ recuperatæ primo.*

1651. *Res Polonica.* Polonis hic annus celebri adverſus Coſaccos ac Tartaros victoria inſignis fuit. Coſacci enim non contenti pace, quam ante biennium fecerant, continuo exercitum in caſtris habebant, neque ſe intra deſignatos l mites continebant,& egreſſos in Walachiam Tartaros Tauricanos non modo non impediebant, ſed etiam omni ope, contra quam pactum erat, tuebantur. Cum autem Poloni in rebus tam dubijs, ad ſuos fines tutandos, infra Cameneciam in Podolia cum parte exercitus conſediſſent, neque ijs liceret ob metum Coſaccorum, Duci Wallachiæ confæderato auxilium ferre tamen Polonos criminabantur, quod [illegible] in ſe pararent, totoque regno militem conſcriberent, nullo alio fine, niſi ad ſe perdendos ae funditus delendos. Itaque miſſi à Chmielnicio Legati, primo ad Potoccium præfectum militiæ, quæ apud Camenecciam erat, ac deinde ad Regem, poſtulabant, uti exercitus è Podolia ac finibus ipſorum deduceretur. Iis reſponſum; redirent ipſi ad ſua, Tartaroſque ac Walachiam omitterent, nihil ijs mali metuendum dummodo pactis ſtarent, ac pacem colerent. Sin illi arma retinere, hoſteſque regni Poloniæ juvare perſeverarent, ſibi cauſam eſſe, ut de eorum fide ſolliciti, rebus ſuis proſpicerent, ac viderent, ne quid ab ipſis Reſpublica detrimenti caperet. Rejecti dein ad comitia, quæ ſub finem anni ſuperioris Rex indixerat. Ibi decreta ad Coſaccos legatio, quæ ijs pacem ſi parerent, ſin contra, bellum denunciaret: ac ſimul in id bellum, ſi neceſſe eſſet, promovendum, ſumptus ac tributa ordinata, utque præter eas copias, quæ in regno eſſent, triginta ſex millia externorum militum adhuc legerentur, eſſetque in poteſtate Regis, quoties id opus foret, totam nobilitatem ad arma convocare, atque ita omnibus regni viribus hoſti obviam ire. Finitis comitijs Rex, uti decretum erat, legationem, cui ſex è Magnatibus Poloniæ intereſſent, Kioviam ad Caſaccos deſtinavit; atque ea irrita, ad arma expedienda animum adjecit, dimiſſis per Poloniam Pruſſiamque, qui, quantas poſſent, co-

Comitia Polonica.

pias

pias conſcriberent, ac primo vere infra Lublinum ad 1651.
ſe, cum tota nobilitate, quam evocaturus propediem
eſſet, inſtructas paratasque adducerent. Nihilo ſe-
gnius Chmielnicius, audito comitiorum eventu, ſe
ad imminens bellum comparabat: neque cum Tar-
taris modo ſocietate inita, ſed Conſtantinopolim quo-
que, & ad vicinos Turcicos Præfectos, atque in Tran-
ſylvaniam pro auxilio expeditos miſerat; quorum
nonnulli intercepti, mira ejus conſilia, & atroces in Po-
loniam molitiones prodiderunt. Primo igitur vere
Chmielnicius cum centum & quadraginta millibus,
[illegible] erant duodecim millia Tartarorum Tauri-
canorum, quos adhuc quadraginta alia ſequi debebant,
tranſmiſſo Boryſthene in Volyniam duxit, atque ibi
occupatis aliquot locis caſtra fixit. Poloni interim
auctore Calinovio minore militiæ Præfecto, Vinni-
ciam celebrem Podoliæ urbem capiunt, in eaque om-
nes Coſaccos interficiunt, quæ clades feſtinavit profe-
ctionem Chmielnicij, ut è Volynia, ubi & ipſe Biala-
cercaviam vi interceperat, in Calinovium cum to-
to exercitu moveret. Sed hic de hoſtium adventu cer-
tior factus, tantis viribus impar, Cameneciam repetiit,
que ibi relicto ſufficiente præſidio, ſe ad Regem re-
cepit, qui apud Socaliam, trajecto Bugo fluvio, Nobi-
litatem Polonicam, & exercitum Lithuanicum exſpe-
ctabat. Chmielnicius recedentem Calinovium mi-
nutis præliis fruſtra retinere conatus, Cameneciam ali-
quot incurſionibus tentavit, ſed rejectus ſemper cum
magna ſuorum clade, apud Conſtantinoviam tandem
poſitis caſtris conſedit. Diſtat is locus à Camenecia
quindecim fere paſſuum millibus inter confinia Voly-
niæ ac Podoliæ. Porro Rex, poſtquam Nobilitas ac
cæteræ copiæ conveniſſent, aucto exercitu ad centum
fere millia Socalia movens, in hoſtem duxit: neque *Pugna Po-*
Chmielnicius detrectavit certamen, eò jam ferocior, *lonorum*
quod paulo ante in caſtra ejus intraverat ipſe Imperator *cum Co-*
Tartarorum, cum ſelectiſſimis ſuorum. Dein nu- *ſaccis.*
mero ac multitudine Polonos longe ſuperabat, quippe,

1651. ſi fides adhibenda ijs, quæ ex caſtris ſcripta ſunt, fuere ad trecenta millia. Promotis igitur utrimque copijs, apud oppidum Bereſteczko convenere, hinc Poloni & Lithuani cum ſuo Rege & flore nobilitatis; illinc Tartarorum ac Coſaccorum immenſa prope atque incredibilis multitudo. Primum impetum in caſtra Polonorum decem millia Tartarorum fecere, die vigeſima octavo Junij, quibus cum clade repulſis, poſtridie Imperator ipſe Præcopenſis cum omnibus ſuis, ac parte Coſaccorum, Polonorum aciem magnâ vi aggreſſus eſt, duravitque id prælium donec nox pugnantes diremeret; dixiſſes hoc bidui conflictu univerſali prælio præluſum, ac veluti adhuc vires periclitarentur, mutuo metu invicem diſceſſiſſe. Tertio itaque die, quæ fuit ultima Junij totâ acie concurritur, tantâ utrimque vi, atque pertinaciâ, ut diu, in quam ſe partem daret victoria, ambiguum maneret. Ad extremum vicit robur Polonorum, qui cum primum impetum in Tartaros feciſſent, & loco pepuliſſent, eorum fugâ Coſaccorum aciem perturbarunt. Ita fuſus fugatuſque numeroſiſſimus exercitus, ampliſſimam Poloniæ victoriam reliquit. Rex ſub veſperam in ipſo loco, ubi pugnatum fuerat Deo hoſtium victori gratias egit cantato ſolemni gratiarum hymno, quem militarium tormentorum ac tubarum mixtus terrore clangor, grato temperamento diſtinguebat. Poſtero die nunciatur Regi, multo maximam hoſtium multitudinem quæ fuga evaſerat, ſtare adhuc, ac ſe communire loco idoneo ac paludoſo, objectis ad latera carris atque impedimentis, quorum apud ſe magnum numerum haberent. In eo loco erat Chimielnicius cum robore Coſaccorum, ac ſi quam vindicandi ſe fortuna occaſionem dediſſet, præſtolabatur. Rex cum eos propter conditionem loci vi inde expellere non poſſet, obſeſſis omnibus vijs, ne commeatus ad eos inferretur, prohibere inſtituit. Quæ res fere ad deſperationem adegiſſet obſeſſos, niſi unum adhuc exitum habuiſſent, per quem cum ſe, conſumptis omnibus alimentis, de-

Coſacci funduntur.

cimo

1651.

anno poſt die in compoſiti effudiſſent, ab inſequentibus Polonis multi eorum trucidati ſunt, nonnulli etiam paludibus ac ſtagnis abſorpti, effractis pontibus, quos ipſi in hac neceſſitate, ac inopiâ materiæ è pellibus conſuerant. In hac fuga periêre ad viginti millia, atque inter eos Patriarcha Græcus ad animandos in hoc bellum Coſaccos Conſtantinopoli miſſus. Hac parta victoria, Polonica nobilitas, etſi Rex ad proſequendam victoriam plurimùm hortaretur, accepta tandem venia domum diſceſſit: cæteri milites mercede conducti ad inſequendos fugientes miſſi ſunt. Janus Ratzivilius Dux Lithuanicæ militiæ cum ſuis ad Boryſthenem inſecutus, Kioviam, olim Metropolim totius Ruſſiæ, ac Moniloviam, aliaſque citra ac trans Boryſthenem ſitas urbes vi aut deditione intercipit.

Kiovia occupatur.

Tot ergo incommodis afflictus Chimelnicius, ac majora metuens rurſum ad petendam pacem compellitur, quæ ei à præfectis Polonicæ militiæ, quorum copias contagio indies minuebat, data eſt in has conditiones. Primo permiſſa vulgo libertas religionis, expulſis reditûs in patriam ac bona ſua conceſſus: venia data omnibus hoc bellum ſecutis, ipſique Chmielnicio; ita tamen, ut ad proxima comitia veniret, ac Regem ſupplex deprecaretur, neque deinceps plus quam viginti millia Coſaccorum ſub ſignis haberet, cum quibus jure jurando Regi Poloniæ obſtrictus, ejus regni fines contra incurſiones Tartarorum, Turcarum ac Moſcorum tueretur; quæque cum hoſtibus Polonorum fœdera haberet, ea diſſolveret; ac deinceps Regi & regno fidem atque obſequium præſtaret. Horrendum etiam hoc anno per Poloniam peſtis graſſata eſt. Rex inſigni victoriâ potitus triumphabundus Varſaviam revertit: ibi eum luctus domeſticus excepit, intellecta morte ſororis Annæ Catharinæ Conſtantiæ.

Mors variorum Annæ Cath. Conſt. Princip. Poloniæ.

Hæc enim cum initio motuum Brandeburgicorum Düſſeldorpio Coloniam quietis cauſa conceſſiſſet, ijs compoſitis, dum advenienti Principi

1651. marito ſuo more læta occurrit, & manu prehenſum ad aulam deducit, repentino animi deliquio correpta, inter manus ipſius exanimis in terram collabitur, & poſtridie magno Principis luctu, omniumque aulicorum, quibus ob manſuetudinem ac clementiam, eximiè chara extitit, ex hac vita exceſſit, die nona menſis Octobris, Princeps omnibus regijs virtutibus cumulatiſſima. Cor atque inteſtina Coloniæ in templo Patrum Societatis JESU ſunt condita; corpus, peractis in baſilica S. Gereonis ſolemnibus exequijs, deducente toto Clero ac Magiſtratu Colonienſi, ad ripam Rheni à Nobilibus patriæ delatum, avectumque inde Düſſeldorpium, apud eoſdem Patres terræ mandatum eſt. Sub finem menſis Septembris eandem univerſæ carnis viam ingreſſus eſt Maximilianus Elector Bavariæ, ætatis anno ſeptuageſimo octavo, rerum geſtarum gloriâ, imprimis vero religione in Deum, prudentiâ & felicitate nulli ſuæ ætatis Principum poſtponendus. Ex poſteriore conjuge Mariâ Annâ Ferdinandi II. Imperatoris filiâ duos filios reliquit, Ferdinandum Mariam, & Franciſcum Ignatium Wilhelmum, non paternarum modo ditionum, ſed virtutis etiam & gloriæ hæredes. Ferdinando Mariæ paucis menſibus ante mortem patris deſponſata eſt Princeps Adelheidis Ducis Sabaudiæ ſoror, miſſo Taurinum cum inſigni comitatu Maximiliano Comite Curtio, aulæ Bavaricæ ſupremo Præfecto. Cum quo Anno 1652. menſe Junio, in Bavariam profectâ, Waſſerburgi à ſponſo Principe Electore, ejuſque matre, Duce item Alberto, atque ejus filio Sigiſmundo Epiſcopo Friſingenſi excepta, ac Monachium deducta eſt. Obiere eodem anno Aloyſius Contarenus Reſpublicæ Venetæ ad Aulam Ottomannicam, & diverſos Europæ Principes, ac nuper in Germaniam ad univerſalem pacificationem Legatus ac Mediator: Leonardus Dorſtenſonius regni Sueciæ per Germaniã jam pridem ſupremus belli Præfectus; Amelia Eliſabetha Landgravia Haſſiæ Caſſellenſis; & Franciſcus

Maximi. Elect. Bavar.

Ejuſque filii matrimonium cum Sabauda.

Contareni Dorſtenſonii, &c.

cus Piccolominæus Societatis Jeſu Præpoſitus Generalis, eidemque initio anni 1652. ab univerſo Patrum conventu ſublectus Alexander Gottefredi. Utrique iiſdem ſuffragijs ſucceſſit Goſuinus Nickel, diu Colonienſis Collegij Rector; & per inferiorem Rheni Provinciam Præpoſitus Provincialis. 1651.

Circaſſia[illegible] Sultani Infantis Mater ac Tutrix cum Spahijs, nec non Kioſem ejus Avia cum Janizaris in acerbius hoc anno effunduntur mutuum odium quam adverſus ipſos Chriſtianos, conſpiratque pars una in alterius excidium, arma corripit ſocioſque domi, foriſque in campum prodit, à conflictu tamen fatali abſterrentur Muſelmannici ſanguinis religione monſtratâque controverſijs decidendis viâ juris. Poſtmodum tollitur de medio Spahiorum antreſignanus, ulciſcuntur Collegæ ope Aſiæ mortem, concitatur plebs Conſtantinopolitana, ne congregetur, obſervant plateas Janizari, exauctoratur ſummus Vezirius in gratiam plebis. Perplexa trepidat aula, cujus cōſiliâ prodit ſuis aſſeclis Avia per ſibi confidentes, urget Mahometem velut ad regimen ineptum è ſolio exturbari, atque in idem fratrem ejus Solymannum elevari, ejuſdemque ad ſervitia deputari ſolos Janizaros. Deliberatur, in concilium vocatur Neovezirius nocte concubia, qui patet, omnia rata habet, ac domum dimittitur; (velut qui non ſit reſiſtendo) improbantibus tamen pleriſque. Neque vane, quod dimiſſus Vezirius ad ſerailium properet, aulam excitet, armet tumultuarie, luſtretque, Reginâ edoceat de omnibus, convocet quidquid poteſt amicorum & officialium. Capitur, nudatur occiditurque Avia & multi adhærentes, explicatur Mahometis labarum, quo religioſa ſuperſtitio omnes ſeptimum egreſſos annum vocare ſolet abſtrahuntur & eò complures Janizari, quidquid duces eorū inde promiſſis avocent, qui ſalutem à pedibus quærunt, ſed non inveniunt niſi mortem, cui alii & alii ſucceſſivè immolantur, ut ſic ſuperſtites Prætoriani ſtrictiorem doceantur obedientiam. Quem *Turcica.*

etiam

1651. *Hungarica.*

etiam in finem novæ & accuratiores præſcribuntur leges. Atque hic exitus viginti quatuor horariæ tragœdiæ. Cæterum in Hungaria tumultuatum quoque hoc anno, diffidentiæ locus factus & apparatui Chriſtianis, quod aliquot millia Turcarum invaderent *Comorram minorem* & ſpe ſua lapſi incendia ſpargerent per ſuburbia. Adventat ſub anni finem Chiauſius, qui pacta ſervanda aſſerit: id verò ut teſtatum faciat Vezirius Budanus, exauctorat Baſſam Canizanum & Begam Strigonienſem aliosque temeritatis Comorranæ pro merito mulctat complices.

F I N I S.

INDEX.
HISTORIÆ
ADOLPHI BRACHELII,
SECUNDÆ.

A.

Adamus Erdtmannus *Terſchka* ſocius con-ſpirationis Wallenſteinianæ. 4
Alberti *Wallenſteinii* conſpiratio, & cædes 2. & ſeqq.
Aldringerius Generalis Cæſareus occum-bit. 20
Aloyſia Maria Dux *Nivernenſis* 40. 41. nubit Uladislao Regi Poloniæ 91. deinde fratri ejus Joanni Caſimiro etiam Regi. 143
Alexander filius Regis *Poloniæ* moritur. 13
Alexander *Comes à Vehlen*, Meppenam Palatinis eripit. 44
Alexander *Leslæus* Dux conſpirationis Scotiæ contra Regem Carolum. 57
Aloyſius *Contarenus* Legatus Venetus ad pacificationem Monaſterienſem. 124
Alexius *Michalovitius* Dux Moſcorum ſuccedit Parenti. 99
Thom. *Agnellus* Neapolitanæ Seditionis author. 109. interficitur. 113

Amurates Sultanus profligat Perſas 35. moritur

Angliæ rebellionem vide in *Carolo* 55. 57. 70. *cædes legati* Anglicani.

Anna Catharina Conſtantia filia Sigiſmundi P*loniæ* nubit Philippo Wilhelmo Palatino gico. 81. moritur.

Andreas *Cantelmo* obſidetur à. Gallis apud rium.

Anſelmus Caſimirus *Elector Moguntinus* mo

Archidux Leopoldus occupat Capellam, Rete ſonium Donchetii.

Arſurtus Wittenbergius Legatus exe

Arcourtius Comes, Prorex Catalo ſpanos, 98. & rurſus profliga dæ.

Aſſovv arx Turcis erepta, à M

Auguſta urbs capitur ab Electore

Auguſtus *Dux Brunſuicenſis* morit

Auguſtus Mauritius *Baro de Rotavv* g goviæ.

B.

Bartholomæus *Rulandus* Conſul *Leodienſis* 39 pite punitur.

Albertus *Dux Bavariæ*. 27. armi ſtitium. 11

Barcellona deficit à Rege Hiſp. ad Gallos. 6

Balduinus *Remontius* intercipit *Paderbornam*.

Bellum Brandeburgicum 163. 167. *edictum* contra Neoburgicum *ibid*. *Germanicum* bellum ubi initum, ibi finitum. 122

Belgica. 293. 40. 71

Bernardus *Dux Vinarienſis* à Verdano trans Rhenum pellitur 39. fundit Cæſareanos & obſidet Briſacum 46. capit. 48. moritur. 53

Boguslaus Dux *Pomeraniæ* moritur ultimus ſuæ familiæ. 43

Bogdanus *Chmielnicius* Dux Coſaccorum rebellantium

tium in Lithuania 127. funditur à Polonis. 180
Breda recepta ab Hollandis. 40
Briſacum capitur à Duce Vinarienſi. 48
Bredenbenda arx capta à Lambojo & diruta. 125
uliſſin urbs Luſatiæ incendio deleta. 11

C.

nceps *Walliæ* defendit Epiſcopos An-
57 educit exercitum contra Scotos
ndino 71. funditur à Parlamentariis 94.
ia fugit ad Scotos 103. ejus ſupplicium.

ius Regis *Poloniæ* excipit Spon-
Mariam. 91
47. ſoluit Dolam obſidio-
31
nſis moritur. 43
Generaliſſimus Suedicus oppugnat
declaratur Succeſſor Regni. 149
x pater Ferdinandi II. Cæſaris. 37
ovicus Comes *Palatinus Elector* cæditur in
halia ab Hatzfeldio 45. attinetur in Gallia. 54
us II. Rex Angliæ proſcribitur ab Anglis 130. ſalu-
tur Rex Scotiæ 132. in Scotia cum Anglis confli-
git. Coronatur Rex Scotiæ, profligatur à Cromvel-
lo & fugit ex Anglia, 157. cæditur à Cromvello. 176
Renata filiâ Ferdinandi II. Cæſaris 37. nubit U-
ladislao Regi Poloniæ 40. 41. moritur. 91
Cataloniæ defectio. 64. 80
Fabius *Chiſius* Nuncius Apoſtolicus Legatus ad pacifi-
cationem Monaſterienſem. 124
Chriſtianus IV. Rex Daniæ impetitur bello à Suecis 88. moritur. 118. *Chriſtianus V*. filius ducit Magdale-
nam Sibillam Saxonem 117. moritur. 118
Theodorus Adolphus von der Reck fit *Epiſcopus Paderbornenſis*. 157
Chriſtophorus *Gaſſovius* Palatinus *Smolencenſis*. 50

Chriſtina Guſtavi Adolphi filia, & Sueciæ Regina. 81.
coronatur.
Chriſtophorus *Opalinski* Palatinus Poſnaniæ mittitur ad deducendam Sponſam Regiam. 91
Comitia *Polonica.* 1
Comitia Imperialia. 31. 32. 63. eorum receſſus.
Coſacci coercentur à Conjecpolſio 41. rebell
Conſtantia duorum *militum* Cæſareorum
Condradus *à Luzovv* Legatus Cæſari cis præliminares.
Confœderatio Sueco-Gallica.
Conventus Norimbergenſis diſſolutio.
Cratzius Comes capitur in prælio ad capite plectitur.
Creta Inſula oppugnatur à T
Cromvvell Princeps novæ

D.

DAvid *Herlicius* Aſtrologus mori
Duſſeldorpii clades ex fulmine.
Dublinum urbs Hiberniæ.

E.

E*Berſteinius Comes*, Dux copiarum Haſſicarum.
Edenburgum Scotiæ metropolim occupat Cromvvellus.
Eduardus Rex *Angliæ.* 55
Ehrenbreitſteinium capitur à Verdano. 38
Eliſabetha Regina *Angliæ.* 5
Eſſexius Comes, Dux Parlamentariorum contra Carolum Regem Angliæ. 304

F.

F*Erdinandus II.* venit ad Comitia Ratiſponam 31. 32. moritur Viennæ 36. ejus breve elogium. 36. 37

Ferdi-

rdinan[illegible] III. filius ſit. Generaliſſimus loco Wallenſtei[illegible]i 8. capit Ratiſponam 9. profligat Suecos apud Nordtlingam inſigni clade 14. eligitur Romanorum Rex 52. celebrat Comitia Ratiſponæ 63. [illegible] præſens in caſtris 117. ſecundum ejus matrimo-[illegible]um cum Maria Leopoldinâ. 127

[illegible]*dus IV.* coronatur Rex Bohemiæ 102. & Hun-[illegible] 118

[illegible]dinalis *Infans Hiſpaniarum* conjungit [illegible]dinando III. 13. confligit cum Sue[illegible] [illegible]lingam 14. tendit in Belgium, & or-[illegible] nationem, 15. capit Venlonam, & Rure[illegible] moritur. 72

[illegible] Electoris Bavari primogenitus 31

[illegible]*us* filius Ferdinandi III. Cæſ. [illegible]oldina. 128

103

[illegible]atur. 185

[illegible]mus *Comes à Wartenbergh* Legatus [illegible]em Monaſterienſem. 125

[illegible]*tzfeldius* Epiſcopus Herbipolenſis & [illegible]genſis moritur. 75

[illegible]cus [illegible] *Dux Saxoniæ* capitur à Cæſarea-[illegible] 18

[illegible]ciſcus de *Melo* 72. profligat Gallos 80. cæditur ad Rocroam. 86. 87

[illegible]nciſcus Albertus *Dux Lavenburgicus* profligatur à Dorſtenſohnio, & occumbit. 78

Franciſcus *Merci* Dux Bavaricus, confligit cum Gallis apud Friburgum 93. occumbit apud pagum Allersheim. 98

Fridericus Dux *Altenburgicus* ducit partem exercitus Saxonici. 11

Frid. Wilh. *Elector Brandeburgicus* ducit Uxorem Ludovicam filiam Principis Orangii. 107

[illegible]*dericus III.* fit *Rex Daniæ.* 118

[illegible]deric. Ulricus *Dux Brunſuicens.* moritur. 17

G.

GAllicum bellum.
Gaſpar *Dinoffius* Palatinus Sieradienſis.
Gaſto *Barbonius Dux Aurelianenſis* Ludovici XIII Reg. Gal. frater capit Gravelingam 94. & Ma... cum
Georgius Dux *Luneburgicus* ducit partem ... Suedici.
Georgii *Ragotſii* inimicitiæ cum fr... movet bellum Cæſari.
Georgius Dux *Oſſolinski* mittitur ad ... ſam Regis Uladiſlai 41. fit ſupremu... larius.
Gubrianus Comes, Dux Gallo... cumbit apud Rotvveilam...
Godefridus *Comes Gelebni*... capitur à Gallis.
Guſtavus Hornius Generalis S... ad Nordtlingam 15. permu... Werdt.
Guſtavus Carolus *Vrangelius* præfic... cæ in Germania 104. tendit in Su... inducias armorum cum Electore Bav... ſtat Bavariam.
Guilielmus *Lambojus* depellit Saxones è Bohe... fruſtra accurrit ad liberandum Briſacum 47.48. fugit cum Gallis ad Sedanum 71. cæditur in ... Colonienſi 72. fit Dux copiarum Weſtphalica... 121. capit Erneſtum Landtgravium Haſſiæ 123. capit Bredenbendã, & cæditur apud Grevenbruch. 12...
Guilielmus *Laudus* Archiepiſcopus *Cantuarienſis* ... plectitur capite. 94
Guilielmus *Riperda* Legatus ad pacificationem Monaſterienſem. 126
Guiſius Dux Gallicus capitur ab Hiſpanis. 113
Gualtherus *Butlerus* Tribunus Hibernus. 6
Gualtherus *Deverox* centurio Hibernus percuſſor Walleſteinii.

H.He...

H.

HEnricus *Dux Condæus* petit Catalauniam cum exercitu. 58
... *VIII.* Rex Angliæ. 55
He... Rex Galliæ & Navarræ. 75
Henric... *a* Uxor Caroli Regis Angliæ. 76
Henricus ... *rleans* Dux de Longevil, Legatus ad pacificationem Monaſterienſem. 125

I.

JAcobus Marchio *Hamiltonius* plectitur capite. 130
Jacob... *acenſis* ſecundo genitus Caroli ... tus Londinum adducitur. 103
... 95. 96
... *is* Præfectus militiæ Polonicæ. 92
... tionis Wallenſteinianæ. 4
... launiæ capitur ab Hiſpanis. 106
... gius *Elector Saxoniæ* facit armiſtitium ... s. 100
... Albertus filius Sigiſmundi Regis Poloniæ ... *Cracovienſis* moritur. 13
... nnes Antonius Dux Cromavii, *Princeps Eggenbergicus* fit Princeps Imperii. 71
Joannes *Adler Salvius* Conſiliarius Suecicus. 83. 125.
Joannes Armandus *Cardinalis Richelius* moritur. 76
Joannes *Bannier* repellitur à Cæſareanis in Pomeraniam 38. iterum in Imperium pervadit 59. pellitur è Bohemia ab Archiduce Leopoldo 62. recurrit in Palatinatum ſuperiorem 66. moritur. 67
Joannes *Caſimirus* Regis Poloniæ, Sigiſmundi filius proficiſcitur obviam Sponſæ fratris 41. attinetur captivus in Gallia 50. fit *Rex Poloniæ* 127. ducit Viduam fratris Uladislai. 143
Joannes à Werdt mittitur ad compeſcendos Leodienſes 34. capit Ehrenbreitſtein, & repellit Vinarienſes 38. ca-

38. capitur ab iisdem 46. liberatus redit in ...tra Cæſarea 74. apud Dutlingam opprimit Vinar...ſes 86. tranſit à Bavaro ad Cæſarem. 11...
Joannes *Lipſius* Epiſcopus Culmenſis 41. fit Archiepiſcopus Gneſnenſis.
Joannes *Baro de Reuſchenbergh* defendit Wo... teliam. 6...
Joannes Philippus à *Schonborn* fit Epiſco... Herbipolenſis 75. & *Elector Moguntinus.* 118
Joannes *Comes Ritbergicus* vulneratur in pugna ad Rocroam, & capitur. 87
Joannes Baptiſta *Pamphilius* fit *Pontifex* Maximus ſub nomine Innocentii X. 88
Joannes de *Torres Archiepiſcopus A...politanus* Legatus ſummi Pontificis jungi... io Uladiſlaum Reg. Pol. & Aloyſiam...
Joannes Auſtriacus compeſcit... nam.
Joannes Ludovicus *Comes de Naſſ*... ficationem Monaſterienſem.
Joannes Comes *Oxenſtirna* Legatus... nat.
Joachimus Camerarius Legatus ad pacific... Monaſterienſem.
Joſephus *Caraffa* Neapoli à plebe per ſeditionem ... terfectus. 11...
Iſabella Hiſpaniæ Regina moritur. 9...
Itelius Fridericus *Comes ab Hohenzolleren* creatur Princeps Imperii. 71
Jubilæum Romæ celebratur. 155
Juſtus Maximilianus *Comes Gronsfeldius.* 120

K.

Koningsmarckius 77. 85. invadit arcem Pragenſem & magna præda potitur. 121
Kinſhius Socius conſpirationis Wallenſteinianæ interficitur.

Leo-

L.

Leopoldus Archidux frater Ferdinandi III. fit Generaliſſimus Cæſaris 61. pellit Bannerium è Bohemia 62. profligatur à Dorſtenſohnio 78. ſumit ſupplicium de fugitivis. 79

Leopoldus Ignatius Joſephus filius Ferdinandi III. naſcitur. 63

Leonardus *Dorſtenſohnius* fit Generalis Suedicæ militiæ 7. duplici clade profligat Cæſareanos 78. ejus progreſſus in Moravia 95. transfert bellum in Daniam 88. cædit Cæſareanos in Bohemia 95. abdicat Im[illegible]ilitare. 103

Leodienſ[illegible] ſeditiones 139. captâ urbe ſedan[illegible] & ſeqq.

[illegible]ta. 79

[illegible]giliarum Egræ. 7

[illegible] oppugnatum à Gallis. 74

[illegible] Legatus ad pacificationem Monaſte[illegible] 125

[illegible]*XIII.* Rex Galliæ gignit filium Ludovic. [illegible] moritur. 76

[Lud]ovicus *Comes Soiſſonius.* 71

[Luſ]*itania* deficit 64. ſub *Duce Bragantiæ.* 65

[L]udovicus *Dux Anguienſis*, nunc *Condæus*, cædit Hiſpanos ad Rocroam 87. capit Theoniſvillam 87. 87. oppugnat Bavaros ad Friburgum & capit varias urbes ad Rhenum 93. profligat Bavaros ad pagum Allersheim 97. 98. capit Dunquercham. 106

Ludovici Landgravii *Darmſtadani* matrimonium. 162

Ludovicus *Percira* Legatus *Luſitanus* ad Pacific. Monaſterienſem. 25

M.

MAtthias *Gallaſſius* Generalis Cæſareus aperit

 Cæ-

Cæſari machinationes Wallenſteinii 5. fit Generalis militiæ Cæſareæ 5. profligatur à Dorſtenſohnio. 90

Mapphæus *Barberinus* vide *Vrbanus* VIII.

Maria Philippi IV. *Regis Hiſp. ſoror* coronatur 35. moritur. 15

Maria *Dux Bavariæ*, Mater Ferdinandi II. Cæſaris. 37

Maria Anna prima *uxor Ferdinandi* II. Cæſ. 37

Maria Anna *Cæſaris filia* Sponſa Hiſp. 146

Maria *Regina Angliæ*. 56

Maria Stuarta *Regina Scotiæ*. 56

Maria *filia Caroli Reg. Ang.* deſponſatur Willhelmo Principi Orangio. 71

Maria Medicæa, Mater Ludo[illegible] Galliæ moritur Coloniæ, ejus par[illegible]

Marinus *Capello* claſſis Venetæ [illegible] cicos perſequitur.

Mauritius Princeps *Sabaudiæ*, & *Cara*[illegible]

Maximilianus *Dux Bavariæ* facit ar[illegible] Suecis & Gallis 1[illegible]4. iterum renunc[illegible]

Maximilianus Thomas *filius Ferdinandi* [illegible] naſcitur.

Maximilianus Philippus Hieronymus *filius Ele*[illegible] *Bavariæ* naſcitur.

Maximilianus Henricus Dux Bavariæ fit Coadjut[illegible] *Colonienſis* 75. & Decanus Leodienſis 135. & Coadjutor Leodienſis 142. fit *Archiepiſcopus* Colonienſis. 157

Maximilianus Wilibaldus *Comes Wolffegg.* defendit Lindaviam. 114

Maximilianus *Comes de Trautmansdorff* Legatus, ad pacificationem Monaſt. 124

Julius *Mazarinus* Legatus Pontificis. 76. recuperat Retelium, & fundit Turenium. 1[illegible]0

Melander Dux copiatum Haſſicarum 10. fit Dux circuli Weſtphalici 105. fit Generalis militiæ Cæſareæ 117. expugnat Marpurgum 117. occumbit

in

… in prælio apud Auguſtam. 120
Melchior *Comes Hatzfeldius* Generalis Cæſareus 29. ejicit Suecos è Saxonia in Pomeraniam 38. cæditur à Dorſtenſohnio in Bohemia, & capitur. 96
Melchior Otto ex *Baronibus Voit de Satzburg*, fit *Epiſcopus Bambergenſis.* 76
Michael *Federovvitz Dux Moſcorum.* 88. moritur. 99
M*ina* propugnaculum Guineæ ab Hollandis expugnatum. 40
Mors Joannis Friderici *Ducis Holſatiæ*, & Archiepiſcopi Bremenſis 17. Othonis Ludovici *Comitis Rheni* 17. Joannis Alberti *Ducis Meckelenburgici* 35. Joannis *Wezycz Archiepiſcopi Gneſnenſis* 50. Franciſci Hyacinthi *Principis Sabaudiæ* 51. Balthaſaris M*arradii* 51. Antonii *Epiſcopi Viennenſis* 61. Joannis Philippi *Ducis Altenburgici* 61. Georgii Wilhelmi *Electoris Brandeburgici* 65. Joannis Ludovici Comitis *Iſolani* 65. Georgii *Ducis Brunſuicenſis* & Luneburgici 72. Mariæ *Imperatricis* 101. Philippi *Infantis Hiſpaniarum* 102. Anſelmi Caſimiri *Electoris Meguntini* 118. Henrici Friderici *Principis Orangii* 118. Mariæ Leopoldinæ I*mperatricis* 127. 128. Ferdinandi *Elect. Colonienſis* 156. Wilhelmi *Principis Orangii* 162. Chriſtophori Oſſolinsky *Cancellarii Poloniæ* 162. Caroli *Ducis Angoliſmenſis* 162. Claudii Memmii *Comitis de Avaux* 162. Alberti *Epiſcopi Ratiſponenſis* 146. Maximiliani *Electoris Bavariæ.* 182
Moſchi paciſcuntur cum Polonis. 12
Mutius Vitelleſcus Præpoſitus S. I. moritur Romæ, 101

N.

Neapolitana ſeditio. 108
Neoburgico Duci intercedunt controverſiæ cum Elect. Brand. 167. matrimonium. 81

Nicolaus *Potoccius* Palatinus Braclavienſis domat ſaccos.
Nordtlingana pugna.
Noveſium captum ab Haſſis & Gallis.
Nyemannus ſocius conſpirationis Wallenſteinianæ.

O.

Octavius *Piccolominæus* aperit Cæſari machinationes Wallenſteinii 5. Audomarum atque Heſdinum liberat obſidione 49. & Theoniſvillam 59. fit Legatus Generaliſſimi 61. profligatur à Dorſtenſohnio 78. fit Generalis militiæ Cæſareæ. 129
Octavius *Aldobrandinus* magnus Prior militiæ Melitenſis cadit in prælio ad Nordtlingam 15
Oczacovv arx ad oſtia Boryſthenis. 91
Otto Chriſtophorus *Sparrius* obſidet, Hohentvveilam 67. obſidet, & capit Leodium. 136

P.

Parmenſe bellum.
Thomæ *Parri* Angli *ſenectus.*
Paulucius Dux Rebellium Coſaccorum capite punitus.
Paderborna capta ab Haſſis.
Pax *Pragenſis* 19. ejusq; effectus 23. *Sueco-Danica* 99. *Germanica* præliminaria 83. Monaſterii & Oſnabrugis concluditur 124. damnatur à Pontifice Romano. 15
Petrus P*aſmannus* Cardinalis & Archiepiſcopus Strigonienſis moritur. 43
Philippus Chriſtophorus *Elector Trevirenſis* capitur ab Hiſpanis 26. reſtituitur à Cæſare in locum priſtinum. 92
Philippopolis Gallis adempta.

*P*hilippus Auguſtinus filius Ferdinandi III. Cæſaris naſcitur 43. moritur. 61

Philippo IV. Regi Hiſpaniarum naſcitur filius 51. ducit filiam Ferdinandi III. 146

Philomarini Card. atque Archiep. Neapolitanus laborat in compeſcenda ſeditione. 111

Prodigia. 17. medicum.

Propheta Regiomontanus.

R.

Robertus *Geraldinus* præfectus interfectorum Wallenſteinii, & ſociorum.

Roſa præfectus equitum Vinarienſium. 73

Rupertus *Comes Palatinus* capitur ab Hatzfeldio 45. cæditur à Parlamentariis in Anglia. 94

S

S*chenckianum munimentum* in divortio Rheni Geldrienſes Præſidiarii intercipiunt 28. recuperatur ab Hollandis. 33

Scotia ab Anglis ſubjugata. 177

Sebaſtianus *Ruellius* Conſul *Leodienſis* interficitur. 39

Stanislaus *Conjecpolſius* domat Coſaccos 41. cædit Tartaros 91. 92. moritur. 93

Sueco-Polonicæ induciæ. 24. 25

Sylvius *Piccolomineus* cadit in prælio ad Nordlingam. 15

T.

T*abor* munitio curruum, intra quos ſe Sarmatæ velut intra vallum communiunt. 91. 92

Terræ motus per Germaniam. 66

Theodorus Adolphus de Gahlen fit *Episcopus Monaſterienſis.* 146

Thomas *Zamoyſcki* ſupremus Regni Poloniæ Cancellarius moritur.

Thomas *Farfax* Legatus Regii exercitus in Anglia 58. Dux Parlamentariorum capit Oxoniam. 135

Thomas *Princeps Sabaudiæ.* 64. 105

Thomas *Wenthvvort*, Prorex Hiberniæ capitis condemnatus & plexus. 71

Treviris capitur ab Hiſpanis 26. motus componuntur. 151

Turianus Comes Bohemus. 8. 9

Turenius Comes Ductor Vinarienſium cæditur à Bavaricis. 6. 97

V.

VEnetum bellum cum Turcis. 100

Victor Amadæus *Dux Sabaudiæ.* 43

Vinarienſes Galli fuſi ad Dutlingam. 86. eorum ſeditio. 104

Vincentius *Caraffa* fit Generalis Societatis Jeſu. 101

Vladislaus Rex facit pacem cum Moſchis 12. 13. ducit uxorem Cæciliam Renatam 40. 41. ducit ſecundam Aloyſiam Mariam Nivernenſem. 91. moritur. 12

Vrbanus VIII. moritur.

W.

WAllenſteinii conſpiratio, ejuſque tragicus exitus. 2

Walliæ Princeps v. Carol.

Wenceslaus à *Lobckovitz* creatur Princeps Imp.

Wei

Venceſlaus *Leſcinskius* Epiſcopus Varmienſis mittitur ad deducendum ſponſam Regiam. 91
Wilhelmus *Landtgravius Haſſiæ* moritur. 43
Wilhelmus *Princeps Orangius* ſuccedit patri. 118
Voldomarus Comes Reg. Dan. Filius in Moſcovia attinetur & dimittitur. 99
Wolffenbutelia à Reuſchenbergio defenditur. 67

Z.

Zara Dalmatiæ oppidum captum à Turcis. 107
Zonſa egregiè defenſa à Goldtſteinio. 105

FINIS

CHRISTIANI ADOLPHI THULDENI

HISTORIAE NOSTRI TEMPORIS

AB ANNO
CHRISTI M. DC. LII.

Id eſt, Continuationis
ADOLPHI BRACHELII

Pars Prima. in qua
ECEM GERMANIÆ IN S. R. IMPERIO
irculi, Octoviri Electores, aliique Principes
um ſingulorum religionibus amœniſſimè deſcri-
ntur: ac res propè omnes in Francia, Suedia, Polo-
nia, Anglia, cæteriſq; toties Europæ terris,
cum cura & fide commemorantur.

Tractatus Hiſtorico-Politici

ajori huius aquè ac ſuperioris ætatis rerum cognitione:
Aurea Bulla, Pax Religionis, aliique ſubijciuntur.

1652



COLONIÆ,
Apud JOANNEM ANTONIUM KINCKIUM,
Anno M. DC. LVII.

CHRISTIANUS ADOLPHUS THULDENUS,

CHRISTIANO ET CANDIDO LECTORI SALUTEM.

ALteram tibi amice vir, hiſtoriæ noſtræ editionem hic præbemus: quam primâ illâ correctiorem uti daremus, opera eſt impenſa. Verùm ne te fugiat conſilii noſtri in perſcribendis rebus memoratu non indignis ratio: ſic accipe. Adolphus Brachelius, natu Coloniensis, eruditione & ſcriptis latinus, profeſſione & voto Sacerdos, hiſtoriæ ſuperiorum temporum libros aliquot breviter ſed bene perſcriptos in lucem ediderat: qui ab omnibus Europæ nationibus expetebantur; ſed Adolpho Septembri menſe anni poſt mille & ſexcentos quinquageſimi ſecundi, in primo virilitatis robore terris erepto, indignum putabatur ejus morte hiſtoriæ filum, quod hominibus atque divis approbantibus, orſus fuiſſe videretur, interrumpi atq; recidi. quamobrem alius ſufficiendus vita mortali functo erat, qui rem ab illo egregie cœptam vel eadem texturâ proſequeretur, vel ubi finem ſcribendi & vivendi Adolphus feciſſet, ibi alter filo ſuo novus inciperet. Dum hic talis quæritur, ægrè inveniri, inventus ita placere non potuit, quin roderetur, ſed ab improbioribus, & qui laboris alieni florem infringere non erubeſcunt. utcunque eſt, qui literis commendat quippiam, iſtud genus reprehenſorum haut quaquam debet extimeſcere: obſervet modò leges in ſcribendo ſuas, ac dicendæ veritatis periculum non recuſet. Præcipuum autem in Hiſtorico eſt, ſtudio ani-

 moq;

moque rectum, ac religionis veræ, nullis profanorum dogmatum, & à Christi Ecclesiæ decretis alienorum, ſeminibus depravatæ cuſtodē eſſe. his enim duobus ſi caret is qui hiſtoriā ſcribit, nullius precii, nullius authoritatis eſſe poteſt. uti hæc omnia & his plura examuſſim tribus de Hiſtoria libris, heros noſter Sebaſtianus Maccius Durantinus præcepit. Ejus viri præceptis contentus, aliquid ſcribere ſum aggreſſus, quod Europæ hominibus publicandum darem. & ut Hiſtoriæ omnes facilius intelligerentur, librum ſingularem adjeci: in quo Bulla aurea, Pax religionis, Pacificatio Pragenſis, aliaque complura hiſtoriis fermè omnibus lucem allaturæ, collecta, comprehenſaque ſunt. His te donis Chriſtiane & Candide Lector, ſed tuo ex peculio afficimus. Sed enim ita fieri à nobis plane neceſſarium videbatur. quid enim Bullæ aureæ, Pacis religionis, aliarumque rerum tibi mentionem in hiſtoriis obtruderemus, niſi aliquando rem ipſam & verba legum bonâ fide repræſentaremus? id quod facere conati ſumus pro copia & viribus. Quare ſalve & vale, ac laborem noſtrum, æqui bonique conſule. Dabam Coloniæ Ubiorum, in Zothecula mea Canonica ad Gradus Marianos. Anno M. DC. LVII. exeunte Martio ſub veſperam, Chriſtianæ ſalutis.

PRIMÆ PARTIS

CHRISTIANI ADOLPHI THULDENI HISTORIÆ ARGUMENTA,

Seriatim proponuntur.

ARGUMENTUM LIBRI PRIMI.

Qui Anni M.DC.LII. Geſta continet.

DEcem Germaniæ circuli deſcribuntur, qui Romanum Imperium ſuis finibus circumcludunt, *Auſtriacus*, *Bavaricus*, *Suevicus*, *Franconicus ſuperioris*, & *inferioris Rheni*, Superæ, inferæque Saxoniç, Weſtphalicus, Burgundicus. hi eo modo delineati ſunt, ut quæ præcipuæ, quæque majoris momenti res in iis habentur, in oculos facilè incurrant. Octo Sacri imperii electores ſecundum Cæſarem referuntur, qui ſunt his temporibus: Moguntinus Ioannes Philippus. Trevirenſis Philippus Chriſtophorus. Colonienſis, Maximilianus Henricus. Bohæmus Ferdinandus Franciſcus Ferdinandi tertii filius. Bavarus, Ferdinandus Maria. Saxo, Ioannes Georgius. Brandeburgus, Fridericus Guilielmus. Heidelbergenſis, Carolus Ludovicus. Coloniæ Agrippinæ feſto Regum die Archiepiſcopus ſolenne ſacrificium facit, quod intra centum annos ab Archiepiſcopo ibi non factum conſtat. ſub eo ſacrificio Erneſtus Heſſiæ Lantgravius cum Solmenſi conjuge, fidem Romanam publicè profitetur. à Turcæ irruptionibus metus Hungariæ impendet. Superam Alſatiam Lothăringici deſpoliant. Trevirenſis Elector è vita excedit admodum ſenex, ei ſufficitur Carolus Caſ-

patus Lejus; Metternicius fit Speirenſium Epiſcopus.

Francia civili bello ardet, Condæo Principe in turbas data. Mazarinus quem regno eliminandum curaverant, regii exercitus præfectis ſe adiungit, ijſque victoriam contra Condæum affert: eius imago apud Turonenſes igni tradita. Carolus Lotharingiæ Dux à Condæanis in auxilium ſolicitatur: eius milites latrociniis paſſim victitant, captos horrendum in modum excarnificant.

Cromvel in Anglia novos dominatus parat: tres habet alendos exercitus ſatis grandes: quare ſupplex ei libellus offertur, velit onere nimio remp. liberare. Scoticæ Eccleſiæ miniſtri concionibus pro rege contra novos dominatores digladiantur. Hiberni etiam reſiſtunt, ſed fortioribus fruſtra.

Cardinales creantur inito Februario Heſſus Darmſtadius, Pimentellus Hiſpanus. Condius Radeſianus Gallus, Sanctacrucius. Ottobonus. Fabius Chiſius. Homodeus, Conradus. Maſcabrunus morti addicitur. Confœderati Belgii ordines contra Anglos mari ob piſcationem haringarum crudeli certamine depugnant. Legati Batavici non audiuntur Londini. Franconici, Suevici, ac Rhenani utriuſque circulorum, Francofurtum legatio. Conventus ad Mænum agit ut Francothalio, Heilbrunnâque milites educantur, id factum Aprili menſe. Fechta quoque onere Suedici præſidii levanda, Lotharingici eliminandi Alſatia, Eburonibus, aliiſque locis erant. Cæſar imperii cætum Ratiſponam cogit; eius literæ ad comitia quemque invitantis. Cæſaris in Catholicos ritus amor. Corporis Chriſti ſacramento honorem debitum haberi imperat. Hiſpani Gravelingam Francis extorquent: adoriuntur & Dunkyrkam & Barcinonem, ſed fortuna abſente. Hocquincurtii Mareſcalli felix audacia Barcinonenſes in Laletania confirmat. Turbulentis Poloniæ rebus,

præ-

præeſt regno Ioannes Caſimirus: quem Coſaccorum ductor Bogdanus Chmielnicius variè exercuit, eius ingenium fraudulentum atq; impotens. Hieronymi Ratiævi regni Procancellarii proſcriptio Lithuanos in regem concitat. hoſtes Polono Turcæ, Roxolani, Moltavi, Valachi, Tranſilvani, Coſaccique. Varſaviæ diſſoluti conventus repetuntur Auguſto menſe. Iunior Chmielnicius Valachiæ Prætoris filiam ſibi nuptum dari poſtulat, negat Valachus, hinc belli iræ inardeſcunt, contrahuntur auxilia Tartarorum ad ſexaginta millia, & quum per Vkrainam Valachia peteretur, Polonos caſtris exſuunt, mactantq;. atrox ea pugna fuit cæleſtibus prodigiis clara, quæ ad regem nuntiata morbum animo objecit. Comitia Varſaviæ indicta rebus inclinatis ſubvenire parant. Sileſiam aquarum eluvio multis locis deturpat. Ab igne accepta damna Lucaviæ. Exitu æſtatis Pragæ Cæſar cum electoribus colloquitur. Mors Iani Gverthi, ſtrenui olim è gregario milite ducis. Praga diſcedunt Electores. Ratiſponam imperii ordines alii poſt alios veniunt. Cæſar ibi excipitur.

Novus Cometes lucere incipit Menſe Decembri. Trevir Archiepiſcopus Elector Chriſti natali ſacrificium primum facit.

Hiſpanienſium in Italia contra Gallos progreſſus. Tridino, Creſcentino, Caſali potiuntur. Caracenæ virtus. Mantuæ Ducis Caroli Gonzagæ a Gallis defectio. Pinarolum & Pedemontium vaſtatur. Innocentius Decimus recepto ad ſe Fabio Chiſio, eius loco in Germaniam Nuncium mittit Ioſephum Sanfelicium, Archiepiſcopum Conſentinum. Coloniam ſibi hoſpitio delecturum. Mors Cardinalium Marcelli Lantæ, Iulij Romæ, Ludovici Alphonſi Pleſſæi. Legatio Sinenſis Romam venit exitu anni, quis rei Chriſtianæ ibi ſtatus ſit ſanctiſſimo Patri recenſet. Sinarum ſitus in Aſia eſt, ab ortu ſolis primus. Provinciarum eius terræ nomi-

nomina. Tartarorum & Sinenſium bella. Catholicæ religionis & literarum per Ieſuitas propagatio in Sinis.

ARGUMENTUM LIBRI SECUNDI.

Hic

ANni milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimi tertii ſeries contexitur. à rebus Germanicis exordium fit. Ratiſponæ ante inita comitia Colonienſis Antiſtes Trevirenſem pallio Archiepiſcopali ornat. precationes fiunt pro imperio. Ludi comici aguntur. Lotharingici invadunt agrum Leodienſem, Trajecto repelluntur. Malmundario, Stabuleto, Covino inhiantibus reſiſtitur. Dinantum, regionem interamnenſem, Carpos, Condruſoſque ſpoliant. Mors Ioannis Ludovici Naſſovii Principis, & Guolffgangi Gulielmi Neoburgici. Vtriuſque laudatio. Aprili Menſe in comitiis imperii ſumma omnium voluntate decernitur Romanorum Regem faciendum eſſe. Proteſtantium ad Cæſarem pro ſuo Evangelio literæ. Ratiſponâ Auguſtoburgum ad electionem regis itum. Excipitur ibi Cæſar & fidem accipit. Pridie Kalendas Iunias, habita Romani regis electio: eius ritus & pietas. Peregrini omnes dum electio fit urbe emoventur. Sacrificii ſolemnis quod miſſam dicimus hoſtia; eius precationis argumentum & ſumma. adſunt ipſi electores & præſentiam ſuã exhibent, Moguntinus, Trevir, Colonienſis, Bohemus, Heidelbergenſis : Bavarum, Saxonem, Brandeburgum ſui quoſque legati repræſentant. Octovirale ſacramentum dicitur. itur in conclave. Bohæmus elector fit rex Romanus votis omnium conſentientibus, aræ ſuper ſellã imponitur. hymni & carmina canuntur. Ferdinandus quartus omnium vocibus multùm diu florere & vivere opta-

optatur. Moguntinus & Colonienſis Romanum regem in medium accipiunt, temploque egrediuntur. Flavianæ eodem die Imperatrix Eleonora filiam parit. poſt electum regem Romanorum Auguſta Vindelicorum in Bavariam Reginoburgum abiere, ut ibi coronâ donetur Ferdinandus quartus. Quinque & quinquaginta liberæ & auguſtales civitates internuntios iſtuc miſerunt. eius coronationis ornatus, ritusque pleniſſimè deſcribuntur: in qua deſcriptione ſi omnia non ad unguē amuſſimque referuntur, veniam dabis laboranti hiſtorico. templum exornatur, ſedilia ac theatra diſponuntur. adſunt duces, Lantgravii, Marchiones, Principes, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Presbyteri, Comites, Barones, Nobiles, Vrbani, Ruſtici: forum, curia, templum implentur. Elector Colonienſis coronationi regis non intereſt. Noribergenſes ornamenta regia in ciſta adferunt. Litaneiarum cantus & explicatio. operante Moguntino ſacra fiunt, ab eo & rex ungitur, & corona donatur auguſtali. ſacerdotis ad aram facientis habitu incinctus, corporis & ſanguinis domini hoſtiam regi Moguntinus porrigit. roſarii globulos Cæſar pietatis cauſa evolvit. equites Romani creantur, eos creandi modus. divina re perpetratâ convivium in curia initur. avena, bovis aſſati maximæ reliquiæ in honorariam prædam populo abeunt. Octovir Palatinus auguſtalis ærarii præfectus, aureos argenteosq; nummos in vulgus jacit, *ejus caſus ex equo ſed innoxius*. alba & rubra vina ſcaturiunt hauſturis cui ſimilagines adiectæ. veſperi hora ſeptima finis convivii fit, domoſque itur. Archiepiſcopi Colonienſis contra Moguntinum qui alienæ vicis fungendæ officio pro munere ſuo utatur, quiq; ſe in jure ſuo coronandi regem Romanum interpellarit, declaratio & ſcriptum. Brandeburgi legatus de aliis duobus queritur. Syllabus Romanorum Regum qui ab Archiepiſcopis Colonienſibus uncti coronatiq; ſint. ſub exitum

Iunii

Iunii propoſitio Cæſaris in comitiis prælectâ: ejus epitome. Comitiorum Germaniæ in tres cœtus diviſio: primus eſt Octoviralis. ſecundus Principum imperii qui eſt numeroſiſſimus. tertius liberarum civitatum. Comites & Barones in principum collegio tribus ſcamnis ſeſſum recipiebantur Vetteravico, Suevico, Franconico; iis quartum hoc anno acceſſit Weisfalicum, in quo comites ſunt ad numerum duorum & viginti. Coronatur Eleonora Mantuana Cæſaris conjunx ornatu imperatricio. natalis ultimus regis Ferdinandi quarti peragitur. Maximilianus Henricus Colonienſium & Leodicenſium Pontifex Leodium proficiſcitur, indicit conventus ordinum contra Lotharingicos. Duſſeldorpium abit, & Kalendis Novembribus Eliſabetham Ameliam Neoburgico duci nuptam in Romanæ Eccleſiæ gratiam accipit, ſacris operatus. Roſenthalij Ieſuitæ demogoria. Agrippinatium bonis Archiepiſcopi juſſu impedimenta iniiciuntur, quod dicunt barbarè arreſtari. literæ manifeſtæ vulgantur. Ratisbonæ Herfordenſes & Bremenſes legati audiuntur in urbium concilio, utriuſque religionis pari numero adhiberi poſtulantibus reſpondetur, id fieri placere in conventibus ordinariis imperii deputationum. novi Principes in Senatum adducti: Bremenſes recepti in gratiam Cæſaris, urbiumque collegio reſtituti. Marpurgi academia reſtaurata. Viſmariæ in Pomerania tribunal apertum.

Maritima pugna inter Hollandos & Anglos: hi vincunt illos. Herpertus Trompus fortiſſimè pugnans morte occumbit: ei ſublegitur Iacobus Guaſſenarius. in militum ignaviam animadvertitur. cum vicinis regnis ſocietas, amicitiaque fit. Menſe Novembri redintegratur contra Anglos certamen navale, magno per tempeſtates accepto damno. In Anglicana Republica ad Cromvelis ingenium omnia commutantur. Catholici ex Jbernia expelluntur, novus titulus Protectoris trium

regno-

...m à Cromvele aſſumitur. orationem ha-
...Senatu, Senatores expellit. Concilium &
...n reformat, leges & jura reddit Prætori-
...icibuſque de matrimonio, aliiſque. Cædes
... in foro Londinenſi ab Luſitano, duo-
...orum millibus curia obſidetur. novi
... Cromvele fiunt, qui eum Protectoris
...rantur. Leges quibus vivat is Prote-
...n Anglia. Scoti regias partes tueri vo-
... Situs & Provinciæ. Hypſichtones ...
... Ypreñſis Epiſcopi theſes quædam hæ-
...natæ ab Innocentio. Suedi ad arma rur-
...nt. Suedicæ gentis ab ultima origine
... Noæ ex Japeto filio nepos Magoges
...er Scytharum, qui Scythæ parva immu-
tatione Suethi nunc appellantur. Ubbo Rex à quo
Ubſalia & Ubbonia vulgo Ublandia. Scytharum
& Getarum nomina, reliquis ad Septentrionem
pertinentibus populis Suedi fecerunt. Zamolxis
de immortalitate animorum ... inſtruit, Runis
literis magiæ arcana complectuntur. Goti poſtea
appellati unde? an à Coto, vel Algoto, vel Gote-
sico? Scandiæ ſive Scandinaviæ populi recenſen-
tur, Suedi, Norvegi, Lappi. Suedorum indoles,
religio, virtus militaris. S. Anſgarius An. Chriſti
DCCCXII. Catholicam fidem Bircenſibus prædi-
cat. Guſtavus primus eo nomine rex, anno ſalutis
MDXXVII. Lutheri hæreſim introducit. Guſtavus
ſecundus pater Chriſtinæ, quæ rerum Suediæ
nunc potitur, Deorum iræ vindex in Germanos.
morbi peſtilentes Pruſſiam exhauriunt. mors
Cardinalium & Caſtronovani. Silvanectenſis.
Chriſtophori Scheibleri Tremonienſis.

LIBRI TERTII ARGUMENTI
Anno 1654.

TRansrhenana Weſtfalici tractu[illegible] à Condæanis & Lotharingici[illegible] Campinia, Hasbaniaque vaſtatur. T[illegible] virtus nobilitate donatur. Trudonop[illegible] mundarium, Stabuletum ſervantur. [illegible] Epiſcopus omnem curam in eô ponit, ut[illegible] ret. quadraginta horarum precationes [illegible] dicit. Dum hæc geruntur nuncii veniun[illegible] ringiæ ducem Carolum, ne amplius noc[illegible] ſuos, in cuſtodiam lepidè illectum Bruxellis[illegible] verpiamque deductum. ejus mores & vita : omnium de illo querelæ. quo aſtu in cuſtodiam venerit Carolus narratur. Arſchotanus & Garſias joculares amici ducis eum capiunt: ne tumultus concitetur eo facto diligenter proviſum. Archidux literas divulgat, quibus & Hiſpanienſium in ducem Carolum merita, & quàm turpiter ea beneficia remuneratus ipſe ſit, diſertim proponit. Fonſaldauniæ Comes ad exercitus Lotharingici ductores mittitur. mittitur Flavianam qui Nicolaum Franciſcum Caroli fratrem in Belgium eliciat, ut Lotharingicæ militiæ imperium adeat. Hammerſteina redditur Trevirenſi. Guidobaldus Thunæ Comes fit Archiepiſcopus Salisburgenſis. Lotharingi Legatus è concilio Germaniæ Principum exploſus. Belgarum & Eburonum Principis legatio Thenis. Grosbecius Præpoſitus Cæſaris inſulam cuſtodiæ cauſâ mittitur. Aſpreti unà colloquuntur Archidux & Antiſtes Leodienſis. Nicolaus Franciſcus Lotharingi frater Belgas adit, Coloniæ Agrippinæ Senatorio vino honoratus excipitur. Menſe Junio conjungunt copias ſuas Hiſpani, Atrebatium metropolim obſident. Cæ-

ſar

...um parat Reginoburgo. Receſſus imperij ...t ſcribitur Suedi Fechtâ abeunt. Compa...tis Cæſaris deſcribitur. quarto die Neo... ...ulit: Flavianenſium in excipiendo voluntas & ſtudium. Leopoldus Ignatius ..., Carolus Ioſephus quinquennis Cæſa...m, regemque Romanum fratrem gra...cipit. nono Iulij rex Romanus Ferdi... puerili morbo decedit, mortis prodi... cenotaphia ubique per Germaniam, & ...riarum cauſa excitantur. Cæſaris ep...tia, ac in Deo fiducia. Monaſterii inter ... & Decurionem graves controverſiæ in ...andi actum erumpunt. elabitur Malin...rothius. apud infernates Germanos Delphis incendium exſtitit. à quo duo tantum, ſenex & admodum puer ſervati. Suedi Brema potiuntur, Decanus elabitur cum Secretario. Ludemannus concionatur, convivia incunt. Erphordienſium de quatuor viris controverſia finem accipit.

Ludovicus XIV. Franciæ Rex contra Hiſpanos rem proſperè agit in Belgio. Mazarinus Hiſpanienſes ad proditiones invitat. eius neptis Martinociæ cum Principe Contio matrimonium. Gondius Radeſianus Pariſiorum antiſtes Luteciæ decedit: eius loco nepos Cardinalis Radeſianus à Clero cooptatus, abdicat ſe Archiepiſcopatu, fugit Bellam inſulã quæ Græco nomine, Kalonesus dicitur. Ludovicus Rex Durocortorum Remorum proficiſcitur ad Regni Franciæ ornamenta de more ſuſcipienda: eius ad hanc celebritatem comparatio animi: ſupplicatio, jejunium, demogoriç auditio, de peccatis confeſſio. templi Remigiani cultus. Archiepiſcopus Remenſis, Parium primas inungit, conſecrat, corona donat regem. Duodecim Pares: eorumque munia deſcribuntur, in attollendo pari manuum collatione regio diademate concordia. eorum dimidia pars ex laicis, dimidia ex Eccleſiaſticis conſtat, Laici duces tres; Bur-

gundio, Normannus, Aquitanus: comites q tres: Toloſas, Flander, *Campanus. Eccle* tres duces: Remus, Lingo, Laudunus: tr Comites: Bellovacenſis, Catalaunenſis, N dunus. Rex in templum ducitur. dicit mentum, ocreis ornatur & gladio: annulum to includit: unctus ſolio imponitur. cla mineis incluſa emittitur ales. ſi ſolen cium. ſumit Chriſtum Rex utraque ſp quato ordini allegitur. in D. Marculfi tangit. luſtrat militem. cum Seneteræ communicat. Stenæam recipit, ſuos in bus obſeſſos liberare contendit. Nemet ve Nemetacum vulgò Arras dicitur. fu Hiſpani, Condæi virtus audaciaq; laudata. quincartius feliciore auſu caſtra perfringit obſidentium, ac Nemetocennam ad ſuos liberandos primus contendit. victoriæ Gallicanæ dies in ante octavum Kalendas Septembris incidit, S. Ludovico feſtus. Goſius Radeſianus Cardinalis vulgò de Raits Calonſo Hiſpanis fidem publicam dantibus Romam pervenit. magnis gaudiis non ſine luctu victoria celebratur. Flandrorum & Hannoniorum agris vaſtitas infertur. Carlomontium obſidentibus Gallis transditur. Dux Aurelianenſis vicarium ſibi ſuffici in Gallia Narbonenſi propter abſentiam ſuam petit: eò miſſus Contiſs. POLONIÆ infelix ſtatus. Moſcorum perfidia, rapinæ, cædes, aliaque infauſta commemorantur. Res Suediæ iterum proponuntur. Guſtavi Adolphi ex factis eius rebuſque geſtis luculentum elogium. eius ingenium, virtus militaris, ambitioſa temeritas, hæreſis, in literas ac literatos ſtudium. Chriſtinæ eius filiæ laus multò amplior, quæ religionis Catholicæ ſtudio capta regiis honoribus ſe volens exſuit: ſed ne in regno Lutheraniſmi cultibus mancipato ea res tumultus pareret, aut ſibi negotium faceſſeret; maxima diligentia abdicationis cauſam omnes celat. id modò curat

ſibi a[illegible]dicanti de victu, alimonioque in con[illegible]tis vitæ tempus provideatur. Indicit con[illegible] Upſaliam, & a.d.xvi.Kalendas Iulias, Ca[illegible]avus Palatinus regnum in fidem accep[illegible]udos equeſtres celebrat.regni Quinque-vi[illegible]tionis ritus. Ungitur, coronatur, convi[illegible]itur Carolus. jurejurando fidem regi [illegible] ſubditi. Chriſtina trans mare Ham[illegible]onorificentiſſima claſſe deducitur. Rex [illegible]onium accipit ex Iutia Auſtrali Holſa[illegible]ipem Hedvigem Eleonoram. Lenæus [illegible]pſalienſis eos conjungit. Epulum con[illegible]choreæ, cantuſque Symphoniæ. ad Ma[illegible]ucem Moſcopolitanum legatus mittitur. [illegible]giſlai poſtremi ducis Pomeraniæ exſequiæ. Chriſtina per Weſtfalos Mindinenſes, Oſnabrugenſes, ac Monaſterienſes in Brabantiam adit: ejurat Lutheraniſmum Bruxellis, catholicam fidem profitetur: Euchariſtiam ſumit. Imperii circulorum conventus habentur. Deputatorum dies Francofurti. Res Angliæ Cromvelis nutu agitantur.

FINIS.

PRIMA PARS

Ergo, tribus annis 1652. 3. 4. & totidem libris abſolvitur.

Tractatus Politici ſeparatim ſubnectuntur.

Εἰς τὸν Χριστίανον Ἄδολφον.
Τὸν Θυλδηνόν,
Ἱστορικὸν λαμπρότατον
Καὶ ἑαυτοῦ σύγγραμμα
ἀθάνατον πάλιν
ἀκριβώσαντα.

ATronitas jactata diu vaga Fama pe[illegible]
Erubuit, quoties impulit aura T[illegible]
Nunc volat, & totum mugit Dea flatibus [illegible]
Candida, nec mendax abjicit ora pudor.
Vin' cauſam? Roſeum placuit poſuiſſe Colorē,
Quàm nova verſ[illegible] quâ prodit oborta nive.
Hactenꝰ Hiſtoricos Doctos mētita, viroſq; eſt.
[illegible]uldenum Æ[illegible]ans; vera, probata refert.
Bern. Scultetus M. D.

SEBAS-

SEBASTIANVS MACCIUS DURANTINUS LIBRI SECUNDI

Hiſtoriâ capite ultimo.

De eo,

Hiſtorico ſicut Poëtæ, ſit inuocatio neceſſaria?

QUemadmodum ſi quis oculos animanti effoderit, reliquum corpus inutile, ita ex hiſtoria demtâ veritate, narratio inutilis efficitur. Profiteri autem veritatem eſt Deum ipſum profiteri, ac vocare in teſtem eorum omnium, quæ dicuntur: ipſe enim eſt certiſsima hominum via, veritas ſempiterna & vita perfecta, atq; immortalis æternitas. nam, etſi interdum in terris videtur non adeſſe, tamen in cœlis eſt teſtis noſter, & conſcius noſtrarum rerum in excelſis. Pro-

in

inde abſq; vlla alia expreſſa
precationis aut invocationi
gurâ, hiſtoricus in vna tant
veritatis atteſtatione ap
Deo peculiari ac præcipu
do adjuvatur, qui etiam e
ratione per ipſam veritat
preſſionem ab eodem hiſt
fuit inſinuatus, ubi enim ve
tas proponitur, Deus ipſe invo-
catur ac rogatur, ut præſtô ſit,
& omnem ipſius veritatis pro-
greſſum nobis ad unguem ſub-
miniſtret. atq; hæc cauſſa eſt, vt
veritate nihil ſit excellentius,
nihil apertius, nihil fortius, &
quæ neque latere vult, neque periculum formidat,
neque inſidiis tremit, neque gloriam deſiderat, neque
ullis humanis rebus eſt obnoxia. Idcirco etiam Deus,
ut veritatis auctor, eiuſdem quoque veritatis vnà cum
cæteris auditor exiſtit; & licet in hiſtoria nullum Pa-
tronum aut defenſorem obtineat, tamen per
ſe ipſa defenditur.

HISTO-

STORICORVM
uibus utimur præcipuè in contexendis noſtris, nomenclatura.

nus Oſorius Epiſcopus Algarbienſis.

s Iovius Epiſcopus Nucerinus.

milius Veronenſis.

Polydorus Vrbinas.

Bembus Cardinalis.

Vbertus Folieta Genuenſis.

Sebaſtianus Maccius Durantinus.

Iacobus Auguſtus Thuanus.

Famianus Strada Romanus.

Iacobus Salianus.

Georgius Fornierus.

Adolphus Brachelius.

Lucas de Linda in deſcriptione Orbis & omnium rerum publicarum.

Gabriel Bartholomæus Gramundus.

Ioachimi Paſtorij bellum Scythico-Coſaccicum.

Albertus Myiuk Kojalovvicz.

Andreas Maximilianus Fredro.

Ioannes Loccenius Vpſalienſis Suedus.

Ioſephi Riccij Florentini Clerici Regularis congregationis Somaſchæ rerum Italicarum Narrationes ab ab anno 1613. ad annum 1653.


OPTIMA RERVM. A°. DNI.
Bohemiæ
Bayern
Mentz
Sachsen
Collen
Trier
Pfaltz
DIA RES PARVÆ CRESCVNT. DISCORDIA RES MAXIMÆ
LABVNTVR
P. F. AVGVSTO + IMPER. FERDINANDO III
PROBA CERE LATA + MAGNAS FERTE DEO GRATES






MARTINUS HERPERTI TROMP P.P. OR. DINUM BELGU VICE PRÆFECTUS MARIS.


MICHAEL DE RUYTER P.P. ORDINUM BELGŸ VICE PRÆFECTUS MARIS.


CORNELIVS TROMP P.P. ORDINUM BELGIJ
CE PRÆ
MARIS.


WITTE WITTENIUS P.P. ORDIN-
VM BELGIJ VICE PRÆFECT. MARIS.

1.

SACRATISSIMUS ET INVICTISSIMUS Princeps & Dominus,



FERDINANDUS III.

ROM. IMP. SEMPER AVGVSTVS GERM.
Hung. Bohem. Dalm. Croat. Sclavoniæ Rex &c.
Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ &c.

SERENISSIMUS ET POTENTISSIMUS
Princeps & Dominus



FERDINANDUS IV.

ROMANORVM HVNG. BOHEM. REX,

Archidux Auſtriæ &c.

ILLUSTRISSIMUS ET EMINENTISSI-
mus Dominus.



GUIDOBALDUS
RCHIEPISCOPVS SALISBVRGENSIS COMES
de Thuna S. Sedis Apoſtolicæ Legatus natus
S.R.I. Princeps &c.

4.

SERENISSIMUS PRINCEPS
&Dominus,



...WOLFFGANGUS WILHELMUS
...OMES PALATINI RHENI, VTRIVSQVE
...avariæ Iuliæ, Cliviæ & Montium Dux,
Comes Ravenſpurgi &c.

5.

SERENISSIMUS PRINCEPS
& Dominus



PHILIPPVS WILHELMUS
COMES PALATINVS RHENI, VTRIVSQVE
Bavariæ Iuliæ, Cliviæ & Montium Dux,
Comes Ravenſpurgi &c.

6.

SERENISSIMUS ET EXCELLENTISSIMUS
Princeps & Dominus



CAROLUS
DUX LOTHARINGIAE
& Barrij.

HISTORIE
RERVM
Per
EVROPAM
noſtrâ memoriâ
GESTARVM,
Scriptore
CHRISTIANO
ADOLPHO THULDENO.

LIBER PRIMVS.

Incipitur ab Anno M. DC. LII.

ADſpirare jam denuò ad amiſſum Pacis & virtutis ſplendorem, Germania videbatur: & Romani Genius Imperii tot præliorum belli Suedici afflictus, attritúſque calamitatibus, depreſſum caput ſenſim erigebat; quum Weſtphalicæ pacificationis negotio ad finem adducto, arma conquieſcerent: ſacramento milites ſolverentur: hoſtilis, ſed victor exercitus pecuniâ benè magnâ, vi imperatâ, amicus; imperii finibus excedere juberetur. Multis ea pacificatio iniquior, ſed inprimis Pontifici Maximo viſa. Is nullis rationibus adduci potuit, ut illam *Proœmion.*

ratam, gratamque haberet; abſque cujus tamen graviſſimâ nunquam violandæ authoritatis ſententiâ, in orbe Chriſtiano nihil integrum, ni[illegible] ſanctum exiſtimari debet. Sed magnum telum eſt neceſſitas, cui repugnare mortalibus negatũ, eò enim infœlicitatis Ge[illegible] d[illegible]cus præcipitaverat, unde aſſurgere omnium minimè poterat, niſi iiſdem, qui dejeciſſent, ſublevatoribus & patronis uteretur. Ab[illegible], vel iniquiores pacis conditiones æquo animo accipiendæ erant, ne ſolicitata adverſo vento nubes, graviorem [illegible] procellæ vim effunderet. Serenitatis igitur nonnihil Cæſari, imperiique ordinibus, ex profuſo emtæ Pacis auro cœpit affulgere: ſed quæ per annos aliquot multum nebulæ ſecum attrahebat. eâ diſcuſsâ ſpes forte erit, ut eo, quod optabat, fruatur Germania. Nobis conſilium eſt, ab anno Chriſti Soteris poſt mille & ſexcentos ſecundo & quinquageſimo, rerum geſtarum telam, per præcipuas Europæ Regiones, certâ narratione diſcurrendo, uſque ad ætatem noſtram pertexere. ſed priuſquam huc aggredimur, Germaniæ limites, & Romani Imperii Moderatores ſupremos, ob oculos ponemus.

Diviſio Germaniæ in Circulos.

Germania Omnis (uti eam nunc Romani Imperii nomen, & dignitas occupat) in decem benè longos ditionum ampliſſimarum tractus dividitur. Eos vulgò Creiſes, id eſt Circulos nominant, hac diſtinctè nomenclatura in numerum digeſtos: *Auſtriacum, Bavaricum, Suevicum, Rhenanum Superiorem, Franconicum, Rhenanum inferiorem, Saxonicum ſuperiorem, Saxonicum inferiorem, VVeſtphalicum, Burgundicum.*

Primus Circulus Auſtriacus.

A*Vſtriacus Circulus*, ad illum fermè Teutoniæ locupletiſſimum Principatum, qui Auſtri regnum & Archiducatus appellatur, nonnulla alia ſibi loca adjuncta habet: *Comitatum Tirolenſem*, in quo, Tridentum, Brixiaque Epiſco-

Epiſcopales Imperii urbes, & Oenipons elegantiſſima Principum ſedes: *Marcam Stiriam*, quæ regio *Valeria* olim dicta fuit, in quâ Grætium Civitas: *Carinthiam, Croatiamque & diplicem* [*Car*]*niam*: illa Dravo irrigatur amne, illuſtraturque præclaris oppidis, *Fano Sancti Viti Clau*- *Vulaco*: hanc arces validiſſimæ, *Goritia* & *Labacum* nobilitant. *Auſtria* aliquando *Pannonia Superior* dicta fuit, fluminibus Anaſo, *Danu*bioque irrigua. Civitates illic non paucæ, ſed inſignes extant, quarum caput eſt *Flaviana*; quæ corruptè, ſed paſsim tamen *Vienna* dicitur. eſt hæc Danubio appoſita, & aliqua ſui parte utramque jungit ripam; ſtrato ſuper flumen ponte. Cæſaris eadem domus, & Chriſtianitatis adverſus Turcas arx, Romani & Apoſtolici inſtituti cõſervatrix, artium omnium ac ſtudiorum officina. Si huic addam *Bohemiæ regnum*, etiam ſi Circulo non includatur, non videbor inepté facere; in mediâ enim ſedet Germania, & Archiducum Auſtriæ hæreditarium eſt. *Praga* nobiliſsima Civitas, regni *Metropolis* habetur, in quâ Regis aula, Archiepiſcopi Cathedra, Academia Literatorum. *Olmutienſis Epiſcopus* Suffragatur Pragenſi. Aliàs ipſum *Bohemiæ regnum tres* adhuc Provincias ſibi complexas habet: *Luſatiam, Moraviam, Sileſiamque*. In has Provincias, multis flexibus hæreſes irrepſerant: Anabaptiſtarum, Huſsitarumque & Lutheranorum. hi poſtremi manent in *Luſatia*, quæ Saxoniæ regulo ſubjicitur. Ex *Moraviâ, Sileſiaque* omnes migrare jubentur edicto Cæſaris, qui Latinæ Eccleſiæ ſacra faſtidiunt, eorumque loco Catholici reponuntur: licet ea res tumultu, & quiritatione adverſæ partis haud quaquam careat.

Secundus Circulus Bavaricus

C*Irculus Bavaricus*, præter eam Provinciam, quæ ſuperior & inferior Bavaria nominatur, multa alia complectitur. *Archiepiſcopatum* habet *Salisburgenſem*, cujus Antiſtes primas eſt Germaniæ, habet & *Freiſingenſem*, *Paſſavienſem Epiſcopatum*, *Ratisbonam* quoque liberam Imperii Civitatem cum Epiſcopo & Abbate Sancti Emmerani. In Bavariæ Ducatu ornatiſsimæ viſuntur urbes *Monacium*, Sereniſsimi Principis ſedes Iſaro flumini impoſita. *Ingolſtadium*, & ſplendida cum primis, & propter munimentum, quo circumvallata eſt, fermè inexpugnabilis Civitas: ubi eruditionis omnis, qua Græcæ, quà Latinæ, immortalis diſciplina omnium hominum generi traditur. Omnia hic Romano & Catholico ritu, per Eccleſias adminiſtrantur. Plaga Bavariæ ſeptemtrionalis, quam dicunt *Nortgoviam*, à Danubio verſus Bohemiam excurrit. Ducatus in meridiem vergit. ubi, Sol occidens illi objicitur: ibi Lyco, Iſaroque fluminibus concluſa pars, Bavaria ſuperior nominatur. Quâ parte orientem ſpectat, Oenumque & Iſarum inter extenditur, Inferior dicitur. Alpibus utraque ſubjecta eſt. Non ita procul à Lyci Oſtio, ducatus eſt *Neoburgicus*, cum arce ejuſdem nominis, ad Iuliacenſem pertinens Principem, Duſſeldorpii plerumque in Circulo Weſtphalico ſe tenentem. Accedit his Palatinatus ſuperior, Comitatus Ortæburgicus, Landgraviatus Lichtæbergicus, & urbes, in quibus: Eleutheropolis, id eſt, *Freiſtadium*, *Pappenheimum*, *Straubinga*, *Lanshutum* eôdem ſpectant. Amniculi ibi: Regentius, Radiantia, Labor, Nabus ex pinifero ortus monte. *Salisburgi Metropolitæ* ſubſunt Epiſcopi: *Patavienſis*, *Flavianenſis*, *Brixianus*, *Tridentinus*, cum quinque aliis. In hoc tractu plerique omnes, Romanæ Eccleſiæ edicto parent, excepto, quod Ratisbonæ Lutheranis quin-

que

que templa, ad ſuæ religionis exercitium pateſcant.

Circulus Tertius, Suevicus.

Circulus Suevicus, ſecundum ipſam *Sueviam*, quæ eſt lata & perampla regio, multa alia circumſcribit loca. ſunt hic urbes Imperii liberæ & pulcræ, variorum operum, ſtructuræque ac morum nitelâ conſpicuæ: in iis *Vindelicorum Auguſta* excellit, quâ Proteſtantes & Catholici æquali prorſus civilium munerum adminiſtratione potiuntur. Scholas habent, utriuſque partis inſtituto convenientes, cum pace & curâ aſsignatas, ſed Epiſc. Auguſtanus cum Cathedralium collegio Canonicorum, Catholicus eſt, ac diœceſin opulentam obtinet. Liberæ Imperii urbes in Suevia triginta numerantur: *Vlma*, *Conſtantia*, *Memminga*, *Ravensburgum*, *Nerolinga*, *Biberacum*, *Guimſa*, *Leutkyrica*, *Campidunum*, *Buchornia*, *Heilbrunna*, *Offoniburgum*, *Vanga ad Argum amnem*, *Buchovia*, *Lindavia*, *Zeiopolis ſive Dinkelſpul* à Zeiæ ibi naſcentis proventu ſic dicta, *Yſnia ſive Isna*, *Ginga*, *Aalena*, *Pophinga*, *Eslinga*, *Reutlinga*, *Halla*, *Rotueila*, *Vberlinga*, *Velia*, *Pullidorpium*, *Gemunda*, *Cella ad Hormerem*, *Caviburia*. Wirtenbergenſis ducatus, ampliſsimam ditionem, & Comitatum Moupelgartenſem complectitur. Comites præterea hoc Circulo continentur: *Furſtenbergi*, *Gundelfingenſes*, *VValpurgenſes*, *Oetingani*, *Monvordenſes*, Marchionatus *Bada* inferior & ſuperior, Comites Hochbergenſes, Landgraviatus Sauſenbergenſis, cum pluribus aliis. *Prælatos* item ſeptemdecim hîc numerant: tres *Abbatiſſas* ſeu Scholaſticas, unum *Præpoſitum*, *Elvangenſem*, qui omnes ſtatus & Ordinis Imperii ſunt. Inter liberas hujus Germaniæ Circuli Vrbes, ex omni parte Catholicæ ſunt inſtitutionis & fidei: *Offoniburgum*, *Vangenia*, *Cella* ad rivum Hormerem ſita. Reliquæ aut

confeſsionis Auguſtanæ gregarium ſunt; aut Lutheranis Catholicos æquo jure immiſtos habent: alias ab his ſectas non ſequuntur. Tetrarchia *VVirtembergenſis*, vix quenquam niſi Lutheranum patitur: Tetrarchiæ ſedes *Stucgardia* eſt. Et inde haut procul, Tubinga Academia nobilis Civitas. Danubii inſula, vulgo *Donavverth*, præſidio Electoris Bavari hodie tenetur, alias imperialis & libera ...

Quartus Circulus Franconicus. CIrculus *Franconicus*, orientem Franciam, quæ *Franconia* nuncupatur, univerſam continet. ſunt ibi tres Catholici Epiſcopi; *Bambergenſis, Guirceburgicus, Aichſtadienſis*, cum Urbibus ſuis ac Diœceſibus, eſt & Teutonici ordinis Magiſtri ſedes, cum territoriis benè amplis, *Marianœmi, Neohauſi, Dallavii*, aliiſque ad Nicrum amnem excurrentibus Satrapiis. Thuringia & Coburga regiones referuntur huc, uti & Comitatus: *Haenlbus, Caſtellenſis, Verteimius, Reinecius, Lubacenſit, Limburgicus, Suartzenburgicus, Lansheimius*. *Gemunda* oppidum ſatis munitum, ſedet ad Salam amnem, Mœno ſe immergentem. Auguſtales, per hunc tractum urbes quatuor numerantur (nulla ex iis Catholica) *Norimberga, Rotenburgum, Vinshemia, Sueinfurtum*. Norimbergam *Ptolemæi Segodunum* eſſe docti quidam putant. Eſt illa totius Germaniæ clariſsima civitas, ab anno prioris ſeculi quarto & viceſimo, Lutheranæ hæreſios ſtudioſiſsima; quam urbem Itali, quum aliàs cœca ſit illis Germania, unum ejus ocellum dicere conſueverunt. fora habet decem, quotidianis propè nundinationibus frequentatiſsima. Sedet in Franconia inter Sueviæ, Bavariæque fines: & Arcem intus habet, quod Noricum appellant caſtrum. Rotemburgo libertatem Imperii dedit Godefridus Limburgicus, Dux Franconiæ: ſita eſt ad Tubarim fluvium.

cum elegantibus, tum opere, tum ſitu aliis com-pluribus vicis atque opidis.

Quintus Circulus, Rheni Superior.

Circulus Rheni Superior, quatuor effulget Epiſcopatibus *VVormatienſi, Speirenſi, Ar-gentinenſi, Baſilienſi* duobus præpoſitis *VVei* [illegible] *urgenſi & Od* [illegible] *hemio.* uno magiſtro. *Ioan-* [illegible]; duobus Abbatibus: *Fuldenſi & Pru-* [illegible] ultis Principatibus & Comitatibus, [illegible] i domini ſunt: Palatini *Sponhei-mii*, Lantgra[illegible] *Heſſiæ*, ex utraque linea *Caſſel-lenſi* Calviniana & *Darmſtadienſi* Lutherana, Naſſa[illegible] *Sarverdæ*, [illegible] *Sarbrugæ*, *Comites Rheni, Salmii, Iſenburgici, Solmienſes, Gualdecii, Pleſſii.* Civitates in eodem Circulo præcipuæ, ſed multæ Auguſtales ſunt, ac liberæ, *Argento-ratum*, *VVormatia*, *Speira*, *Francofurtum* ad Mœni ripam, *Fridberga*, *Vetslaria* ad Lanum Dillæ influentem in Weteravia ſita. Ex his ur-bibus nulla eſt in totum Catholica, ſed plerique in illis reperiuntur Lutherani, licet non ubique rerum potiantur. In Heſſia, urbes nullæ liberæ viſuntur, ſed omnes principi vectigales; præci-puæ nominantur; *Caſſellæ, Marpurgum, Gieſſa. Hirſchfelda*, mutavit dominum & pro Abbate, Principem habet ſæcularem, Heſſum. In Co-mitatu Valdecio, *Gualdecia, Menchricuſa*, aliæ-que nonnullæ: ſed ab Eccleſia Romana alienæ, *Folcmaropolim uſque*, quod eſt Catholicum, Gueiſphaliæ Colonienſis oppidum, dextero *Tuiſtæ* amnis litori à *Folcmaro* Corbejenſi Ab-bate, olim inædificatum, *VVetteravia* regio huc pertinens, inter Heſſiam & Rhenum ſita, Co-mitatum continet *Naſſovienſem*: unde ſuos fœ-derati Belgæ, Mauricium & Guilhelmum, du-ces habuerunt. *Superior*, *inferiorque Alſatia*, *Suntgovia* item, ab Imperio Germanico exem-tæ, Gallum agnoſcunt hoc tempore Dominum. [illegible]eræ tamen Imperii urbes, quæ ſub Hage-

 [illegible]noenſi

noenſi Præfectura ſunt, videlicet: *Hagenoa, Colmaria, Sleſtadium, Veiſſaburgum, Landavia, Ahenheimia ſuperior, Rosheimia, Monaſterium vallis Gregoriana, Cæſaris Mons, Turichæmia.* Abbatiæ item: *Murbacenſis, Luderenſis, Andlavienſis.* Gueiſphalicâ pace, his urbibus etiã proviſum eſt, ne imperiali, quam antea habuerant, libertate privarentur: ibique Catholic[illegible] per Gallos inſtauranda curare[illegible] ad Auſtriacos eodem jure redi[illegible] hoc Rheni ſuperioris circulo includitur.

Sextus Circulus Rheni inferior.

INferioris Rheni Tractus, Quatuor Imperii *Electoratus* complectitur: tres Catholicos Archiepiſcopatus, *Moguntinum, Trevirenſem, Colonienſem.* & *Palatinatum Rheni*, qui Electoris Friderici tertii operâ, in reformatæ religionis dogma datus, ab Eccleſiæ Romanæ inſtituto averſus eſt. Urbes hic enumerantur variæ, inter illas eminent: *Moguntia, Auguſta Trevirorum, Bonna, Heidelberga*, quatuor Electorum ſedes Ordinariæ. *Confluentia* dein & *Andernacũ, Bingga, Lintia* ſunt & *Comitatûs*, & *Satrapia* multum inſignes *Seltia, Beilſteina, Hadamar, Aremberga, Reinocia, Eiſenburga inferior.* Præfecturæ non paucæ, ab utraque Rheni ripâ, cum parœciis, opidis, pagiſque propemodum innumeris libus; ibi prorſus *Catholicis*: ubi tres regnant Archiepiſcopi, ibi *Reformationis Calvinianæ*, ubi Octo-vir Palatinus rerum potitur. Vna eſt in hoc Electorio tractu, Auguſtalis & libera civitas, *Gelinuſa* nomine, Confeſſionis Auguſtanæ.

Septimus Circulus Saxonicus ſuperior.

TRactus Superior Saxonicus: Duos *Electoratus* complectitur, unum *Saxoniæ*, alterum *Brandeburgi.* Tres *Epiſcopatus* miniſtri Lutherani tenent, *Martisburgenſem, Naumbergenſem, Miſnicum.* quartus Caminenſis, Brandæburgenſi Octoviro in feudum datus. Eſt hic

Pome-

Pomeſania, inſignis Principatus, qui extincta Brandeburgenſium ſtirpe maſcula, omnis ad Sueciæ reges pertinebit, ut factæ pacis leges docent. *Aſcania*, ubi Principes *Anhaltini*, *Terra Advocatorum*, *Mansfeldiæ Comitatus*, in quo fodinæ metallorum, Iſlebia urbs Lutheri nata. Comitatus item: *Stollbergus, Guitegeſteinus, Reinſteinus, Ruſſenus, Schonbergus, Tanque*. Pertinent huc Saxoniæ alii Duces: *Altenburgicus, Vinarienſis, Gothanus Coburgus*, cum pluribus dynaſtiis: *Beuchlinga, Barbeja, Leiſnicia, Mechlinga, VVildenfelſz*. Abbatum item Principum & Abbatiſſarum ditiones: *Saliſfeldia, Quetliburgum, Falconrida, Paterusa, Geringrodia*. In hoc Circulo, præterquam quod nulla memoretur libera Imperii Civitas, vix etiam ullus reperitur Romanæ pietatis ſtudioſus: plurimi Lutherum, plures vero Calvinum ſecuti, à Catholicis longius abſceſſerunt. *Miſnia, Saxoniaque* cum nobiliſſima urbe *Lipſia* (ea Academiam habet) Auguſtanæ Confeſſionis ſunt: *Marca Brandeburgica* (eam quadripartitò dividunt: in *Vkeranam, veterem, mediam, & novam*) ſequitur *Marchionis Octoviri* reformatam religionem. Ejus ſedes *Berlini* eſt. Saxoniæ reguli, *Dreſda*. In ditione Quetliburgica aliqui forſitan Romanam Eccleſiam audiunt, Abbatiſſa ejus eſt Anna Sophia ex Bavariæ Ducibus nata. fluvii eam regionem perfluunt ad orientem *Viadrus*, ad occidentem *Albis*; ad Septemtriones, mare Balthicum illi objicitur.

IN *Tractu Saxonico Inferiore*, non ita pridem duo fuerunt *Archiepiſcopatus*: *Magdeburgicus & Bremenſis*. ſed perturbantibus omnia Marte & Religione, *in Ducatus mutati ſunt*. quemadmodum & Epiſcopatus *Halberſtadienſis in tetrarchiam* verſus, ceſſit Electori Brandeburgi- *Octavus Circulus Saxoniæ Inferioris.*

co,

co. Quatuor adhuc ibi manent Epiſcopatuum nomina: *Hildesheimenſis, Lubecenſis, Suerinenſis, Ratſeburgici*. Horum primus, habet Catholicum adminiſtratorem: cæteri, Proteſtantes Lutheranos. Ducatus autem numerantur: *Slesvicus, Meclaburgicus, Brunovicenſis, Luneburgicus, Holſaticus, Laoburgicus, Calenburgenſis*. in quibus Civitates: *Tychopolis, Hammelia*, [illegible] *mium, Viſmaria, Hanovia*. Co[illegible] *ſteina, Blancoburgum, Tattenburgum*. Urbes Hanſeaticæ, & liberæ: *Lubeca, Hamburgum, Brema*. Liberæ: *Mulhuſa* in Thuringia, *Goslaria, Northuſa*. Pauculos reperias in hoc tractu Eccleſiæ latinæ decretis, dicto audientes. *Brema Civitas* Magiſtratum habet reformatæ religionis. In *Meclaburgicis*, Academia Lutherana eſt *Roſtochium*. in Brunonis vico, *Helmaſtadium* Calixto quodam, non inducto Lutheranæ factionis aſſertore, his temporibus inclaruerat.

Circulus Nonus, VVeſtphalicus.

C*Irculus VVeſtphalicus*, nomen habet ab ipſa regione; quæ Saxonibus occidentalis eſt, & ob id *VVeſtphalia* dicitur. quamvis & credi poſſit, ab *equo albente* nomen ſumtum. Caballum enim (quod vocabulum dimidiatè *Phalen* efferunt) pro inſignibus hæc natio præferebat. Is Caballus, ante, nigro: poſtea verò quam baptiſmo dealbari, & Chriſtiani fieri cepiſſent, candido colore pingebatur. ut inde ſe *VVeiſphalos* nominari gauderent: quod fuligine gentilitatis abſtersâ, ad fidei Chriſtianæ candorem, *equis albis præcurrere* alios docebantur. Regio ipſa, prorſus eſt *Germanica*, alibi ferax, alibi ſterilis, eoſque mores in ſuis ad vivum exprimit, cultoribus, quos in *Arioviſto* Germanorum Rege, Cæſar deſcripſit. Latus *VVeſtphaliæ* quod Oriens aſpicit Viſurgi amne alluitur, Catthorum Montes *à Meridie* objiciuntur. *Occidens* flumine

Rheno

Rheno clauditur. ubi in Phryſios Orientales, & in aliquam Ultrajectini territorii partem vergit, ibi ſubjecta *Septemtrioni eſt*. Duos integros habet Epiſcopatus, quorum Antiſtites Catholici, *Paderbornenſem, & Monaſterienſem*. Oſnabrugenſem his adnumerare debebamus; ſed is, pace nuper emta mutilatus, alternis ſucceſſorum, nunc Proteſtantium, nunc Catholicorum, poſt viventis Epiſcopi mortem, eſt potiturus. Duæ item aliæ fuerunt Epiſcoporum ſedes: *Ferda & Mindina*: ſed in ducatus mutatæ, *hæc* Brandeburgenſi Octoviro, *illa* Suediæ Regi in feudum abiit: utraque factionis Lutheranæ eſt. Abbatum ſedes ſunt *Gverda & Corbeja*, quibus Benedictini Patres dominantur. Abbatiſſarum diœceſes duæ: *Ervordenſis & Eſſendienſis.* Eſt & *Angariæ* Comitatus, in quo *Arnsberga, Brilona, Mons Martis, Folcmaropolis*, Civitateſque aliæ, & *Meſcheda*, ubi Collegium Canonicorum, cum universâ Colonienſis Gueiſphaliæ Satrapeiâ, Comitatus dein *Bentheimius*, *Teclaburgicus, Ridbergenſis, Pirmontinus, Ravensbergenſis, Hoia, Lypia, Schaumburgum, Marchia.* Circulo Weſtphalico adhuc inſcribuntur, *Phryſii Orientales, Embda, Oldenburgum, Delmenhorſta*, Ducatus: *Bergenſis, Iulia, Cliviaque.* Regnum, uti vocant, *Aquiſgranenſe.* Additur denique clariſſimus *Leodicenſium* Epiſcopatus: ubi Eburones à Cæſare nominatos, domicilia habuiſſe autumant, Prioratus *Stabuletenſis.* Abbatia Monaſterii *Corneliani in Eiflia.* Tres hoc in tractu liberæ Imperii Civitates ſunt. *Prima: S*anctiſſima Ubiorum *Colonia*, ad lævam Rheni fluminis ripam, lunatâ crepidine conſpicua. Urbs toto orbe Chriſtiano, germanæ pietatis & literaturæ ſtudiis cultiſſima, *Divorum*, quos colit patrociniis, quàm foſſis ac mœnibus, quæ eam cingunt, fortior. *Altera: Aquiſgranum*, Principa-

lis

lis quondam ac regia Civitas, unde Corona donandi Romanorum Regis inſignia adferuntur. *Tertia: Tremonia*, Trotmannis aliquando habitata: nunc Auguſtanæ Confeſſionis, Chriſtophoro Sceiblero Doctore celebrata, quem duo fratres eruditione gemina inſignes, Adrianus & Petrus de Walemburgh Catholicè refutarunt. poſita eſt Tremonia, in Marchia Comitatu, cuniculi Imſcaris origine, & fluxu irrigata. Hæc omnia, Vueiſphaliæ tractum adeo amplum, divitemque reddunt; ut cum quovis ſuperiorum in comparationem venire queat. Nihil ibi deeſt eorum, quæ uſui ſunt vel ad veſcendum, vel ad bene beatéque vivendum, ut ſaltim eſt captus mortalitatis noſtræ. Si excipias loca illa, quæ Suediæ Regi, & Brandeburgico Marchioni ſubjiciuntur, ubique fermè Catholicorum ſacris vivitur; licet multos in Comitatibus ſupra nominatis homines, Lutheri & Calvini erroribus imbutos, perſuaſoſque reperias. Suſatum, Gueiſphaliæ Urbs magna, dives, munitaque, in ditione ac fide eſt Octoviri Brandeburgici. plurimos tamen Romanæ Eccleſiæ filios, gratiſſimo ſinu complectitur. *Lupia* civitas antiqua (ab amne ejuſdem nominis vulgò *Lypſtadium*) religionis Reformatæ & Auguſtanæ confeſſionis incolas habet. Catholicis non ita multis unum tamen ibidem templum patet. Patria eſt Caſpari Ulenbergii, ex Lutheranorum grege, in Romanæ Eccleſiæ conſortionem, cum pietatis & ingenii laude olim adſcripti, cujus memoria in benedictione eſt. Circuli Weſtphalici Academiæ Catholicæ ſunt, *Colonienſis* & *Paderbornenſis*: quibus anno 1655. accedet *Ducisburgica*, Reformatorum ſtudiis accommodanda.

Circulus Germaniæ decimus, Burgundicus.

COmitatus *Burgundiæ*, Germanici Imperii poſtremum facit Circulum, qui *Burgundicus* appellatur. is totus eſt Hiſpaniæ Regi ſubjectus

jectus, unde & ſacri Romani Imperii Marchionatus, iu quo urbs eſt Antuerpia, & elegantiſſima, nec opum egens, & propter Caſtellum ibi ædificatum munitiſsima. *Si liceret eas quoque ad Romani Imperii* amplitudinem terras adjicere, quæ in ipſa adhuc Germania inſitæ ſunt, neque circulis ſe inſcribi patiuntur? *Inferior* omnis *Germania* quantum non conciliaret Imperio magnitudinis cum ſeptem & decem, quas numerat, Provinciis? quantum non magnificentiæ ac roboris, valentiſsima Helvetiorum natio, ſi tredecim illos vel *Cantones* vel *Pagos*, uti vocant, liberis Romani Imperii ſubderent faſcibus? redirent credo ad priſtinum decus, cum Epiſcopis, *Geneva* & *Lauſana*, ac libertatem Imperii, ſuam æſtimarent. *Pruſſia* etiam, quæ à Pruſia Bithynorum rege fertur appellata, quum ſit prorſus *Germanica*; ſi tota Imperio ſubderetur, multum adferret ſplendoris. at hoc optare, eſt facilius, quàm ſperare.

ROmano *Germanorum* Imperio (ita ſicut tractus illi & Circuli decem à nobis deſcripti longè id lateque complectuntur) unus vir ſummus præſidet, quem Cæſarem vel Imperatorem nominamus. Is eſt etiamnum Auguſtiſsimus *Ferdinandus*, eo nomine *tertius*, qui ante annos plus minus ſedecim, Ferdinando Patri vita functo, in Imperio Proteſtantibus vel invitis, ſucceſsit. hic, difficillimis ter quà privatæ, quà publicæ temporibus, lenitate & patientia, inter adverſos caſus propè incredibili, retinere magis quam conſervare Imperium potuit. donec tandem receptis avariſsimæ pacis legibus, ad lætiorem Germaniæ ſuæ tranquillitatem evaſiſſe putaretur; & Ferdinandum Quartum, filium ſuum, Pannoniæ, Bohemiæque Regem, arbitrariæ alioqui in ſummo Magiſtratu

ſuc-

ſucceſsionis, per amicas Electorum Imperii ſententias ſecurum effeciſſet.

Electores ſunt hoc tempore uno facti auctiores: nam, quum ea dignitas ſeptemviratu abſolveretur antea, Octavum in Weſtphalica pacificatione Electorem addi placuit. Primus inter illos, eſt *Archiepiſcopus Moguntinenſis*, ſacri Imperii per omnem Germaniam Archi-Cancellarius; hic Imperatori ad dexteram in conventibus publicis ſedet. Et eſt hoc tempore, *Ioannes Philippus Schonbornus*, quem egregiæ virtutis & nobiliſsimi generis indoles, ad tantum culmen extincto jam, defletoque Caſimiro evexerat. Cum enim paulo antè, *Guircebürgenſis Epiſcopus* eſſet factus; id laudis ea adminiſtratione eſt conſecutus, ut nemo illo dignior exiſtimaretur, qui rem Moguntinam Elector & Archiepiſcopus gereret. literarum & Pontificii in primis, Cæſariique juris ſolertiſsimus cultor extiterat, neque reliquæ eum artes, quæ ſacrato dignæ ſunt viro, deficiebant. Archiepiſc. Moguntinorum ſuffragantur Epiſcopi: *Curienſis*, *Speirenſis*, *Vormatienſis*, *Vircebürgicus*, *Aichſtadienſis*, *Hildesheimius* & *Paderbornenſis* *Pherdenſis* etiam aliquando, ſed hic Epiſcopatus pro ducatu Reginæ Suediæ datus eſt. Secundas partes in deligendo Imperatore *Trevirorum Præſul* obtinet, eſtque Franciæ primas & Imperii per Gallias, ac regnum Arelatenſe Archi Cancellarius; in Comitiis ad pedes Cæſaris conſidet. Hunc principatum, ægrè licet, adminiſtrat etiamnum *Chriſtophorus Sœterenus*, exactæ ætatis ſenex, ultimoque cubans in morbo. Regnum Arelatenſe 7. olim provincias complectebatur. 1. *Delphinatum*. 2. *Tractum Sequanorum*. 3. *Burgundiæ Comitatum*. 4. *Helvetiæ aliquot ditiones*. 5. *Lotharingiam*. 6. *Sabau-*

diam

Jan. 12. *Maſſiliam.* Huic tanquam Metropolæ, Epiſcopi ſuffragantur, *Metenſis, Tullenſis, Verdunenſis.* Licet urbes ipſæ ab Imperio exemptæ ſint. Treviroru m protector eſt rex Hiſpaniæ.

Electorum Imperii tertius numeratur *Colonienſis Eccleſiæ Antiſtes: Angariæ, Veiſphaliæque Regulus*, qui Sacri Imperii per Italiam Archicancellariatus munere fungitur. cujus etiam partes officii ſunt, electo Romanorum Regi, diadema Imperii, ſolenni cum cœrimonia imponere. Hunc Archiepiſcopatum Sereniſſimus Bavariæ Dux, *Maximilianus Henricus*, ſumma cum prudentiæ acrimonia, fortiter vigilanterque gerit. digniſſimus omnino habitus, qui Ferdinando Patruo non ſolum in *diœceſi Hildeſiana* Adminiſtrator, in Eccleſia *Leodienſi* Præſul, verum etiam in Principatu Colonienſi *Elector Archiepiſcopus*, optimorum ſuffagio electus ſuccederet. Colonienſi Archiepiſcopo ſubſunt Epiſcopi: *Monaſterienſis, Oſnabrugenſis, Trajectinus, & Leodius.* Mindinæ antiſtes, et quoque Suffraganeus olim fuit, ſed Principatus ille non ita pridem ex Eccleſiaſtico ſecularis factus, Marchionis Brandeburgici juri acceſſit.

Electorum Imperii Quartus, eſt *Rex Bohemiæ*, qui *Pincernæ Maximi* nomen obtinet, ſuaſque in eligendo, cum cæteris ſeptem Octoviralis collegii patribus, partes habet. Onerum Imperii, vectigaliumque immunis ac liber eſt: omnes alios tetrarchas atque reges externos, quin ipſam quoque Imperatricem in comitiis actibuſque Imperialibus antecedit. Hoc regnum *Ferdinandus tertius Imperator, filio cognomini, Romanorum regi non multos poſt* annos futuro, paulò ante per ſucceſſionem impetraverat. eſt ille jam, florentiſſimæ ætatis Juvenis, qui partæ Auſtriacorum gloriæ (ſi longio-

longiorem illi vitam cum fortuna concedet … bunt) de ſuo, non nihil ſit additurus.

Quintus Elector, eſt *Comes Palatinus Rheni summi dapiferatus honore inclytus, & maximus aulæ Imperatoriæ Magiſter.* Is erat ante annos viginti & eo amplius, *Fridericus* vir bello clarus haud dubiè, ſed in Cæſarem perduellis … factum eſt, ut magiſtratus maximi honore exutus, proſcriberetur, eâ poſtea lege in gratiam receptus, ut *Maximilianum* Bavariæ Regulum multis inſignibus erga Cæſarem beneficiis cognitiſſimum, ſuo repoſitum loco vel invitus pateretur. Ea res poſtea, … pacis negotium in Weſtphalicis conventibus caleret, aliter eſt compoſita, ibi enim *Friderici poſteris*, Electoralis dignitas rurſum adjudicata fuit; neque tamen Bavariæ Principi erepta: quamdiu ſcilicet ex Guilhelmi nepotibus virilis ſexus proles extiterit. maſculâ Guilhelmi ſtirpe extinctâ, *Electoratus* quoque nomen in Bavaria uti deleatur, eadem pacificatione conſtitutum eſt. Hunc Electoratum tenebit Maximiliani vitâ functi major natu filius *Ferdinandus Maria* anno 1636. pridie Kal. Octobris in lucem editus; egregiâ indole Princeps.

Sextus, eſt *Saxoniæ Dux*, Thuringiæ Landgravius, qui honorẽ Enſiferi maximi in Imperio habet, & vindicem juſtitiæ gladium Imperatori præferre ſolet. Præſenti Electori nomen eſt, *Ioannes Georgius*, vir grandis natu, & Saxoniæ populis gratus. Ei filius eſt, ejuſdem nominis, qui Saxonicæ dignitatis in Imperio hæres erit, ſi elato Parente ſuperſtes fuerit. Principes ſunt Germanicæ integritatis & naturæ præcipui cuſtodes, quibus ſeriò quid promittentibus tantum credi liceat, quantum juratis. Sed Lutheri dogmatis inſtructi, ab Eccleſia Romana diſſident, Cæſari tamen & fideles & amici.

Septi-

Septimus Romani Imperii Electoratus, in Brandeburgenſi Marchione conquieſcit: is eſt Archi-Camerarius Imperii, Dux Magdeburgiæ, Burggravius Noribergenſis, Princeps Halberſtadii, aliorumque in Imperio, & extra illud Statuum poſſeſſor & herus. Ejus Marchionis qui nunc rerum potitur, nomen eſt, *Friderici Guilhelmi*: Catholicæ inſtitutionis ritus non agnoſcit, Reformatorum ſtudiis addictus. *Octavus Electorum*, nuper in Weſtphalica pace nominatus eſt Sereniſſimus Rheni Palatinatus, *Carolus Ludovicus*, Friderici filius. Is tenet Palatinatum omnem inferiorem, ſuperiori rurſum potiturus ſi Guilhelmi Bavari Stirps maſcula planè interciderit. Hic Reformatorum Eccleſiæ adſcriptus, Calvini decretis propugnat per omnes ſibi ſubjectas in Palatinatu inferiore Provincias: etiamſi *Lutheranos* quoſdam ibi, & inprimis *Heidelbergæ* admittat. Imperatore vita functo, Palatinus & Saxo Electores, Imperii res adminiſtrare ſolent, uſque dum novus eligatur. uti bullâ aureâ, capite quinto ſancitum eſt. Hactenus de Germania, ejuſque Moderatoribus ſummis: ab eo ; nunc hiſtoriæ telam, quem initio propoſuimus, anno certius ordiamur.

Agebatur annus, poſt natalem Chriſti diem Milleſimus, Sexcenteſimus, Quinquageſimus ſecundus, quum ingentes in Colonia Agrippinenſi apparatus fierent, ad Archiepiſcopum Maximilianum Henricum, qui ibi tum expectabatur, omni rerum ac verborum honore cumulatiſſimè excipiendum. Ex Leodienſi Epiſcopatu, Jam Sacerdos factus, Bonnam redierat, & ineunte hoc anno, ipſis Januarii Nonis, Coloniæ futurus erat : ut novo prorſus, & per annos bene multos, certè poſt Lutheri nomen in terris auditum, nunquam viſo in Germania ſpectaculo, *Leithurgia Colonienſis.*

culo, homines, diviſque exhilararet. Templum majus Colonienſe, quod ipſi *Domum* appellant, inſigni à majoribus & mirabili ſtructura, ſed ultimam Architecti manum adhuc deſiderante ædificatum, temporariis intus ſplendoribus exornabatur. pars illius ſecretior, *Chorum* nominant, ubi Chriſtianæ fidei myſteria peraguntur, carmina divina decantantur: ab oriente ſoli tenuem per cancellos ferreos aſpectum admittit, ab utroque latere, ſive meridiem, ſive ſeptentrionem ſpectes, præaltis ex firmiſſimo lapide parietibus præcingitur: ii parietes aulæis tegebantur, & ſedilia, quæ ſunt utrinque duplici ordine pro ſacratorum hominum, aut ſtantium aut ſedentium commoditatibus diſpoſita, antiqui operis tapetibus involvebantur. ad ſiniſtram è choro exeuntibus partem, Uraniſcus extenſus viſebatur, qui Archiepiſcopi iſtuc aſcenſuri digniſſimæ ſtationi congrueret. Poſt Chori interſepta occluſaque adyta, cavædium ſe ſe ingentis templi, magna intercapedine aperit: id tanta latitudine, quanta chorus eſt, multis utrinque & ſublimibus ſpectabile columnis, artifice fabrorum operâ, in divinæ rei theatrum aptabatur. Poſt ligneam Chriſti ad Crucem affixi imahinem; pegma ſolenne & tantis convenienter cæremoniis excitatum fuit. ejus ſpatium bina fermè ab utroque latere intercolumnia complectebatur, quæ abiegnis intercluſa aſſeribus, curioſos non modo aditu, verum etiam proſpectu prohiberent. tribus gradibus in contabulatum, rubeoque veſtitum ſtragulo pavimentum, ab occidente ſole aſcenſus fiebat. ara maxima exemtili opere ſuſcitata, ſplendidiſſimo illuſtris ornatu conſpiciebatur. ſuprema illius in parte, inter biſſenas Apoſtolorum ex ſolido argento humiliores ſtatuas, Crux argentea prægrandis collocata eminebat: quam ſacra modo-

Colonienſium apparatus ad Lithurgiã Archiepiſcopi.

mò

...o *Piligrimus* Archiepiſcopus, quum vitâ ex cederet, pietati ac memoriæ cauſa reliquiſſe dicitur. Ad aram aſcenſus patebat, terno graduum ordine, rem ſacram facientibus accommodatus. Ab aræ ſolo orientem verſus deſcendentibus ad dexteram partem, quæ Aquilonem ..., thronus erat Archiepiſcopo extructus; ... ſuperius elegans, & auratis circùm ſtellis ... ardens, cærulea tegebat umbella. illuc ſe ſeſſum recipere, per ſacri faciendi intervalla Archiepiſcopus; ibi & ſumere & ponere ornamenta pontificia, ... in partem juvantibus; poterat. Secundum throni eminentiam, ſellæ majores quatuor merito etiam decoratæ cultu; totidem principibus viris ... cœleſtiſſimo ſpectaculo interfuturis, poſitæ erant. Ad lævam, quæ ſolem ſpectat meridianum, ſeptena adhuc ſedilia, ſuo cum ornatu Georgium Paulum Stravium *Epiſcopum Ioppenſem*, pro Epiſcopum Colonienſem & ſex mitratos patres, qui *Abbatum* nomine vulgo noti ſunt, digno quemque loco atque ordine receptura ſtabant. hi erant; Sigæbergenſis, veteris-Campi, veteris montis, Divitenſis, Broavillanus, S. Panthaleonis, S. Martini Majoris. Cætera pegmatis, ſacris actoribus complenda manebant. Odeium vero, ex quo Symphoniacorum ars omnis, cum maxima ſpectantium ſimul & admirantium voluptate exaudiretur, haud longè ab arâ maxima aberat: ſpatiis tantum à theatrali luce diſtinctum. Infra ſuggeſtitiæ molis contabulationem, locus extabat ampla longitudine capaciſſimus, qui ſcamnis humilioribus, undequaque decoratus: & Senatores Urbis, & ſacratos ex ſeptem Eccleſiis, quæ *Collegiata* dicuntur, viros, reciperet. Iis cõſidentibus pietatiq; intentis ſpectatores undique aſſuſi, ab ſolis occaſu in aram uſq; maximam liberè ſpectare poterant. hunc locum nulli aſ-

ferés,

ſeres, ſed craſſiores & rotundæ palangæ, ſi hinc inde tibicinibus ſuffultæ, pectore tenus cernebant. eæ palangæ ex transverſo columnas jungebant, & facilis infra eas tranſitus foret, niſi crebra ſatellitum, cum haſtis & fuſtibus, turba hominum importunè ſubire molientium audaciam infringeret. Nec minore per omnem ferè Coloniam, plebs incen[illegible]batur, hujus imprimis ſtudioſa, ut puræ ſint plateæ, nihilque tanti principis oculos offendat. Aula ſive prætorium Colonienſe, hoſpitium Archiepiſcopo præbitum, per omnes angulos, perque aream & penetralia; feſtâ renidebat luce. His ita diligenter compoſitis, Kalendæ Januariæ præterierant: & dies quæ eſt pridie Nonas, hiberno cœlo commodùm ſerena illuxerat, quum nobiliſſimo comitatu circumdatus Archiepiſcopus, Bonnâ digreditur, & terreſtri itinere, Ubiorum per agros curru delatus, Coloniam Agrippinenſium petit. Stabat in armis, ad ſalutandum Principem Virum gratulabunda Civitas, & feſtivo tormentorum bombo vallum atque propugnaculum portæ Severinianæ, latè perſonabat. Huc introgreſſus, rectâ via per Urbis ſtrata vehebatur, omni hominum ſexui ætatique gratiſſimus. vultus enim hilaritudinis gratiæque plenus, obviam prodeuntibus lætiſſimè emicabat. venit dehinc prætoriam in domum: aulam vocant, atque atrium Colonienſe: quæ portoriæ ad caput plateæ adjacet: ibi eum ſub veſperum, Sereniſſimus Lotharingiæ Princeps Franciſcus ædis maximæ Decanus benigniſſimè inviſit, omnemque ſuperioris invidiæ ſuſpicionem ſermonibus amicisſimis ab ſe amolitus, de Colonienſi Pontificatu ampliter honorificèque illi eſt congratulatus. Nox eorum colloquio finem impoſuit. Altero die, in aula ſe continuit Archiepiſcopus, in pomeridianum

m uſque tempus primum poſt ſecundam ſe-horium præterierat, quum Senatorii Ordinis Viri, ad templum procederent; Principem Sacratiſſimum ibi opperientes, ubi circumſcriptus palangis, ac frequenti milite circumquaque cinctus, in medio templi, eos receperat Sacri item ex ſeptem Collegiis homines, partim *Canonicos*, partim *Vicarios* appellant, per ſedilia utrimque diſpoſita diſtributi ſpectabantur amylato omnes velati lino, colloriâ deſuper injectâ pelle, alii niveâ, quidem rubrâ, nonnulli cinericiâ, humeros veſtiti circumfulgebant. Prælati & ſummæ ædis Canonici, nullo Chriſti Crucis ſigno prælato, præ aulæ foribus ſtantes Archiepiſcopi adventum opperiebantur; ut exeuntem æde horâ tertiâ Principem, ſolenni pompa in Eccleſiam deducerent. Ordo progredientium ex aula hic erat; primo loco incedebant, ſeptemviri Capitales, qui criminum judicio præſunt, & detorta ex hebraiſmo voce, *Scabini dicuntur*. Commiſſorum dein curatores, qui & à Conſilio ſunt Octoviro Colonienſi; Principum externorum proceres aulicique; terræ patriæ nobiliſſima juventus, ſenectuſque. binatim omnes & aperti capitibus ingreſſi. hos dividebant à cæteris, duo Viri, ſeorſim gradientes: unus candidum baculum; alter aureæ incluſum vaginæ enſem, ſuis impoſitos humeris deferebant: hic, erat Comes Salmius Colonienſis Electoratûs, hereditarius Enſifer, ille, *Quentelius legum Doctor*, Archiepiſcopalis alti judicii Vice-Comes. Tandem proximus ante Archiepiſcopum, & ſolus quidem progrediebatur, *Ioannes Gerhardus Comes Manderſceidus Blankenheimus*, inferioris ſubſellii inter metropolitanos Canonicus (*Domicellares* vocant) illuſtriſſima corporis, animique indole præditus adoleſcens. corpus illi à cervicibus ad ta-

los purpureâ tegebatur tunicâ: tunica alba, à cervicibus ad poplitum ſuffragines, albea ſed rugis & criſpulis, ex arte amylaria ſeriatim adornatis, involuto linteo amiculo, cingebatur, per humeros in tergum projecta, & circum pectus, duplici ad id comparato linteolo colligata, rubeiſque veſtita villis, collaria pari æqualiter propendebat. id geſtamen eſt Reverendiſſ. Majoris ædis Canonicorum, qui ad rem divinam proficiſcuntur. Ambæ manus, decentibus, ſinguloſque digitorum articulos exprimentibus, ornabantur cheirothecis & ſervatoris ad Crucem affixi ex argento imaginem, argenteo quoq; ſuſpenſam, lævîq; ſublimê conto præferebant. Sacratiſſimus Princeps *Maximilianus Henricus*, prælatam ſibi Chriſti imaginem humaniſſimè pedes ſequebatur, neque illi tam corporis Majeſtas à capite ad calcem ornatu Pontificio digniſſimè radiabat, quàm animus vere Catholicus, divino pietatis, prudentiæ, quæ juſtorum ornamento fulgere, credebatur. Carpebant dein Pontificis præcedentis veſtigia, viri Sacrati: Excepto Lotharingiæ Duce *Franciſco*, ædis maximæ Decano, omnes qui in Colonia Agrippinenſi aderant, Canonici Metropolitani, aliorumque prælati Collegiorum, pro dignitatis merito, bini & bini incedentes. Eſt ibi in templo Metropolitano, poſt ſummam aram, orientem verſus, ſacrum conditorium, in quo trium Magorum, qui naſcentis Chriſti præſepia cum donis regiis adiiſſe, ex Evangelio demonſtrantur, exanima corpora, non ſine digno iis cultu, obſervantiâque depoſita continentur. Iſtuc primùm ſe contulit Archiepiſcopus, & debito ſanctiſſimis reliquiis honori quum ſatisfeciſſet: numum grandem ex auro, uti mos eſt, in cõditorii gazophylacium indidit. Ventum poſtea ab oriente in meridiem iter convertentibus, in Virginis Matris Sacellum, cui

regio auſtralis imminet. hîc Euchariſtia au- inclusa pyxidi aſſervatur. Cum genibus mi- or Archiepiſcopus præſentem Chriſtum taci- tus precatur: *omnia populo juſta, ſibique ſalu- ... ti concedat, bellorum extinguat cauſas, pa- ... rodonet.* Deiparæ etiam hominum libera- ... ſalutem commendat ſuam ac ſuorum. Pre- ... ſilentio peractâ, ad theatrum in medio templi extructum tendit, ſuoque receptus ſolio, & Pontificio circumveſtitus *pluviali*, veſperti- nas preces, gratiſſima omnibus voce ſolenniter canens, exorditur: reliquas Pontificii muneris partes, Georgio Paulo Stravio, *Epiſcopi Ioppenſi*, fideliter exequente. Phonaſcorum lecta gens, in odeio ſupra ſiniſtram Aræ maximæ exſtru- ctam partem circumſiſtebant, ſuiſque modulis amœniſſimè percurrebat Poetæ Davidis carmi- na, in horum numero eminebant duo tubicines, qui muſicis convenienter modis buccinas infla- re, & concentu ad pietatem aptiſſimo, ipſis non tantùm auribus, verùm etiam animis mirificè placere, didicerant. excitatæ hinc magis in Deum hominum mentes, cœleſtia & vera bona meditari, execrarique vana, Chriſti pacem, ve- niamque ardentiùs poſcere. *Precibus veſperti- nis*, maximo canentium, modulantiumque ſtu- dio perſolutis, domos abierunt ſuas plerique: & bonis, Archiepiſcopum frequentiſſimo Comi- tatu è templi veſtibulo deductum, ominibus gratantes proſecuti ſunt. Integram deinde & perpetem horam, à quinta uſque ſextam, omne æs Campanum, è ſingulis templorum, fano- rumque turribus, clariſſimè pulſatum inſonuit: ne quid prorſus, in communi omnium lætitia, defuiſſe, dici poſſet. Ipſe dies verò epiphanio- rum Domini, altero mane quum illuxiſſet, ma- jores adhuc & viſendi & congratulandi ſtudio, omnis ætatis ac ſexus hominum concurſus fie-

bant, volupe erat tum ſedilia vacua ſeſſoribus intueri, & heſternæ conſeſſionis ordinem, ara ad ultimas ſolemnem claudentes circum palangas, curioſis circumiri oculis. Octava audiebatur temporis matutini hora, quum feſto campanarum ſonitu, omne quod erat turrium Sacrarum, templorumque, longè ac latè reſonabat: interea ſe ad ædem maximam contulerant ſeptem Collegiorum Sacerdotes, Patres urbis conſcripti, Viri Principes, Lotharingus, Neoburgicus, Heſſiæ Darmſtadinæ Regulus, Stravius pro-Epiſcopus, ſex Abbates quos ſupra nominavimus; ſuiſque ſe intra circum continebant locis. Archiepiſcopus eo cinctu, ornatuque ut pridiè venerat, ad rem divinam faciendam Archiepiſcopali ex aula proficiſcitur; deductuſque ſupra theatri fabricam, Pontificale ſolium inſcendit, quod ab ara maxima deſcendentibus ad dexteram tribus ſublime gradibus, primum occurrebat. Quæ horas loquuntur machinulæ, nonam fortè promulgaverant: tum Archiepiſcopus ſolemni cantu Dei implorans opem, preces, quas *Tertiam* vocant orſus eſt: eæ ſunt ab ſymphoniacis & pneumaticis, amabiliſſima cantione ad finem perductæ, medio tempore ſacrificantis habitum Pontifex (non paucis in partem ceremoniæ, dextrà lævaque, adjuvantibus hierodulis) Tunicella ſaltem relicta quum aſſumſiſſet: *collectam* ſtatim, quæ ſingulis precibus unius ſed Presbyteri voce decantata ſubjungitur, cantando peragebat. *Pluviale* poſtea ſibi in corpus induci paſſus, & margaritis refulgente infulâ tempora ornatus, ſuper ſellam ab arâ haud longè diſſitam conſedit, facie in populum converſus. Tum *Landgravius Erneſtus*, ejuſque conjux Eleonora Maria Solmenſis properè accedunt, & genibus ſedentis Archiepiſcopi humiles advoluti, in Romanæ Eccleſiæ

ſocie-

[e]tatem admitti enixè orar[ent]: datum eſt id [d]ignè & comites annuente Archiepiſcopo, [C]atholicæque fidei ſumma, ex Pii quarti præ[ſ]cripto in vulgus emiſſa, Germanico ſermone [p]ræle[c]ta utrique hanc [ſ]e fidem, ejuratis [p]e[re]grinis dogmatibus omnibus, volentes am[pl]ecti, [p]erpetuòque integram, inviolatam ſervaturos, ſ[olle]nni jure jurando affirmarunt allatus eſt ſub[i]nde Euangeliorum codex, quem de more tangentes, omnia quæ juraſſent, ex animo, & ipſo quaſi inſpectante Deo, juraſſe declarabant. Movit ea res, aliis riſum, aliis ſtomachum: ſed hi erant homines ab Romana fide alieni. veræ pietatis cultores, cadentes gaudio lachrimas vix tenuiſſe certum eſt, quum Illuſtriſſimum illud conjugum par, ad ſanitatem animi, tantâ cum demiſſione, irriſorum neglecto ludibrio, lætos, lubenteſque redire conſpicerent: Chriſti mentium ſoſpitatoris munere id contigiſſe benè perſuaſi. Surrexit deinde ſacra operaturus Pontifex, & demto ex humeris per miniſtros pluviali, in ſolium uraniſco tectum conceſsit, ibi [i]njecta ſunt ei, reliqua ſacrum facientis Epiſco[p]i ornamenta: *Tunicella*, pretioſiſsimi operis: *Pallium Archiepiſcopale* à cervicibus per humeros in adverſum pectus defluens, mitra capiti, impoſita. Muſicè canentium chorus in odeio [c]onſtitutus, Epiphaniorum Domini miſſæ in[t]roitum, modulatiſsimis vocibus pertractabat. Rem Sacram pietatis & miniſterii cauſa adju[v]antes hi circumſiſtebant: Ioannes Iacobus Comes Conigſecius, templi Metropolitici Subdecanus Presbyter, pluviali circumtectus: Leo[p]oldus Fridericus Comes Truchſes, Hermannus Otto Comes Naſſovius, ſua quiſque in Dalmatica conſpicui, Diaconorum partibus fungebantur, non canendo, ſed quæ in rem ſint monendo utiles. Duo item, qui inter ſacra tum

B reſpon-

reſpondendi tum canendi peculiares ſubſb[illegible] partes, aderant. *Diaconus* (cujus eſt certam [illegible] Euangeliorum libris depromtam hiſtoriam cantare) erat *Philippus Salentinus* ex Comitibus Manderſcheidis Gerolſtenſis. *Hypodiaconus* (qui ſumtam ex Epiſtolarum divinarum codice [illegible]ctionem occinere conſuevit) fuit Illuſtriſſimus Ego Furſtenbergus. His miniſtris [illegible] res conficiebatur. Poſt altiſſimum ſanctæ hoſtiæ elevationis ſilentium, dulciſſimo concentu muſici perſtrepere, buccinatores inflare, æri-crepi pulſare, turres ſacræ campanis perſonare, feſtâ cives militeſque fiſtularum exploſione communem lætitiam augere, perque muri orbem, diſpoſita hinc inde in aggeribus, ac propugnaculis tormenta lætiſſimo reboare tonitru. Dum flatu ſonatur, dum voce canitur, dum tympani ære luditur, aliaque uti ſcripſimus, lætitiæ ſigna paſſim eduntur, non tacuit Magiſtra eruditioris cantilenæ Muſa, nunc heroico ſublimis cothurno, nunc elegiacâ venuſtate atteque claudicans: quæ ab Ieſuitici Collegii Sodalibus comtiſſimè adornata: in litteratam immortalitatis lucem, Ubiis data eſt; ut in Principis Myſtæ, Deo litantis honorem, ſeptem fluviorum certamina, poſteritati plauſibilem in modum commendet. *Iacobi Maſeni* hic ingenioſa enituit induſtria, qui ſolem in Meridie deſcriptum, Sereniſſimi Præſulis ornamento adjecit. Rebus divinis ex majorum diſciplina, cæremoniâque, perinde ut fieri debuit rite adminiſtratis domos diſceſſum eſt. Archiepiſcopus depoſito ſacrificantis ornatu, eo quo venerat habitu, comitatuque prælato ſibi Crucis ſigno in aulam ſuam revertitur. Prandium epulare magno inſtructum ſumtu, quod ſupererat diei abſumſit, ibi plerique omnes, qui Pontificem honoris causâ vel deduxerant, vel inter ſacrificandum adjuverant, feſtivè ampliterque habiti. Tertio quam

co

venerat die, ex Agrippinensibus Bonnam redit Maximilianus Henricus, nec diu ibi ſtitit: verùm inde trajecto Rheno per occidentalem Saxoniam, quæ Weſtfaliæ nomen tenet, in Diœceſin Hildeſienſem eſt profectus: ut ejus quoque Epiſcopatus ſibi initieret poſſeſſionem, quemadmodum jam nunc in Coloniâ, & Novembribus ſuperioris anni Kalendis Leodii fecerat, ingenti Cleri & populi affluxu.

Hungarica. Dum hæc in Ubiis gerebantur, magnus à Turcâ Germaniæ impendebat metus, ne repentinâ irruptione per Hungariam factâ, confirmandus reſpirantis Imperii ſtatus, novâ convulſione dejiceretur. *Sendréum*, *Butinequum*, *Gieſgovia*, expugnata erant ingenti manu: nulli ſexui parcitum, igne pomœria abſumta, quod erat Civium militumque, alii truncati, alii pro captis abducti. *Sezinum* de nocte occupatum, multâque inſignitum clade, Turcarum in poteſtatem venerat. Id Cæſarem coegit, ut pro tutandis Hungariæ limitibus, Auſtriis ſuis grandem pecuniæ vim imperaret.

Lotharingici Alſatiam irrumpunt. Superior Alſatia, non immunis extitit à Lotharingicorum expilationibus, latrociniiſque. Provinciales etſi ſtrenuè rem gerere pararent, & irruere conantium impetus non levi brachio tertium repuliſſent, fruſtrà fuerunt. Ad foſſam enim tranſverſam, anguſto reperto calle in montem aſcendentes Lotharingici *Kinsheimum* ſummâ vi ſtatim obtinent. Rapoltis villam excedentibus inde Gallis intercipiunt: ibique collocatâ maleficii ſede, *Cæſarisbergam*, *Amersvillam*, aliaque circà oppida diripiunt. cruciatos miſerum in modum oppidanos re omni præſente, abſente ſpoliant. *Berckena* invicti roboris famam abſtulit, quod irruentium in muros prædonum audaciam inſigni virtute ab ſe fuiſſet amolita, plurimis hoſtium occiſis. *Charleva-*

ſius, qui Gallicano præſidio *Briſacum* teneb[illegible] *Heiminga* munitionem firmabat: neve annona inter ſuos laboraretur, vini frumentique bene magnam copiam Sacerdotibus, civibuſque ablatam, Briſacum devehendam curabat. id qui tuliſſet, præſenti ſe confeſtim pecuniâ ſoluturum pollicitus. In Eburonibus Limburgenſes per agrum, Lotharingi quoque diſſolutius miles in ruſticos intendebat. illi vim repellere vi ſubnixi, mulctati miſerè ſunt, ingratiſſimum hoſpitem vel invitâ benevolentiâ accipere compulſi. Hæc inter, Diœceſin Trevirorum, fortuna reſpicere viſa eſt: ut Sótereno Archiepiſcopo terris erepto, diſperſi Metropolitani Collegii proceres (id enim è Republicâ videbatur eſſe) paſſim reſtituerentur. fuerat *Soeterenus*, non tantum Trevirorum antiſtes verum etiam Spirenſis Epiſcopus. obiit verò ante diem ſeptimum idus Januarii ſub noctem, vir grandi natu, ſed pertinaciâ regendi, adminiſtrandique per ſe omnia, propè incredibili: ut quum ad extremum, præ valetudinis tenuitate exſuccus exſanguiſque, capiendo cibo vix ſuppeteret, doctiſſimis tamen invicti animi cogitationibus in omnes Archiepiſcopatus ſui partes, perdius & pernox ageretur: non curæ prius rerum, quàm vitæ finem facturus. Morientem circumſiſtebant domeſtici, & Viri quidam religioſi, qui viaticâ corporis Chriſti cœnâ, Catholico ritu, uti Sacerdotem maximè decebat, piè communitum, Deo optimo animam ejus repoſcenti, Chriſtianum in modum commendabant. Ei mortuo, frequenti ſubinde procerum (ii omnes ſacrati ſunt & Nobiles Viri) ſenatu coacto, Carolus Caſparus *Lejus* ſuffectus in Archiepiſcopatu eſt. In Epiſcopatu Spirenſi ſucceſsit, Lotharius Fridericus Metternichus. Laieni porro virtus tanto faſtigio habita eſt dignior, quod ingenuâ

Elector Trevirenſis Chriſtophorus moritur.

Lajenus Coadjutor fit Archiepiſcopus.

ingenitâ ſibi facilitate gratiaque omnium animos devinciret: & Ioannis Lajeni Gentilis ſui cariſsimam refricaret memoriam: qui maximo in Catholicam pietatem armatus ſtudio, contra grſſantes hæreſes, ſuperiori ſæculo, eundem Pontificatum inſigniter adminiſtraſſet. Adoleſcentiam latinis literis, & Chriſtianis moribus imbuendam, Coloniæ Ubiorum Laurentiano Gymnaſio tranſegerat: ubi majores ſui excellenti Muſis, earumque cultoribus conſtructâ domo, & in duodecim alumnos aſsignato quotannis ſumtu, *Lajenum* dedicarunt nomen. Iuventam deinde, ſacratæ nobilitatis artibus inſignem, peregrè exornaverat; ut inter Principis-collegii proceres, poſtquam domum reverti ſſet, ornatiſsimus haberetur: & in hoc demum honoris, ſecundâ optimorum voluntate aſcenderet.

In Galliis, res erat turbarum adhuc plena. Cardinalis *Mazarinus* exſulatum inde abire juſſus: *Hocquincurtio*, *Broglio*, *Mani Campo*, aliiſque militiæ ducibus, ſe adjunxerat. Exercitus erat conſcriptus, & numeroſus & validus, qui fluminibus Matrona, ac Sequana, properè tranſmiſsis, Montercurum pervaſerat. ibi, cum iis pedem conferre, Pariſiorum copiæ jam aggreſsi erant: ſed fuſi, fugatique prælio Pariſii, multos ex ſuis interfectos reliquerunt. captus Dibaretus, Condæus fugâ elapſus. Id prælium Lutecianis adverſum, Mazarino apud regem invidiam conciliare poterat. quaſi mutatâ jam velificatione, ipſi quoque Regi bellum movere in animo haberet: purgat ſe ſcripto apud Regem Mazarinus, & hoc ſibi animi fuiſſe atque etiamnum eſſe docet, quò Condæus rerum perturbator, cjuſque illectu peregrina in Galliam introducta hoſtium manus opprimatur: commemorat & alia quædam in ſpeciem glorioſa, quæ ab *Res Gallica.*

ſe

ſe aut fieri in medium conſilii, è Republica ſi[...] Revocatus itaque, recipitur in aulam juſſu Regis, ſupremo Pariſiorum non conſentiente concilio. Tum *Condæus* ſuæ intentus cauſæ, mit[...] ſenatui legendos codicillos: in quibus ſe re[...] cato ab Rege Cardinali, juſtum facere bel[...] ſcribit. non enim Regem peti aut Regni p[...] ceres: ſed Regis & Regni everſorem, ad[...] hominem, è patriâ eliminandum terrâ eſſ[...] bere ſe ad id, quinque Anglorum, totidem qu[...] que Hiſpanienſium & Lotharingicorũ milli[...] qui ut regiis proventibus, ab Aurelianenſi eo impenſis duce alerentur, ſenatus frequens ſtatuit. Iit deinde Luteciani Senatus, ad Ludovicum decimum quartum Legatio: quæ Mazarinum in aulâ Regis verſari redux nuntiavit, innocentiæ etiam illius documenta; ad ſenatum paulo poſt mittenda aſſeruit. Verum, exulceratis adverſus Cardinalem, Condæi inſtigatu, Senatorum animis, de edicti ſeveritate nihil eſt r[...] miſſum. Mazarinum omninò, totâ Galliâ t[...] lerari non poſſe, apparebat. Habebant eju[...] effigiem *Turonenſes*, quam ſtramine, ſarmenti[...] que ad concipiendum ignem ſubjectis, toto ſpectante Senatu, publicitus exuſſerunt. Menſe Martio Andegavenſes Roano duce Regias deſerunt partes. ad hos miſſus cum ſuo milite, ad obſidendum *Hocquincurtius*, Quincejum Comitem in Urbem ire jubet, qui, ut deditio ſibi fieret, operam daret. *Quinceji* adventu non magnopere territus *Roanus*, deditionem Urbitum futuram reſpondet, quum Mazarinus Regis juſſu exſulatum abiiſſet. Nec mora, è viginti ad ſub Urbii vicum ſtantibus tormentis grandis pilarum imber inadventantes regios emiſſus pluſquam trecentos confeſtim enecavit. Cecidit in iis quoque Hocquincurtii filius, impiger juvenis, & militia bonus. Dux Aureli-

nenſis

nenſis ab Senatu Pariſienſi rogatur, ut ſupplicem Regi libellum de ejiciendo rurſum Cardinale, offerret. Lotharingiæ Regulus extorris, in expellendo Mazarino, opem ſuam operamque promiſerat: cum eo *Aurelia* in Palatio fœdus & amicitia inita hac lege: ut, ſi cum decem ſuorum millibus, laboranti Galliæ ſubveniret, *Clarmontium* ipſi, *Cameſiumque*, & *Stenæa*, pignorentur: eo fœdere id etiam cautum ne quid cum Regiis tranſigatur, quam ſuam in ſedem reſtitutus ſit Lotharingus. Is tum Bruxellis tenebat: & nunc à Mazarino contra Condæanos, à Condæo Aurelianenſiq; duce, contra Mazarinẽſes per legatos ſollicitabatur, uti ſuppetias ferret. Verum Lotharingus pecuniæ amator, & utrarum partium ſtudiis, ex ludo ſuo, quem libenter ludebat, addicendus aliud coquebat animo, & otioſum à diſciplinâ militari exercitum, per Eburonum, Menapiorumque & Treverorum fines latrocinari impunè permittebat. Alſatiam uſque hæc peſtis pervaſerat. Quocunque tandem ii perveniſſent, nihil ſacri, nihil profani, inviolatum, intactumque reliquerunt. direptæ arces urbeſque. Templa, Monaſteriaque expilata, profanatæ deſtructæque aræ, ſupellex omnis, lintea, lanea, argentaria, aurea, quæ ad divinam rem conſecrata aliquando ab ſacerdotibus fuerat, in quotidianos prædonum uſus, non ſine ſacrilegio vertebantur: adeò quidem avarè, ſceleratèque, ut non dominici ſanguinis calix, non ſacræ cuſtos hoſtiæ, pyxis aut ferculum in templi adytis, relinquerentur. Corpus Chriſti, vel raptim de ſacrilegâ manu, pyrus in gulam, demittebatur; vel pedibus conferendum, fundebatur in ſolum. Ruſticani cives que, qui illorum in manus vivi adhuc & [illegible] venerant, aut grandi pecuniâ vitam [illegible]ere debebant: aut ſi id, quod poſtulabantur,

tur, dare non poterant, destructis in perpetui morbi labem articulis crudeliſſimè excarnificati: præſentem in mortem objiciebantur.

Britannica. *Res Anglicana* (fuſo jam, & occulta è prælio ſubterlabente fugâ, Regis capite minuti filio) formam induerant novam. Dignitatum antea uſurpatarum ne nomina quidem; amplius tolerari poſſe putabantur Negotiatores extern[i] quæ habuerant, exuti privilegiis in ord[inem] coacti. militia terrâ marique, immani ſuſt[ine]batur ſumtu. Reipublicæ Princeps *Crom[velius]* magnæ ſimul, & parvæ imperaturus Britanni[æ] ac tria nobiliſſima, Scotiæ, Iberniæ, Angliæque regna, in ſuam poteſtatem ſubacturus, trahebat conſiliis cuncta, non ſequebatur. Extitere qui ſentirent oneris intolerandi molem ſibi injectam. ii ſupplicem libellum Cromveli obtuliſſe feruntur in hanc ſententiam. *Eſt ſanè, quod gratulemur impenſiùs honori & gloriæ tu[æ] excellentiſſi ne Domine. tu enim tantam, & à d[o]meſticis & ab externis hoſtibus, Dei benignitate, reportaſti, noſtrâ memoriâ, victoriam, quantam vix alibi in annalibus gentis noſtræ invenire ſit. Hac ſcilicet victoriâ id ſumus conſecuti, uti immaniſſimi dominatus regii excuſſo jugo, libertate jam nunc integrâ frui poſſimus. cujus nos beneficii memores, dum vita hæc manebit, & laudes ſemper & grates Deo agemus. Ampliſſimo item ſenatui, excellentiæque Tuæ, toti denique exercitui Anglicano quibus veluti adjumentis: ad hæc tam grata ac mira facinora edenda, ipſe Deus uti voluit; meritum dedicamus in omne tempus obſequium.* Verùm enimverò ad tuæ perfectionem gloriæ, id palmarium adhuc eſſe ducimus; ut poſtquam remotiores incommodi noſtri ſuſtuliſti cauſas; magis propinquas etiam è medio tollendas cu[ra]res. *Hoc enim vel maximè omnium in cogitatio[nes] tibi vocandum eſt, ut cura habeas, quanti[...]*

qui ſumus in pauperioribus, *onerum vix ferendorum importunitas, corpore animoque dejiciat*, afflicti enim, & miſeriis, atque egeſtate cooperti, ad te patronum clientes confugimus, demiſsè obſecramus, velis, morbo huic *pro tuâ ſapientia medicinam facere.* Primùm, acriter nos affligit, quod omnis laboris noſtri ac operæ, *fructuumq; & frugum nobis imperantur decimæ: quæ ab hominibus otio perditis indignè abſumantur. Deindè*, quod grandem ad alendos exercitus pecuniam à nobis extorquent illi, qui commiſſarii appellantur. Eam unde extricemus non quæritur, ſed oportet præ manu dare. *Accedit huc*, legum ac juris negligentia; depravatioque: ex lite enim lites ſerit vaferrima juris conſultorum avaritia; ut multi malint cauſa vel juſtiſſima abſiſtere, quam jus ſuum nullo exitu proſequi. Vectigalium quoque onus non modicum eſt, quæ majora multò auferunt ad ſe, rapiuntque Emphyteutæ quàm illis ſenatus decreto liceat, magiſque illa in uſum impendunt ſuum, quam quò ſunt imperata. *Veniunt poſtremò* in tantam miſeriam, mendicitatemque tot exactionibus abſumti cives: ut habentiam omnem ſuam unà cum ſupellectile veſtiariâ (quâ ipſi eorumque liberi ægrè carent) divendere cogantur. Exiſtimant verò illi, qui hæc patiuntur; commodiſſimè fieri poſſe ut, ſi quæſtores modò rationes acceptorum reddant, & miles alatur foris, & civis non oneretur domi. Hæc pietati tuæ, prudentiæque committimus, non enim ſine causâ Deus tuam gladio dexteram armavit, quum & ſenatui paulo ante indulſeris, eumque ab immani ducum avaritiâ, & infidelium miniſtrorum cupiditate libenter aſſerueris. *Quod ſi obtinemus, ut nobis vivere ſecurè poſt hac liceat*, pietatem benevolentiamq; tuam, *ad cœlum laudibus efferemus, Denique precabimur.*

mur: ut te afflictionis noſtræ conſolatorem, æternum remuneretur. Obſeratis auribus has preces fuiſſe fuſas eventus docuit: neque enim militaris coercita eſt audacia, neque in Ducum avaritiam animadverſum. Tribus exercitibus ſubſidia vitæ, uno tempore petebantur, uni in Angliâ, alteri in Scotiâ, poſtremo in Hiberniâ. ad eos ſuſtentandos decretum ab ſenatu (Parlamentum vocant) eſt, ut nonaginta librarum ſterlingarum millia in ſingulos menſes regionatim colligantur, eaque collectio integrum ſemeſtre perduret. Scoti plerique omnes in novæ reipublicæ poteſtatem obedienter concedere imbiberant: Orcadibus enim ab Anglo milite inſeſſis inſulis, nihil aliunde auxilii ſperare erat. Qui rem ibi curant Eccleſiæ miniſterii, non probabant id obſequii genus, ſed plurimis ad populum Concionibus, qui eò defectionis adducti eſſent acriter inſectabantur: indictoque Generali Concilio maturius quicquam, & ſalubrius expectandum monebant. *Ibernis* animorum nonnihil, iratumque ſupereſſe contra Anglos apparebat: ſed fortunâ fortiores adjuvante inferiores erant: magiſque adducebantur, ut hoſti ſe tolerabili conditione paſſim dederent, quam virium impares copiâ, ne quidquam repugnarent.

Cardinales creat Innocentius X.

Romæ, Innocentius decimus, ut partim ſibi partim aliis Catholici gregis Principibus Viris gratificaretur; homines maxime idoneos in eminentiſſimum Cardinalium Senatum legit, Menſe Februario ineunte. In his fuere ex Germanicâ gente *Fridericus Heſſus* Darmſtadii Regulus, non ita pridem ad Eccleſiam Romanam ex Reformato converſus & partium Cæſaris ſtudioſiſſimus, Ex Hiſpanis *Pimentellus* Seno-Galliæ Archiepiſcopus. Ex Gallis *Gondius* Coadjutor Pariſienſis. In gratiam Poloniæ Re-

[illegible]is *Sanctacrucius*: In Venetorum, *Ottobonus*. Quatuor alios ſuo judicio adjecit, eâ amplitudine eminentiaque digniſſimos: in quibus illibata virtus eruditionis immortalis laude cumulata, ad plenum enitebat. hi fuerunt: *Fabius Chiſius* Senenſis, literarum ac integritatis omnis non modo Antiſtes: ſed totius generis Chriſtiani delicium merito ſuo appellandus. *Homodeus* Mediolanenſis. *Braccius Aldobrandinus* Romanus. *Corradus* Ferrarienſis, Rotæ auditor. *Maſcabrunus Datharius* verò cum aliis quibuſdam in Carcerem antea conjectus, ad ſupplicium educitur, quod Pontifice in morbo jacente adulterina diplomata effinxiſſet.

Anglis aliquanto plus negotii cum Batavis erat: qui mare hactenus pro libidine ſua pervagati, haringarum capturam, ſine vectigali ab Anglis imperato, uſurpare ſibi aſſumebant. ea res turbas dedit non mediocres: Batavos non modò ſeptem Belgii confœderatæ Provinciæ, verum etiam Hamburgenſes, præcipuæque urbes ad mare ſitæ quæ *Hanſeaticæ* vocantur, impensè juvabant. ſex ſupra ſexcentas parabantur naves, quarum ſingulæ triginta tormentorum facilè capaces erant. Maris præfectus *Trompus* homo audax, ſed maritimarum experientiſſimus rerum, omnia cum curâ adminiſtrabat. Magnum ſibi Angli Batavorum opera damnum in Indiis illatum, querebantur, id ab illis ſibi reſarciendum eſſe. Haringarum quoque piſcationem ad ſe pertinere, flumine Scaldi navigando ſe prohiberi non oportere, dictitabant. Hos tumultus qui componerent, ab republicâ Batavâ Oratores & Legati Londinum mittebantur. verum illi, re incompoſita redire quum ſint juſſi ab ſuis, quid niſi graves, & vix cruentiſſima victoria diluendas inimicitias, in alterorum adverſus alteros animis, gliſcere appareat? pa-

ratur itaque ingentibus molimentis bellum utrique parti formidabile, verùm ſeſquianno haud multò diuturnius futurum.

Menſe Martio, velut appetente vere ad texia reſcendum ſe arbuſta comparant: ita *Romano Imperio* ſpes maxima fiebat, ut exacta belli hieme, Principum omnium civitatumque Germaniæ concordia refloreſceret. Huc inprimis neceſſarium videbatur, ut Imperii totius Ordinum, ab Cæſare comitia indicerentur: ea indicta ſunt *Ratisbonam*, die in proximas Novembris Kalendas conſtituto.

Germanica. *Francodalio* Hiſpanienſibus, *Heilbrunnâ* verò Palatinenſibus excedendum adhuc erat. exceſſionem hanc uti maturarent, Oratores ex quatuor *Circulis, Franconico, Suevico, & utroque Rhenano* Francofurti ad Mœnum convenerant, eòque jam deduxerant rem: ut collecta ex ſingulorum contributionibus pecunia, ſtato exceſſionis die, nulla fraude, nulla mora interpoſita numeraretur. Tempus emigrandi, utriſque vigeſimus ſextus Aprilis dies ſtatuitur, eo die cum omni manu, quà pedeſtri, quà equeſtri, convaſatis rebus ſuis *Francothalio Gubernator excedat: ipſumque munimentum, & quodcunque eſt circà locorum illius præſidio militariter inſeſſum,* pacatè & ſine maleficio abiens relinquat. tum nomine auſpicioq; Cæſaris Francothalium Octoviro Heidelbergenſi: alia vero loca iis quibus debentur dominis, poſtliminio reſtituantur. Similiter *Heilbrunna* ab Heidelbergenſi hactenus retenta in liberæ Imperii Germanici Urbis nomen eodem die haud retractanter redeat. Cæterum quò utrique *Circulo & Franconum & Suevorum* tum etiam *Octoviro Palatino* hac ſuper re ſatis caveretur, tres obſides petuntur. Gubernator Francothalienſis, Heidelbergam ex ſuis ducibus ſupremum legatu

pro obſide mittat Palatino. Palatinus, ex præſidio Heilbrunnenſi Eberhardum Ducem Vuurtenburgicum, Circuli Suevici *Directorem* interiſper dedat. à Franconibus & Suevis Stucgardiam ſummus legatus obſes amandetur. Hi, ut primum eò venerint, quò profecti mittuntur conditionis officiique ſui vero inſtructi teſtimonio ad Gubernatores apparebunt. Poſtea verò quam alienis illis exceſſum eſt locis, levatæque civitates omni militari onere ſunt, nihil cauſæ erit obſidibus, quin è veſtigio ſuas quiſque domos, ſine redimendi ullo pretio revertantur. Quod ſi præter ſpem contingeret, ut ſtatuto ad emigrandum die Palatinenſe præſidium nondum educeretur Heilbrunnâ: nihil amplius à Franconibus & Suevis ad alendos præſidiarios contribuendum eſſe, certum ſit ac determinatum. Quin Cæſar ipſe Electoreſque & cæteri Imperii procerum ordines, id enixe unâ operâ ſtudebunt: ne alterutri *Circulorum*, aut qui illos propinquitate amicitiaque contingunt, damni quicquam inferatur. eademque operâ curabunt, damni quicquam inferatur. eademque operâ curabunt, ut in priſtinam ſacri Imperii libertatem, reſtituantur Heilbrunnenſea. His pactionibus conventum eſt *Francofurti*, decimo quarto Martii die.

Viennæ, circiter hoc tempus, ex tertio matrimonio Filia Cæſari naſcitur: ei quum ab Nuncio Apoſtolico, in numerum Chriſtiani gregis, fonte ſacro abluta, adſciſceretur, *Tereſia Maria Ioſepha* nomen inditum. Feſtus Nominalium dies, hilarè, ampliterque tranſactus.

Præcipite jam Aprili, & ſtato ad Heilbrunnâ excedendum præſenti die, orator Hiſpanus, frater Thomas *Sarria* eò ſe contulit. Octovir Palatinus, eo tempore cum aulâ ſuâ, aliiſque primoribus viris, Guormatiam Vangionum

profectus fuerat. Inde bis mille comitatus militibus, Francodalio adequitavit: miſſoque Frangipanem (is erat inſeſſæ Urbis Gubernator) interprete, ab eo reſcire laborat, num Regiæ, Cæſariæque tranſactioni convenienter, cedere ſibi in animo habeat? Gubernator excedendi adhuc imparatior, tempus quidem id, & pacta monere non abnuit. Sed tamen reſpondet, fieri non poſſe tam derepentè, ut excedatur. naves enim priùs, & carros educendis rebus ſibi comparanda eſſe: ideò petere ſe dies aliquot dilationis. Ad hoc reſponſum, non receſſit Palatinus, ſed diligenter curavit, ut neceſſaria ad emigrandum præſtò eſſent, nequid amplius moræ necteretur. A. d. VIII. Kal. Majas bene mane, horâ tertiâ ſigno excedendi, à Francodalienſibus è tormento majori militariter edito, paulatim magis ac magis Palatini miles appropinquat munimento. horam circiter nonam, quadringenti viri, Lambheimianam per portam ſeſe in Urbem infundunt: diſpoſitiſque circum mœnia, ſtationeſque cuſtodibus, ut excedi commodius poſſit, dant operam. Impedimenta, lixæ, calones, mulieres, Rhenanâ ſeſe effundentes portâ, fluvio pars adverſa, pars ſecundo, enavigant. Dives rerum, & commeatuum copia educebatur. Naves oneratiæ ſex & viginti, pueris & matribus implebantur. Octoginta partim carri, partim quadrigæ, totidem vini generoſi majoribus doliis (ea fudera nominant) onuſtæ extrahebantur. Flos equitum, peditumque ſupra mille capita recenſitus, armis fulgentibus & veſtitu decoro gradiebatur. ii omnes, quod pridie aliquot menſium ſtipendia accepiſſent, hilariori vultu eſſe, ac tribuno Cæſario, *Luca Spico*, aliiſque ex Palatini cohortibus illos rus proſequentibus,

...s, in prata libenter deduci. Ibi mutuis ver...m, ac ſalutationum honoribus, inter ſe ...è congreſſi *Octovir & Frangipanes*, pauliſ...ubſtitêre. Tertium interim quiſque mili...xploſis fiſtulis, tormentiſque, quum ſal...uſſiſſent & valere Electorem, fœliciter ...nt. *Frangipanes* peditum quadringento...um, equitum centum, & ſeptuaginta agmen, ...rreſtri itinere deducendum curat. *Petrus Rovalius* reliquos, cum impedimentorum omni genere, ac duobus majoribus tormentis, navibus & flumini imponit. Convivium deinde, Palatinus apparatu opiparo inſtruendum præceperat. iſtuc invitati *Frangipanes*, *Rovalius*, *Spicus*, *Sarria*, aliique equeſtri dignitate eminentes viri, cibo, & potione luculenter & Germanicè habiti, doniſque excellentibus donati ſunt. Convivis honorificè abeuntibus, Elector Palatinus Francodalium ingreditur, ab ſuis magnificè ſtipatus: & locum duobus ac triginta annis ab Hiſpanienſibus occupatum, tandem aliquando recuperat ante d. 7. Kalend. Maii. Heilbrunna quoque hoſtium potita, in ſuam libertatem rediit, poſtridie ejus diei, quo Palatinus Francodalium immigraverat. Francofurti ad Mœnum tria adhuc potiſſimum urgebantur: quæ ſi confierent, nihil eſſe videbatur, quod factæ pacis uſum, fructumque moraretur. Nobilis *Furſtenbergus*, ab Epiſcopo Monaſterienſi ad conventum miſſus, id omnino agebat, ut Fechtæ munimenti, evocato inde Suecorum præſidio, fieret liberatio: ſic enim pace Gueiſphalica promiſſum fuiſſe. *Electoris Bavari* Legatus, eas, quæ Monaſterii & Oſnabrugæ non erant deciſæ, inter domum *Bavaricam* & *Palatinam*, prorſus componi controverſias poſtulabat. Eorum

Palatinus Francodalium recipit.

Heilbrunna reſtituitur.

Francofurti conventus.

qui trans Rhenum incolunt Principum ora[...]res, non prius, ſe conventu illo abituros a[...]mabant, quam prædabundus Lotharingi e[...]citus, ex Imperii terris educendus curare[...] id enim quietem magnam Germaniæ civ[...] allaturum. Hæc ſtudia, poſtulataque, uti [...] omnibus utilia, ita difficulter in temp[...]co[...] poſſe videbantur. ſed nihil eſt tam ardu[...], quod non ipſum aliquando tempus, aut [...]cu[...] temporis Dei providentia, ad optatos e[...]ſu[...] deducat.

Faugeus Lotharingicarum Dux copiarum, ex Alſatiâ excedere ſimulans, nunc Mompelgarti, nunc Lotharingiæ finibus appropinquabat. Verum inopia frumentandi, pabulandique: commeatus item ſubvectio nulla, inferiorem in *Alſatiam* cum ſuis eum reverti compulerat. Tentantes inde magnâ impreſſione *Steltiam* oppidum, pluribus ad muros ſcalis ut irrumperent, appoſitis: & milite non infrequenti in ſcalas jam aſcendente, fruſtra fuerunt. pars interfecti, pars ſauciati, cum ſeptendecim ſcalis in oppidanorum poteſtatem venerunt. Tandem cogitur *Faugeus*, præter *Belloſortium* per *Burgundiam*, in Galliæ regnum tranſmittere, cum Lignævillano ſuperſtites conjuncturus copias.

Comitia Ratisbonam indicuntur.

Exeunte Aprili, ad Imperii comitia habenda Ratisbonam Germaniæ proceres, à Cæſare invitantur: ut, quia proximis Kalendis Novembribus comitia initium ſint habitura, omnes ſeſe ad iter maturè compararent. Literæ Cæſaris, Procerum quemque ſigillatim iſtuc invitantis: hoc verborum ex Teutonico ſermone expreſſâ formulâ continebantur.

Literæ Cæſaris invitatoriæ ad Comitia Auguſtalia.

Neque te, neque alium quemcunque latere poteſt, quantâ Nos, quod eſt Cæſarum, ac Imperatorum, cura ſtudioque, ab illo die, quo hunc Magiſtratum gerere cœpimus, obnixè

omnia

omnia egerimus: ut Sacro Romano Imperio, fortiſſimæque Germanorum nationi bene eſſet, nullis enim aut ſumtibus, aut periculis ſuperſeſſum eſt, quo ad pax toties optata, ſecundum plurimas tam diuturni belli ad internecinam propè occidionem acceptas clades, toti Germaniæ reduceretur. Quia igitur, Dei benignitate, & concordi fidelique Electorum, Principumque & ordinum Imperii opera contigit: ut anno duodequinquageſimo ſupra mille & ſexcentos, ante diem nonum Kalendas Novembres, Monaſterii & Oſnabrugæ pax fieret, & facta publicaretur: ibique nonnulla puncta ad Imperii conventus, qui poſt ſemeſtre tempus indici deberent, relegarentur. nihil quidem nobis fuiſſet antiquius, quàm ut, ſicuti in aliis pleriſque omnibus, pro munere partibuſque noſtris, nihil prætermiſimus: ita quoque huic parti, tempore debito ſatisfacere potuiſſemus. Poſtea verò quàm, non ſolum pacis factæ approbatio: ſed etiam exercituum abductiones, & ex locis vi occupatis emigrationes, multum attulerunt moræ. Norimbergæ enim, paulò poſt harum rerum cauſa habendi conventus erant. Tantis impliciti difficultatibus, tantiſque objectionibus retardati, generalia Imperii comitia, tutò commodèque, neque indicere, neque habere potuimus; quum id minimè omnium in Rempublicam eſſe videretur. Nunc autem, rebus, uti apparet, futuris lætioribus, nulla in nobis mora ineſſe amplius debuit, quæ comitia Imperii ſufflaminaret. & quo hæc noſtra erga patriam terram Germaniam, Imperiumque Romanum, cura teſtatior fieret: conſilio auſpicioque Electorum noſtrorum, habenda Imperii Comitia indicimus, & publicamus, Ratisbonæ, in noſtra & Sacri Imperii libera Urbe, conveniendi omnibus, pridie Ka-

Kendas Novembres initi hujus milleſimi ſexcenteſimi, Quinquageſimi ſecundi anni diem conſtituimus: hunc in finem, ut non modo pax inſtaurata inter caput ac membra, horumque inter ſe viciſſim, cumque externis Regibus ac Regnis ſit firmior. Verum etiam id omne, quod ex pacis factæ decreto, executioni mandandum reſtat: quodque acriùs & intentius deliberandum, ad communia totius Imperii comitia, remiſſum dilatumque eſt, omni ſtudio, optimè diſcutiatur, delibereturque. Hiſce igitur literis ſtatutum hunc diem ac locum indicamus: pro noſtra clementia etiam rogantes, & ex Romani Imperatoris poteſtate, pro iis, quæ Te, nobis, ſacroque Imperio obnoxium reddunt, obligationibus, ſeverè præcipientes: ut negotiis omnibus aliis inſuperhabitis dicto die, Ratisbonæ: Ipſe, certò & fideliter appareas: & ad plenam punctorum, in hos conventus rejectorum deciſionem, terminationemque comparatus, & inſtructus eſſe velis. Cæterum, quia hactenus Romanum Imperium, terra noſtra patria cariſſima, Germania, diuturnis bellorum tumultibus, ad incitas propè redacta conſpicitur: & cuique ordinum multò difficiliùs quàm antea quietis temporibus, eſt futurum, ut pro dignitate, proque decoro comitia ineat. Nos ipſi, rem noſtram domeſticam & famulitium arctius, quàm antè habere incipiemus: ſperantes fore, ut Tu itidem tibi, ac tuis convenienter, & quiſque conditione ſua dignum in modum, ſeſe gerat. Ea res minori erit ſumtui; & negotiorum expeditionem non remorabitur. Sic porrò Te, hìc præſentem exhibebis ac ſiſtes, ut ad Noſtrum, & Electorum, Ordinumque adventum, omnia impigrè & ſine mora peragantur. Simul enim ſtata dies illuxerit, certum eſt nobis, ac deliberatum, res

noſtras

noſtras proponere, & fœlicem comitiorum Imperii exitum, quantum poteſt, maturare. ſi quid autem humanitus, Deo ita volente, contigerit: ne Tu ipſe hic apparere poſſis: legatos internunciosque tuos, cum ſufficienti facultate, abſque fraude & dolo mittas, licebit: qui nobiſcum, & cum Electoribus, ordinibusque Imperii, prædictas res controverſioſas, (quæ, [illegible] magis expendantur curabimus) inſpiciant, pertractent, definiantque. Teque obedientem his in rebus præſtes. Neque, ſi ipſe Tu hic non adfueris, cauſa ulla erit, cur illa, de quibus inter Nos, & præſentes hic Electores, Principes, Ordines aut abſentium Conſiliarios, interpretes, atque nuncios planè jam convenerit: perficere & exequi, non ſis obnoxius.

De his, fieri Te certiorem, neceſſarium duximus, unde ea, quæ tui ſunt propria muneris: diſcas, Tibique, ut Cæſarum clementiam decet, propitii manemus & benevolentes. Datæ, *Viennæ in* Urbe Noſtrâ. An. 1652. Vigeſima ſeptimâ Aprilis *die Imperii Romani, 16. Regnorum; Hungarici, vigeſimo ſeptimo: Bohemici, 25. anno.*

Hæ literæ, ad Imperii proceres dimiſſæ, omnes Urbium, ditionumque aut Dominos, aut Legatos ad comitia Ratisbonam excitabant. fervebatque totum Germaniæ corpus, ad obſequendum Cæſari, conventusque die ſtato indictos, agendum.

Catholicæ quæ erant religionis, ut promoverentur, curæ, cordique erat *Ferdinando* majorem in modum. nam antea inferiorem per Auſtriam ſeverè ſanxerat: nequis omnino ſacris *Romanæ Eccleſiæ* cæremoniis oppederet, niſi aut fortunis exui omnibus, aut capite plecti cuperet. ſanctiſſimum Chriſti corporis, ſub figura panis Sacramentum, quoties aut ſupplicando produceretur in vias, *Cæſaris ſtudium.*

aut

aut morbo laborantium, per vicos plateaſque, in domos importaretur, publica, ab omni ætate ſexuque hominum, veneratione coli voluit. Si quis tam profligatæ exiſteret pervicaciæ, ut dum, vel eques, vel pedes, vel curru, prætor hoſtiam vectus iret, neque venerabundus aperiret caput, in genuaque procumberet, aut alioqui offenſionem turbæ ſupplicantium moveret, is deditus noxæ, fortunis omnibus, habenis que exueretur. Et quia non pauci erant, nobilium in primis ac divitum, qui ſacra colerent, ab Eccleſiæ Catholicæ ritibus aliena; iis quoq; mandatum, aut ſolum verterent, aut ſe rurſum ad Catholicos aggregarent. Multos ea ſeveritas, quum ſatis caleret, ſollicitare viſa eſt, & in rebellionem ex religione vertere. Ruſticorum ſupra centum millia inventi narrantur, quos fidei quæſitores adepti, adigere vix poterant, ut Euangelio, *quod vocant*, ſuo nuncium mitterent, ſed quò mente erant à Catholicorum ſacris abhorrentiore, eò inquiſitio intentior adverſus eos habita, nihil quieti dedit; vincente metum, religionis animo objectæ inſania. Deus illis ſanam mentem injiciat, oportet.

Flandrica. Per eoſdem fortè dies in *Flandria*, non irrita obſidione ab Hiſpanis tentata eſt *Gravelinga*, Gallis dedere ſe coactis. Quinque Principum militiæ virorum, hanc deditionem maturabat impigritas; *Marchionis Sfondrati, Caroli Campi, Ferdinandi Sollenſis, Balthaſaris Mercaderi, Principiſque Lignienſis*. Robur illi colligebant, & florem omnium fere bellicoſiſſimarum nationum. Erant ſecundum Hiſpanos, Italoſque, *Teutoni milites, Guallones, Iberni, Burgundiones, Angli, Francique*. Neque agendorum in obſeſſos operum finem ullum facturi, aut cuniculis fodiendis ſuperſeſſuri videbantur; niſi abſumti forent, quos obſidere cœpiſſent. Nullus

lis terra, nullus mari, exitus quum pateret, obſeſſis tandem placuit, opportunè ſeſe cum gratia dedere, quàm armato, iratoque hoſti, velut pecudes obtruncandi mactandique, obſtinatione ſuâ præbere occaſionem. Quingenti inde viri, cum tormentis muralibus duobus excedêtes, fide publica Nemeracum ad ſuos deducti ſunt. Sfondratenſis aurei velleris eques, *tormenti ictu* (*canonem appellant*) obſidionis tempore ſauciatus, ante diem ſextum Idus Maii animam Deo reddidit. Gravelingâ deditâ *Dunkyriacam* propius ventum eſt, quæ antè, etiam obſidione Gravelingenſi cincta undique, circumcluſaque erat; nequid omnino importari auxilii, vel commeatus poſſet. Defendebatur à tribus *Gallorum* millibus. Quoque ſe impenſius tuerentur; turbam omnem bello, armiſque tractandis inutilem, Urbe exegerat Præſidio præfectus, Pueros, Mulieres, Sacerdotes. Ætas militaris retenta eſt Verùm quòminus eadem alacritate, pertinaciaque *Dunkyriacam* oppugnarent Hiſpani, per aquas ſtetit, quæ abundantes eo tempore & ſolito majores, in re bene gerenda celeritatem adimebant. Barcinonem in *Laletania* ad Gallicum Mare ſitam Urbem, etiam recipere Hiſpanienſes laborabant, Sed Gallicano inſeſſa præſidio Civitas, egregiè defendebatur: externoque adjuta auxilio, & commeatu qui in menſes aliquod ſufficeret, commodè importato, animorum affatim præbebat. Mareſchallum Hocquincurtium Gallos Barcinone incluſos juvandi, major audacia inceſſebat. Is ſemel, atque iterum, Hiſpanorum irrumpens caſtra, in Urbem ad ſuos pervaſerat. Et licet, non pauci ex ejus commilitonibus interimerentur: ipſe tamen obſeſſos commeatibus auxit, & redintegratâ, ne quid fames inpoſterum conciliaret mali, audaciâ, per

Gravelinga Hiſpano deditur.

Tentatur & Dunkyriaca.

Catalonia.

circum-

circumfuſos undequaque hoſtes, egreſſus ab ſuis eſt: hôc præter alia fœlix, quod duabus bombarda (*muſcettam vocant*) exploſis glandibus vulneratus, evaſerit, & brevi curatis vulneribus, multò animoſiùs obſeſſorum neceſſitatibus ſubvenerit: ſeptem & viginti navibus omni ciborum, armorùmque inſtructis copia, eò, uti fertur, introductis. Aliquantum hinc eſt moræ injectum Hiſpanienſibus; at verò *Leonis Auſtriaci*, qui Philippi Quarti nothus eſt, fortuna & virtus, moram longiorem ſuſtulit: ut menſe Octobri proximo, Gallicum præſidium *Barcinone* excederet; ac Lalætani paſſim cum ſuis urbibus, ad Hiſpani fidem remigrarent. *Dunkyriaca* etiam, ſexto decimo Septembris die Hiſpanienſibus redditur Belgis; in quos, *Leopoldo Guilielmo Archiduci*, ſummum imperium fuit.

Res Europiæ.

Dum hæc in Germania, Belgioque gerebantur, res admodum variæ, ac turbulentæ, *Europeæ Sarmatiæ* ſtatum ſolicitabant. Ea *Poloniæ* nomen, à planitie campeſtri obtinet. Regnum eſt bene amplum, multas in regiones (*Palatinatus nominant*) diſtinctum, cui præeſt *Ioannes Caſimirus Vladiſlao Quarto** digniſſimus ſucceſſor, communibus regni procerum ſuffragiis ante annos quatuor ſublectus. Is, perpetiendis aſperis domi, peregrèque fortis evaſerat: neque regio indignum capite exiſtimabat, in acie procedere: exercitui ad maxima quæque in hoſtem experiunda præire: exemplo magis quàm oratione milites ad capeſſendam exhortari pugnam. Belli, ac ſeditionis in Regem Princeps, non longis ante temporibus exſtiterat, *Bogdanus Chmnelnicius*, homo neq; illiteratus, neque inſtrenuus, ſed turbido, ac impotenti ingenio, ad rebellionem quum inclinâſſet animum, potiſſimam veræ laudis portionem nequiter, ac

Bogdanus Chmelnicius rebellat Polono Paſtorius 2. lib. bel. Scythi Coſacci.

perfidè

perindè amiſiſſe putãdus eſt: quòd eò perniciẽ, ac ſtragem impendebat, unde ipſi ſalus, incolumitaſque venerat. Rex *Vladislaus* ſex Coſaccorum millibus *Bogdanum* vivens præfecerat, quos *Poloniæ* defendendæ, non oppugnandæ cauſa, ex infinita, ad latrocinandum confluente multitudine, ſelegerat. Sunt enim *Coſacci*, (qui & *Kozoci* & *Marteloſſi*, & *Nivoſii* dicuntur) hominum genus profligatiſſimum, ex omni gentium, ſed *Lithuanorum* præcipuè & *Sarmatarum*, egeniſſima colluvione conflatum: terra, mari prædas conſectari, & excurſiones facere aſſuefactum. Eos ſacramento ſibi addictos, *Chmelnicius*, *Boryſthenem* fluvium trajicit, ac *Zaporovianum* per agrum, quem *Inſulam* facit *Boryſthenes*, tantiſper collocat, dum pluribus subinde auctus copiis, *Tartarorum* quoque *Tobai-bego* duce, ad ſe auxilia pertraheret. Ii in immenſam excreverant multitudinem, & ſupra quadraginta millia numerabantur, ſine lege, ſine diſciplina. Sed quò faciliùs, dilectu habitu, in ordinem cogerentur, accipit in mandatis *Chmelnicius*: ut robur inde, floremque colligeret, & numerus illorum vicies mille non excederet. Nomina igitur ſua dare jubebantur, quæ in album ab duce relata, militari eos privilegio, ac libertate cohoneſtarent. cæteri, qui dilectu illo, alboque indigni cenſebantur, pergerent eam ſervire ſervitutem, quam cœpiſſent: arciumque regiarum præfectis, bajulorum inſtar ac mediaſtinorum, forent. Hujus viri audaciæ, quum obviam ire *Poloni* inſigni cum exercitu molirentur, prælio improſperè commiſſo, fuſi fugatique, ſemel atque iterum ſunt. Excedit eodem tempore humanis rebus *Vladislaus*. tum gemino vulnere icta reſpublica in ſqualore, ac luctu jacere, & vix reſpirare poſſe: donec

donec electio novi regis excitare eam eſt viſa. Nam & hoſtis, licet impotentiſſimè, victoriarum gloriis efferret ſe ſe, tamen, ut primum illi de rege *Caſimiro* adlati ſunt nuncii, non mediocriter eſt perturbatus: id ſummè metuens, ne & vindicem reſpublica, & rebelles ultorem, ſimul atque ſemel inveniſſent. Verum enimverò, ne ſtatim bello abſtineret, ſua *Bogdanum* improbitas vetuit. Conjungit igitur ſe cum *Tartarum* imperatore *Chano* hieme exacta, ac vere jam inito, quadraginta hominum millia ſub ſignis in aciem educit. *Zbaraſium* munitiſſimorum operum Urbs petebatur: iſtic conſidebant Scythæ, Coſaccique. Rex, numero militum multis partibus hoſti impar, animis par, quantis poteſt maximis itineribus, obſeſſos ut juvet, properat. *Zborovium* cum ſuis pervenerat, ibi corpora curare, & quiete modica reficere juſſum exercitum, ad rem fortiter gerendam adhortatus eſt. *animo ne conciderent, neve tanta in ſe hoſtium inſurgente multitudine*, pro incolumitate *terræ patriæ*, pro Dei honore propugnaturi, *arma abiicerent: forſitan Deum ipſum levi interjecta re, optimè ſibi conſulturũ.* Concurſum eſt bis terve acriter; ſed neutris in fugã inclinantibus, caſtra adhuc ſalva utrinque ſervabantur: donec imperator Scytharum *Chanus*, ab rege per literas monitus ad faciendam cum Polonis pacem haud gravatè accederet. Inter pacis conditiones & hæc erat: ut ſoluta *Zbaraſii* obſidione, abductoque inde exercitu, in gratiam ab rege *Chmelnicius* reciperetur. Id factum eſt ſingulari Dei benignitate. Sed, quã erat perfidia *Chmelnicius* non diu ſe in officio continuit: rebellavit iterum atque iterum, & *Crimenſi Chano* conjunctus, Coſaccos *Zaporovianos* anno ſuperiore contra Polonum rurſum educere non eſt veritus. Æſtas in exitu erat, quum Rex

Chmelnicius Chano conjungitur contra Polonos.

Lithua-

Lithuanicis, Polonicisque phalangibus inſtructus, profligat Scytharum ingens agmen. Coſacci undique circumſeſſi, pacem à clementiſſimo rege petunt; impetrantque, ut in poſterum ductu, auſpicioque *Bogdani* in regiis caſtris militarent. Dicitur ad regii exercitûs Imperatorem Nicolaum *Potocium* ſupplex veniſſe *Chmelnicius*, & in genua provolutus, erratorum veniam cum lacrymis poſtulaſſe: *nullius imperii ſe poſt hac niſi regis, ejus audientem fore juratus.* Audiit ſubinde pacis factæ leges; & bona regis venia remiſſus ad exercitum eſt, non magis poſtea; quod juraverat, quàm ſi injuratus eſſet, curaturus. *Ita enim ſunt perfidorum mores, quum vincuntur, ad humillima quaque obſequia demittunt animos: quum in libertate ſunt, ad ingenium redeunt, nihil penſi, nihil moderati habentes.* Coſacci, Græcæ Eccleſiæ ritibus addicti eſſe perhibentur: in iis haud quidquam hac pacificatione mutatum voluit Rex, ſed liberè licenterque ſuas ſibi illos cæremonias habere permiſit: templis ac monaſteriis cultû eum, qui ante fuit, eoſdemq; antiſtites manere paſſus. Conventus dein, ab Rege *Varſaviam* in hunc ineuntem annum indictus, pro quiete turbas dedit. Convenerant, *ut pax inter Coſaccos inita conſtabiliretur: militum ſuperioribus præliis exhauſta vires refici poſſent, nova ad ſcribendum militem remedia pararentur. munitiorem in regno & contra hoſtium rabiem tutum exædificarent locum. quæ cum Suedia Regina, Lubecæ quondam inchoata fuerant, repeterentur, ad finemque perducerentur.* Sed priuſquam de his agi poſſet, tendit concilium ordinum, Hieronymi Ratiævi (is regni erit ſubcancellarius) in regem offenſio: quæ uſque adeò increverat, ut nobilitatis utriuſque conſenſu, contra ipſum Regem arma ab Ratiævo caperentur. Condemnatus is poſtea ab ſenatoribus regiis eſt; licet jam tum *Petricoviam* cum ſigillo regni pro fugiſſet.

Comitia Varſaviæ.

fugiſſet. neque bona illius fiſco tantum addicta, *Vxor* in cuſtodiam cum fratre abdita, verùm etiam *ipſe* proſcriptus, ad immortalem nominis infamiam eſt. Novum extemplo regni ſigillum excuſum ſenatorum omnium voto, illuſtriſſimo Comiti *Stephano Pilcaſano Coricinio* cum digni-tate traditur. Hæc ubi fiebant, nuncii triſtes & diverſi venerunt: Lithuanos, alioſque in Polonia nobiles eam Ratiævo injuriam fieri, ægrè admodum moleſtèque ferre, planèque velle in ſuum ut locum ut reſtituatur. Et tempeſtas ſolvit comitia, remque omnem infectam reddidit. *Iani Rathivili* principis, qui præſens aderat, authoritas videbatur aliquid pro rege poſſe; ſed illius diſceſſu ſpe citius maturato, nihil ad effectum adduci potuit. hac uſus opportunitate *Chmelnicius*, totum fermè orientem ad arma contra Polonum concitat, & in Ruſſia majores militares machinas ſibi conflandas curat. Simulat tamen callidus, bene ſe velle Regi, pacemque nullo ſuo dicto aut facto læſurum per litteras promittit. tumultus, qui excitati fuerint (id enim contigiſſe, Poloni querebantur) ſe prorſus invito, ab incondita Coſaccorum turba, qui in album relati non ſint, excitatos: eorum ſe temeritati facilè occurſurum. Alterius argumenti literas, nuncioſque eodem tempore ad *Crimenſem Chanum* mittebat. ſe, licet, cum Polono feciſſe pacem eum, rumor ſit; ſocietatem cum *Chano* initam nunquam violaturum. Eos, qui in *Braclavienſi* præfectura homines incolunt, bonum habere animum jubebat: ſervitutem illam, qua Polono ſubjicerentur Regi, ſe authore & perfectore, non diuturniorem trimeſtri fore, dictitans. proximo enim vere, aſſerendos in libertatem. Nullis porrò amicior, familiariorque per epiſtolas, quàm *Caſimiro* infenſiſſimis hoſtibus, *Chmelnicius* fuit: *Turcis, Roxolanis, Moldavis,*

Valachis,

Valachis, Tranſilvanis. eos conſulebat, iis viciſſim conſultor perfidioſus, contra regem ſuum erat. Tantis in regno ac foris, agitatum diſcidiis Caſimirum, conjugis optimæ ad partum maturæ fœcunditas domi ſaltim exhilaraverat, filiolum Principem nono Januarii enixa, quem Chriſtiano ablutum fonte, & intra menſem alterum, terris ereptum, cœlo Deus inſeruit, ne ſuperſtes, afflictam tot caſibus Poloniam, cerneret. Dilabente autem Varſaviâ conventu, ordinibuſque iſtuc olim convocatis, eodem rurſum exeunte Julio convocandis, domos abeuntibus, Martii Kalendæ prætericrant, Rex, cum Reginâ conjugæ *Niperentum* commigrabat, mox *Dantiſcum* ad componenda ibi negotia profecturus. Sed ea profectio, alio tumultu interpellata fuit, commutatoque conſilio *Vilnam* verſus in Lithuaniam conceſſit. Ex ruſticis ſupra mille tranſitionem feciſſe ad *Roxolanos*, nunciabatur: qui obſequio Poloni ejurato, Moſcorum leges ac cæremoniam ſuſceperint, apud illos domino ſuo perpetuò rebellaturi. *Chmelnicio* rebellionis authori filius erat, tēpeſtivæ ad ineundū matrimonium ætatis, nomine *Timotheus*, ſimilium ac pater ſuus facinorum. Uxor illi ex Valachiâ petebatur, præfecti ejus, ſive Deſpotæ Filia. Cauſas fortè habuit, cur minori *Chmelnicio* Uxorem Filiam negaret præfectus. Verùm hanc injuriam, pro eo ac ferre ſe debere exiſtimabat, graviſſimè indignantiſſimèque tulit, ejus pater. dat ille confeſtim in mandatis filio, juventæ ardorem cum animis grandibus præferenti: ut ſelectiſſimam militum ſuorum manum in Valachiæ præfectum educat: eamque ſibi irrogatam ignominiam probè ulciſcatur. Iri in Valachiam, niſi *per Vkrainæ* regiones haut quaquam poterat. eam ſedecim Polonorum millia caſtrenſi præſidio inſidebant, *Chmelnicii filius.*

per quos tranſitum ab Imperatore militiæ Pôlonicæ, dari ſibi *Chmelnicius* petebat. Imperator ab homine barbaro & fraudis perfidiæque compertæ, dolum non abeſſe ratus, apud animum ſuum ſtatuit: illud à ſuis eſſe tendum atque pugnandum eſſe, ut *Chmelniciani* eo tranſitu arceantur. Surgunt mox in aciem ex caſtris Poloni, ad octo millia, & perrumpere vi molientes, duce Chmelnicii filio Coſaccos, grandine plumbea, è ſclopetis, & colubrinis emiſſa, aut repellunt, aut interimunt. Poſtridie ejus diei, quo hæc à Polonis ſtrages edita in hoſtem eſt, auxilia *Chmelnicio* copiæ quàm unquam maximæ, à patre ſubmittuntur. *Tartaros* in eis fuiſſe ſexagies millenos, *Nivoſiorum* quadragena millia, refertur. Ab his tanta animorum contentione, ſeu veriùs amentia & furore diſcurſum in regios eſt, ut acie excedere, & in caſtrorum munitiones profugere ſint coacti. aggregaverat ſe ad hoſtem, incondita Polonorum ruſticana pubes: quæ irruptionibus vehementiſſimis irruens, totum in caſtris diſturbavit exercitum, multis captis, pluribus occidione occiſis. Qui in hoſtium poteſtatem vivi pervenerunt, longè miſeriùs quam alii trucidabantur: neque redimendi ſe precio, copia fiebat ulli. Multi, dummodò lucis uſura frui permitterentur, multa ſe daturos promittebant, vix tamen quiſquam acinacem fugit, niſi catholicos ejuraret ritus, & Græcanicæ Eccleſiæ adſcribi pateretur. Qui id facerent, *Bialogrodiam* deducti, ad octoginta viri nobiliſſimi reperiebantur. Caſtrorum magiſtri, & rei tormentariæ præfecti reſecta capita, acinacis mucroni infixerat Chmelnicius, & ad Turcam deferenda curaverat. Is eo delectatus munere centena virorum ex ſuis millia, illi ſubſidio miſſurum ſpondet: ſocietatemque Polono & amicitiam, non ſine multis minis, & immani cum faſtu renunciat; bellumque contra eum gerendum

Coſacci funduntur à Polonis.

Fugiunt Poloni ſed cæduntur.

dum indici jubet. Nocte proxima, quæ diem tantæ cædis præceſſerat, prodigium ſcriptu non indignum evenit. Supra utriuſque exercitus caſtra, ſcopæ viſæ igneæ, earum in medio ardentior ... ruinis gladius rutilabat: ejus, haut dubiè, quæ prope aberat, internecionis prænuncius. Prælio ſanguinis ac furoris pleniſſimo depugnato, continens pluvia decem dies tantis imbribus fuit, ut cœlum ipſum tot aggeſtis funeribus, lacrymas affundere voluiſſe, dici poſſet. Ea pluvia, religionem Tartarorum quorundam animis incuſſerat, *Deo cœli immanitatem ſuam hoc indicio diſplicuiſſe, non temerè æſtimantibus*. Dicunt plerique nihil incommodi, ab inſana hoſtium multitudine importari potuiſſe exercitui Polonico: ſi, quemadmodum à peritis pugnandi ducibus moniti fuerant, quingentos modò progreſſi paſſus, fauces caſtrorum, quà in illa aditus eſt, modica ſuorum ſed forti manu, quod difficile non erat, obſepſiſſent: proviſi enim commeatûs in ſemiannum copia erat; & multi nobilium, cum rerum ſuarum precioſiſſimis; aliiſque ad veſcendum quæ uſui eſſent, abundè importatis, eòdem confugerant. Sed aliorſum fata irarum plena, eos traxerant, quæ majoribus hoſtiis placarentur. Valachiæ præfectus, poſtquam expugnatis Polonorum caſtris, Chmelnicium victoria ferocem, cum Tartaris contra ſe vadentem intelligeret, avidum pecuniæ *Chanum* auro dato, ex Valachiâ, *Camenetiam* avertit. ea ſepties à barbaris tentata, illæſa conſtitit. Neque prius tamen ſe, Chmelnicio filiam deſponſaturum, ajebat Valachus, quàm *Camenecia* foret recepta. Trans Boryſthenem ſeptem millia Polonorum, cum Lithuanicis quæ ſupererant copiis conjungebantur, qui victori barbaro non omninò manum, aut herbam porrigerent. Rex audito, tam horrendam cladem accepiſſe ſuos, æger animi gravem in morbum in-

Prodigium in caſtris è cœlo.

cidit, medicis aliquantum operæ daturus. Reginam quoque ægrimonia, & Chriſtophorum, Hubaldum Generalem, res adverſæ perculerant. His in morbo cubantibus, comitia *Varſaviæ* ſingulari concordia agitata, quarto decimo quam, agi cœpiſſent die, finiebantur; is erat poſtridie nonarum ſextilium. In Comitiis decretum ab ordinibus eſt, ut novi in regni Poloniæ tuitionem exercitus ſcribantur, virorum quinquaginta millium: qui magnam partem, Germani ſunt. Eorum victui, alimonioque ſuppeditaturos ſe nullo negotio, ſi Polonia quinquaginta, & Lithuania triginta myriades aureorum nummûm, ita ut convênit, eò elargiri minimè omnium graventur. Sacerdotibus alioqui liberis & immunibus, de ſuo quoque ad alendos exercitus, ut contribuant; imperata pecunia eſt. *Præſtare enim videbatur, cum ſpe meliori evíſcerare ſe aliquando, quàm aut extra ſpem impotentiſſimo hoſti ad mortem ſubjici*, aut pacem *intolerandis conditionibus* inire. Aquæ his temporibus maximæ fuerunt, pluviis perpetuò cadentibus, & nubium in locis aliquot defluentibus cataractis. Superiorem Sileſiam ea tempeſtas ferè dimerſerat. exundante enim Viadro, lacus omnes, fluviique, piſcinæ, ac fontes, riparum & crepidinum toros exſuperabant; maturam agrorum ubertatem, meſſeſque corrumpentes, multis ſacris, profaniſque locis ſtrages facta. In *Pannonia*, *Vaga* amnis, ſubitario aquarum incremento turbidus, ruri fruges ſuffocaverat, hauſti cum pecudibus homines ſupra quingentos, & puncto temporis animam interclusi fluctibus, perierunt. *Hic pontium diruptorum immani violentiâ, & molatrinarum fragmina natare viſa: ibi erutas à fundamentis domos, dejectaque urbium munimenta, erat aſpicere.* alibi miſerabiliore adhuc ſpectaculo, everſis ædium deturbatiſque trabibus, omnis ætatis, ſexuſque homines,

Aquæ intumeſcunt prodigiosè.

nes; omnium inopes auxiliorum, femianimi fluitabant. Contrario aquis elemento, *Lucavia* non inelegans in *Luſatis* oppidum, maxima ex parte conflagraverat. Culpa in duos confertur, Cives qui dominico die, ſub meridianum tempus, aliis Eccleſiaſtæ operam plena concione dantibus, domi remanſerant; ut fiſtulas pyrias, quas nuper conflandas curaverant, ad jaculatoriam glandis plumbeæ artem certius feriati explorarent. Ignis propinqua domorũ, ut primum emiſſus erat, derepente corripuit, non prius (& ignoratione civium, & vento operam dante) exſtinctus, quàm ædificiorum pars maxima in cinerem deſediſſet. Primi exſurgentes poſt fumum flammas, ruri paſtores viderunt. hi, quanta poteſt contentione, in Urbem properant, & quod ab igne intactum erat apportatâ, affusâque largiter aquâ ſervare tendũt; mulieribus ac mediaſtinis in partem adjuvãtibus. *Ignis Lucaviam evaſtat.*

Præcipiti æſtate Cæſar, quum perſolviſſet Mariæ conjugi nuper vitâ functæ, exſequiarum ſolenne munus, totus in eo vertebatur: ut, priuſquã comitiorũ dies appeterent, cum ſummis Germaniæ procerum, communicato *Pragæ* conſilio, rebus fœliciter componendis præverteret. Legationibus eò invitati exſpectabãtur: Electrix Bavariæ Maria Anna Maximiliani vidua, Carolus Ludovicus Octovir Palatinus, S. I. Architheſaurarius, Archiepiſcopi quoq; Moguntinus & Trevir. antè verò quàm adeſſent, in nova civitate, novum Carmelitanis PP. templum excitabatur. ei templo Cæſar, Clero & Harracho Cardinale præſentibus, debita cum reverẽtia primũ pro fundamento lapidem poſuit. prandiumq; eo die (Idus Auguſti erant) in cœnobio apud monachos ſumſit. Veſperi, quod pervigilium eſſet Deiparæ in cœlũ aſſumtæ, ſupplicationi & Litaneiæ ſolẽni interfuit, ut multitudinis in preces effuſæ animos, ad placãdũ Imp. numen, ſuo exẽplo invitaret. *Annus Guerthius*

thius, undecimo ſeptembris die in comitatu Bennadicio, morbo exſtinguitur. Natus fuerat in circulo Vueiſphalico tranſrhenano, ruſticis parentibus: ſed robur corporis, animique vigorem adjuvante belli fortuna, in clarum evaſerat ducem, glorioſior poſt mortem futurus, ſi contra hoſtem in acie pugnans cecidiſſet. *Hervordienſes* interim à Brandeburgico obſidione tentati, quum reſiſtendo non eſſent, lubentes ſe dedunt, & claves Electori offerunt. Ipſe Elector *Cliviis* antea reſederat, ſed ineunte Octobri in *Berlinum* aulam ſuam transfert. Sub idem tempus *Pragæ*, in foro pomario grex perdicum tribus vicibus apparuit, verùm avidos capiendi homines, repentè avolando eluſit. In *Sileſia* puer, matris adhuc utero clauſus, quatriduum ejulare auditus: quum in lucem ederetur, non prius finem plorandi fecit, quàm vivendi.

Perdices in foro.

Puer in utero.

Ante diem tertium Kalendas Octobris, Electoris Bavari sereniſſima vidua Pragam venit, venit & Octovir Heidelbergenſis. iis obviam extra mœnia ad album montem proceſſere Cæſar, ejuſque filius *Ferdinandus IV. Hungariæ, Bohemiæque Rex*: multis eos honoris cauſa, circumſtipantibus. Erant peditum quinque ſigna, binæ equitum cohortes, quæ adeuntes in urbem Principes, magno triginta ſupra centum tormentorum bombo, læt iſque, non unius, ſclopeti exploſionibus, honorificentiſſimè ſalutatos, ad arcem uſque proſequebantur. Cæſar in ſuum conclave, Bavara in arcem, *Octovir* in domum Sternæbergicam conceſſerunt. Venit & præſul *Moguntinus* pridie Nonas Octobres. ei apud Harrachum Cardinalem diverti placuit. Ante quartum Idus Octobris (dies erat dominicus) Electores, apud ſe convivas Cæſar habuit. Pridie idus, feria tertia, Imperatrix Eleonora, Ferdinandi Secundi ex altero matrimonio vidua, epulari eoſdem honore accepit.

Electores Pragæ conviviis excipiuntur.

pit. Eo in epulo, ad pocula & dapes erat Gynæceium auguſtale, aliaque convivialis miniſterii officia purèque , & comiter virgineum in modum, exſequebatur. Ante diem XVII. Kalendas Novembris feria tertia, intimos Cæſaris conſiliarios, & Hiſpaniæ regis legatum, Octovir Moguntinus in prandio ampliter habuit. feriâ quintâ tres Electores & ſupremum Cæſaris aulæ magiſtrum, Electrix Bavara ſingulari convivio excepit: & magno comitatu eodem adhuc die, poſt dapes *Pragâ* abiens, in Bavariam revertit. Viceſimo Octobris, *Cæſar, filiuſque Rex* apud *Moguntinenſem* : viceſimo altero apud *Trevirum*: ſecundo & viceſimo apud *Octovirum Palatinum* convivæ fuerunt. *& viciſſim alios excipiunt.* Variis inde donis miniſtros donârunt. Ante diem nonum Kalendas Novembris, Heidelbergenſis diſceſſit. Decimo quarto Novembris , *Ioannes Georgius* Saxoniæ Elector cum majore natu ejuſdem nominis filio, Pragam appropinquat, ſexcentorum equitum comitatu illos deducente. his proceſſum obviam extra Urbem à *Cæſare* horæ unius ſpatio eſt. Saxo pergrandis natu, ſed vividus ſenex , illâ exceptus rhedâ, quâ Cæſar vehebatur , in Julii Henrici Saxonis domum, ductus eſt. *Equites* , corporis ejus cuſtodes , punicei coloris panno limbis aureis circumducto veſtiti , purpureiſque & candicantibus pileos ornati plumis, incedebant. Quattuor & octoginta tormentorum exploſio , in gratiſſimi adventus gratulationem audiebatur. quatuor equitum turmæ cum omni ejus urbis præſidio, decentibus inſignes armis apparebant. Decimo quinto Novembris Elector Brandeburgicus eòdem appulit, ducentorum & quinquaginta hominum comitatu deductus. Quinquaginta equi ad corporis cuſtodiam erant. Die inſequenti *Electores* ibi præſentes epulo idem excepit. Variis deinde conviviis, more Germanico, roborata

invicem amicitia. Sed omnes regali ſplendore *Hiſpaniæ Regis Orator* anteibat, qui ſecundum Cæſarem, Electoreſque, Daniæ regis legatum, ampliſſimis dapibus paulo ante exceperat. Per hos dies, *Moguntinus & Trevir Archiepiſcopi* Electorale Sacramentum, eo quo par eſt more, electori Saxoni dicunt. Brandeburgicus, ſumma contentione apud Cæſarem agebat, ut ſibi à Regina Suediæ, prius de poſteriore Pomerania ſatisfieret; quàm illa ad Imperii fidem admitteretur. Poſtulat quoque ne Ratisponam ad Imperii conventus Reginæ legati invitentur. Poſteaquam inter ſe collocuti principes ſunt, Pragâ diſceditur. *Brandeburgicus*, Saxoniæ Electorem, quum *Dreſdam* eſſet comitatus, *Berlinum* adiit. *Trevir* & *Moguntinus* Ratisbonam petunt. *Cæſar Valetudinarius*, lecticâ per Pilſam delatus cum filio cognomine equo inſidente, *Straubingam* venit, Decembri menſe inito. *Ratiſponam* interea ſuis comitati vehiebant: *Joachimus* Abbas Fuldenſis cum 36. hominibus, 50. equis. *Theodorus Adolphus Reccus* Padribornenſis Epiſcopus, cum 3. & 40. equis, viris 40. *Archiepiſcopus Colonienſis* menſem & eo emplius æger fuerat, diſcuſſo tamen aliquatenus morbo venit, rhedis novem, equitibus ducentis comitatus. Cæſar *Straubinga* excedens, in itinere cum ſuis erat: eum Ratiſponæ appropinquare dum nuntiatur, exiêre portâ *Straubingam* ferente, maximo extra mœnia numero, ſummi, infimique procerum & civium, magnificentiſſimo ejus adventui obſequioſiſſimè præſtolantes. In iis præcipui erant, Electores Archiepiſcopi: *Moguntinus*, *Colonienſis*, *Trevir*. Epiſcopi duo: *Oſnabrugenſis*, & *Paderbornenſis*. *Stabulenſis*, & Fuldæ Abbates, cum aliis legatorũ Oratorumque. civitas omnis, ſclopetorum armatu decora, certis per urbis plateas diſpoſita ordinibus, opperiens ſtabat. Ingredienti in urbem Cæſari, ſenatus confeſtim, cum debito libertatis

Praga abeunt Principes.

Imperii

Imperii obſequio, claves detulit: interq; feſta tormentorum, ac fiſtularum tonitrua, gratiſſimo ubique fremitu, majeſtati Cæſaris itum obviam eſt. venerunt poſtea virorum principum legationes: *Electoris Brandeburgici, Archiducis Leopoldi, Ducis Neoburgi, dynaſtæ VVirtenbergenſis, Epiſcopi Freiſingenſis, Liberarum Imperii civitatum: Noremberga, Speira, Halla Suevica, Eslinga. Rex Daniæ Comitem Ranſzovium miſerat: Badæ regulus Guilielmus nomine*, ipſe aderat. Dum hæc tanto confluxu hominum fiunt, deſuper è cœlo prodigium cœpit illuceſcere, novus *Cometes*: qui ante diem 15. Kal. Jan. horrenda facie orbi conſpectus poſt duodeviginti dies conſpici deſiit. *Hoc ſigno quid maximus Deus portendi voluerit, metuere magis quam ſcire poſſunt mortales.* Cæſar interim, ut cum divini numinis invocatione fæliciter omnia cederent, 40. horarum preces omnibus indicit. Eas magno numero frequentârunt, qui pontificia majorum ſacra, moribus, & cultu profitebantur; expiatiſque ſcelerum conſcientiâ animis, Chriſti corporis hoſtiam ſuſcipientes, rerum authorem precabuntur: *benignus eſſet rebus Imperii, Cæſariſque.* Die, qui natalem Chriſti noctem ſequitur, primam ſacerdotii ſui hoſtiam, Carolus Caſparus Lejus Trevirenſis Elector immolat, Jeſuitarum in templo. *Moguntinus* & *Colonienſis* ibidem ſacris operantur.

Novus Cometes ſupraſolaris, octuplo minor illo qui 1618. Germaniam terruit.

In Italia hoc anno, *Monte Ferrato* Hiſpani, Gallos expulerunt. *Demarchi Caracenæ* (produx Mediolani erat) prudentia & virtus, tantum potuit. Neque hoc illi difficile admodum fuit. *Condæo* enim factionis principe, deflagrante intus Galliâ civilibus bellis, opportunitas maxima dabatur. Sed ne *Carolus, eo nomine I.* Mantuæ Dux, offenderetur, in Hiſpanorum partes ſenſim illiciendus erat. Cujus operâ id fieret, miſſus Mantuâ *Vice Comes Vercellinus*, ineunte Majoris nutantem ducis animum, quum diu in ſententiam ſuam

Res Italiæ.

Hiſpani Tridino potiuntur.

adducere non poſſet: *Caracena* tempori ſerviens, educi è ſtativis militem jubet, Tridinumque aggredi. Vercellarum Gubernator Garcia (caſtris præerat) recenſendi exercitus ſpecie *Demarcho Serra* mandat, uti *Vercellis*, *Mortariâ*, *Valentiaque*, copias educat. Nec mora, ſilenti per noctem agmine *Serra* profectus, ante ſolis ortum Tridino imminere cœpit. *Catalanus* oppidi præfectus, cum præcipuis ducibus *Taurinorum Auguſtam* fortè conceſſerat, ut feſtum ſyndonis diem, quæ Chriſti è cruce depoſiti corpus involutum habuerat, ſolenni pietate peragerent. *Caracena* ſtatim ante diem quartum nonas Maii, benè manè, ex Inſubribus advolat: & reliquas peditum, equitumque cohortes; *Seſithem* quum traduxiſſet: eo temporis articulo in Tridini conſpectum venit, quo *Catalanus* è Taurinis in oppidum rediens, decem jactibus tormentorum honorificè ac lætè ſalutabatur. Ubi hoſtem Galli conſpexêre, ad repugnandum ſe acriter parant. Sed Hiſpani, quantâ eximiâ poſſunt agendi cuniculos, vineaſque, pertinaciſſimi laboris tolerantiâ, ut æquis conditionibus oppido potirentur, evicêre. Galli pedites, plumbeis glandibus in os inditis, accenſis funiculis, explicatis vexillis, ad tympani ſtrepitum egrediuntur, equeſtris globus ad tubarum clangorem expanſis turmalibus ſignis, cum telis, armiſque omnibus emittitur. Occiſi ex Hiſpanis non plus viginti, vulnerati quadraginta. Sub Junii exitum *Creſcentino* admotæ copiæ ſunt: eoque ſub poteſtatem brevi coacto, *Caſale* verſus promotis caſtris otioſè pauliſper conſederunt, uſque dum *Vercellinus* Mantuæ ducem oratione induxiſſet ſuâ, Hiſpanorum ſe fidei, renunciatâ Gallis amicitiâ, permittere. Hæc res ne Galliæ Regem exacerbaret, litteras, (*manifeſtum* vocant) in lucem edendas curat Dux. In his litteris cauſas, quòd Hiſpanorum ope contra vo-

catos

catos ab ſe quondam Gallos, utendum fuerit, copioſè explicat. Edictum ſimul, ad Caſalenſes mittit ut, ni ſponte faceſſant urbe Galli, vi admotâ ab eis pellantur. Eſt *Caſale* urbs dextræ fluminis Padi ripæ impoſita, munitiſſimis operibus ad recentem ex bellica architectandi, præmuniendique urbes ratione, disciplinam conformata. Præter fortiſſimum caſtellum, *arcem* habet inexpugnabilem, *Citadella* nomine. Ea ſex ampliſſimis circumvallata propugnaculis, totam infra ſe Civitatem è ſublimi deſpicit, tormentorum ictus quòquò velit impulſura. Cives edicto ducis volentes paruerunt; & *Camillum Gonzagam* cum prætoriano exercitu, læti in urbem accipiunt. Galli verò ad mille & ducentos, in caſtellum, arcemque celeri fugâ ſublati, reſiſtere parant: ſed candidum vexillum deditionis inſigne, tertio ſtatim die ſuſtulit Caſtelli præfectus, ſeque oppugnantibus Hiſpanis dedidit. Plus aliquantò negotii fuit, ut illi expugnarentur, qui in arcem ſubierant. verùm ii quoque ad extremum victi manus dederunt, honeſtiſſimis vitam, incolumitatemque pacti conditionibus. Fuerunt autem hæ.

Caſalis urbis ſitus.

Divi Angeli Dynaſta crâs die Martis, XI. Kal. Octobris, duodevigeſima hora, cum omnibus præſidiariis cujuſcunque gentis ſint, ex Caſalis arce egredietur, ſtrepentibus tympanis, explicatis vexillis, plumbeis glandibus ori inditis, funiculis accenſis, armaque, ſarcinas, & duo mediocris formæ tormenta, & tantam fartorum copiam, quæ ad ea ter tendenda ſatis ſit, ſecum trahet.

Caſalis arx deditur. quibus conditionibus.

Ex Hiſpanienſi exercitu, validum militum agmen cuſtodiæ cauſa tribuetur, ut deditos à noſtris armis ſecuros, atque incolumes rectà Verucam uſque, vel Taurinum deducant: nec ab ipſis cuſtodibus aliquid hoſtile patiantur. Quatuor inſuper illis aphracta, ad vehenda tormenta, ipſorumque farta, impedimenta,

dimenta, ſarcinas, nulla omnino mercede, gratiſquē dabuntur, cum viginti peditum, præfectique cu-ſtodia: ut dicta tormenta, ſarcinas, Taurinum uſque ſequantur.

Vt integrum, liberumque ſit cuicunque præfecto, aut officio aliquo militiæ fungenti; aut ſuas omnes ſarcinas, aut earum partem in urbe vendere; & eorum aliquibus concedetur, duos, aut tres dies in urbe morari: ut ſuas rationes cum annonæ curatoribus ineant.

Si quis caſu miles, transfuga, inter deditos præſidiarios eſſet, qui vel ex regis Catholici, vel Mantuani Ducis exercitu ad Gallos deſciverit, illi impunè ſit; nec ulla prorſus ratione ei noceatur, ſed cum præſidio libero, ſalvoque abire liceat.

Nihil ex arce armorum, commeatuum, ſartorum, ad tormenta, arcemque pertinentium, nec etiam Chriſtianiſſimæ Majeſtatis juris, præter conceſſa extrahere poſſint.

Divi Angeli dynaſta fidem obligat ſuam, nihil proditorium, nihil fraudulentum, in arce, nihil in tormentariis ſartis, nec ullum arcanum cuniculum relinquere.

Idem præfectus, duos obſides tradet: alterum Gallum Ducem, alterum Legatum Helvetium, ad deducentium militum cuſtodum ſalutis ſecuritatem, naviumque reſtitutionem.

Idem Divi Angeli dynaſta, protinus tradet parmulam arcis portæ objectam, ad exigendam conventorum fidem.

Ad clarius iter declarandum, quod ipſi præfecto, ſuiſque præſidiariis obeundum eſt, ſtatuitur: ut prima diei veſpera Morani noctem ducant, altero die Creſcentini, tertio Clavaſſi, quarto Taurinorum Auguſtæ: rectiori, brevi orique via.

Nullus militari in eo præſidio fungens, ullius alieni æris ab iis contracti: aut quorumcunque nominum cauſa, detineri, infeſtarique poſſit. In has condi-tiones

tiones ubi conveniſſet: horâ unde-viceſima exceſſit arce præſidium Gallicum: ſolique mille ex Mantuanis militum dilectibus pedites: & quingenti Montisferrati populares, ejus impoſiti cuſtodiæ ſunt. Præfectus omnium civis Caſalenſis (ita volente *Camillo*) eſt conſtitutus eò uſque, donec alius ab ipſo *Mantuæ* duce *Carolo* conſtituatur. Verùm, non omni procul tumultu fuit: quòd Galli, ubi *Caſali* exceſſiſſent, *Pinarolum* inſederant. & ſedecim aucti cohortibus, circumjecta Alexandriæ loca prædabundi incurſabant. Non pauci *Allobrogũ* illis ſe immiſcuere: qui urendo agros, exſpoliandoq; oppida, multùm incommodabant incolis. Eis ut vicẽ redderet *Caracena*, *Pedemontium* ſimili clade impetivit, magno Sabaudiæ Duci metu injecto: qui ſi Gallos è Delphinatu non advocat ſibi auxilio, *Pedemontio* expelli facilè poteſt.

Priuſquam Italiâ eximus, *Innocentii* X. Pontificis Romani ſtudium, vigilantiamque prætetire non debemus. Totus in eo fuerat, ut Germanicæ nationi pax honeſtiſſimè, & Apoſtolicum prorſus in modum conciliaretur. Quamvis id, aliis intercedentibus, conſequi non potuerit. Qui hanc rem ſuis verbis ac nomine, diligentiſſimè curandam ſuſceperat, *Fabius Chiſius Neritonenſis Epiſcopus*, Monaſterio Vueiſphalorum cum proteſtatione redierat: vir omni laudum genere cumulatiſſimus, ſed invicti muneribus, & inexpugnabilis adverſus pacis nundinatores, animi. Is pro ſua integritate, juſtitiaque è Weſtphalia revocatus Romam, ab Innocentio Cardinalis creatur. Et ne Rheni tractus, Apoſtolico Nuncio (cujus ipſe muneribus incorruptiſſimè perfunctus fuerat) diutius careret: de novo, tanquàm altero ſe, in Germaniam ſubmittendo; cum Pontifice Maximo conferre ſermones cœpit. Tandem & judicio Fabii, & Pontificis miſſu venit Illuſtriſſimus *Ioſeph Sanfelicius*, nobilitatis Neapolitanæ Princeps

Sanfelicius poſt Chiſium Nuncius Apoſtolicus.

ceps

cepsPatricius, Archiepiſcopus Conſentinus, eminenti ſtatura, prudentiaque vir. Hic inito vere ex Italia, per Helvetios, in Germaniam deſcendens, *Speiram Nemetum* primum appulit. Ibi novum ejus urbis Epiſcopum, Lotharium Fridericum Metternichum debita cæremonia quum inauguraſſet: ſolemni corporis Chriſti die, ſupplicationi publicæ, pontificali cinctus ornatu, interfuit. *Moguntiæ* deinde, ab Illuſtriſſimis (Elector abſens erat) collegii Metropolitani Canonicis, honorificè excipitur. *Rhenifelſam* ne præter veheretur, *Erneſtus* fecit Heſſiæ Darmſtadienſis regulus: qui unà cum nobiliſſimi generis conjuge, Romanæ Eccleſiæ fidem amplexus Coloniæ fuerat, & *Rhenifelſæ* tum præſens aderat. Eum ſalutatione Apoſtolica impertiens recreavit, confirmavitque. Die inſequenti, Trevirenſem electorem Carolum Caſparum, *Confluentiæ* ſibi ad litus præſtolantem invenit: quicum in Eccleſiam primò, dein & in aulam deducitur. *Hermenſteinæ* arcis tormenta, Archiepiſcopi utriuſque gaudia, & complexus non tacuerunt, ſemel atque iterum, lætitiæ & honoris ergô explosâ. *Bonnam* Ubiorum, ſecundo vectus Rheno poſtquam attigit, *Philippum Guilielmum* Neoburgi Principem cum Electore Colonienſi commorantem allocutus, magnificè exceptus ab utroque eſt. Sed habitu, diſſimulato, ne curioſam ſalutaturis, & noſcitantibus moleſtiam faceſſeret *Coloniam Agrippinenſem* ingreditur; non ingrata urbem tantam præſentia, per annos aliquot illuſtraturus.

Cardinales hoc anno mortem obiêre tres: menſe Aprili, *Marcellus Lantes*, Epiſcopus Tuſculanus nonagenario duobus annis major. Septembri, *Iulius Roma*, Epiſcopus Tiburtinus annorum octo, & ſexaginta. Decembri, *Ludovicus Alphonſus Pleſſis Richelius*, Armandi Frater, & Lugduni in Gallia Archiepiſcopus.

Extremò

Extremo anni, ex latiſſimo Sinarum Imperii tractu, Romam legatus venit, *Martinus Martinius* Societatis Jeſuiticæ Presbyter: ut quos ibi progreſſus Chriſtiana fides fecerat, ſanctiſſimo patri nunciaret. Sinarum regio ultima eſt ab ortu ſolis, ab occaſu poſtremis Indiæ finibus terminatur. Ad meridianum latus Oceani fluctibus pulſatur. ubi ſeptentriones aſpicit, longiſſimo trecentis paſſuum millibus, contra *Scythas* cingitur muro. Aſiæ pars eſt elegantiſſima; neque diſciplinis vacat Philoſophorum, neque templis. Provinciæ ibi ſunt, his ad aures noſtras delatæ nominibus: *Leaotunga*, *Pekinga*, *Xanſis*, *Coren*, *Xenſis*, *Xantunga*, *Honania*, *Huquanga*, *Nankinga*, *Chekianga*, *Suchûena*, *Kiangſis*, *Fokiena*; *Queichevia*, *Quangſis*, *Quangtunga*. quæque terrarum, ſuos tetrarchas & regulos, prætoreſque & præfectos habet. Sed iis omnibus ſupremæ auctoritatis rex imperat: quem ideò quoque *Imperatorem* nominavêre. Is erat his temporibus *Iunglieus*, Chriſtianæ eruditionis magiſtris neutiquam infeſtus. Licet enim baptiſmatis Sacramento nondum fuerit authoratus; magnò tamen fidei noſtræ doctores in pretio apud eum fuêre: Mater ejus, uxorque & filius Imperii hæres, Eunuchus item cui *Achilleo Panga* nomen eſt, ſacri fontis cæremoniâ inaugurati erant, & Chriſti nomen, quo par eſt cultu; obſervantiaque venerabantur: ita ut ſpes eſſet maxima, eum quoque myſteriis baptiſmi imbuendum fore, ſi modò Tartarorum infeſtationes deſinerent. Scythæ enim, quos Tartaros vocant, à pluribus jam annis in Sinas muro ſuperato illapſi, non parum tumultus, ac ſeditionis fecerunt. Imperator eorum eſt *Xunchius*, à parvulo puero, & judicii & dexteritatis omnibus prædicandæ juvenis, & Catholicæ inſtitutioni non prorſus hoſtis, uti apparet. Is maxima ſuorum collecta multitudine, exundantis

Legatio Sinenſis Romam.

Scythæ Sinas invadunt.

dantis alvei modo *Quantungenſibus*, & iis, qui in *Quangſide* incolunt ſuperfuſi, omnia in poteſtatem acceperunt. *Iunglieus* Imperii Sinenſis moderator, Chadkingam Quangrungenſibus provinciæ clariſſimam urbē domicilio elegerat quidem: ſed occupantibus omnia Tartaris, inde diffugiens, unà cum filio & matre, aliiſque Chriſtianorum, è continenti mare petiit: ut vitæ ſuæ, ac ſaluti proſpiceret. Imperator interim Scytharum *Xunchius*, *Pekingæ* ſedem collocat. Eſt ea Provinciæ cognominis ampliſſima civitas, amœno ſitu, ædificiorum elegantia illuſtri, poſt murum Sinenſem, ſeptentrionibus objecta. Porrò Chriſti nomen admirationi eſſe omnibus narratur: quotidieque tantis per adverſa etiam increſcit auctibus, ut Sinenſis Imperii pars magna, Chriſtiana templa, gymnaſiaque habeat: & ſanctæ fidei placita, ſermonibus ejus gentis, litteriſque commendata paſſim ediſcantur; immò & latinæ eruditionis libri non ſine fructu, in multorum manibus verſentur. Et quis ſcit, an ideò has terras occupandi animum, Tartaris adjecerit Deus, ut, quum Sinas ceperint, ipſi quoque poſtea Chriſti fide capiantur? Sed relictâ Aſiâ in Europam noſtram, pedem referamus.

HISTORIÆ RERUM Per EUROPAM noſtrâ memoriâ GESTARUM,

Scriptore

CHRISTIANO ADOLPHO THULDENO.

LIBER SECUNDUS.

Anno M. DC. LIII. *geſta continet.*

BEllis Germaniæ, bonâ pace extinctis: anni à partu Virginis ſupra mille & ſexcentos tertii & quinquageſimi Kalendæ Januariæ, dieſque Epiphaniorum Chriſti, eximio pietatis cultu, *Ratiſponæ* frequentabantur. Maximilianus Henricus Colonienſium antiſtes, pontificio ritu, cinctuque perornatus, ſacris operans, *Carolo Caſparo Lajenò*, Trevirorum nuper ſublecto præſuli, Româ allatum Archiepiſcopi pallium, in humeros injecit. Ante diem ſextum idus, cum uxore chariſſima, Heidelbergenſis Octovir *Ratiſponam* appulit, quinquaginta ſupra ducentos homines, pleroſque generoſis vectos equis, circum ſe habebat. *Germanica.* *Archiepiſcopi pallio donatur Lejus Ratiſpona.*

Ea civitas

civitas armatu honoratio conſpicua, ingreſſuro, ut dignum erat, obſequiosè præſtolabatur: & læ-tis ſclopetorum applaudens explosionibus ejus ſi-bi adventum gratulabatur. Venerunt non longè post tempore *Aichſtadienſis Epiſcopus:* Saxonis & Brandeburgici electorum, Heſſi Darmſtadienſis, aliorumque Imperii Ordinum legati & Oratores. ii omnes pro ſua quiſque dignitate accepti. Prin-cipium verò Cæſaris laborum, hoc ineunte anno fuit, in quietem dare gentes, quæ ad Rhenum, & Moſam habitant, Lotharingicorum expilationi-bus miſerè divexatas. *Carolus Lotharingiæ Dux,* Bruxellis in Belgio erat: ad illum mittitur à Cæ-ſare cum lenibus mandatis Sternæbergus Comes, *velit, jubeat educi militem ſuum ex inſeſſis in Im-perio locis,* Homburgo, Landtſtulâ, Hammerſtei-nâ, *ac omnes poſthac militari incommodo Germaniæ cives abſtineat.* Sed parum profectum. Interim In Palatinatu ſuperiore, ex oppido *VVeida*, arce-que *Barcſteinia* milites educuntur. Ochſæſtir-nes, reginæ Suediæ legatus, poſtquam Princi-pi Diterichſteinio apertè per litteras ſignifi-caſſet, Reginam iis non ceſſuram, quæ Weſtpha-licæ pacis legibus obtineret, Ratiſponâ in Sue-diam eſt reverſus. Hiberni dies, dum advenien-tes alii exſpectantur; venatione trans Danubia-nâ, ab ipſo Cæſare, & Electoribus, *Treviro, Colo-nienſi, Palatino,* aliiſque principibus viris exige-bantur. In eâ venatione erant ſæpe, equites du-centi ſupra mille. Ante diem decimum Kalendas Martii, epulari honore à Cæſare excepti ſunt Germaniæ proceres. Biduo poſt, choragio co-

Comœdia. mico actûs & ſcenæ tantâ agentium dexteritate, ſpectantiumque voluptate habebantur: ut ſæcu-lo integro nihil ſimile, aut ſecundum in theatro exhibitum fuiſſe crederetur. Naves navicularijs inſtructæ viris, marinos ſulcabant fluctus: & ex nubibus lapſi Dii, nuntiique Deorum ſcenicos

ſimul

ſimul agebant ludos : & repetitis maxima cum amœnitate epiſodiis muſicè canebant : ſubitoque rurſum evolantes in vacuū liqueſcebant aera. Poſtridie ejus diei quo comœdia fuit peracta, paſtoritiæ muſæ ludicrum exhibebatur, ſeptem & viginti curribus adornatum. in curribus ex *Guirtaburgici* Ducis palatio , in *Curtii Comitis* ædes honoratâ ſpectabiles pompâ, ſed perſonati actores invehebantur. Et poterat jam tota quaquaverſum Germania, quiete frui, niſi Lotharingicorum impetus, Moſæ accolas in tumultum ac rapinam dediſſet. Vagabantur enim latronum more populabundi per *Eburonum*, *Menapiorumque* fines, nulli parcentes rei, non ſacræ, non profanæ. Trajecti Gubernator *Bredarodius* ab Hollandiæ ordinibus in mandatis acceperat, in Lotharingicos ut inſurgeret, & ditione Trajectenſi eos abſtineret, inſtruit ille militem ſuum , & contra Lotharingicos tribus agminibus inſtructos egreditur, duo priora agmina continenti prælio in fugam vertit : tertium quod *Deucello* in pago hybernabat, duce agminis capto, fudit prorſus, contuditque ; & inſigni potitus præda, *Trajectum* retrò, unde abiit , proficiſcitur. Quod militum evaſerat, majore quam antea numero , *Vbachii* congregatum fuit : aliunde enim advenientes ſocii contrahebantur & per *Falcoburgios* prædabundi graſſantes, miſerrimam ejus regionis faciem reddiderunt. *Vervia* mille ac ducenti ruſtici, continuatis noctu diuque operibus , contra irruentium vim ſeſe communiunt. hoc obſepto aditu, *Malmundarium* ac *Stabuletum* non ignobiles vicos inanibus tentant auſis. *Covino* quoque potiri ſtatant, ſed inde à Gallico Rocroi milite expelluntur. *Rupenfortem* adorti quingenta militum capita amittunt. ſed feliciore auſu *Dinantum* in poteſtatem accipiunt, omnia circum caſtella & pagos evaſtantes. Agreſtibus quidem omni-

Lotharingici Eburones & Menapios vaſtant.

omnibus non modò permiſſum erat; verum etiam mandatum à principibus, primoribuſque ſuis, ne illos graſſari paterentur, ſed omnes à ſe abigerent, aut ſi id fieri non poſſet, æquo jure obtruncarent. Verùm ea res externo militi plus ferociæ addidit, & nihil niſi cædes ac funera exiſtebant, nunc agreſtium, nunc Lotharingicorum, & hi tam crudeliſſimè in illos graſſabantur, quàm ab his illi fortiſſimè erant repulſi. Regio interamnenſis, *Condruſique* diripiuntur. *Cennacum* poſt ſeptem oppugnationis dies deditur: ſed contra datam fidem præſidiarii, pars contrucidantur, pars in vincula trahuntur. *Carpenſe municipium* (Canonicos habet & parœciam) à quatuor cohortibus invaditur, compilaturque. Templi ejus Curio, qui re numaria ſecum in templum delata, ſe, ac ſua tutum putabat, lividè contuſus, pecuniâ, veſtibuſque ſpoliatur. Sacra, profanaque omnia in prædam vertuntur. Per quos dies, hæc in Eburonibus, Trevíris, Condruſiſque gerebantur: in Germania, duo Principes viri mortem obeunt: *Ioannes Ludovicus Naſſovius, & Guolfgangus Guilielmus, Dux Neoburgicus.* Hic è Lutherano: ille ex Reformato Catholicus. Uterque ab Hiſpano Rege Philippo quarto, aurei velleris Equites creati. Ferdinandus eo nomine ſecundus Imperator, *Naſſovium* aureæ clavis donatum officio, Camerarium ſibi Flavianæ elegerat. Ejus filius *Ferdinandus Erneſtus*, qui nunc Imperio præſidet: ad maxima quæque peragenda, *Naſſovii* conſiliis, operâque uſus, in Gueiſphaliam ad conventus pacis agendos eum miſit; pace perpetratâ ex Comite Principem fecit: quo Principatus nomine liberi ejus ex utroq; ſexu, eorumque ſucceſſores perpetuò gauderent. Princeps fuit ſynceritatis ac fidei Germanicæ, quam quiſquam obſervantiſſimus. *Hadamarem* ſuæ ditionis urbem, prolatis pomœriis amplificatam, multiſq; ſacris ac profanis ædificiis ab ſe nobilitatam, reliquit.

Mors Naſſovii & Neoburgi.

Naſſovii Principis elogium.

In S. Ægidii monte Franciſcanis Obſervan-
cœnobium ſuo ſumtu poſuit, dotavitque.
itas litterarum, & pietatis cauſâ recepit. In
morbo aliquamdiu fuit. Sed Catholico ritu Sa-
cramentis piè procuratus, pridie nonas Martii,
Christo liberatori animam reddidit. Exeunte
Aprili apud Franciſcanos ſepultus. Cor ex cor-
pore ejus exemtum, Societatis Jeſu Patribus tra-
ditum eſt. Tres illi ſuperſtites filii fuerunt: *Mau-
ritius Henricus* principatus Hadamarienſis poſ-
ſeſſor & dominus, *Hermannus Otto*, Metropoli-
tanus Colonienſis Eccleſiæ Canonicus, Et *Fran-
ciſcus Bernardus* natu minimus. Guolfgangi
Guilielmi Pater fuit Philippus Ludovicus Neo-
burgi Dux: Mater, Anna, Sereniſſimi Iuliæ, Cli-
vorumque & Bergæ ducis Guilielmi filia. illuſtris
ab ineunte pueritia ingenii, & ad capiendas diſci-
plinas accommodati, Guolfgangus Guilielmus
erat: exterarum gentium mores cognoſcendo in
Daniam, *Italiamque* & *Angliam*, in Hiſpaniam
quoque ad regem penetraverat. Vir maximis na-
turæ donis inclytus, excelſique ac liberalis ani-
mi, ſed in iram propenſior, hoſpitali beneficen-
tiâ peregrinos comiter excipiebat, pauperi-
bus largiebatur tam benignè, ut ab illis pater no-
minaretur. Catholicam fidem, neque in adverſis,
deſeruit: templa excitavit, gymnaſia aperuit:
monachis, & ſacerdotibus familiaris ac prope ne-
ceſſarius exſtitit. Ad extremum 20. Martii die,
quum biduum æger fuiſſet, Catholicè moritur,
anno ætatis 75. Duſſeldorpii in divi Andreæ poſt-
eà funeratus. Filium reliquit unicum, *Philippum
Guilielmum* nomine, ornatiſſimum Principẽ, eoq;
patre digniſſimũ, ut verè à nobis in oratione fune-
bri dictũ ſit: *mortuũ* eſſe Guolfgangũ, *& quaſi non
eſſe mortuũ, reliquiſſe enim ſimilẽ ſibi poſt ſe* Philippũ.

Neoburgi Ducis elogium.

Aprili ineunte, Imperii Ordines decreverunt
maximâ concordia, Romanorum regem eli-
gendum eſſe: ejus electionis ſedes Auguſta Vin-
deli-

Electio Romanorum Regis Auguſtæ.

delicorum deſignata eſt. Hoſpitia, quò plures diverti poſſent, conſtituuntur. Sub idem tempus, miſſi tres per expeditos equos veredarios unus *Holmiam ad Suedos*, alter Dreſdam ad *Saxonem*, tertius Berlinum ad *Brandaburgenſem*, qui Pomeraniæ negotium urgerent, fœliciaque initæ inter ipſos, uti ſperabatur, concordiæ, ad Cæſarem reſponſa referrent. Suediæ enim Legatis, neque ſuffragium ferendi, neque in Comitiis Imperii conſidendi poteſtatem prius futuram eſſe, quàm Electori *Brandaburgico* de *Pomerania* ſit ſatisfactum. Jam verò, ne improſperè quæ agitabantur conſilia Procerum, evenirent, ad omnia Divorum pulvinaria ſupplicationes indictæ ſunt. iis Cæſar cum Electoribus Archiepiſcopis *Colonienſi* & *Treviro* cumque omnibus qui Catholicam mentem habebant Principibus, reverentiſſima religione interfuerunt. Sacræ conciones, exhortationeſque ad populum, ut Deus Germaniæ rebus propitius foret, habebantur. Sacrificia miſſarum fiebant. Monumenta, reliquiæque ſanctorum viſitabantur, pœnitentiæ Chriſtianæ, Euchariſtiæque myſteriis frequentatis. Ieſuitæ quibus cordi & curæ eſt juventutem à teneris ad muſas, pietatemque erudire, Comœdiam eodem tempore doctam ſanè & elegantem, neque pietatis vacuam, applaudentibus omnibus exhibuerunt. Dum hæc gerebantur, binæ literæ, eodem propè argumento ad Cæſarem perlatæ ſunt. Unæ *Holmia*, ex Suedia vigeſimo ſexto Martii datæ: alteræ *Ratiſbona* ex Auſtria inferiore ante diem tertium idus Maii. Argumentum erat; *uti Cæſar ab incepta per Auſtriam reformatione deſiſteret, & Proteſtantes quum novis, tum antiquis frui privilegiis, pati vellet. Chriſtiano orbe indignum videri, ſi Iudæis, qui merito ſuo explodendi ſunt ab omnibus, plus libertatis, & quietis concedatur, quàm Euangelicis puriſſimæ Chriſtianitatis cultoribus. illos enim*

Supplicationes habitæ.

Literæ Proteſtantium ad Cæſarem feruntur.

enim in Imperio tolerari, protegique, hos niſi mutent ſacra & canones ſuos, Imperii finibus eliminatos acriter diripi, & tantum non ignibus ſubjici. Petere igitur majorem in modum: Cæſar clementiæ ſuæ memor, animorum tranquillitati, pacique religionis conſulat: & Auguſtanæ confeſſionis candidatos, utpote veros Chriſtianos non averſetur, neque Imperio exigat, ſed quo ad ejus fieri poteſt, & tueatur, & foveat. Ante diem tertium decimum Kalendas Junii *Ratiſpona*, Vindelicorum Auguſtam Cæſar cum Bohemo electore, Hungariæque rege cognomine filio, profectus, magnificentiſſimè ſub veſperum excipitur. Octoviri duo, *Moguntinus & Heidelbergenſis, Bavari item nomine ad Comitia ablegatus. Maximilianus Comes Curtius*, Cæſarem præſtolaturi, paucis antè diebus præceſſerant. Nec mora, ſimul fama attuliſſet, cum ſuis in profectione Cæſarem eſſe, obviam ei proceſsêre extra portas, illi ipſi Electores & Legatus Bavari. Auguſtanæ dein Civitatis primores, Conſulesque ſequebantur: duabus inſignium Patriciorum turmis, ad non dubiam honeſtatis & officii debiti formam expolitis, promtiſque, & in armorum ſplendore per camporum plana, ſub ſole collucentibus. Mercatorum ac divitum hominum aberat nemo: pars equis, pars pilentis aut rhedis invecti prodiêre. Ingredienti in urbem Cæſari, *Rhemboldus* urbi præfectus, oratione gratulatoriâ verba faciens aſtitit, & paratiſſima civium ſuorum obſequia, in omnes partes officii obedienter detulit. Cæſar vultu majeſtatis pleno, ad affabilem humanitatem compoſito, clementiæ ſuæ operam viciſſim ſpondet: dexteramque fidei datricem oſculandam, Rhemboldo quum præbuiſſet, in clariſſimæ *Fuggerorum* gentis domum ducitur. Tum Magiſtratus poculum aureum, illuſtri quingentorum aureûm nummûm (*ducati vocantur*) munere gravidum, Cæſari obtulerunt.

Acceſſerunt addita his & alia dona, rubentis & albi vini vaſa majora duo: vini Hiſpanienſis binæ, Rhenani totidem amphoræ, *quas vocant amas.* Farionum, ſive auratarum (*trocta quibuſdam, hi appellantur piſces*) centupondium. avenæ tria plauſtra. Similibus ferme ac pater, filius rex, donatus donis eſt. Poſtero die, in Deiparæ Virginis templum ut Sacrificio Miſſæ intereſſent, venerũt: Moguntino Archiepiſcopo, & Heidelbergenſi Octoviro Cæſarem deducentibus. Adveniunt ſub id, Elector *ipſe Trevirenſis,* Saxonis vero & Brandeburgenſis, Poloniæque regis Legati. Septimo & viceſimo die Maii, Octoviro Heidelbergenſi ex conjuge ſua filius naſcitur, ejus ſalutari fonte abluendi celebritas, Principem virum domi tenuit, ne cum Electoribus unà tum adeſſet. infans, non diu pòſt quam Chriſtiani nominis honorem accepiſſet, inter mortales eſſe deſiit.

Præſentibus ergo pleriſque Electoribus, vel non præſentium Legatis, ex ante diem ſeptimum, in ante diem quartum Kalendas Junii, conſultationes habitæ ſunt, difficiles quidem ſed felici exitu nam electionis futuræ dies, poſtremus Maii ut decerneretur, concordibus animis conceſsêre. In curia, locus ſecundum aulam majoreſt, ſedilibus utrinque poſitis, ad magnatum ac dynaſtarum conſeſſiones, commodulè exornatis, ibi conventus habiti per triduum. Medio tempore Cæſar ſacris intentus rebus, ad electionem omnia per miniſtros in Divi Udalrici templo, apparari imperat. Pars templi ſacratior (chorum dicunt) ad Sacrificium *miſſæ* faciendum, ad *Electores,* præſentes, abſentiumque legatos, pro ſuo quemque decoro excipiendum, pulcherrima omnis generis ornamentorum diſpoſitione inſtruitur. Veſtiariũ, in quo Sacræ ſupellectilis veſtes & utẽſilia aſſervari mos eſt, aulæis, ac periſtromatis ambitioſe circumductum, pro electionis *regiæ*

Triduo conveniũt.

D. Vdalrici baſilica Auguſtoburgi.

conclavi

conclavi adornatur. Sancti *Gregorii* Sacellum, quod inter monaſterii dormitorium, Eccleſiamque interjacet, majeſtati & præſentiæ Cæſaris paratur. In templi medio, aptus ad inſpiciendum omnia, locus editior, ſtruitur. Secundum aram maximam, thronus Cæſareus excitatus. Pridie quàm electio perficeretur, Cives Auguſtanos ad ſe vocatos Cæſar, conceptis in fidem, obſequiumque verbis, ſolenni more jus jurandum dicere juſſit. Vinario in foro congregata civitas, omnium conſpectui per apertas bipatentis feneſtræ valvas Cæſarem è ſublimi ſe exhibentem contemplari poterat. Comes *Pappenheimius* Imperii *Mareſcallus hæreditarius*, liberum vaginâ enſem manu præferens, ad dexteram Cæſaris erat. Ferdinandus Sigiſmundus Curtius Imperii *pro-Cancellarius* ad lævam aſſiſtens, oratione forti, & ad fidelem operam Imperio, Cæſarique navandam exhortatoriâ, coram civibus utebatur. Guilielmus *Schrader*, quod eſſet à ſecretis Imperii, ſacramentum dicentibus verba præibat. Hungariæ dein *Bohemiæque Rex Ferdinandus*, cum Octoviris, *Moguntino, Colonienſi, Treviro, Palatinoque, & aliorum trium legatis* in curiam venit. Tempus erat matutinum, hora ſeptima, tum conſultationibus ultrò, citròque habitis, cives iterum adeſſe jubentur, ut jusjurandum dicant prius, quàm rex eligatur. Senatus in curia, populus ſub dio juravit. *Bohemus*, cæterique Octoviri, & qui perſonas Octovirorum abſentium referebant, ſubliniori è loco, ſuo quiſque ordine, habituque conſpicui, ſuſpectantium vultibus, atque oculis imminebant. His ita perfectis: quot peregrinorum erat hominum & gentium alienigenarum, urbe jubetur excedere: negant enim Germanorum moris eſſe, ut dum Rex eligendus ſit, externorum quiſquam interſit. nec mora, Hiſpaniæ, Poloniæque Regum Legati, inde ſe proripere feſtinant. Sub veſperum portis omnibus obſeratis,

Electionis conclave.

Auguſtoburgenſes fidem ſuā Cæſari obligant.

Pappenheimo & Curtio præſentibus.

Electores conveniūt in curia.

tis, claves in Electorum conclave, a Comite Pappenheimio illatæ, in tertium diem ſervantur.

Ferdinandus Franciſcus Ferdinandi III filius, Rex Romanorũ eligitur, Auguſtæ Vindelicorum.

Pompa Electorum & Principum in D. Vdalrici procedentium.

Igitur, quum dies Maii poſtremus illuceſceret, portis adhuc diem, noctemque clauſis, nemo hoſpes intromiſſus in Urbem eſt. Cives pacatè, grataterque armati ex foro vinario, uſque in Divi Udalrici continua ſtatione, utrimque ædium ſtantes per plateas, electionis Regis finem oppeririebantur; honeſtiſſimis inter ſejocis non inciviliter colludentes. circiter horam ſeptimam Electores in curia congregantur, ibi quum ſuo quiſque habitu ornati eſſent, ad *Divi Vdalrici*, in equis progrediuntur. antecedunt eos frequenti numero, ſed gratiſſimo ſpectatorum auribus, animiſque, tubarum clangore, æneûmque bombo tympanorum, inſignes pulſandi, inflandique artifices. hos ponè ſecuti Electorum cujuſque, nobiliſſimi & domeſtici, pars decoro, pars miniſterio apti juvenes ac viri aulici. aulæ Mareſchalli, enſes vaginæ incluſos præferebant: veſtibuſque & limbis, colorumque & lemniſcorum varietate ita alios ab aliis diſcernebant, ut quorum familiæ, ſatellitiique forent, inſignium cujuſque & ornatus argumento curioſis facilè proderentur. *Moguntinus* & *Trevir* primo loco, junctim equitare conſpiciebantur. *Colonienſis* deinde cum Rege *Bohemo*. *Heidelbergenſis* cum Bavari Legato Maximiliano. his proximi erant, Saxoniæ Ducis orator *Phriſa*, & *Blumathalius* Marchionis Brandæburgici Legatus. Turba circumpedum numeroſa, utrumque latus honoris & cuſtodiæ cauſa circummuniebat, capitibus nudatis procedens. Octoviris ſingulis, purpurei coloris togæ, ab thoracis faſtigio ultimos involventes talos, erant. Earum pars ſuperior, quà nuda colli proteguntur, ex albentibus *Hermelini* pelliculis, ampla ſatis, & ex artis veſtiariæ præſcripto decentiſſimè

Circumpedes.

Togæ.

tiſſimè rotundata collaria, præportabant. Pileis rubentibus, ſed rotundis vertices operuerant: exceptio, quod *Bohæmus* regni ſui diademate tempora incluſus appareret: & *Heidelbergenſis* quadrato capitis tegmine ſericis ex villis uteretur: aliorum denique legati abſentium, ſuo propriè ſed ſumtuoſo, ac ubivis etiam decente, illos veſtium genere elegantiſſimè conſpicerentur. Ubi ventum prope Eccleſiam eſt; *ex equis* pariter omnes deſcendunt, & in templi interiora, vultu ad religionis horrorem, modeſtiùs compoſito, ingrediuntur. Tum ſymphoniaci, qui in odeio venturos principes opperiebantur; lætiſſimè canere incipiunt. in chori parte ſiniſtra, templi Udalriciani præſul, pontificali incinctus ornatu ſtabat, & cum ſacratis Deo viris; ingredientes venerabundus excipiebat. Deducuntur ſubinde ad dextram, Moguntinenſis & Bohæmus; duo item legati; alter à Bavariæ Regulo, alter à Marchione Brandæburgi: & ſuo quiſque ordine rubri coloris ſerico circumtecta ſedilia occupabant. In chori medio contra aram maximam ſolus Trevir conſedit: ad lævam Colonienſis, Palatinus & Saxoniæ Ducis legatus collocati ſunt. Mareſchalli, propè ab ſuis quique heris, tectum vaginâ enſem præferentes, conſtitêre. Præſul ad aram ſacrificantis habitu, cum miniſtris divinæ rei progreſſus, ſolenne invocandi ſpiritus ſancti carmen, tribus verbis præcinit: id ſimul ab ſymphoniacis Cæſaris exceptum; cum verſu, & precariuncula (*collectam* vocant) ſacrificandi initium fecit. Miſſa ex ſancti ſpiritus officio, tota peragebatur. Summa precationum, & ſacrificii hæc erat: *Faciat pacificator omnium & lætitiæ dator ſpiritus ſanctus: uti hac Romanorum Regis electio toti Germaniæ, ejuſque proceribus fauſta, felix, fortunataque eveniat: iſque, Numinis divini inſpirante gratiâ Rex eligatur, qui animo probus, fide integer, manu fortis,*

Pilei.

Deſcendũt ex equis.

Sacrificiũ Miſſa peragitur.

Precationis & ſacrificii argumentũ.

fortis clementiâ invictus, honorem Dei, ſalutem hominum, nulli rei poſtponat. Sacrificio miſſæ facto, progreſſus inde cum miniſtris Antiſtes infra altaris aſcenſum reſtitit. Gradus, qui in aram ferunt, rubro & albenti panno circumveſtiti, materiem celabant ſuam. Aſcendunt è veſtigio ad ſuperiorem in aram gradum Electores, legatique, frontibus in populum converſis. Hic Moguntinus prior aram tenens, in librum ſuper altare poſitum (Euangelia is liber, & ſacrorum rationem continet) dextram injiciens manum, conceptis verbis, clarâ voce Electorale ſacramentum dixit. eum ordine ſecuti Trevirorum & Colonienſium Archiepiſcopi, Rexque ipſe Bohæmus, Bavariæ dein & Saxoniæ tetrarcharũ & Brandeburgenſis legati, ad extremum denique Octovir ipſe Palatinus. Omnia verò ſacramenti verba, ita ſyllabatim, diſtinctèque ab unoquoque eorum pronunciata ſunt, ut ab omnibus qui ad ſpectandum confluxerant facillimè exaudirentur. Nec longè illis erant Cæſarei ſcribæ, qui rem uti gerebatur, hortante illos Moguntino in commentarium referrent. Eorum alter, quod juſſi erant, cum fide curaturos, amborum nomine recepit: alter continuò totam concionem, & circumfuſam undique multitudinem geſtæ rei teſtem clariſſimâ citavit voce. Hæc ubi facta, itur in conclave Electorium, & poſt diſſertationem bene longam, convenientibus in unum ſuffragiis, Cæſaris filium Ferdinandum qui Pannoniæ, atque Bohemiæ Rex jam pridem factus fuerat, Romani Imperii moderatorem, Regemque conſtituunt. Ubi hunc nuncium Cæſar accepit, extemplo in Divi Udalrici Monaſterium ſe contulit, ibi in hanc rem exſtructo, & convenienter exornato conclavi, Majeſtatis imperatoriæ veſtes quum induxiſſet: Electoribus & legatis magnificentiſſimè comitatus, in ſacrarium templi in quo filium ejus Romanum regem proceres elegerant, introducitur. Inde cum

Moguntinus jurejurando fidem Electoriam obligat primũ, exin & alii.

Scriptura magiſtri notant omnia.

Electores in Conclave eunt.

Ferdinandus Elector Bohemus, Romanorum rex creatur.

Electo-

Electoribus, & legatis in chori adyta progreſſus, in excitatum ſibi, auratoque tectum periſtromate aſcendit thronum. Electores, ut antea quum ſacramentum dicerent, in ſuperiore ad aram gradu, ſubſtitêre. Super aram maximam ſedes ſtabat, in ea ſede electus Rex honorificentiſſimè collocatus ab Electorum coronâ medius cingebatur. Templi Antiſtes, pontificali adhuc ornatu cinctus, cum divinæ rei miniſtris continenter aſſiſtebat: & ſedente ſuper aram Rege, preces & ſacra carmina fundebat, viceſimam ex Davidicis oden religioſo murmure ingeminans. Hymnum deinde Ambroſianum aſsâ voce canens ordiebatur, per phonaſcos Cæſaris, ſolenni cantu ad finem perductum. Nihil interea, quod edere tinnitum poterat, tota urbe conticuit. in ſacris turribus æra, è ſclopetis crepitus, vicatim perſonabant. muralium tormentorũ tonitrua & fulgura, è vallis ac propugnaculis fauſtiſſimam Regis electionẽ, geminatâ lætitiâ teſtabantur, iterum atque iterum cum gaudio exploſa. His finitis, Cæſar cum rege in theatrũ aſcẽdit, inter Electores ac Legatos medius, ſed eminentior cõſidebat Rex Bohemiæ, diadema adhuc capite geſtans, circumfuſoque ad ſpectaculum populo, amabiliſſimè conſpicuus oſtendebatur. Tum primùm apertæ templi fores, multitudinẽ antea excluſ â, effuſiſſimè admiſerunt. Neq; fremitus congratulantium, neq; plauſus eorum, qui *Ferdinandum IV. vivere multùm diu, & ſalvere* lętis vocibus acclamabãt, ullo modo coërceri poterant. Ubi multitudinis deſiderio novum vivendi Regem, aliquâ ex parte ſatisfactum credebant eſſe: è theatro temploq; magnâ pompâ, majore ſpectaculo diſceſsêre. Tres exeuntium ordinẽ præcedunt præcones, Unus *Auſtriacus*, alter *Hungaricus*, *Bohæmicus* tertius. Poſt hos, abſentiũ Legati Electorũ, primus *Bavari*: ſecundus *Saxonis*: poſtremus *Brandeburgici*. TREVIR & PALATINUS junctim ambulãt, Horũ veſtigia legũt *Ma-*

Rex electus ſedi ſuper aram poſita imponitur.

Ordo è templo exeuntium.

reſchal-

reſchallus Imperii *Pappenheimius*, cùm enſe nudato *Comes Truchſes* cum Imperiali pomo, *Comes Zolleranus* cum ſceptro. Cæſar demùm Imperatorio conſpicuus ornatu, & Cæſarea caput infulâ redimitus. Hunc deducebant ſummus aulæ Magiſter ſcipionem deferens, & duo ex equitibus corporis cuſtodibus primi duces. Sequebantur ſtatim Archiepiſcopi *Moguntinus*, & *Colonienſis*. *Regemque Romanorum*, interiorem ac medium ſanctiſſimè *complectebantur*. Pro templi veſtibulo, Senatores Cæſarem præſtolati, ſub umbellâ pretioſiſſimi operis progredientem, ab ſolis æſtu protegebant. Verùm quòd valetudinarius erat, neque pedibus, aut equo ſatis commodè utebatur, delatus lecticâ eſt. Ab ſancti Udalrici fano, uſque in ædes, quò Cæſarem diverti conſtabat, pons ligneo opere conſtructus, per vinarium pertinebat forum, ab una parte rubro, altrinſecus albente circumtectus panno. Hoc ponte, pompa omnis deducta eſt. Ab ſiniſtro Cæſaris latere, Romanorum Rex cognominis patri filius incedebat. Electores, pars anteibant, pars ſequebantur. Inflandi buccinas, ænea pulſandi tympana nullum fecerunt finem harum periti artium, ideoque in aulas arceſſiti. Neve ſatietas eos, aut faſtidium continenter exercendæ integrum diem artis caperet, diſcriminatis viciſſim agendi ceſſandique temporibus, feſſis integri ſuccedebant: tantâ cum audientium voluptate, concinnitateque, ut poſt natos ibi homines nihil auguſtius, in auguſtâ urbe contigiſſe putaretur.

Sub Umbellâ ſive uraniſco in lecticâ Cæſar defertur.

Stratum ligneum.

Flavianæ, eo die, quo Ferdinandus quartus Romanorum Rex eſt deſignatus, Eleonora Mantuana quæ anno hujus ſeculi uno & quinquageſimo, pridie Kalendas Majas, Cæſari nupſerat, filiam peperit. Ejus rei nuncius ad Cæſarem venit primo Iunii, *Leopoldus Guilielmus* Badæ Marchio. Poſtero die Cæſar publico abſtinuit, & in domeſtico

Cæſar publico ab-

ſtico ſacrario, divinæ interfuit rei: languidiorem eum heſterni labores, alioquin etiam tenui ſemper valetudine præditum, facilè reddiderant.

AUGUSTA Ratisbonam diſceſſum eſt: ut novus Rex, Auguſtali donatus coronâ, & ſolenniſſimâ cum cæremoniâ, ante diem quartum decimum Kalendas Julias, uti mos eſt, inauguretur. Per hos dies magni ad rem tantam domi ac foris apparatus, Ratisbonæ fiebant; *ſed in foro, in templo, in curia* multò maximi. Quinque & quinquaginta liberarum Imperii civitatum legationes iſtic aderant: quarum non pigebit nomina recenſere: ſunt autẽ hęc. *Reinonebargi ſive Ratisbona. Mûlhauſa. Northauſa. Agrippinenſis Colonia. Vindelicorum Auguſta. Noriberga. Guinsheimi. Sueinfurti. Gueiſſaburgi. Argentina. Vlma. Nerclinga*, quam corruptè Nortlingam exprimunt. *Memmimga. Cavibura. Isla ſive Yſni. Ginga. Alenia. Poſſinga, Campoduni, Lubeca, Goslaria, Eslinga, Speira, Reûtlinga, Francofurti* ad Mœnum flumen, *Gelinuſa, Vetiſlaira, Vetiſia,* * *Rotaburgi, Haganoa, Halla* Suevicæ, *Colmaria, Rotveila, Phulladorſi, Vueila. Sleſtadii, Roſhami, Gemunda* Suevicæ. Superioris *Ebenhami, Heilbrunna, Montis Cæſaris, Biberaci, Turichemi, Lindavia, Leutkyrica, Buchavia, Ravaſpurgi, Vuimpha, Offoniburgi, Geugabaci, Cella* ad rivum Hormerem, *Vberlinga, Vanga, Buchorni.* Bremenſium civitatis legatio aberat, quos Cæſar pro illorum in ſe neglectu, concilio Urbium, patrociniôque Imperii abſtinuerat. Comiti enim Oldæburgenſi vectigalem eſſe Viſurgim neque patiebantur, neque intercedenti Cæſari obſequentes erant, non ſine pervicaciâ, ejus monita ſpernendo.

Ergo templum urbis maximum, poſt interioris chori adyta, ad eam feſtivam hilaritatem convenienter exornandum, purgabatur. Intercapedo inferior, quæ eſt inter columnas medii templi

ſtinet præ invaletudine, Regi Noburgum itur.

Ratiſponenſium apparatus, ad electum Romanorũ regem coronâ donandum. Templi ornatus.

pli

Baſilica urbis temporario cultu ornatur.

pli fornicem ſuſtinentes, aſſeribus undequaque cincta concludebatur. Intra ipſum adytum, nihil non illuſtre & conſpicuum ut emineret, laborabatur. Primùm, ara maxima æquali utrimque ſpatio reducta, ſupellectile ſacrâ, cinctuque inſignis, & plurimis ex argento ad rem divinam faciendam ornamentis decorata, ſurgebat. à dextro ab ara latere, juxta priorem columnam, *Auguſtiſſimi Cæſaris thronus* aurato & flaventi circumtectus periſtromate fulgebat. in Throno pulvini tres locabantur, unus ſedenti, alter genibus nixo Cæſari præſtò futurus, tertius majeſtatis Imperatoriæ diadema recepturus erat. Ex adverſo throni Cæſaris, ab ſiniſtrâ aræ parte, *Romanorum Regis ſolium*, rubri coloris inaurato panno veſtitum parabatur. Inter utrumque, aliud adhuc contra ipſam aram ſolium excitabatur, argenti aurique ſplendoribus variegatum. Secundum hoc, modico intervallo duæ ſedes conſtituendæ inferebantur, hæc ad dexteram *Colonienſem*, illa ad ſiniſtram *Trevirum*, *Archiepiſcopos* exſpectabat: purpuraſcente utraque holoſerico circumtecta. Poſt has ſedes, alia quatuor ſedilia: primum ex rubri, ſecundum ex candidi, tertium, ex cærulei, quartum ex praſini coloris holoſerico ſpectabantur:

Epiſcoporũ & Abbatũ ſedilia.

Ratiſponenſem & Paderbornenſem Epiſcopos, *Stabuletenſem & Fuldenſem Abbates* ſuo ordine ſuſceptura. Poſt hæc ſellæ quatuordecim abſque reclinatorio ſingulæ, *principibus* viris, ſed pleriſque omnibus *mitratis* ponebantur. harum è regione ab utriſque columnarum lateribus longiora erant ſedilia duo, in alterīs eorum, prope ab regis ſolio ad lævam aræ partem ſeſſum venturi erant: *Octovir Heidelbergenſis*, Electorum quoque *Bavariæ*, *Saxoniæque* & *Brandeburgi* abſentium, *Legati*. Secundum hos conſeſſuri erant *Palatini* Simmerenſes & Lauterenſes, *Duces* Vuirtæburgici, *Marchiones Badæ*, Heſſus *Darmſtadini* eguli , *Du-*

Eorum, qui Electorum abſentium perſonas gerere bapt. Ducum, Marchionum, Landgraviorum, Comitum.

Saxo

Saxo Lauiburgicus, *Marchio* Durlaci junior. In alteris ſedilibus ad dextrum aræ latus prope Cæſaris thronum poſitis; ſpectandi erant & ſpectatori: *Epiſcopus Speirenſis*, *Abbas Corbeienſis*, & illuſtriſsimorum Imperii *Comitum* numerus bene magnus. Poſt quatuordecim ſellas de quibus ſupra meminimus, ſedile aliud ex tranſverſo ponebatur; & longius aliquantò, & excelſius: rubri coloris holoſerico circumveſtitum. In ſedilis hujus medio Nuncius Apoſtolicus ſederet, dextrum ei latus Monarchæ *Hiſpani*, ſiniſtrum *Poloni* regis *legatis* claudentibus. Non longè ab Servatoris ad crucem affixi ſtatuâ, *aurei velleris equitibus*, ubi ſederent locus parabatur. Infra ſuggeſtũ concionatorium; ſedes bene longa tranſverſim poſita excurrebat: quò ſe principes non regentes reciperent. Nec putabatur, res planè effecta, niſi principum virorum uxoribus, ſororibuſque & conſanguineis mulieribus; ſacrò in ſpectaculo conſeſſus fieret. Ædificata ſunt hanc in rem duo pegmata, in eorum uno (rubenti holoſerico veſtiebatur) conſeſſuræ erant: *Palatina* Simmerenſis, *Dux* Vuirtæburgica, Darmſtadii *Landgravia*, Marchionis Badæ conjux. in altero pegmate (id partim albo, partim flaveſcenti panno contegebatur) alius nobiliſſimi generis mulierum chorus ſpectare debebat. illæ quæ ad *Cæſaris gynæceium* virgines pertinent, iſtic loci futuræ erant, per quem in Cęſaris, electorumq; oratoria, iri conſuetum eſt. Ad ſiniſtram aræ partem, duæ contignationes ſibi contineñtes excitabantur: harum alterò candido, viridiq; conſtrata panno, *variorum principum legatos* excipere parata erat: altera, rubenti & flavo periſtromate obtecta, à Comitibus, & *liberis* Imperii *urbibus* miſſos, ut ſuſtineret conſidentes, eminebat. Infra hos, ſex ſedes duabus cõtignationibus humilior, alia cõtignatio ſtruebatur: in qua *Symphoniaci, tubicines, & aheneorũ pulſatores tympanũ*, ſuos ex arte ludos

Pontificis Maximi, Hiſpani, Poloniqus Legatorũ.

Equitum Velleris.

Principũ virorum conjuges, conſanguineæque.

Principũ Legati Cõmitum. Vrbium liberarum.

Muſici, Chalcotribæ, tubicines.

luderent. ponè hunc locum, ingens adhuc pegma contignatum erat, ad eam quæ circiter medium templi occurrit, januam uſque pertinens, quò reciperentur, qui ab Enſifero Imperiali, tantæ rei ſpectandæ facultatem in ſcripto accepiſſent. Solum omne ab ara, ad confeſſionem uſque Hiſpani, & Poloni legatorum, panno tegebatur, hic fulvo, illic rubeo, alibi candido. parietes abiegni utrimque laterum, ab ara ad Eccleſiaſtæ cathedram, pulcherrimi operis tapetibus exornati fulgebant. Extra adytum chori, quem deſcripſimus ab ſiniſtrâ altaris parte ad murum, ubi major navigantis *Petri ſtatua eſt*, quindecim *ſtupharum* (Architectonicæ menſuræ nomen eſt) contignatio, partim rubei, partim albi coloris, panno conſternebatur. Supra eam contignationem, tabulatum aliud ſatis amplum, unam modò ab ſolo ſpithamam elatum ponebatur. ibi ſella, pulvinari, & ſtragulis per aurum inſertâ pictis acu ſtabat: album ornamenti quo inſtrata erat, colorem oſtro ſeriatim diſtinguente. Ea ſella, coronâ jam donatum regem manebat, ex qua inſignes quoſdam meritis, & virtute viros, in equeſtrem Romani Imperii ordinem legeret, humeros eorum vibrante gladio ter amicè pulſaturus.

Contignatio ultima, in qua Equites Romani crearentur.

FORUM omne, & quæ illi continentes ſunt domus, ad curiam uſque, elegantiam tanta celebritate non indignam uti haberent, ſedulò curatum eſt. *Propè à curia* per plateam ſilice ſtratam, excipiendæ *avenæ locus* purus relinquebatur, quæ honorariam in prædam populo cederet. Contra *turrim ad forum ſitam*, abiegnis è trabibus, aſſeribuſque *coquina* compingebatur, & ampla ſatis, & nidoris haud vacua futura: in qua fortioris gulæ magiſtri *bovem* in ſaginam paſtum mactarent, eumque integrum, ſed multis altilibus farctum, neque uno infixum veru, ad ſubjectas torrendo prunas, percoquerent. *Bos* triduo ad ignem verſabatur,

Celebritas fori deſcribitur.

Avenæ locus.

Coquina.

[illegible] ſabatur, quàm aſſatus comedi poſſet. Propter coquinam, limpidiſſimus *fons* ſurgebat, qui fiſtu-[illegible] rubentis, illis albi copiam vini, largiter potaturis affunderet. Non longè hinc aberat [illegible]bus grata domus, ex qua ſimilagineus panis ([illegible] *Semmellam vocant*) in confertiſſimam hominum [mu]ltitudinem liberaliſſimè emitterentur. Monetæ cudendæ artificibus, bene multum quoque negotii erat datum, uti novus in argentum nummus imprimeretur, qui regis diademate redimiti nomen, tempuſque locuturus in poſteros, in obvium vulgus miſſilium modo ſpargeretur. ab æde ſumma in curiam quod ferret, [ſtr]atum ligneum pontis inſtar, per viam publicam ſex altum pedes ſtruebatur, rubro, albentique panno contegendum. In Curia, ubi locus ſanè eſt ampliſſimus, elegantiſſimuſque: ad regale epulum ſedes; menſæque, pro convivantium dignitatibus, & meritis collocatæ ſunt. Ingens aula, in qua *propoſitio fieri* conſueta eſt, tabulatis tribus ſternebatur: ita ut unum à parietis primarii capite contra ſuperum oſtii limen, tranſverſim per aulam ſtatueretur, tam longum quàm lata aula eſt, alterum à dextro, tertium ab ſiniſtro pariete, duabus utrumque non latius orgyiis, ſive ulnis quatuor, id eſt octo cubitis, tantâ longitudine, quanta aulæ eſt, exſurgeret. Ad veſtibulum ſuper tranſverſo ex oſtii regione tabulato, elegantior, ſed minoris ſpatii locus contignabatur, tres modò *ſtuphas* altus in quo, una cum geminis ad plenum ex auro, argentoque ſplendentibus utrimque abacis, menſa ſtaret: Cæſari, Regique Romanorum dapes largitura. Ex adversâ menſæ hujus parte, in magnâ, ſed humiliori per tranſverſum contabulatione, *Archiepiſcopus Trevirenſis* ſuam cum aſſiſtente abaco erat menſam habiturus. Ad dexteram principis menſæ regionem, in tabulato ſecundùm parietem poſito, *quaterna*

Bos integer aſſatur.

Fons vini fundens.

numuli argentei.

pons ligneus panno inſternitur.

Curia ornatus.

Menſarū in cœnaculo poſitus, & ſtructura.

Treviri menſa, & aliorum.

terna in longitudinem *menſæ* locabantur: tanto ſingulæ intervallo diſcretæ, quanto abacorum cujuſque ornatum, ſpatiaque continenti æquum fuit. *Moguntinus* primam, alteram *Bohemus*, *Bavarus* tertiam, *Brandeburgicus* ultimam [illegible] ret. In illo, quod juxta parietem ſiniſtrum erat, tabulato, ſternebantur *menſæ tres*, *Colonienſi*, ſecunda *Saxoni*, *Palatino* poſtrema. In medio aulæ poſt Octoviri Palatini menſam, *major* excurrebat altera, quæ convivas utrimque conſeſſuros ad viginti facilè admitteret: *Sacratos viros* ab una, *profanos* ab altera parte. Dextrorſum, poſt aulæ januam, ſymphoniacorum Cæſaris choro, & canendi viciſſim & genio indulgendi, ſuper idem tabulatum locus aptabatur, tubicinum, & aritudinorum caterva, in viarum ſtratis ad curiam, ſuo ordine, invigilatura ſub dio erat.

In templis concurritur. Dies autem regis coronâ donandi, in antè diē decimum quartū Kalēdas Julii (feriâ hebdomàdis quartâ) quum illuxiſſet; primi ad templum urbis maximum concurſus, bene manè fieri cœpti. *Moguntinus & Trevir*, pluribus aliis comitati Epiſcopis, in ædem ſacram Pontificio omnes habitu decori, horâ ſeptima conveniunt. *Elector Colonienſis non venit.* *Colonienſis* non interfuit, vel quòd prorſus cum valetudine in gratiam non redierat, vel quòd ſingulari modeſtiâ, antiquum imponendæ Regi coronæ jus, novo more ſibi ereptum iri, moleſtius ferebat. *Octovir Palatinus*, cum *Bavari*, *Saxoniſque & Brandeburgici* legatis, ad Cæſaris hoſpitium rhedâ vecti ſunt; neque diu ibi morantes per ſuperius cavædium ingreſſi, ad ipſum uſque Cæſaris, in templum deducendi conclave, perveniunt. *Noribergenſes ciſtam afferunt, in quâ regis ornamenta inerant.* Medio *tempore ciſta archaici Romanorum regum ornamenti* cuſtos[1], ab ſex Noribergenſis reipublicæ patriciis, allata in templum eſt. Exemta deinde ciſtæ loculamentis, antiqui mi operis Corona, externorum legatis regum, & inſpi

impicienda, & tractanda manibus porrigitur, eò loci, ubi ſellæ ipſis paratæ ſtabant. præeuntem Ratisbonenſem Epiſcopum ſequitur *Comes Crazius*, Metropolitanæ apud Moguntinenſes præpoſitus, coronam portans: ejus lateri hærebat ... Electoris Moguntinæ aulæ Magiſter, *Schenc*... ne, *Baro Vualtburgius*. Poſtquam ... impoſita eſt corona, ad Cæſaris conclave defertur. Nec mora: Epiſcopi omnes ita ut ordine ſtabant, ex interioris chori ſepto progrediuntur. Extremi incedunt, *Moguntinus & Trevir Archiepiſcopi*, Cæſarique obviam, ad uſque templi veſtibulum procedunt. Pulcherrimo verò ordine Cæſar, aliis præcedentibus, aliis ſubſequentibus, deducebatur in templum. Præibant: *equeſtris Ordinis* viri, imperatoriæ aulæ *conſiliarii*, Sacri Imperii *Principes*. *Comites*, *Baroneſque*, *legati urbiū* Chalcotribæ verò tubicineſque, tam *Cæſaris* quàm *Roma. Regis*, ad aramuſque in exterioris chori ſepto poſitam, hi flando, illi pulſando progreſſi, juxta ſolium Imperatoris conſtitêre. *Symphoniaci* Odeium præoccupaverant, & advenientium ſtrepitu, crepituq; excitati, modulos percurrere incipiunt. Procedunt ... tres unâ lineâ: *Dieterichſteinus*, ſummus aulæ Cæſaris magiſter, *Comes Starkbergus* magnus aulæ Cæſaris enſifer, Comes *Loſaſteinus* ſtabuli Cæſaris præfectus. Secundùm hos, præſules incedere, Franciſcus Guilielmus, Vuartebergicis è Comitibus oriundus, qui Ratiſponenſem, & Oſnabrugenſem Epiſcopatus duos, unus admiſtrabat, virgam argenteam dextra manu, ſiniſtra codicem præferens ſolus ibat. *Chriſtophorus Bernardus* Monaſterienſis, & *Ioachimus* Fuldæ Abbas unà. Marcardus Eichſtettenſis, & *Theodorus Adolphus Reccus*, Paderbornenſis, binatim ingrediebantur. Tum *Cra*... *Comes* duo portans ſigilla. Elector dein *Mog*... *untinus* Pontificia ornatus veſte, Electum reg... m, habitu

habitu electorali, & coccineâ in talos demiſsâ togâ involutum, complectebatur, Regi ad lævam *Trevir* ibat, Epiſcopali ornatu conſpicuus. Mitræ pontificum ſingulæ, per alios deferebantur. Electorum deinde ſummi enſiferi, [illegible] *Moguntini*, Ioannes Chriſtophorus [illegible] Hauſeſtæni Comes. *Treviri*: El[illegible] *Palatini*: Ioannes Philippus Rhenigravius: & enſes vaginâ tectos, manubrioque comprehenſos tenebant, mucronis tegumento in ſolum vertente. Abſentium deinde *Legati* Electorum, *Bavari*: Maximilianus Curtius Comes. *Saxonis*: Henricus Phriſa. *Brandeburgici*: Ioannes Fridericus Baro Blumæthalius. Tum Octovir Heidelbergenſis *coronam* auguſtalem ferens. cui ad lævam ibat Comes Truchſeſſus Zeilius hæreditarius Imperii Dapifer, *cum aureo pomo*. N. ſuperioris Zolleræ Comitem, & Camerariatus Imperii heredem, *cum ſceptro*: Guolfgangus Philippus Pappenheimus, Enſiferatus Imperii heres, cum nudato gladio à dextris habebat. Imperator denique Cæſareo inſignis habitu, & coronâ caput incinctus, ſequebatur ſub umbellâ. Nihil interim à buccinatoribus, & æritundinis: nihil à choro muſico, feſtivitatis aut lætitiæ prætermiſſum. Hi ad aram uſque progrediuntur: Cæſar ad ſolium appropinquat ſuum, in genuaque demittit ſe, & crucis in frontem inſcripto ſigno, Chriſti Dei clementiam tacitus roſario precari incipit: *ut omnia ſibi, reique Germanorum publica fauſta, fortunataq; evenire concedat*. Moguntinus, ad aram flexis genibus obverſum Regem, ſolenni precatione, quum expiaſſet, bonis ominibus proſequitur: Deo maximo, cui in manu ſit, regna & victorias mortalibus dare, atque eripere, ſuppliciter eum commendans. Secundùm eas preces, ad lævam Cæſaris concedit Rex paulisper: uſque dum *Trevir* & *Palatinus*, abſentiumque legati in ſibi deſtinatas

Cæſaris demiſſio & probitas.

[illegible]natas ſedes, pro altari tranſeunt. Eo facto ad ſoliũ ſe confert regale, & in genua more Catholi- corum provolutus, crucis imagine frontem pingit. Brevique prece ad ſuperos effusâ aſſurgit, ac [illegible] ſolii eminentiam, ſeſſum recipitur. *Sellæ* om- [illegible]ur, excepto quod illa, quæ Colo- [illegible]iti poſita fuerat, vacua permane- [illegible] Heidelbergenſis diadema adhuc manu ge- [illegible]as, cùm tribus abſentium legatis, ad dexteram Regis aliquanto tempore conſiſtunt: inde poſt- [illegible] ad conſidendum ſe conferunt.

Diaconus & Hypodiaconus (rei divinæ miniſtri [illegible]unt) ſacras tunicas, chlamydeſque jam ſumſe- [illegible] & verſus aram progrediebantur: ut ibi in genua demiſſi, cantu ſolenni *litaneias* præeant; ſingula confeſtim obſecrationum antiquiſſima- rum vota ſuſcipiente choro. His *litaneiis*, triplex divinitatis ratio, ſuis appellata nominibus, *ad mi- ſerandum res humanas* clariſſimè citabatur. *Superi* omnes ſecundum virginem *Deiparam*, ad Deo pro nobis ſupplicandum, nominatim vocaban- tur. *Dominus & ſervator Chriſtus* religioſiſſimè orabatur; *ut volens propitius ſit: cunctos veniâ & pace donet magiſtratus, exercitus, reges, familiares, inimicos, adhuc vitam degentes, & reſolutos corpo- rũ vinctionibus.* Sic enim pietate maximâ inſtitu- tũ ab Eccleſia eſt: ut eorum, qui Chriſto in vita mortali placuiſſe creduntur, erga nos propenſior volũtas in vita immortali eſſe putetur: quos pro- inde nominatim appellamus, ut quæ neceſſitudo, communitaſq; nobiſcum illis intercedat, in aper- to ponatur, ipſiq; nos juvent. Hæ *poſtulationes* ubi cœptæ ſunt cantari, quod erat Catholici gregis hominũ, genibus nitendo, ſupinas in cœlũ manus [illegible]ulit. Octovir Palatinus, quique Saxonis & [B]randeburgici abſentium perſonas referebant, [c]um aliis Euangelicæ & Reformatæ perſuaſionis [illegible]regalibus, quaſi inanis fabulæ ſpectatores, ne-

Litaneiæ canuntur. Kyrie-eleiſon.

ex Arno- bio.

Catholico- rũ pietas.

que in genua procumbebant, neq; precibus ſan-ctiſſimis ad pietatem conſimilem invitabantur. Nempe hac ſapientia novi eos magiſtri Lutherus & Calvinus imbuerant: ut à conſenſione [illegible] Chriſtiani, ad opinionum indigniſſimarum pro-digia flecterentur animis. *Varium [illegible] trorum rationem diſcere contemnit, [illegible] poteſt, neque magnifacere.* Sub *litaneias*, ad ſolium regis raptim ſe confert illuſtriſſimus Averſperg [illegible] princeps Ioannes Vueicardus: & Octoviralem habitum quum exemiſſet Regi, in proxima ſede reverenter deponit. Ducitur ſtatim ad Mogun-

Moguntinus Sacrificium Miſſæ facturus.

tinum pontificem Rex, qui ſacrificantis cinctu ſpectabilis aderat: ut regalis officii, fideique Sa-cramentum diceretur. Eo dicto vertit ſ[illegible] po-pulorum ora vultuſque Rex, ut ſuam illi fidem

Regi benè precatur.

obligarent, ſeque pro Rege perpetuò agnoſce-rent. Juravêre omnes pulcherrimum [illegible] dum, ſe illi, dum vita ſuperabit, fidos obedien-teſque fore. Hæc omina ut firmentur, obſecra-tionem aliam ſolennibus conceptam verbis, Mo-guntinus in frontem Regi perlegit. Sunt enim multa jam pridem ab religioſis & illuſtribus in-geniis, magnâ verborum concinnitate, & piâ majeſtate compoſita, quæ pontificum ex [illegible] ad ſtatas rerum, locorumque cæremonias reci-

eumque oleo ſacro imbuit.

tari verba conſueverunt. Seceſſit inde Rex ab ara parumper, & coram pontifice rectus aſtans, diffi-bulato ad unctionem thorace, verticem capitis, humerumque dextrum & manus oleo ſacro in-ungitur. Olei reliquias ex inunctis partibus, le-ctiſſimo lanæ velluſculo quum abſterſiſſet ponti-fex; thoracis fibulas Regi iterum innectunt, eumque per interius adytum qui *Chorus* dicitur, in ſacratæ ſupellectilis veſtiarium introducunt. Comitantur, majeſtatis & honoris causâ Trevir. Palatinus, abſentium legati, & mitrati ſacerdo-tes. Symphoniaci interim de uncto Salomone ex literis divinis, carmina feſtivè admodum & hila-

rè

re modulabantur. Ut venit in ſacrarium rex, *tibi- alia* ſumſit, *calceoſque* unionibus & auro perlu- centes: *togam* quoque nigri coloris in talos fluen- tem, & quâ tegeretur toga, *albenti ex lino tuni- cam*, ſuo circum lumbos cingulo ſubſtringendã, corpori induxit, *Stola dein* quæ vocatur, à cervi- cibus [illegible] committitur decuſſatim: ita ut *cingulo* utrimque innexa æqualiter in pedes pro- ſperet. Sacra ſolennia fieri jam cœpta erant *ope- rante Moguntino*, & Angelicum Symphoniacis clarâ voce hymnum præeunte. Is ubi eſſet decan- tatus: averſus ab ara contra populũ Moguntinus, PAX VOBIS inquit, omneſque ad orandum Deum invitans, *univerſorum preces* in unum *colligit*. Rex [illegible] eo cinctu, ornatuque, quem ſibi in ſacra- [illegible] ſuci patiebatur, ad aram proceſſerat: & ibi [illegible] in genua provolutus ſupinas cælo manus tenebat: ut reliqua regiorum myſteriorum ornamenta caperet. Tum Moguntinus, poſtula- tione ſolenni ad Deum præmiſſâ, *aureo annulo* di- gitum regis incluſit. *Enſem nudum* qui magni Ca- roli geſtamen fuerat, ex arâ ſublatum, quo ſanctæ Eccleſiæ rebelles fundat, fugetque, manibus ge- ſtandum, regi porrigit. Præſtò ſunt è veſtigio, [illegible]tinus cum *diademate*: antiſtes Ratiſponenſis cum *paludamento* (humerale regiũ vocant) mar- garitis atque gemmis lucidiſſimè coruſco. id ſta- tim in humeros injectum. Padribornenſis cum *Sceptro*: Monaſterienſis cum *pomo*. Per idem ferè temporis momentum, ſurgunt illi, quibus hære- ditarium eſt in ſacro Imperio certa munera pro- curare. [illegible] inſignia apud Cæſaris aulæ procu- ratores deponũt: Dapifer *pomũ* Auguſtale Comiti Truchſeſio Ottoni transfert. Mareſchallus *enſem* Staræbergo Comiti Henrico Guilielmo. Camera- rius *ſceptrũ* Comiti Gualläſtenio N. Et mox va- cuis [illegible]re manibus, verſus arã concedunt, mune- rũ [illegible]orũ fidem daturi, accepturiq; Rex *Carolino enſe* dextrâ liberãs, Guolfgango Philippo Comiti

Rex ornatum Sacerdotis in Sacrario induit.

Sacrificiũ Miſſæ fit.

Collecta.

Ornamenta regia.

Hereditarii muneris curatores feuda accipiunt.

 Pappen-

Pappenheimio, hæreditario Imperii Mareſchallo *eum* transdit: & *ſceptrum* dextrâ, pomum ſiniſtrâ manu quum teneret, pro Moguntino, à quo illa acceperat in genua demittitur. Adeſt continuò Palatinus, & *diadema* quo rex ornetur pontifici porrigit. Pontifex Treviro ... ſocialiter commodante, Regis ver... cingit, bonis precibus ubique, uti mos eſt, pientiſſimè adhibitis. Rex ita, quemadmodum erat ſceptro, & pomo, coronaque ornatus de genibus in pedes aſſurgens ad ſolium digreditur: traditque è manu in manus, Dapifero hæreditario *pomum*: Camerario *ſceptrum*. Trevir inde & Palatinus cum cæteris abſentium legatis ſeſſum perducuntur. Hæreditarii muneris curatores, cu... gnibus quæ acceperant, adverſus Reg... tère. Et jam divina res, epiſtolæ ... podiaconum finito: & graduali ab Symphoniacis lætiſſimo ore ac manu deproperato: ad Euangelii recitationem pervenerat. Id ubi ſacrato ex libro decantatum eſſet, liber continuò Trevirenſi, per Epiſcopum Ratiſponenſem, traditur. Epiſcopus Romano Regi oſculandum præbet.

Euangeliorum liber oſculãdus fertur.

Pergit in re ſacra Moguntinus, & *Symbolum Nicenum* Symphoniacis cantu præit. Eo ad finem deducto, reliqua ſacratiſſimi arcani munia, ſolenniter peraguntur. *Pontifex* Deo & cœlitibus honorem *præfatus canendo*, ad ſalutaris hoſtiæ conſecrationem, pleniſſimo pietatis & myſterii ſilentio progreditur. *Hoſtia conſecrata* (Chriſtus eſt panis, & vini ſpecie occultatus) omnibus, qui rei interſunt ſacræ, adoranda *elevatur*: elevata, reverentiſsimèque repoſita ſecundum precationem Domini cantu ſolemni recitatam, oſculumque pacis porrectum, *ſumitur*. Altera item *hoſtia*, Romanorum Regi per confeſsionem antè purificato, manducanda piè in os inſeritur. Circum Regem erant Trevir, & Electoris Bavari legatus,

Euchariſtia regi datur.

gatus; præſentem *in Eucharistia* Deum homi-
nem, ſupplici mente venerantes, genibuſque ni-
xi. Palatinus, aliique duo pro Saxone & Bran-
deburgico ſubornati: nullo ad pietatem uſitatam
exemplo movebantur, ut in genua procumbe-
rent. Neque id mirum: *ſacra enim qui non intel-
ligit, deliramentis habet.* Treviro ſubinde tu-
ribulum ab Ratiſponenſi tranſditur: is primùm
Cæſari poſteà Romanorum Regi, manibus reve-
rentiſsimis, eo ter in altum librato, tus adolet.
Hæc ubi facta: reddito Ratiſponenſi turibulo
ſeſſum ſe *Trevir* recipit. Et poſt paulum, ubi
iterum ſurrexiſſet, capiti Regis diadema eximit,
Regique imponit in manus: inde Palatino red-
dit. Cæſar ad precandum flexis genibus, ad-
volutus erat & *roſarii* quæ vocantur precu-
lorum decadum baccis filo inſertis, Deo
ac Deiparæ ſupplici murmure percurrebat. Tum
ſupremus aulæ ejus magiſter, Dieterichſteinæ
Princeps, *coronam* capiti ejus exemtam, pulvinari
proximo injicit. Medio tempore, benè longam
precationem legit Moguntinus: quâ lectâ, Chri-
ſti Servatoris ad crucem affixi auream imaginem,
Treviro porrigit Ratiſponenſis. Ea, quum Cæ-
ſari Regique Romanorum præbita ad oſculan-
dum eſſet, in ſacri veſtiarii loculos, eſt relata ab
Ratiſponenſi. Non longè pòſt, Regem Trevir
ad aram comitatus, ad Moguntinum iterum ad-
ducit, ut ejus genibus advolutus, fauſta omnia,
ſalutariaque ſibi illo preces præeunte, poſtulatet.
Prece finitâ ab ara, uterque, uti venerant di-
greſsi, Rex pro ſolio in genua procumbit: Trevir
ante ſellam ipſi poſitam, ſtans opperitur. Tan-
dem unâ ac poſtremâ *obſecratione*, *vota* omnia
ad Deum colligente, poſtulationibus finem fa-
ciunt.

Cæſaris pietas in roſarii precu-lis.

ultima collecta.

His ita perpetratis, Cæſar atque Rex in thro-
nos ſuos abeunt, conſidentque non nihil. Denuo

adeſt.

Romanos Equites in ultima contignatione creat Rex.

adeſt Palatinus diadema apportans; id poſtquam Rex accepit manu, Trevirenſi præbet: hic Regis vertici imponit. *Sceptrum* dein & auguſtale *pomum* ab hæreditarii muneris curatoribus porrecta, manibus geſtans, cum Electoribus, legatis, Epiſcopis aliiſque ad illam progreditur [illegible] tignationem: in qua ordinis equeſtris vi[illegible] rentur. Euntes præcedit *Mareſcallus*, cum en[illegible] in vaginam abdito, ut ventum in contignationem eſt, ſellam ibi poſitam Rex Romanus inſedit, quem dextrâ Palatinus & Bavari legatus: lævâ Saxonis & Brandeburgici perſonas gerentes, ſuis quoque ſedibus recepti, medium complectebantur. Duo Archiepiſcopi, aliique minores pontifices, in conſpectu Regis aperto cap[illegible] tere. Quum hoc in pegma aſcenderent [illegible] viri, modulis quàm unquam am[illegible] inſonuêre, concentu, pulſu, flatuq; *Rex ut vivat*, vitulabundi perſtrepentes. Buccinarum clangor, tympanûm ſtridor, longè latèque reſonabat: muralium tormentorum tonitrus, æris campani ſonitus, vivere omnia & geſtire lætitiâ, teſtabantur. Priuſquam viri in equeſtrem ordinem ſolenni cæremoniâ legerentur, Chriſtianæ & Catholicæ Eccleſiæ, juramentum facere debuere, conceptis à *Pontifice* Moguntino verbis, omni[illegible] [illegible]prælectum. Brevi prece (*collectam* nominant) [illegible]ci voce peroratâ: feſto iterum clangore, [illegible]itûque buccinatores, & æritundini applauſêre. Cæſar in ſolio remanebat ad aram in adyto conſtitus. Adducti ſub hæc, viri ſedecim militiæ, domique fortes, & quorum operam, [illegible]diumque reſpublica ſæpius experta fuerat. Satellitum regiorum præfectus, *Rabata Comes*, nomina ſingulorum continentes codicillos, aperit: inde quemque ſuo vocabulo advocat. Neque longè hinc aberat Enſiferatus Imperii hæres, liberatum vagin[illegible] enſem Regi porrectus. *Ioannes Dalburgius Camerarius Guormatienſis*, inter creandos equites, pri-

XVI. Viri Equites creantur.

mo

minatus, quum aſcendiſſet in contignatiõ, pedibus Regis advolvitur. Rex viro, ſublatã chlamydem quà dorſum tegit, bis atque iterũ ducit enſem: cœtq; cæremoniâ in equeſtrem ordinẽ legitur. Secuti hunc quindecim alii ſunt, alter poſt alterum ſingulatim honorificè terpulſati, in ordinem equeſtrem cooptabantur. His ritè adminiſtratis omnium rurſus aures tympanis, tubiſque perſonuêre: tormenta iterũ exploſa in ſignificationem lætitiæ ſunt. Hymnoque ſtatiarũ dicto, ex contignatione equeſtri diſceſſum. Cæſar è ſolio aſſurgens, & Rege filio comitatus ex adyto ad limen templi abit. ibi ſenatores clariſſimæ Urbis honoris cauſâ præſtolabantur. Inſignes animis corporibuſq; patricii, croceo holoſerico Damaſceno uraniſcum tereſenſum contis deferebant: ſub quo duo ſummi Principes honorificẽtiſſimè deducerẽtur. Pons ligneus, à templo in curiam, per viarum ſtrata pertinebat: quẽ honorario ad hilaritudinẽ natu conſpicui cives, utrimq; cingebant. Põpa hoc ordine ducebatur. Primus ibat Imperii præfectus, cum duobus Imperialis enſiferi ſatellitibus: tum hoſpitiorũ deſignator *Iacobus Henricus* ..*mius*, Mareſcalli ſcipionẽ ferẽs. Poſt hunc, comitũ princiqumq; *legati*: Cæſarij, Regijq; equites & Camerarii tum Imperii *Comites*, qui ipſi & non per vicarios aderant. His ſuccedebant Principũ, Electorũ, Regis Cęſariſq; *tubicines & chalcotribæ* feſta omnia ſonitu cõplentes. His proximi erant Imperii principes, quos ſtatim ſequebãtur ſupremus aulæ *Mareſcallus, Archidapifer, Archicamerarius*. Novũ ordinẽ inchoabant quinq; fœciales quos Heroldos appellant: tres cũ gladiis ex equeſtri ordine viri, pedibus incedebant. Secundum hos Bavari, Saxonis, Brandeburgicię; legatis ſimul euntibus, Octovir Palatinus Cæſaris diadema manu præferẽs imminebat. Hæreditarius deinde Imperii *Dapifer* cũ pomo, *Camerarius* cũ ſceptro binatim:

Ordo exeuntium è templo.

binatim: *Enſiferatus* Imperii hæres cum Imperiali vaginæ incluſo, & aulæ Cæſar... reſcallus nudatum enſem prætulit. Sub t... co Cæſar, in ſellâ punicei coloris holoſeri... ſtratâ, deportabatur: ei à dextris aderat pri... vir *Piccolomines Aragonius*, Dux Amalphi... ad lævam Dieterichſteinæ regulus, ſummus a... Cæſaris magiſter. Rex coronatus, regalique o... namento conſpicuus, pedes inceſsit, hinc M... guntino, inde Treviro interior comitatus. H... rum veſtigia legebant Eccleſiaſtici principes, m... trati Patres. Ultimum agmen ſatellites claud... debant, quos ingens multitudo ſecuta ſtrato ſu... per injectum, affixumque clavis pannum, in pr... dam ſibi continuò refixit, abſtulitque. ... tum ad curiam eſt: æricrepi omnes, t... que in platea ſubſtitêre, ſuum ... ludentes dum in curiam viri principes aſcend... ſent. Majore in *aula, qui regalis epuli locus er...* Cæſari ac Regi duæ patebant feneſtræ in foru... proſpicientibus, è queis, omne id quod ibi ag... retur, ſubjicere oculis poterant. Avenæ cum... lus, propè curiam in plateis jacebat, quindec... *ſcaffas* continens. Ad hunc avenæ cumulum, I... perialis Enſifer eques invectus: modium, h... riumque argenteum in manibus ferebat. Eum poſtquam avenâ implevìſſet, ac hoſtorio, ut m... eſt menſorum ſuperducto preſsim æquaſſet, avenam ſublato modio, in cumulum refudit, plebi diripiendum: ſed modio hoſtorioque non relictis, equitando iſtuc unde venerat, rediit. Digreſsi eodem tempore ex curia, Imperii *Dapifer* & *Camerarius* ad culinam in foro adequitant. Ille, ex bove in tertium diem aſſato, quem tres portiunculas refecuiſſet, argenteo impoſitas catino, quem alius argenteus catinus operiebat, ... equum aſſumſit. iſte pollubrum au...m ſu... alam dextram, & guttùrnium aquæ plenum ſini-

Strati lignei ornamentum à plebe diripitur.

ſtra

ſtra manu in equo defert. raptimque ad curiam in equis ſe conferunt: & ex equis quum deſiluiſſent, epulatem in aulam pedites progrediuntur, fercula quæ attulerant, in convivium illaturi. Poſtquam illi abſceſſiſſent, dicto citius foraneſis coquinæ tabulata aſſereſque ſolvuntur. Bos magno aſſatū, quadrupedumq; minorum diſpendio farctus, famelicæ turbæ in prædam abit, neq; lætitiæ neque tumultus expertem. Octovir Palatinus Electorali trabeâ veſtitus, ex curia deſcendens generoſum in equum aſcendit. ei ſecundùm equū famulus pedes adambulās, novi ex argento ex auro numiſmatis plenos, utraque manu loculos deferebat, è quibus, gratiſſima in vulgus obvium miſſilia, ipſe auguſtalis ærarii præfectus diſperſit. Ad dejectæ culinæ locum ubi veniſſet, vix à periculo abfuit: equus enim aut multitudinis inſolentior, aut animi ferocior, primis pedibus in altum aſſurgens, & quòd porrò conſiſtere nequiret, in alterum latus decidens, Octovirum terræ afflixit. Eo caſu non magnoperè territus, & à famulo operam fidelem hero navante ſublatus, equo ſe rurſus credit; & ab omni liber incommodo, fœliciter in curiam revertitur. *Sigiſmundus Ludovicus & Ioannes Ioachimus Sitſadorphii Comites*, quod reſiduæ erat in loculis Octoviralibus pecuniæ, deportantibus eam ſecundùm equos pediſſequis, diſſeminare in obvios pergunt: à curia ad maximum uſque templum, & inde à templo ad curiam, per undantis populi nutantes fluctus. Ex fonte factitio (qui in foro conſtitutus erat) albi rubentiſque vini copia, tubulis undique apertis ſtatim fundebatur. id avidiſſimè exceptum à potantibus, ne abſente cibo temulentiam arceſſeret, panis è proxima domo, larga projectus manu, ſpargebatur in haurientes: ſed pepuliſſent multo citius vini utriuſque curſim profluentis hauſtus ducere; niſi maximâ in-

conditæ

conditæ multitudinis importunitate diruptus fons originis ſuæ authoritatē defugiſſet. Irruenti enim per ſitim Germano, ne ferrum quidem, ultro citroque communiendum fontem interpoſitum, obſiſtere poterat.

Hæc ferme contigerunt, è ſublimi ſpectantibus Cæſare ac Rege. Non diu poſt convivium initur, ut ordo eſt dignitaſque convivarum, it discumbitur, Archiepiſcopis appoſitos cibos precatione ſolenni, formatoque crucis ſigno benedicentibus. Colonienſi, quem proteſtatio foris retinebat, aliiſque abſentibus electoribus poſitæ menſæ, ſua quidem fercula ſed operta argenteis in lancibus ſuſtinebant. Electori Bohæmo (quod Romanorum is Rex erat, & cui tanta gaudia agebantur) cum apparatu ſuo menſa, nullo convivâ ſtetit. Apparatiſſimo convivio deliciarum nihil abfuit, quod vel gulam vel aures paſceret: iſtud miniſtrantibus archimageiris & pocillatoribus: huc muſicorum omnis generis induſtriâ, pulſando, inflando, hilariſſimam operam navante. Sumtis dapibus, Deo largitori ſolitâ prece gratiæ habitæ ſunt: omneſque pranſi paratî eâ pompâ, quâ è templo in curiam venerant ſub veſperum hora ſeptimâ ex aula deſcenderunt; rhedis, curribuſque ad palatium Epiſcopi (quò Cæſarem diverti conſtabat) invecti. Quem unà cum Rege poſtquam honoris cauſa in conclave proſecuti forent, domos abierunt. Cives, quorum numerus decem vexillis continebatur, poſt ſecundam & tertiam fiſtularum exploſionem, in tecta ſua, lætè ſe recipiunt. Atque ita demum regalibus finis impoſitus eſt. Veniam dabis lector, ſi nunc addimus cujus paulò ante in mentem venire oportuit: quippe nemo tam ſubductâ ratione ad ſcribendum animum appulit, quin poſterior cogitatio ſapientior, intercedente ſcriptioni tempore, præteritorum admoneret. Archiepiſcopus Elector

Colo-

Colonienſis, quemadmodum ſupra docuimus, diademate ornati unctique regis cæremoniæ intereſſe non potuit quamobrem intereſſe non poſſet apertiſſima declaratione, per ſuos Cæſari ſignificandum curavit: *ſe illo munere, quod legis Carolinæ decreto, Electori Colonienſi aſſignatum eſt, indignâ vi abſtinere*: Eâ lege (bullam auream dicunt) diſertim caveri: ne quis alius quam Colonienſis Archiepiſcopus, regem Romanorum corona auguſtali inſigniat. Neque propterea ſi Moguntini Pontifices aliqui Colonienſium partes, officiaque in coronando executi ſunt; continuò ſequi, ut Moguntinus præſul imponendæ regibus coronæ, ſuum propriè munus exiſtimet. *Aliud eſſe, officium debitum, ipſum facere; aliud vicem alterius implere; ac ſuſtinere perſonam*. Quod ſi Moguntini regibus aliquando coronas impoſuerunt, ideò contigiſſe, quia Colonienſes id temporis conſecratione Pontificali caruerint. Jam verò nihil iſtius in ſe deſiderari. Ad hoc, poſt conditam à Corolo IV. legem, ac multò etiam longiori ante tempore, coronandi reges munus, à nullo adminiſtratum fuiſſe præterquam Colonienſi, ſatis ſuperque commonſtrari: niſi huic muneri Colonienſibus debito inhabilitas Electorum interceſſit, quod conſecrati non eſſent, neque pallio Archiepiſcopali inſigniti. Igitur neceſſitatem hoc tempore ſibi imponi, ut contra hanc alieni muneris invadendi turbulentiam, publicè apertèque proteſtetur: ac remedia quæque contra vim idonea & jure permiſſa adhibere cogitet. *Nullo modo ſe permiſſurum, ut hæc regis coronandi uſurpatio, in jus aut poſſeſſionem vertat Moguntinenſi, qua legis Carolinæ firmitudo, ſanctimoniaque violetur*. In hanc ſententiam proteſtatio Maximiliani fuit, quæ literis conſignata, Cæſari eo die quo Rex coronâ donatus eſt, manè ſub octavam horam ab illuſtriſſimo comite Egone Furſtebergo tradita eſt, ac poſtea ſub duodecimam

Proteſtatio Colonienſis contra Moguntinum.

mam à Cancellario Buſchmanno coram Cæſare in templi adyto ad orandum Deum adhuc præſenti, clara voce repetita. Brandeburgici quoque Electoris Legati, de duobus publicâ proteſtatione queſti ſunt. De uno, quod ſceptrum ab hæreditario Imperii Archicamerario præferebatur, quum id proprium heri ſui Brandeburgici munus ſit. de altero, quod menſæ in convivii loco, poſitæ recto ordine non ſint. Palatino enim Electorum octavo, ante Brandæburgenſem poſitam menſam exſtare, quum illi potius poſtremo loco menſa collocari debuerit, neque Brandæburgenſi accubituro ſuus ordo interturbari. Legatorum litteræ Octovirali collegio, Cæſarique traditæ ſunt. Sed Colonienſis & Moguntini Archiepiſcoporum de coronandi jure inter ſe concertationes menſe Junio, exortæ, inſequentis etiam Julii majorem partem tenuêre; codicillis utrimque ad Cæſarem perlatis, acriùs increbreſcentes. *Maximilianus* ex lege Carolina contendebat, nullius præterquam Colonienſis Archiepiſcopi munus eſſe, Regem Romanum ſolenni ſolenni unctione, & coronatione conſecrare: excepto, ſi mitra & pallio Archiepiſcopali caret, aut morbo tenetur. Tum enim id muneris Electori Moguntino, & obtigiſſe aliquando & obtingere iterum poſſe. Contrà Moguntinus diſſerere, id ſui propriè muneris eſſe affirmans: cui quum poſtea iterum accurato commentario reſponderetur, neſcio an ſilentium impoſitum ſit. Colonienſis certè ex *inſtrumentis* publicis, ex pontificum maximorum diplomatibus & *reſcriptis*, ex *omni* retrò acta ad magnum Carolum uſque, per octo ſæculorum ætates *memoria* rem denarrat: & nomina ſingulorum ac tempora in lucem profert, quis Romanorum Regum, à quo Archiepiſcopo inunctus, coronatuſque ſit. Ita, ut cuivis facile appareat, pleroſque omnes Romanorum Reges,

Proteſtatio Brandeburgici Legatorum.

Reges, à Colonienſibus Archiepiſcopis, coronâ donatos fuiſſe. Inter hos fuêre: *Ludovicus cognomento pius* Caroli Magni filius. *Lotharius eo nomine tertius*, Ludovici pii filius: *Otto magnus* Henrici cognomento aucupis filius. *Otto ſecundus* Magni filius. *Henricus* eo nomine quartus. *Cunradus*. *Henricus quintus*. *Lotharius Saxo*. *Fridericus Ahenobardus*. *Henricus ſextus* *Otto Brunſvicus*. *Guilielmus Hollandiæ comes*. *Cunradus quartus*. *Rudolphus Habſpurgius*. *Adolphus* Naſſovius. *Albertus Auſtrius*. *Henricus* Lucæburgicus. *Fridericus ſecundus*. CAROLUS QUARTUS legis quam auream bullam vocant, conditor. *Guenceslaus*. *Rupertus*. *Sigiſmundus* Pannoniæ Rex. *Fridericus tertius*. *Maximilianus primus*. *Carolus quintus*. *Ferdinandus primus*. Paucos verò à Moguntinenſibus Archiepiſcopis coronatos eſſe. Veluti hos ſequentes: *Henricum ſecundum*. *Cunradum ſecundum*. *Ludovicum Bavarum ſub* Friderico ſecundo. *Maximilianum ſecundum*, *Rudolphum ſecundum*. *Mathiam*. *Ferdinandum ſecundum*. *Ferdinandum tertium*. Sed cur ita factum ſit, in promtu cauſam eſſe: quia Colonienſes iſtorum temporum Archiepiſcopi vel morbo, vel inhabilitate, vel injuria ſuo munere prohibiti ſint. Verùm hæc nos miſſa faciamus.

Extremo Junii, propoſitio Cæſaris ex ſcripto Ordinibus Imperii, prælegitur. In hac propoſitione, poſt commemorationem cauſarum, quare hæc Ratiſponam comitia litteris priori anno publicatis, ad ſingulosque tranſmiſſis indicta ſint: ſtudium Cæſaris diligentiaque ob oculos ponitur. quomodo ſcilicet jam aliqua effecerit eorum, quæ pacis in Vueſtphalia perpetratæ legibus, vel reddenda erant vel præſtanda. *Neque enim solùm Francothalio exceſſum ab Hiſpanienſibus, & Heilbrunnam præſidio liberatam eſſe: ve-* *Propoſitio Cæſaris Ordinibus prælecta.*

rum etiam rem controverſiæ pleniſſimam, quæ propter *Vueidam*, *Barcſteinam*, *Bleiſteinamque* arces in Palatinatu ſitas, nata fuerat, feliciſſimè compoſitam. Ita quidem, ut plurima, quæ comitiis moram injicere poſſe appareret, bene proſpereque è medio ſublata conſpiciantur. Ad ea deinceps quæ Noribergenſis conventûs nomine, perficienda adhuc reſtent, quantum ejus partium, facultatiſque ſit, operam conſiliumque ſpondet. Illud verò, quod tanto numero ejus literis evocati ordines, aut ipſi aut legati eorum ad comitia appareant, ſummoperè ſibi cordi, ac magnæ etiã conſolationi eſſe dicit; neq; ullo modo dubitare ſe, quin iis omnibus inſtructi, paratiq; adſint, quæ res maximè utiles ac neceſſarias, protelatione omni remota, ad optabilem exitum deducant. Quò & ipſi rebus tranquillatis, domos reverti cum gaudio poſſint. Itaque paternum in modum, ſummos, infimoſque Ordinum, obnixè rogatos velle ait; ut pro ea, quam Sacri Imperii commoditatibus obligârunt fide, conventus reipublicæ ſalutares, haud retractanter ineant, & hæc tria potiſſimum deliberatione definiant ſuâ: primum, *quomodo pax adeo & laborioſa & ſumtuoſa, cũ omnibus tam indigenis quàm exteris nationibus ac regnis, ubiq; conſtare, conſtabiliriq; poſſit*, ne diſſenſio diffidentiaq; ulla ex parte ſubnaſcatur. Alterum, *qua ratione, ea quæ nondũ paci convenienter ordinata compoſitaque ſunt; in executionem, ordinemque veniant.* tertium, *qua via iis quæ in hos conventus rejecta ad componendum ſint, modus imponatur; ne quid omnino inutilis moræ cœpta intercedat, neve ſumtuum quicquam extra ordinem, ac detrimenti omnino nihil, fiat.* Hæc ſi ordinum conſenſu obtinere poſſit, nihil ſibi gratius accidere; ac propterea clementiſſimi in ſingulos animi propenſionem, non aliter atque amicum & conſanguineum, patremque

ac

Cæſarem facere æquum eſt, perpetuò retinere ille, confirmat. Litteræ ſigno auguſtali, & Cæſaris vocabulo ſubſcriptæ erant. Poſt auditam propoſitionem, inita ſtatim comitia ſunt. Eſt verò omnis ampliſſimus Germanorum reipublicæ ſenatus in tria collegia diſtributus: quæ ſuis locis & confeſſionibus, pro dignitate ſingula congregantur. Electores primum, alii principes ſecundum, civitates liberæ tertium Imperii collegium conventumque faciunt, nullibi major numerus, quàm in principum collegio reperitur: illic enim plurimi ſenatores, tam ſacræ quam prophanæ rei adminiſtri conveniunt: *Archiepiſcopi, Magdeburgenſis, Salisburgenſis, Veſontinus.* Teutonici ordinis *Magiſter. Epiſcopi: Bambergenſis, Vuirceburgicus, Vuormatienſis, Speirenſis, Argentoratenſis, Conſtantienſis, Auguſtanus, Hildeſienſis. Paderbornenſis. Freiſinganus, Paſſavienſis, Tridentinus, Brixienſis, Baſileenſis, Monaſterienſis, Leodius, Oſnabrugenſis, Curienſis, Eichſtettenſis, Ratiſponēſis. Abbates, Abbatiſſæ,* (quæ in his comitiis nunquam, niſi per legatos apparent) *Prælatique non pauci.* Illi item *Epiſcopi, quos poſtulatos vocant*, cujuſmodi ſunt *Brandeburgenſis* in Marca, *Miſnenſis* in Miſnia, *Merſeburgenſis* in Thuringia, *Nauburgenſis* in Saxonia. *Comites Palatini, ad Rhenum Duces: Saxoniæ, Bavariæ, Bremæ, Brunſvici, Luneburgi. Mindinæ. Pomeraniæ, Pherdæ, Medæburgi, VVirtæbergæ* Holſatiæ, Sabaudiæ, Lotharingiæ, Crojæ. *Marchiones,* Brandæburgi, & Badæ. *Landgravii* Heſſiæ, Caſtellani & Darmſtadii, Anhaltini ſive Aſcanii *Principes.* Collegio Principum adhuc inſeruntur *Comites & Barones,* qui trium ſcamnorũ confeſſionibus diſtinguuntur: *Gueteravici, Suevici, Franconici.* Vueſtphalicum his, extremo anni adjectum: in quo tres & viginti numerantur Comites. In Franconico octo: in Suevico quatuor

Tria Senatus Germaniæ Collegia.

Scamnum Vueſtphalicum.

& viginti, in Gueteravico viginti. Urbium legii duo ſcamna ſunt, Rhenanum & Suevicum: Rhenani princeps regina Rheni Colonia, Suevici Ratiſpona.

natalis Cæſaris. *Coronatio Imperatricis.*

Verùm enimverò dum comitia habentur, alia præter hæc hilaritatis & lætitiæ plena agitabantur, decimo tertio Iulii *natalis Cæſaris*; pridie nonas ſextiles *Eleonora Mantuana* Imperatricis *Coronatio*, quam ſolitâ cæremoniâ Præſul Moguntinus peregit. Ante diem quintum Kalendas Septembres Cæſar cum uxore, ac filio Rege Monachium in Bavariam proficiſcitur. Ubi, quum ter geminâ muralium tormentorum exploſione, aliiſque honoribus excepti ampliter fuiſſent, non diu pòſt, Octinganam virginem pia ſalutantes prece adeunt. Inde *Lanshutum* petentes, & ante diem octavum Eidus ſeptembreis *Ratiſponam* reverſi, altero die ſtatim, vicesimum Ferdinandi quarti natalem, feſtiviſſimâ omnium celebritate peragunt; neſcientes ſanè hujus diei voluptatem, ultimum Regi natalem exhibuiſſe. Decimo enim pòſt menſe, uti ſuo loco docebimus, immaturo funere, quemadmodum flos aratro ſuccilus, occubuit. Adeò quidem nihil eſt gaudii mortalibus, cui mœror non intercedat. *Id optimum, ſi ita induci animus poteſt, ut tum maximè, quum ſecundæ res ſunt, in adverſas paratus, intentuſque excubes*; neque *hic propriè tuum, quicquam putes.* Vita hominis ceræ ſimilior, quàm luto, ſi ſplendeſcere incepit, liquitur.

Elector Colonienſis Leodium venit.

Archiepiſcopus Colonienſis *Ratiſponâ*, *Leodium* ſe transfert ineunte Septembri, & ſtato divi *Lamberti* die, *Lambertiano in templo* rem divinam Pontificalibus cæremoniis perficit, rei divinæ, omnes proceres illuſtri pietatis, & concordiæ argumento interfuêre. Ordinum ſubinde conventus ibidem eſt habitus: in quo de fœdere cum finitimis Imperii Principibus ineundo, deq;

novo

n[illegible], adverſus exteros graſſatores, milite conſcribendo eſt conſtitutum. *Condeani* enim & *Lotharingici*, poſtquam varia Epiſcopatus Leodienſis loca invaſiſſent, hibernaculis iſtic poſitis manere velle videbantur: neque ullo modo vel authoritate Cæſaris, vel Epiſcopi vigilantiâ expelli poterant, licet non ſemel de iis queſti forent. Ex *Eburonibus* in *Vbios* Octobri menſe redux feſto omnium ſanctorum die *Düſſeldorpii* in *Menapiis* adeſt: ut ipſo rem divinam ſolennibus conceptiſque verbis ad aram facienti, *Eliſabetha Amelia* ex Heſſiæ Landgraviis oriunda Princeps, novas Reformatorum opiniones ejurando, in Catholicæ Eccleſiæ gratiam reciperetur, ac priſcæ inſtitutionis æmula fieret. Erat Eliſabetha Amelia, cum *Neoburgi* duce *Philippo Guilielmo* paulò ante nupta, quàm Düſſeldorpium veniret. Sed ſacro divis omnibus die, pœnitentiæ arcanis expiata; ſanctorum communioni reſtitui dum peteret, haud gravatè admiſſa eſt. Secundum ſacrificium, ab antiſtite Colonienſi in divi Andreæ factum, concio quoque habita eſt per *Ioannem Roſenthalium* Jeſuitici collegii ſacerdotem: qui veritatis & concordiæ authorem Deum, excellenti oratione ad populum demonſtrans, Catholicorum doctrinæ conſenſionem, ſecuritatemque: è diverſo, huic doctrinæ adverſantium diſſenſiones & pericula in apertum copioſè protulit. Nec prætermiſit vir diſertus, *Eliſabethæ* ſanctiſſimæ fœminæ exemplum, quæ Pannoniæ regum ſanguine exorta, quendam ex *Thuringiæ, Heſſiæque Lantgraviis* maritum poſtquam habuiſſet: illo elato, vidua, ſingulari virtute omnibus præluxit; immortalitati ob id conſecrata. Ejus divæ mentē, conſtantiamq; *Amelia* precabatur: ut iiſdē itineribus, ad germanæ pietatis decus graderetur, quibus cognata & cognominis mulier

& ſacro ibi facto.

Düſſeldorpium abit.

Eliſabeth Amelia Duci Neoburgico nupta Romanæ Eccleſiæ ritus amplectitur.

Concionis ab Ieſuita habita argumentū.

lier in cælum aſpiraſſet. Reverſum poſtea Ubiorum Bonnam Archiepiſcopum, controverſia cum Agrippinenſis liberæ Imperii Urbis magiſtratu, exercuit. Bona enim illorum, quæ ſecundo Rheno propter Bonnam, vel adverſo flumine propter Zonſam, in urbem advehenda curantur, attineri juſſerat; literis deinde manifeſti nomine publicatis: & Agrippinatium ad eas reſponſione unius, atque alterius anni tempus abſumtum eſt, quod rebus longè melioribus, quàm ſimultatibus exercendis, collocare præſtabat. Ratiſponæ interim magno comitiorum æſtu, ad Germaniam ab omni parte tranquillandam, procerûm ſtudia emicuêre. Sed tranquillari omnino Germania non poterat, niſi *Fechta* (Monaſterienſis diœceſis in Occidentali Saxonia oppidum eſt) Suedi emigrarent: Lotharingici ex Eburonibus, aliiſque provinciis amandarentur. Juſtitiæ adminiſtrandæ ratio, ad germani juris formulam revocaretur. Hæc uti fierent, conſultatum. Herfordenſium etiam & Bremenſium legationes auditæ ſunt. hi, quòd cum Cæſare in gratiam rediiſſent, libertatem ſuam contra Suedos obtendere: illi, de Octoviri Brandeburgenſis injuria & aſperitate regiminis, queri cœperunt. Neutri ſtatim, cujus rei gratiâ venerant, obtinere potuerunt. Ex urbium concilio ad ſuperiora duo collegia, non diu pôſt *litteræ* mittuntur: quibus de certo ſuffragandi modo poſtulârunt. *nimio enim gravari ſe, nolle quidem ſuperioribus collegiis modum ac formam imperare, ſed tamen, quia principum collegio acceſſionem fieri oporteat; ut urbium quoque collegii numerus amplior fieret rogare: quò religionis utriuſque hominum par in ſuffragando numerus exiſtat.* Ad ea hoc reſponſi datum: placere, in congregationibus Deputatorum Imperii ordinariis, quantum Catholicorum eſſet, tantundem Proteſtantium adhiberi; ſed

hac

[..] lege addita, ne quid ipſi per ſe immutare, vel imponere ſuis poſſent, unde gravarentur. Et videbatur hæc [..]orumque paritas, propè neceſſaria eſſe ad concordiam ſtabiliendam, reſiduaſque [..] animis tollendas ſimultates; quippe Euangeli[..] non aliunde quam ex inæqualitate, quod hactenus diſſenſionis, ac diffidétiæ, pullulâſſe [..]firmabant. Tertio & viceſimo Decembris die novis Principibus in collegio Principum, ſenatum dederunt: Guenceslao *Lobcovicio*. Maximiliano Theodorico Dier[..] Octavio *Piccolomini* [..]. Joanni Gueicardo Averſpergæ Domino. Hi cum dignitate ante cunctos Principum abſentium legatos, ſeſſum recepti, & eo, qui viros Principes decet, honore cumulati ſunt. Quartum etiam ſcamnum pro Vueſtphalici nominis comitibus additum: in quo ad conſultandum ſuffragandumque conſiderent *Suarceburgici*, *Oldenburgenſes*, *Bentheimii*, *Brunchorſtani*, *Manderſceidi*, *Sleidani*, *Ritbergenſes*, *Emdani*, *Hojenſes*, *Blancoburgici*, *Mûllingenſes*, *Dieaholdii*, *Reiferſceidi*, *Arebergenſes*, *Vuinneburgici*. Cum octo aliorum comitatuum dynaſtis, *Spigelberga*, *Lupia*, *Vela*, *Rheniſteina*, *Tattabacchi*, *Syncedorfi*. *Moërſia*, *Sariverda*. In urbium collegio, Bremenſium civitatis internuntii, Suedis etiam nolentibus, ad confeſſionem iterum recepti ſunt, & cum honore introducti: quippe Cæſar delictr gratiam illis fecerat, quòd pertinaciæ ſuæ pœna perſoluta ſe jam ejus imperiis obedientes fore pollicebantur. Elector Brandæburgicus *Starigardia* in Pomerania ulteriori menſe Augu[..]ſto [..]erat, ac præſentibus ibidem quos convocaverat provinciæ Ordinibus, de ultimi ducis Pomeraniæ corpore, ſepulturæ debitæ honoribus afficiendo deliberabat. ejus ſepulturæ ſumtus ad octoginta thalerorum imperialium milia facilè excurrebant, quorum pars una à Suedis, pars

Scamnum Gueiſphalicum.

altera à Brandæburgenſi Electore, contribu[illegible] decernebatur; uti ſine morâ quoque novo [illegible]nino fides populorum obligaretur. Sub eoſdem dies, Marpurgi in Heſſia ſtudiorum uti vocant *Vniverſitas* inſtaurata eſt, duodecim Profeſſo[illegible]bus ad docendum aſſumtis, & Landgravio hanc ſolemnitatem, non ſine gaudio civium præſenti. Majori illis honori ducerem ſi in eam ſe poſtliminio reſtituerent Eccleſiam, ex quâ Catholicis offenſi inſtitutis, jam pridem abierunt, ac impenſiori cum lætitia narrarem. *Viſum* item, quæ Civitas reginæ Suediæ Chriſtinæ fidem dederat, Juſtitiæ tribunal cum apparatu non mediocri ac pompâ; ſecundo & viceſimo Septembris die, reſeratum fuit.

Pugna inter Anglos & Hollandos.

Dum hæc in Germania geruntur, conflictationes longè acerrimæ inter Batavos ac Britannos Martio menſe fuerunt. Hi, *Blaco* duce; illi, maris imperatore *Martino Herperto Trompo*, navalem in pugnam prodierant. ventus Britannis operam dabat; ut licet *Trompus* è ſex & ſexaginta majoribus tormentis nitrati pulveris ſupra ſedecim millia librarum, & ferreas pilas magno numero in adverſos hoſtes fuiſſet ejaculatus, fuſus tamen fugatuſque cum detrimento, ignominiâque fit. Centurionum quorundam ex ſuis ignaviam *Trompus* notaverat; de illa per litteras apud ſenatum *Hagæ Comitis* conqueri inſtituit, ut de illis ſupplicium militari ex diſciplina ſumeretur: verùm ubi cognovit accuſatione, querimoniâque nihil profici, poſtquam ad ſe remiſſos accepiſſet, partem capite plectendos, partem ſufflamine claſſico membratim concerptos in marinos fluctus præcipitandos dedit, reliquos reſtitutâ in caſtris diſciplina, ad fortius pugnandum accendit. Ante diem decimum Kalendas Julias horâ poſt meridiem quartâ, concurrunt utrimque adverſæ claſſes: & in

multum

[Mul]tum noctis'duriſſimo prælio progreſſæ in-ge[ns] damnum accipiunt, alii aliò tanto turbine diſlati, profligatique. Sub inſequentis diei veſperum, inter *Oſtendam* & *Dunkyriacam* conſiſtentes Batavos Angli aggrediuntur, totoque diſſipatos partim fugam adigunt, octo ſupra viginti navibus interceptis inde in *Texeliam* uſque impunè pervagantur. *Trompi* virtus ſingulariter eniteſcebat, ſed vento ac viribus inferior, poſtquam navis è qua pugnabat, non unis perfoſſa rimis in profundum deſediſſet: maluit ſalutem fugâ petere, quàm certiſſimæ morti occumbere, quæ ſuis nihil commodi importaret. Menſe vero Auguſto per dies aliquot jam inito, cum duarum & octoginta navium claſſe inſtructus, *Scævelingam* ex *Zelandia* provehitur. & *Guitenio*, alteri ſecundum ſe maris imperatori ſignificandum curat, ut quas haberet navales copias, ſecum conjungat. Eas dum exſpectat apud Valam, contra *Guicum* & *Egmontium* oppido, ex improviſo, ſecundo vento illatus hoſtis irrumpit: tantoque tormentorum tonitru ac fulmine perterrefacit Belgas; ut ſatis habuerint ſe intra naves continere, & ſubitariis munitionibus hoſtilem impetum ab ſua claſſe defendere. Interim cum non magna claſſiariorum manu G*uitenus advenit.* in re tam afflicta, perturbataque haud multum auxilii laturus. Tum ſtomachari *Trompus*, & indignabundus dicere: *hæc ſcilicet mea exſpectatione digna eſt claſſis. Sumtaque ingentis animi audacia*, per confertiſſima navium Britannicarum caſtra, emoliri ſe quum laboraret pugnando, ferreâ piâ adverſo pectore exceptâ confoſſus interiit. Plus interitu Martini Herperti Trompi, quàm tantæ claſſis ſtrage, Batavia doluit. *Trompus occumbit fortiter.*

Sed ne interfecto *Trompo*, omnino victos eſſe Batavos appareret, novum ei maris præfectum ſufficiunt, *Iacobum Guaſſenarium* nomine, *Opdami* is dynaſta erat, & *Heuſdæ* Gubernator equeſtris

ſtris armaturæ præpoſitus. Majora etiam ...menta quingenta numero conſtari in Suedia ...rant. Et quò exercitus conſcribi iterum, colligique epibatæ poſſint, litteras evulgant, quibus animi pro republica pugnaturis creſceret. ... enim qui ſe in hanc militiam darent, & ... hoſtem viriliter confligendo, aut vulnerati aut mutilati membris domos reverterentur, omnia præſtanda, reſarciendaque incommoda eſſe. Pro utroque oculo, mille florenorum, pro amputato utroque brachio tantundem, pro dextro, trecentos florenos, pro ſiniſtro ducentos. Pro utraque manu, nongentos. Simul & hoc ordines in ſenatu Statuum decreverant, uti milleſimus nummus contribueretur. *Vuaſſenarius* quum ſacramento apud ordines dixiſſet; eos quorum inertia navali certamine cognita fuerat, digno ſuppliciorum genere coërcuit. Non pauci pecuniâ mulctabantur: multi dedecorosè excepti, & laqueo colla impliciti ſub navem per aquas trahebantur: vel ut perfidiæ ſuæ pœnas luerent, ergaſtuli operis acceſſuri, Amſterodamum amittebantur. Dum hic rerum Bataviæ ſtatus erat, neceſſarium ſibi propè, certè utile exiſtimabant ordines; proxima *Suediæ, Daniæque* regna, amica ſociaque habere. Inde enim, ſi ingraveſcerent motus hoſtiles, ne prorsus de ſe actum, conclamatumque eſſet, vehementer metuebant. Illos igitur reges, legationibus eò miſſis placare, & in partes ſuas adducere ſtuduerunt. Cum Gallis quoque, ut amicitia ac ſocietas tantiſper conciliaretur, laboratum. Et in *Portugaliam* allegati, qui regem *Luſitanum* bella iis facere meditantem, ad lenitatem animi traducerent. magna enim centum navium claſſe inſtructos *Portugalenſes* in *Braſiliam* ire, fama erat: ut quod ibi munitionum eſt Hollandicæ ditionis, ſuæ poteſtatis facerent, ac pleraque omnia Batavis ereptum irent. Medio tem-

pore

[..]e navales copiæ, armamentaque recolligun- tur; claſſis inſtruitur, naves ornantur. novus maris imperator quum magnam vim epibatarum, ac inſcenſorum comparaſſet, Novembri menſe eos educit. Neque ſegniore cum cura, ab adverſa parte res per Anglos adminiſtrabantur. Sed ſæviſſimi turbines, ſpurciſſimæque tempeſtates exortæ, inenarrabilem utriuſque cladem toto mari fecerunt. Jactatæ in ſyrtes ac brevia, profundoque hauſtæ cum armis, viriſpue naves, longè majora quàm certamen eſt, ſuperſtitum animis, oculiſque ingerebant. Mille ſupra quadringentos ex Belgis periêre. gratiæque Deo habitæ ſunt, quod jactura amplior non foret: quum tota ad unum aſſerculum claſſis, tam gravibus turbinum procellis abſumi potuiſſe crederetur. Fortaſſe hæc tempeſtas faciet, ut piſcatores utrimque icti, pacis leges inire condiſcant.

Res Anglicanæ.

IN BRITANNIA, ſub *Cromvelis* nutum vel ibant ſponte, vel invita trahebantur omnia. Ex *Ibernia* exulatum abire juſſi, quibus latinæ Eccleſiæ conſortionem retinere placuit. & quum antea, pro capitis incolumitate, domibuſque ſervandis, nummus valeret, ac in operto, res divina Catholico ritu fieri permitteretur: eò nunc demum diſcriminis res adductæ fuerunt, ut nequidem duo Romani inſtituti ſacerdotes, per omnes quatuor *Iberniæ* provincias tolerari poſſe videretur. Etiamſi in annos ſingulos triginta *Sterlingorum* pondo eorum cauſa promitterentur. Miſſi ſubinde ab Anglicano concilio, quod *Parlamentum* ipſi vocant, in Iberniam homines, qui ubique regionum & locorum eccleſias fanaque que inſpicerent: atque habiles ad religionis reformatæ imaginem, expulſis Catholicis Eccleſiaſtas & magiſtros inducerent. Cromvel verò ut fundamenta dominatus ſui ſtabiliora poneret, novo ſe honore tituloque inſigniendum, apud exer-

Cromvel Protector ſe dici vult.

exercitus ſuos, curaverat. Trium regnorum, *Angliæ* ſcilicet & *Scotiæ*, *Iberniæque* PROTECTOR audire geſtiebat. Id illi apud militem cui imperabat, facilè ſucceſſit. Sed eò quoque *Parlamentarios* inclinare cogitans, nihil amplius civili adminiſtratione, omnia militari armatâque ſapientia peragere moliebatur. Ejus armatura triginta millium erat: quam duo millia paſſuum ab Londino conſiſtere juſſerat. Exin urbem ingrediens quinque pedeſtres, ac totidem equeſtres ſecum turmas inducit. Ex his tales elegerat, qui aditus viaſque, unde tumultus exorituros, metus aut ſuſpicio erat, certiſſimâ cuſtodiâ vigilanter obſepirent. Aſcendit ipſe in curiam, cum aliquot exercitus ſui primoribus, propriumque in *Parlamento* locum ſedendo ſibi quum inauguraſſet: omnium in ſe ora vultuſque convertit; & excellenti facundia de præſenti magnæ Britanniæ ac Iberniæ ſtatu non pauca præfatus; magiſtratum illum qui civili lege rituque adminiſtrarent, non exercitui non populo diutius probari poſſe affirmavit. *Nihil è republica quod ſit, in medium conſuli, cuncta in privatam paucorum utilitatem, conſilia vertere.* Ergo hanc ſuam, exercituſque ſui, & Anglicani populi, ſalutarem omnibus ſententiam exiſtere ut ſumma rerum per unum ac viginti ſelectiſſimos ex toto Britanniæ Senatu viros gubernanda, gerendaque curetur. *Quid enim?* ajebat ipſe: *plebs emungitur, exhauriturque omni re quam habet, quam non habet. miles (qui prætextus modò eſt multorum avaritiæ) nihil inde percipit. Rogavi ipſe ante menſes duos Senatum, huic lamentationi, miſeriæque uti præverteret, ac tantùm abeſt, ut inde profecerim, ut onera etiam multò graviora plebi impoſita eſſe videam.* Hæc dicenti reſpondit Senatus, inconſultâ plebe, perficere ſe quidvis & adminiſtrare jure poſſe. Illud verò quod de republica

Orationem in curia habet.

al

uno & viginti ſelectis è Parlamento viris, administranda curandaque, ejus inventum eſſet minime omnium ſe permiſſuros. Neque eâ quâ in populum authoritate poteſtateque polleant, ullo modo ceſſuros. His auditis exſurgit è ſede *Cromvel*, & cum *Harriſone* ſilentio curiâ egreſſus, *Vuorslao* (ejus militiæ legatus erat) ſignum continuo dat, ut, quos ſecum armatos in urbem adduxerat, in ſenatum è veſtigio invadere jubeat. Hoc ut fit, ſenatores, metu ne ſi obſiſterent, veluti pecudes mactarentur in victimam, ex curia neſcio quid clanculum muſſitando, minitandoque immurmurantes, alius aliò ſe præcipites ejiciunt. Miles armis ferox, codices chartaſque arcana regni totius continentes, ſecum aſportat, & foribus portiſque curiæ, poſt tergum obſeratis, ad ſuos regreditur. Plebes ſe à tumultu abſtinuit interim, quòd illi de exactionibus remiſſum erat, & de navali certamine contra Batavos proſperè geſto, nuntius commodùm afferebatur. quippe *Blacus* ingenti prædâ, navibuſque captis *Londinum* per *Thamiſin* triumphabundus advenerat. dieſque feſti pro gratiis Deo habendis, communi civium hilaritate agebantur. Poſteris diebus mutavit ſenatores *Cromvel*, ac *Parlamentum*, ut ipſius animo libitum fuit, inſtituit. Quodam die, coram centum ac viginti ab ſe electis ordinariſque ſenatoribus, exhortationem ſacram in curia luculenter habuit. Eâ exhortatione, ſui cunctos officii graviter admonere eſt viſus: circumfuſis undequaque & ab ore ejus in orationem ſuſpenſis, præcipuis militiæ ductoribus. Parlamentum ita ordinat, ut tempore non diutius ſemeſtri, durare illud velit, ſinguliſque menſibus novus eligatur præſes. Res divina, quæ colendo numini religioſè adhibetur, non videtur illi neceſſariò per theologos aut verbi miniſtros explicanda populo, vel pertractanda. nam, quæ ſenatorum

in Senatū milites immittit.

Parlamētum recoquit & reformat.

H

torum ac militiæ ducum partes ſint, abundè poſ-ſe ipſum quotidie ac diſertim omnes in curia commone-fieri: adultiores, qui extra ſenatum militiamque ſint, eò ætatis & circumſpectionis veniſſe, ut legere ipſi codices ſacros, pueros rudes, ea quæ ipſi cognita habeant, docere poſ-ſint. neque miniſtris verbi, aliiſque celeri lingua operariis, ad hanc rem opus fore. ali id genus hominum in otio, plebi ac reipublicæ ſumtuoſo, quorum opera multo conducibilius careant. Nuptiarum quoque celebritates judicibus ac prætoribus longè ſapientiùs, quàm Eccleſiaſtis vel Theologis committi: eos enim contractus civiles eſſe, ad politicen magis quàm ad Theologiam pertinentes. Judices igitur prætoreſque ut ſui muneris impigrè ſatagant, his legibus devincit. *Præfectura judicum* ne triennio longiùs excurrat: eo enim finito recentes integrique ſufficiendi erunt defectis. Rem ſuam cum cura adminiſtrent. Eorum, qui inire matrimonium volunt ante diem viceſimum quàm nuptiis copulentur, nomina, conditiones, domos, in tabulis annotata ſigillatim habeant. *Marito* nulli eſſe liceat, niſi viginti & quinque: *uxori* nulli, niſi quatuor & decem annos, ætatibus expleverint. Singulis nuptiis, ſingulos aſſes pendunto. effertur quis funere, aut prole ſit auctior, triens præ manu detur. Quibus nihil rei eſt, niſi quòd aliena largitur humanitas, eos ſine ſumtu, pecuniaque annotari efferrique fas eſto. *Si quis* virginem altero & viginti annis minorem violaverit, aut ſpe matrimonii alio ve aſtu in vitium inceſcaverit, illexeritve, ejus omnis habentia, deceptæ virgini & rei publicæ addicta ſit. Qui vitium intulit, ergaſtulo æternum opera accedat. Fraudi cõſcii, decem annos ergaſtulo incluſi, pro ſuis meritis tractētur. Ipſum matrimonium pro nullo ducitur. Ne quid verò perturbatè aut ſine ordine fiat, *ſingulis urbium* ac provinciarum regionibus

Leges condit prætoribus.

prætores

[...]rátores ſui, judiceſque conſtituti ſint. Ii certos [...]ſ dos homines pro notariis, habeant, qui eo[...]m imperiis dicto audientes, geſtarum, geren[...]mque inter cives rerum commentarios, ad [...]ſum exhibeant. Septembri dein menſe à Parlamento decernitur: ut capite damnati regis, ejuſque liberorum, & conjugis, aliorumque exulum bona vænum exponerentur. Id juvit aliquantulum ad epibatas in officio continendos, qui non ſine gravi tumultu querebantur, quod impenſum laborem merces non ſequeretur. Sed Londini, per hoc tempus, in foro ab exteris quies non fuit, duobus *Luſitanis* & uno *Melitenſi* equite, de nova Anglicanæ reipublicæ gubernatione ſermones, non ſine judicandi acrimonia ſerentibus. Qui quum ab Anglo quodam tribuno durioribus verbis caſtigati exaſperarentur, vehementiori elati ira afflictum terræ Anglum in os vulnerant. Non tulit eam contumeliam vulgus, ſed quantum poteſt, calumniis ac lapidibus exteros inſectatum, pedem referre eos cogit, forique ſtationibus & ambulacris excedere. Poſtridie conglobantur exteri ad quinquaginta, non leviter armati, pilentum in quo arma pleraque ad expugnandum, & pyrii pulveris copia erat, poſt ſe devehendum curantes. Tria in foro mercatorum congreſſus, ac deambulationis veſtibula irrumpunt vi, obſiſtentes obvios gladiis induunt. Pilulario in caput exploſo enecant non neminem, qui cum nova ſibi nupta, cumque ſorore deliciarum ac temporis cauſa, ibi loci inambulabat. Concidit & *Majon* tribunus, ſeptem vulnerum labe in mortem datus. Nec prius ceſſatum à tumultu forenſi eſt, quam equeſter globus Anglorum ſubſidio veniret. Tum enim effuſo curſu, ad Regis *Portugaliæ* legati hoſpitium fugere molientes, trepidanteſque: partem adipiſcuntur, partem obſeſſa domo circumvallatos rurſum eli-

Londini in foro tumultus & cædes.

ciunt, rapiuntque in carcerem. ne à fratre quidem legati manus abſtinuerunt, quòd is tumultus atque cædis pars major habebatur. *Cromvelius* interim, quum PROTECTORIS nomen à Parlamento, ita quomodo à militibus fecerat, exprimere non poſſet; alia atque alia verſat animo, refecto que ſæpius, & quaſi recocto ſenatu, in ſuam demum ſententiam pertraxit *Ordinates*, non ratione magis quàm armis pertimeſcendus. Sed *Parlamenti* præſide *Harriſone*, maximè offenſus fuerat, quòd is pecuniæ ad ſuſtinendos exercitus abs ſe imperatæ, interceſſiſſe ſenatui dicebatur. Ineunte Novembri, duodecim armatorum milia *Vueſtmonaſterium* duci, curiamque obſideri quum præcepiſſet, in Parlamentum aſcendit, ac præſentium cætu ſenatorum pro ſuo imperio diſſoluto, abireque juſſo; novum ex amicis obnoxiiſque ſibi hominibus *Parlamentum* conſtituit. Hi poteſtate omni ſenatus in ipſum translata, illius ſe imperio ſumma voluntate ſubjiciunt: atque ita ut ipſe volebat trium regnorum *Protectorem* compellant, venerantu rque. Iis etiam authoribus hæ ſtatim leges receptæ, vulgatæque ſunt.

Cromvel tandē Angliæ, Scotiæ, Iberniæque Protector audit. Ejus conditiones & leges.

Dominus Olivarius Cromvel ſummus trium populorum Anglicani, Scoti, & Iberni PROTECTOR *eſto. Eidem conſilio operaque adjuvando, non minus tredecim, neque plus viginti & uno viris, pro Concilio ſtatûs adjungantur. Concilium ſtatûs Protectori in omnibus ſuffragator. Tertio quoque anno novum Parlamentum eligatur, id Kalendis Septembribus anno milleſimo ſupra quinquageſimum & ſexcenteſimum quarto magiſtratum ſuum ineat. Numerus Parlamenti, quadringentos homines ne excedat: iique ex ſingulis Comitatibus ut ordo cuiuſque & dignitas fert, cum cura deligantur. Nullius Parlamenti diſſolvendi poteſtas fiat, ſi menſes quinque continuos non ſedit. Si qua res agitari, definirique cœperint,*

ad

Protectorem deferendæ curentur: cui ad diſcutiendum dies viginti temporis dabuntur: hoc tempore ſi nil reſponſi dederit, pro ratis habeantur, niſi his leges repugnent. Nullum Parlamentum à Protectore diſſolvi fas eſto: ſed ipſe tertio quoque anno conventum à noſtra nova ſcripta perficiat. Quod cenſurum ac conventum erit, cum Protectoris ordinatione impendatur. Protectori integrum ſit & arbitrarium, bellum aut pacem facere, ſed non ſine Concilii ſtatûs conſenſione: neque locandæ ſibi vel dandæ commodatò pecuniâ Parlamento *inſciente facultatem habeat; niſi ſi extraordinaria conditio fuerit. Quicquid negotiorum, ſigilli cuſtodum nomine, hactenus geſtum eſt, Protectoris auſpicio ac nomine, in poſterum geratur. Si quis contra hanc regiminis formam locutus fuerit, proditoris loco habeatur. Bona in fiſcum relata, Protectori in manus tradantur. Ea, quæ noviſſimo Parlamento acta ſunt, rata habeantur. Protectori facultas eſto, pro ſua voluntate omnia officia, dignitates ac titulos, trium gentium Angliæ, Scotiæ, & Iberniæ, abſente Parlamento conferendi. Abſente Parlamento Protector & Concilium ſtatûs, trium nationum ante nominatarum negocia procurandi poteſtatem habeant. De bello militiaque, conditæ leges obſerventur. Princeps exercitus triginta millibus armatis conſtet: ex quibus viginti millia pedibus, decem millia equis militent. Maritima omnis ora, quam Anglicanus defendit miles, inſeditque, præſidio diligenti retineatur. Chriſtiana religio conſervetur. Libera ſit quibuſvis hominum conſcientia, ſi modò hujus regiminis formam non turbat, Pontificii tamen exceptis. Pontificii, quemadmodum & alii facinoroſi, ſceleſtique homines, qui inde ab anno milleſimo ſexcenteſimo, altero & quinquageſimo arma contra rempublicam tractârunt, in Parlamenti collegas ne cooptentur. Fas ſit domino Protectori ſceleroſis omnibus delicti gratiam facere, præterquam homicidis. Scripta omnia Iulii proximi Kalendis in*

commentarios referantur. Si quid humanitus Pro-tectori contigerit, Concilium ſtatus ſenatores ſ[…] congregato: & pars illorum major è conclavi p[…]ne exito, quàm in demortui Protectoris locum […] ſuffecerit. Verùm ne eligatur, qui patrem Pro[…]rem habuerit, ne familiæ potius ac ſangui[…], qua[…] virtuti ac meritis, honorem deferri appareat. Sexto igitur & viceſimo Decembris die circiter primam horam, ex Vithalia in Gueſtmonaſterium Protector Cromvel deductus eſt: magni ſigilli Angliæ Commiſſariis, Baronibus & Iureconſultis (pretioſiſſimis omnes togis induti fulgebant) non ſine pompa eum deducentibus. Hos ſenatus, aliique in coccineis abollis ſequebantur. In Cancellariæ domo ſedes poſita fuerat, ad cujus ſiniſtram partem aperto capite diu aſtitit, deinde in illam ſe contulit, & ſigillum, gladiumque ſibi tradita in manus accepit. Statimque Commiſſario ſigillum, Majori gladium, ubi reddidit, ſolennes epulas iniêre. Concilii ſtatus ſenatores nominati Colonellus Montagus, Vice Comes Leſlæus, Lambertus ſupremus Vigiliarum præfectus, & Disborous, & Scipio, Chiliarcha Iones, & Heidenhamus Gilbertus Dikeringa. Antonius Aſſicoper, aliique tres. Præſes Senatus *Laurentius* eſt conſtitutus.

Sed qui animorum habitus in *Anglia, Scotiaque* & *Hibernia* fuerint hominibus tum, quum hoc novum *Protectoris* nomen inſonuit, non facile ſcriptu eſt. Neque enim, ſi metu magiſtro id quàm plurimi non rejicere, ſed exoſculari omnino & amplecti docebantur: cæteris tamen ita derepente placere non potuit, quin ſeditionum ac tumultuum, & privatim & publicè ſemina jacerentur. Nullos verò ſibi dicto magis audientes *Cromvel* reperit, quam *Londinatium* urbis magiſtratus. *Major* enim, & *Aldermanni*, *Treſoriique* ad

Londinates Protectoris nomen latè habent.

l ejus nutum imperiumque agebantur : & in omnibus *Angliæ Gualliæq;* finibus & angulis, niſto nomine feſtivius vel acceptius, videbatur poſſe. Aucta ſub id quoque, factionum & con monſtra : nam præter *Presbyterianos*, Chriſtianæ pietati adverſarum opinioligia ſub Independentium vocabulis antur: *Anabaptiſtæ*, *Antinomiani*, *Enthu*-*Scakerii*, *Ranteriique*, ſpurciſſimi generis nes: quos hiſce novis magiſtratibus majore ania cumulavit *Ianus Lilburnes*, homo factio- ſus ac turbidi prorſus ingenii, qui ſectam non ita pridem exortam ſtudioſiſſimè retinet, *Levellerios* dictam. Hi, rerum publicarum ſpecies & adminiſtrationes, ab non inſanientis ſapientiæ candidatis adinventas planè rejiciunt, neque *unius*, neque *optimatum*, neque *populi gubernatione* rem geri volunt, ſed omnes in æquo ponunt minimos, maximoſque: ita ut illorum omnia pro communibus inter ſe habeantur, opes, fortunæ, agri, divitiæ: ac nemo unus præferatur alteri. Atque ut cæteras factiones in officio *Cromvel* contineat, hanc unam coërcere aut regere vix poteſt, quâ nullam infeſtiorem ſuæ gubernationi experitur. Illorum etiam qui in *Scotia* Regi Carolo adhuc ſtudent; animos vincere, aut deprimere non datur novis gubernatoribus. De his Scotis antequam plura memoriæ prodantur, *Scotiæ* totius *ſitum* ob oculos objici, obverſarique animo, nec inutile erit, nec injucundum. *Britannia* omnis in quatuor partes dividitur: unam harum *Angli*, alteram *Gualli*, tertiam *Cornubienſes*, quartam *Scoti* incolunt. *Scotiæ* longitudo (ſi Virgilio Polydoro Urbinati credimus) à *Tueda* flumine ad ultimum terræ ejus limitem, quadringentorum & octoginta millium eſt: & quò magis in longitudinum excur-

Secta & factiones in Britannia.

Scotiæ ſitus.

Britannia quarta pars eſt Scotia.

Polydorus lib. 1. hiſt. Anglicana.

excurrit, eò minoris eſt latitudinis. Ibi ſolem habet orientem, ubi Germanico alluitur mari: meridianum, ubi mons *Cheviota* illi impend[illegible] fluuntque amnes *Tueda*, *Solvaus*, *Eſca*, ibi [illegible] dentem, ubi *Ibernicus* eſt oceanus, qui quatu[illegible] quadraginta continet inſulas, quas alii *M*[illegible] alii *Hebrides* nominavêre. Ad latus qu[illegible] trionem ſpectat *Deu-Caledonio* terminat[illegible] in quo inſunt *Orcades* inſulæ, numero trig[illegible] Silvis ac montibus, paludibuſque vaſtis, & fo[illegible] bus regio abundat. Unus *Grampius* mons, informis ac lapidoſus, ab oſtio Deæ fluminis quod eſt haut procul Oceano Germanico, per medium *Scotiæ* in Ibernicum protenditur pelagus, ad *Lomundum* uſque lacum, qui huic oræ montique interpoſitus jacet. Hic *Grampius*, duas terræ Scotiæ partes efficit, unam ad meridiem, alteram ad ſeptentrionem. Huic, ſilveſtri planè ac montoſæ ſuperæ terræ nomen eſt: illam, planitie campeſtri æquiorem neque tot ſilvis interceptam, aut montibus exaſperatam, inferæ & planæ terræ vocabulo cohoneſtârunt. Unde quoque duplices prodiere Scoti *Hypſichtones*, & *Catochtones*. Hypſichtones aquilonarem Scotiæ partem habitant, quam ſup[illegible] ob ſilvas monteſque eminentiores diximus appellari. in qua & hæ provinciæ numerantur *Strathnavernia*, ultra quam ſeptentrionem verſus Orcades jacent. *Cathaneſia*, quæ ferme triginta millibus paſſuum patet, ac promontoriis [illegible] ad[illegible] tribus quaſi firmiſſimis propugnaculis mun[illegible] pulſantis Oceani fluctûs, hoſtiumque incurſiones repellit: geminiſque ſinibus cingitur, qui ipſis promontoriis incluſi, anguſtos aditus intrantibus undis aperiunt. *Sutherlandia* deinde quam *Roſſia* excipit, mediterraneam parte[illegible] intus complexa, atque per extremum an[illegible] pertinens, utroque mari præcluſa. *Morovi*[illegible] de incipit, duobus inclytis circumfuſa flumi[illegible]

Scoti duplices: Hypſichtones die Hochlender.

Veſſa & *Spea*. Non longè ab Speæ oſtio poſitum oppidum *Elgis* nomine. Cætera litoris utriuſ- ... ſilvæ ingentes, nec ferarum inopes operue- ... Eſt & lacus ibidem cygnorum altor, quem ... dicũnt. *Morovia* imminent *Mernia, Mar-* ... ubi civitas eſt *Aberdornia* gymnaſio & ... illuſtris. *Lucuhabria* (ea Roſſiæ pars ...tur) *Lornam, Knaplodiamque* comitatus, ...*ntieram* peninſulam vicinas habet. Sequi- *Atholia*, *Argateliaque* cum ſeptem finibus ...s *Glotta* amnis æſtuaria efficiunt. Longa cis montem Grampium intercapedine, *Taus* maximum *Scotiæ* flumen ex cognomine lacu profluit. Contra hoc flumen *Anguſia* eſt, ultimus *Hypſichtonum* Scotorum verſus meridiem limes. Hunc limitem ab adverſa interfluentis *Tai* ripa, *Catochtonum* ſedes excipiunt, eô loci, ubi meridiana Scotiæ regio deſinit. Hæc regio octo provincias, ...iæ multò quam ſuperiores illæ ſunt beatiores, ...u ſuo complectitur: *Perthiam, Fifam, Striviligam, Cuninchamiam*, *Glotavallem, Gallovi-...am, Laudoniam, Merchiam*. In *Strivilinga* Ster-...gus ager eſt, inter maritimam oram quæ ab *Si-...ibus* olim habitata fuit, *Elgoviamque* interje-...s. Ab occidentali hujus agri latere ſilva *Cale-...ia* aſſurgit, de qua mare *Deu-Caledonium* no-...n traxiſſe volunt, quia parti illius dexteræ im-...ndet. Ea ſilva introrſus longè lateque diffun-... ex monticulo quodam ſuo *Glota amnis* ...em exhibet, regioni illi quam perfluit no-...tis. *Laudonia*, Pictorum regio priſcis di-...ontibus ſcrupuloſis, ac nullo propè ar-...enere conveſtitis, prædita. Civitates in ... celebres tamen atque opulentæ: *Dum-...ntonia*, ...*a, Norbervicus, Edinburgum* ...i caput, & regum ſedes, quæ ab occi-...us habet *caſtrum puellarum* extanti in ...ificatum; ad ſolem orientem verò intus

Catochtones in plano incolũt.

continet *Palatium regium* cum *ſancta Crucis* mo-naſterio. Sed hac noſtrâ tempeſtate ejecto rege, Cromvelianæ tyrannidos adminiſtris occupa[illegible] inſeſſumque eſt. *Forthea* flumen *Laudonien[illegible]* Fifatibus dirimit. *Fifa* regio bona eſt, ac re[illegible] omnium, quæ victui ſuppeditant, mini[illegible] lis: in qua oppida non pauca reperiunt[illegible] *milis, Cuprum, Andreæ Fanum* Academiâ[illegible] In *Gallovidiâ* Brigantiâ olim dictâ, ſunt; *Ca*[illegible] *caſa, Divi Niniani templum, Victona.* Eſt &[illegible] *noxia* Comitatus, quæ *Elgovia* Ptolomæo dici[illegible] in ea dulcis aquæ lacus reperitur *Lomundus* nomi-ne, octo millia paſſuum latus, quatuor & viginti longus. is complures inſulas complectitur, & me-ridiem versùs, profundit ex ſe *Bodotriam* flumen qui *Levinus* hodie nuncupatur, & agro ſuis irri-gato, lætificatoque undis *Levinia* nomen imper-tivit. *Clutiſthalia* (ita vulgò *Glotavallem* nomi-nant) duplex eſſe perhibetur, una ſuperior, altera inferior. Urbium in ea caput *Glaſgoa* eſt, Archie-piſcopatu, emporioque, & gymnaſio inclyta. Ad *Cuningamiam Coila, Carictaque* Comitatus refe-runtur, in queis reguli complures habitant: & ſil-vas rariores, lætiſſimis ubique paſcuis ad gratiſſi-mum non infœcundæ viriditatis decus amabili-ter, & fructuosè arridentibus diremtas, longi[illegible] ſpacio obtinent. *Merchia* ab Anglis Nortumb[illegible] incolis Tuedâ flumine interfuſo *Catoch*[illegible] vidit. Ejus princeps oppidum *Bervicum*[illegible] re adhæreſcit.

Hypſichtones pro rege Carolo adhuc ſe objiciunt Protectoris nomini.

Jam verò ut revertamur iſtuc, unde ſu[illegible] greſſi: pro rege *Carolo* plerique Scoti[illegible] primis *Hypſichtones* magnoperè labora[illegible] ejus deſiderium excutere non poterant[illegible] ullo modo ſub novum *Crom*[illegible] domin[illegible] jici volebant. Hanc animi alti[illegible]dioe[illegible] fiducia, montiumque anfrac[illegible] henſa nemorum latibula, ge[illegible]

bant:

bant: ut, quamvis ſuopte ingenio barbari incultiq; haberentur, immanitate tamen furoris ad rationem, conſtantiamque revocato, plurimis ...um anteirent. Aſſumtis enim peritiſſimis ...i ducibus, exactum conſerendi manus tirocinium ſubire conſueſcebant, nulloque armorum genere tractando ſuperſedentes, contemtoribus quondam ſuis, pro ludibrio, formi... eſſe cœperunt. Uſque adeò, nec in barbaris deſpicienda virtus eſt, ſi nervos aliquando intenderint. *Cromveli* quidem non prorſus arduum videbatur *Catochtonas Scotos*, ſuæ poteſtatis ſubjectos, ſub ſignis imperioque continere, ut qui proximè Angliam nullo ſaltuum objectu in plano incolunt: quorum etiam civitates præcipuas, munitioneſque ſuo tenebat præſidio. ſed tamen plus ſatis negotii habuerunt ejus ipſius militiæ ductores, ut *Hypſichtonas* noctu interdiuque prædam conſectantes, ab illis defenderent. Supra ſeptendecim millia in armis erant Hypſichtones, partim peditatu, partim equitatu frequentes, apparatique. Hi ſæpenumero ex montibus in plana Scotiæ progreſſi, ſolitudinem oppidis, vaſtitatem agris inferebant. Baronis *Guameſii* caſtrum, quod viginti millibus Jonſtono abeſt vi ceperant, & impoſito *Glevarchiæ* præſidio, *Falkyriacam* porrò invaſerant. In *Cantiera* inſula, Argiliiæ Demarchi caſtro potiti, pro mille viris arma, quatuor millia ſterlingarum pondo, & commeatuum vim benè magnam intercipiunt. Ducentos & quinquaginta hoſtium, qui arcis (montis S. Stephani appellant vulgò *Dunſtafage*) præſidiariis ſubſidio mittebantur, fuderunt latè, contuderuntque: ex inſidiis quas dumi, rupeſque tegebant, mag... impetu eos aggreſſi. Ioannis fa... num jacet in P...thia, *Perthum* olim dictum. *Mons Stephani* in L...enſi eſt Comitatu. Eos verò qui

regis partium eſſe imbiberant, concitata & appoſita reformati Euangelii miniſtrorum oratio, plus ferociæ ac ſpiritus indidit: ut pro illo & opes sanguinem profundere haut quaquam dubitar... ac toto pectore Cromvelis dominatum, non ſ... atque importuniſſimi tyranni, deteſtandum & execrandum eſſe dicerent. Hæc aliaque multò plura hoc anno in Britannia contigerunt.

In Galliis præter civiles motus, peregrina etiam de fidei rebus dogmata, theologorum diatribas, cathedraſque perreptabant. In Belgio enim, vir & caſtimonia vitæ, & eruditionis famâ commendatus exſtiterat, *Cornelius Ianſenius* nomine, qui Yprenſem Eccleſiam bona fide curâque, Epiſcopus, dum viveret, procurabat. Ipſo mortuo, ex ſcriptis ejus liber conflari cœptus eſt, quem Auguſtinum Cornelii Ianſenii Yprenſis Epiſcopi inſcripſere, inſano diſputantium æſtu per Academias Galliæ ultro citroque ab his receptum, ab illis rejectum. Continebat verò is liber ſecundùm alia, propoſitiones quinque Catholicis doctoribus & erubeſcendas planè, & minimè omnium tolerandas: quæ ſi ad verbum legi deſiderantur, in Politicis noſtris reperiri ſuo loco poterunt. Sed Eccleſiæ rebus præpoſiti, quique rem divinam ſcriptis & oratione illuſtriorem faciunt, quum hæc non modò proponi, verùm & prope credi viderent: officii ſui causâ intermittere non potuerunt: quin Pontificem maximum controverſiæ omnis inter Chriſtianos arbitrum, de iis certiorem facerent. Pontifex ſtatim, ut æquum erat, pluribus ſimul Theologis negocium dat Romæ, ut propoſitiones examinent, compertoque tolerari eas in Eccleſia Catholica nullo modo poſſe; congregatis tandem pridie Kalendas Junias Cardinalibus, & Dei ſpiritûs ope ſuppliciter invocatâ, contumelioſi in Chriſtum erroris, ac hæreticæ impietatis has quinque propoſitiones condemnat.

Cornelii Ianſenii quinque propoſitiones ab Innocentio damnata.

nas condemnatas à Chriſtianorum animis cæteriſque æternùm proſcribit: gravi etiam in illos conſtitutâ pœnâ qui id genus opinionum non audiant, ac deteſtentur. Conſtitutionis pontificiæ decretum non modò Romæ ad Lateranenſis Eccleſiæ valvas, ſed etiam in Galliæ, Belgii, Germaniæque proximæ templis ubique affixum ad fores; & concionibus ſacerdotum in vulgus relatum fuit, ne quis omnino vel Auguſtini, vel Cornelii nomine deceptus, in fœdiſſimas hæreſes prolabi, ſe patiatur.

Dum ex Eccleſia hæreſes proſcribuntur: novos regni *Suediæ* proceres, exercitûs ſcribere cœperunt. *Suediæ res. Regina.* CHRISTINA Guſtavi Adolphi filia, ejus imperio adhuc præerat; anno 50. menſe Octobri ab Archiepiſcopo Ubſalienſi, uti mos eſt, magnificentiſſimè coronata. Ingentis mulier animi, & prudentiæ ab omnibus laudatæ: quæ nuptiis etiam ſe digniſſimis repudiatis, quum cœlibatum amplexa fuerit, multa adhuc veriſſimis laudibus digniora maſculo pectori incluſa gerere videtur, quæ veritas temporis filia ante oculos hominum in Catholicæ Eccleſiæ maniſeſtiſſima luce, ſuperis benè juvantibus, conſtituet; & nos loco ſuo commemorabimus. Verùm quia de Suedicis ad novum bellum apparatibus, mentio injecta eſt: ejus gentis antiquitatem & ſitum, victoriaſque & originem pauliſper inſpiciamus. A primordio rerum ad noſtram uſque tempeſtatem interceſsêre anni plus minus quinquies mille & ſeptingenti ſex: ita quidē, ut hic annus ab ortu Servatoris noſtri ſupra mille & ſexcentos quinquageſimus tertius, ſextæ chiliadis ab orbe condito ſextus & ſeptingenteſimus annus, rectè numeretur. Quippe *Suedici regni antiquitas.* mundi annorum quintam chiliadem ante ſex, & ſeptingentos annos abſolverunt illi, qui tum vivebant homines; & qui ducentis ab hinc & nonaginta quatuor annis erunt, ſextam annorū mundi

chilia-

chiliadem finient. Anno ſecundæ chiliadis ſexto & quinquageſimo, eluvio orbis terræ, ſub Noë contigit, Mathuſalemo paucis diebus antè, in... turrimo funere elato. Noæ tres filii Semes, Chamus, & Iapetus anno centeſimo & trigeſimo ſecundo poſtquam eluvio deſiiſſet, diſtributas orbis terræ partes, aſſignante ſuum cuique locum patre, accipiunt. Semi Aſia, Chamo Africa ceſſit, Iapeto illa pars evenit, quam ab rege Sycioniorum Europe volunt nominatam eſſe Europam. Iapeti verò ſeptem fuiſſe filii perhibentur, inter quos Gomer, Aſcanios, Teutones, Cimbros, Celtas & Galatas, populos dedit: Iavan, Iones & Græcos: Tubal, Iberos, & Hiſpanos: Tiras Thraces: Moſoches Moſchos: Magoges, Maſſageras & Scythas, qui Getæ etiam dicebantur longo antè tempore, quàm Deus homo fieret. Hic Magoges, Anno ab ortu rerum, poſt mille ſexcentos, octavo & quinquageſimo, qui ſecundus poſt diluvium fuit: natus eſſe dicitur. eumque primum regem Suedi ſe gloriantur habuiſſe, à quo Sueon ſit progenitus, & Sueonas quos Græci & Latini Scythas nominant, de ſuo nomine appellatam gentem, conſtituerit. Patrio certè vocabulo etiamnum Suedi ſe non aliter quam Snia vel Suenſca vocitant: quos Herodotus hiſtoricorum Græciæ, qui nunc extant vetuſtiſſimus, ſed qui multis poſt Sueonem ſæculis efflóruit, ſub Getarum nominibus celebratos, memoriæ hominum prodidiſſe putatur. Sueoni Getar ſucceſſit, poſt Getarem Vbbo centum & eo amplius antè natum Abrahamum annis, provinciæ & urbi nomen dedit. Provincia Vblandia dicitur, civitas Vbſalia circiter annum mundi milleſimum, quingenteſimum ſextum ſeptuageſimum. Abraham enim Tharæ filius anno poſt diluvium trececeſimo tertio & vigeſimo; qui fuit ſecundæ chiliadis nonus & ſeptuageſimus, natus eſt. Quemadmodum Jacobus

Magog regni conditor.

cobus Salianus in veteris teſtamenti annalibus docet.

Crevit deinde gens, ſuprà quam verbis explicari poteſt, & incredibili modo invaleſcens ſub *Scaro* & *Sipdagero* regibus, terras omnes quæ Septentrionibus ſubjiciuntur, longè latèque complevit, duodecimo poſt cataclyſmum Noæ ſæculo, quum Trojani belli incendia flagrarent. *Ponticum* enim mare, paludemque Mæotim, ſuis egreſſi finibus tenere cœperunt, & earum partium accolis *Scytharum*, *Getarumque* nomina infudêre. Trajecto etiam Danubio in Myſiam; Thraciamque & Daciam evaſiſſe commemorantur, tantumque ibi facinorum feciſſe ut non ſine cauſa Herodotus dixerit fortiſſimos Thracum eſſe *Getas*. Sed neque præceptoribus caruiſſe eos, veterrimi ſcriptores confirmant: quum anno mundi ter milleſimo quadringenteſimo & nonageſimo Pythagoræ magi, alumnus Zamolxis, eos de immortalitate animorum erudierit, ut eò generoſiùs fortia facta ſectarentur, quod morte obitâ non exſtingui animos, ſed pro inſigni facinorum gloria, in cœtus conciliaque Deorum, commigrare perſuaſum haberent. Litteras etiam, quæ *Runæ* appellantur, apud eos viguere: quibus mirifica in vulgus edere & memoriæ hominum tradere dicebantur. iis enim Satanicæ magiæ arcana contineri ajebant: ut mirum non ſit veneficiis, & lycanthropiâ infames extitiſſe. Poſt illa tempora non amplius Getæ, neque Scythæ dicti ſunt, ſed novo Gotorum invento nomine dici voluerunt ab *Algoto* fortaſſe: qui anno ſexageſimo ante partum Deiparæ Sueonum rex fuit, vel certè à *Coto*, quem Iulius Cæſar libro belli civilis tertio, ex Thracia milites quingentos ſubmiſiſſe Pompejo, refert. *Sadal* enim, quem Abericum alii vocant, *Cotiſon* vulgò

Suedorum incrementa.

Trajicitur Danubius in Thraciam.

Zamolxis an. Mundi 3490.

Cotus.

Cotiſon.

vulgò eſt appellatus, id eſt Goti filius. hic re[illegible] Getarum in Thracia gerebat, cui & filiam deſpondiſſe Auguſtum Cæſarem, ex Tranquillo monſtrari poſſe, confirmant. Chriſto jam ſextum circiter annum agente, rex in Suedia fuit *Goterix* nomine, à quo Gotia regio, ac inde paulatim Goti pro Getis & ſcribi & dici cœpti. Nec diu poſt Balthiæ apud Græcos, & Scandiæ apud Latinos regionum quas Goti, & *Sueones* aliique incoluerunt reperta vocabula ſunt, Plinii tempore. Plinius enim refert, *Hellevionum* [illegible] quingentis populis *Scandiam* habitaſſe: ex qua innumerabiles exercitus, velut è vagina nunquam exhauſta enſes prolati, orbem terruêre. Inde Vandali, inde Goti, inde Alani, Gueſtrogoti, Oſtrogoti, Longobardi, Heruli, inde Normanni, inde Suedi, per Italiam, Germaniam, Galliam, Hiſpaniam, Lalætaniam, aliaſque terras inundavêre: ut vindices irati numinis, ac totius Europæ ſcelerum ultores, quaſi à Deo conſtituti viderentur. Ab anno Domini octingenteſimo, in hoc uſque tempus Vandalorum nihil præter nomen retentum eſt. Duo enim reges: alter Suediæ *Haraldus*, alter Daniæ *Hemmingus* conjunxerunt vires, & *Vinetâ* metropoli Vandalorum funditus exciſa, deleverunt gentem. Quæ cauſa fortè eſt, cur hodieque in regum utriuſque titulis aſcriptos eſſe Vandalos comperiamus. *Scandiæ* autem fines, alii alios ponunt: qui breviſſimos, ita definiunt, ut orientem verſus Balthicum proſpiciat mare, ad meridiem ſinu Finnico; lacubuſque *Lagoda* & *Oneda* cingatur. Ad occidentem, & Arcton, Oceano terminetur. peninſula eſt omnium vaſtitate ampliſſima. ejus partem ab oriente ſole *Suedi*: ab occidente *Norvegi* tenent. ex meridiano latere in arcticum finem *Lapponici* nominis gentes exporriguntur. Ea pars, quam Suedi habitant, *Gotiam*, *Sueoniam*, *Finlandiam*, *Æſtoniam*, *Ingriamque*, decem

Annò Chriſti 100.

Scandiæ ſitus.

Suedi. *Norvegi.* *Lappones.*

decem graduum ſpatio in longitudinem patentes complectitur. *Sueonia* populos numerat duros fortesque: *Nericios*, *Dalecarlos*, *Gueſtmannos*, *Vplandos*, *Sudermannos*, quique boream verſus incolunt, *Geſtricienſes*, *Helſingios*, *Mitelpadios* & *Bothnicos*. *Gotia* habet ſecundum orientales & occidentales Gotos, *Smalandiam*, *Blekingiam*, *Scaniam*, *Hallandiamque*. In Finlandia ſunt *Cajani*, *Thavaſti*, *Finnones*, *Nylandi*, *Savolaxi*, *Coralli*, *Europenſes*: *Æſtonia* & *Ingria* Narvios, Viros, Hirros, [illegible]que Scythas, populos: & ambas Carelias, provinciam complectitur. *Suedi* universè, gens eſt conſtantis ingenii, & ab eo quo ſemel imbuitur vel errore, vel ſtudio vix mobilis: cui natura corpora, animoſque magna ſimul & firma dedit. In bella plus virium atque diſciplinæ, quàm furoris, ac tumultus ferunt. nemo militiæ, nemo domi illis expertientius ferrum tractat. Catholicæ fidei rudimenta, anno poſt natalem ſervatoris octingenteſimo & ſexto decimo ab *Anſgario* tradita acceperunt. Is enim ex Corbeienſi monaſterio in Suediam ablegatus, eruditionis Chriſtianæ ludum in metropoli *Bircka* primus aperuit: ac veri Dei cultu ſacrificiis & exhortationibus mirificè propagato, *Bremenſis* & *Hamburgenſis* Epiſcopus eſt conſtitutus. *Ericus*, deinde rex, cui nomen *Stenchillo* fuit, & *Olaus* Erico proximus, Chriſtiano fonte abluti ſunt. Inde verò ab anno ſalutis noſtræ quinto & quinquageſimo ſupra noningenteſimum, ad *Chriſtiernum ſecundum* (qui pro ſua immanitate nomen tyranni obtinuit, & anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo regnum adiit) multi in Suedia reges integritatis & ſanctimoniæ ſingularis extiterunt: quibus, Pontifici Romano morem gerere, templa divorum, honoris & memoriæ causâ ædificare, incenſum religionis veræ amplificandæ ſtudium, ſanguine profuſo conteſtari, gloriæ & immorta-

Sueonia.

Gotia.

Finlandia.

Ingria.

Anſgarius fidem Catholicam Suedos docuit, anno Chriſti 816.

tali

tati fuit. Sed poſtquam receptis *Lutheri* diſcipli-
nis, in ſummum Chriſtiani gregis paſtorem ſummis odiis, ac deteſtationibus itum eſt, genti & regibus ea gloria vileſcere cœpit: adeò ut demoliri potius, & rapere aliena, quam ædificare, & largiri ſua, in animo habeant. *Guſtavus* eo nomine Rex primus Chriſtierno ſucceſſit, & novæ perſuaſionis inſolentiam Suediæ regno intulit; anno prioris ſeculi tertio ſupra nonageſimum, *confeſſionis Auguſtanæ* ritus & placita, pleno ſacerdotum procerumque concilio recepta *Upſaliæ ſunt*: in quæ nunc jurati eſſe debent reges ante, quàm eligantur. Guſtavus ſecundus octavo decimo ſæculi præſentis anno, regni Suethici coronam accepit: qui annus prodigioſo cometâ fatalis erat; quò acerrimus Deorum iræ vindex cæleſti ſigno Germaniæ civibus prodebatur. Ab eo namque tempore nihil quieti habuêre. Chriſtina ejus filia multò humanior exſtitit: pia, felix, auguſta mulier, & ab Romanæ Eccleſiæ communicatione haudquam arcenda. Verùm quod novus cometes ſub anni hujus initium, octo quidem partibus illo ſuperiori minor, ſed tamen toti orbi pertimeſcendus apparuit: magno in metu verſamur, ne quid rurſum delicti ſit, cujus expiandi Gotus aliquis novus provinciam à Deo nanciſcatur. Konigſmarcius certè aliique Suethicæ expeditionis magiſtri ad arma ſe ſtrenuè comparant: & quæ Bremenſium ditionis poteſtatiſque prioribus bellis facta ſunt, munimentis illorum terræ inædificatis invadere jam cœperunt. & præterquam quod hoc anno in Pruſſia Gedani præſertim ac Regiomonte morborum lues adeo graſſata fuit: ut unâ ſæpius hebdomade ſexceni, & eo plures homines, funeribus efferrentur. Alibi quoque non ceſſando, mors abſtulit in Italia Cardinales: Oripeti *Paulum* anno ætatis quinto & ſeptuageſimo. Ferrariæ *Machiavellum*, Romæ Pimentellum. In Germa-

Guſtavus I. Lutheraniſmum introduxit ſub anno Chr. 1527.

Germania, Salisburgi, *Paridem Lodronium* Archiepiſcopum & Germaniæ primatem. In Gallia, *Carolus Caſtronovanus*, octo annis major ſeptuagenario, ut ſenſit diem ſummum appropinquare, incredibili lætitia gratiarum carmen per ſymphoniacos componendum curat: atque ita paulò poſt corpore ſolutus ſub cantionem ad Deum migrat. *Archiepiſcopus Silvanectenſis* repentina correptus apoplexia, ſuper pontem incedens, quum raptim ſolo alliderentur, morti ſenſim eſt deditus. [illegible] iſtophorus verò Scheiblerus *Tremoniæ* apud [illegible] halos: ubi altero & viceſimo Novembris [illegible], in Lutheri honorem ab ſe *dedicando*, pro concione dicere vellet, prius quam cantilena ante concionem præcantari ſolita; bis terve repetita finiretur, morte nec opinatâ, in ſacro veſtiario exſtinguitur. Ea res in vulgus celebrata, Lutheranos convitiis lapidare cœpit: quaſi Nemeſin ex inſperato ultricem habuerit is; qui ſacerrimo Luthero, diem feſtum conſecrare volebat.

HISTORIÆ RERUM per EUROPAM noſtra memoria GESTARUM,

Scriptore

CHRISTIANO ADOLPHO THULDENO

LIBER TERTIUS.

Anno M. DC. LIV. *geſta continet.*

Germanica.

Comitiorum dies Ratiſponæ nondum finiri erant, qui poſt unctum Regem Romanum, ab Ordinibus Imperii habebantur. Sed Cæſar, filiuſque rex, in eam curam toto pectore ſimul incumbebant: ut, res eas, quæ Imperii ſtatum, aut ſponte ſuâ, aut aliorum cauſâ perturbaturæ videbantur, è medio tollerent, ſubmoverentque. *Fechta* Monaſterienſis diœceſios oppidum, Suedico adhuc præſidio tenebatur, Lotharingici tranſrhenanam circuli Vueſtphalici provinciam miſeris expilabant modis: illam præcipuè partem, quæ *Leodienſium* eſt

Epiſcopi

Epiſcopi, ex profeſſo divexantes. cædibus, rapinis, conſtuprationibus, incendiis fœdabantur omnia. *Covinum, Florinas, Foſſas, Caſtelletumque*, Condæi miles, ut inde excurſiones in Eburonum alias civitates faceret, occupaverat, *Vuaremiam*, ab oppidanis metu fugientibus relicta. Lotharingicos acceperat, ii loci opportunitate & receptu commodum invitati, ad maleficia quævis perpetranda, *Campiniam, Hasbaniamque* pervagantes, *Loſcaſtrum* intercipiunt: *Hercordii* clauſtra perfringunt: templa depeculantur: aras profanant: agros populantur. *Beliſiam*, nullo rerum humanarum, divinarumque habito diſcrimine, fœdiſſimè lacerant, violantque. *Beringam*, & *Hamontem* incendio evaſtant, *Hercam* ex inſperato aggreſſi, priuſquam ſe ad reſiſtendum comparare civitas poſſet, frequenti milite occupant: tantâ paſſim crudelitate, & vi in obvios debacchati, ut nemo obſiſtere auderet. *Tudinium* non forte admodum, neque munitum oppidum, in ſextum decimum diem Condæani oppugnabant. qui muros defenderent, nulli erant, præter incolas cives. hi ante diem octavum decimum Kalendas Februarias, generoſo animo, in obſidentium caſtra ex mœnibus effuſi, caſtris exſuunt hoſtem, fugamque ſpargunt: ac eâ læti victoriâ, non ſine ſpoliis, domum revertuntur. Ne hanc virtutem, Princeps Epiſcopus ſine prœmio & honore præteriret; fortium nomine *Tudinienſes* ad poſteritatem conſecratos, vulgo eximi voluit: & gladio præcingendi, ac venaturam faciendi jura conceſſit. Attributa etiam etiam ex vectigalibus pecunia, quæ & inſtaurandis & communiendis Tudinii mœnibus impenderetur.

Lotharingici loca plurima in Eburonibus inſidet.

Tudinienſium è fortibus factis nobilitas.

Trudonopolis adhuc obſidebatur: Abbas præſtantis animi vir, fatiſcentes metu cives, modici temporis obſidionem uti fortiter ſuſtinerent, in fidem conſtantiamque erexit, uſque eo dum Principis

Abbatis S. Trudonis virtus.

cipis Epiſcopi benignitate ſubmiſſus auxilio miles, hoſtem inde faceſſere coegiſſet. *Stabuletum*, & *Malmundarium* quæ obſeſſa erant accepto per occaſionem hanc præſidio, confirmata ſunt ac retenta: Sed regio *Interamnenſis*, peregrinâ hoſtium manu, & phalange oppreſſa fuit. Permagnæ erat curæ Epiſcopo, ut Eburones ſuos in trâquillo poneret, everſoribus è provincia expulſis. ſed quia ex improviſo, & nec opinantes opprimebantur, non tamen in libertatem aſſeri potuêre. Nihil tamen humani, divinique auxilii prætermittit Epiſcopus, delectus equitum faciendos curat, qui diverſis in vicos, ac vias, ſtationibus diſpartiti irruentium impetus intercipiant: & horariis propè excurſionibus conterant, mactentque. Cæſarem, imperiique ordines, de turbulento rerum ſtatu certiores facit; eoſque ad ferendum ſuppetias magnis precibus ſollicitat: Et, quia tardum erat ab Imperio auxilium, Gallos etiam ſubſidio advocat: qui innato contra Hiſpanam gentem odio, facilè ad Moſam flumen ſubſtiterunt, & quod occaſio daretur Gallo, Romani libertatem imperii ab importuniſſimo latronum grege, aliqua ſaltem parte vindicare; vexillis flavo colore imbutis, & Romanâ inſcriptis aquilâ per Interamnenſes, glorioſè volitabat: nam. & pace Guestphalicâ Alſatiam Galliæ Rex potitus, Imperii princeps evaſerat, & Maximiliano præ cæteris amicus videbatur, quòd Mazarino exſuli hoſpitium, in Bilſarum arce præbuiſſet. Gallis Fabertus præerat. Ipſo divi Petri Cathedræ ſolenni die, ſeptimanas quadraginta horarum preces primum in divi Lamberti, per cætera deinde collegia, templaque ſeriatim adhibendæ religioſè indicuntur, Hac omnis ætas & ſexus armorum tractationi inhabilis, frequentiſſimè confluebat, culparum expiatione, ſacramentorum uſu, numinis placandi ſtudioſa, dum in

Maximiliani Principis in aſſerenda diœceſ quiete ſtudium.

Quadragenæ preces indictæ Leodii.

[illegible]ando Deo homines occupantur, ecce tibi, gratus ex Belgio Hiſpanienſi, verùm incredibilis nuncius adfertur: *Lotharingiæ ducem Carolum, qui tot malorum author, incentorque haberetur in cuſtodiam ab Hiſpanis datum.* Bruxellis Antverpiam, *ut fideliùs cuſtodiri poſſit, triumphi ſpecie honorificentiſſimè deductum. Id ſingulari Dei humana reſpicientis ope, providentiâque fœliciter eveniſſe.* Hoc nuntio nemo non recreatus fuit. Sed, quemadmodum in re, quam vehementer cupimus, etiamſi ita, ut optavimus, contigerit: hæremus tamen quaſi in ſomni imagine, &, niſi multorum, atque inſignium virorum excitemur fide non credimus. Tantum verò querelarum, & in Germania apud Cæſarem comitia habentem, & in Hiſpania apud Regem de Carolo erat, ut tolerabile amplius non appareret. concinnant igitur homini verſuto dolos, quibus lepidè irretitus, in cuſtodiam abduceretur. Eos dolos hoc aſtu coluerant, ut priuſquam caperetur; quam commodiſſimè id fieri poſſet animo diligenter expenderint. Ducis, quocunque receptaret ſe ſe, veſtigia cubiliaque, non ſecùs ac venatici canes ſubodorati lepidiſſimè eum tandem in plagas illexerunt. Suboleverat Carolo ipſi fortaſſe aliquid ante triduum, quàm in caſſes incideret: murmur enim populi ac rumor erat, inſidias ipſi inſtrui. Quam ob rem in Parthenonis ſacri templum, quod Bruxellis ad vallum Antuerpienſe adſitum eſt, religiosè abdiderat ſe: ut interdiu quidem divinæ intereſſet rei, & nuptas Chriſto virgines, muſico inſignes cantu, ad lætius conturbati animi diverticulum, piis auribus auſcultaret: noctu quoque ſecretiore in cubiculo à reliquo gynæceio ſecluſus, quietem & ſomnum caperet. Qui ducem blandâ inueſcatum allocutione in caſſes

Gratiſſimus è Belgio nuncius affertur. Lotharingiæ Ducem captivum Bruxellis factum.

inducerent, quotidiani ejus & intimi amici legebantur; *Dux Arſchotanus*, & *Comes Garcias*. Is ad joca, ſeriaque multum familiariter utebatur; ii viciſſim cum duce multũ familiariter agebant. Compoſito igitur ad amicam fraudem die: ad ſe conferunt bene manè, ubi latere ducem, uterque noverant. Veniunt ad ſacellum. quum ingrederentur, miſſæ peragebatur ſacrificium. Ei audiendo religioſa meditatione intereſſe invenitur dux. Adjungunt ſe ad præſentem ibi Carolum *Arſchotanus* & *Garcias*. Secundum amici congreſſus ſalutem datam acceptamque, rei ſacræ finem exſpectare eos Dux petit, Illi continuo ſuſcipere; ſi tantus amor ſit rei ſacræ intereſſe, matutinum tempus adhuc ſatis longum fore, & in palatio apud Archiducem, à quo miſſi advenirent rem divinam fieri, cui pro ſua religione paulò poſt intereſſe poſſit. animus Caroli præſagire aliquid mali viſus, induci ſtatim non potuit, ut invitantes ſe amicos in palatium ſequeretur; ubi tamen compoſitæ fraudis ſuſpicionem (quò ad ejus fieri poterat) omni verborum honore ab ſe amolirentur: eſſe enim Archiduci opus ſubitario Ducis conſilio, ne conſcientiâ ictus videri dux poſſet; vultu ad hilaritudinem facetiaſque ex tempore comparato, inſcendit in rhedam: & amicorum voluntate ad palatium duci ſe patitur, nihil amplius impoſturæ ſuſpicatus. Inter vehendum narrantur quædam de Eburonum Principe Maximiliano, qui Gallicis auctus copiis Lotharingicorum vires diceretur exſtincturus. Id ille ad animum ſuum admittere quum nollet, ſubridens, meliora, inquit, & certiora adfero: nihil periculi ab Eburonibus, noſtro militi impendebit, victor ibi meus vitulatur exercitus, neque ad Galli vocem expaveſcit. His aliiſque ſermonibus, temporis & dicis cauſa pertractatis, ventum ad palatium eſt. Ibi dum ex rheda exſcenſio fit, multis linguæ, manuumque honoribus exceptus,

Arſchotanus & Garcias Ducem Lotharingiæ conſcium doli in cuſtodiam amicè illiciunt.

[illegible] procœtonem in conclave primum deducitur Carolus, deducto poſt tergum janua ex compacto repente clauditur; impulsâ duplice in ferream [illegible]bulam ſerâ. Hic reſpicere Lotharingus, & quid [illegible] ſit fluctuabundus interrogare. reſponſo, nihil hoc quod ſit occluſa poſt ingredientem eum janua, ſuſpicionis in animo ingenerari debere, [illegible] vel infortunio vel beneficio ita eveniſſe. pergit ſequi amicos in conclave proximum, curis quidem intus in animo æſtuantibus, ſed nullâ [illegible] erumpente in auras flammâ: donec fortunæ venti [illegible] amplius non pateretur, quod tunc ſimiliter atque antea, ſed principe clarius in rem intuente, conclavis ejus oſtium in ſeram violenter impuliſſent. Tum [illegible] Carolus & altum exclamare; *qua malum, hac verſutia eſt principem virum de re Hiſpana optimè meritum ab Hiſpanienſibus in fraudem illici! ignominioſam ſervilis impedimenti moram viro principi injici!* Garcias, uti ira commotò verba daret, veniam ab amico poſtulans vehementer ſe illi purgat: neque diſcordabili inter ſe ingenio unquam fuiſſe ait, neque ducem commeruiſſe culpam: verùm majoris heri imperium urgere, cujus authoritatem defugere non poſſit, Hiſpani Regis. eum in mandatis dediſſe capi, attinerique Lotharingum: idque ſatius viſum animo ſuo, ut amico illectus dolo princeps, familiarem in cuſtodiam Archiduci Leopoldo traderetur. quàm vi abſtractus, in tumultum res ipſe daret. Caroli in fermento jacentis animus, non ita ſubitò tranquillari potuit. Verum quid faceret? gladius illi fortunæ ſuæ teſtis ac ſocius, ex humero dependebat; eum ad manubrium, ita ut vaginæ erat incluſus, utrâque corripiens manu, *ſecundum Deum*, inquit, *nemo mihi, niſi gladius hic jura ſtatuet.* Garcias, qui noſſet leniendæ iræ tempus, ac modum, blandiùs compellare principem: ſcriptas ab Hiſpano Rege literas ei legendas tradere.

tradere. ſumma erat: *ne ducat ſibi ignominiæ dux, ſi mandato regis attineri ſe patitur, non aliò unquam animo Hiſpanum in Lotharingum niſi paterno extitiſſe: ducem è contrario, adverſus regem ſimiliter atque filium in parentem, animatum eſſe oportere.* Lectis litteris, ira poſuit. Verum, ubi poſtea ſemel atque iterum, petita Archiducis præſentia gaudere non permitteretur; indignanti ſimilis, per conclave diſcurrere cœpit: conſidet deinde & chartam ad ſcribendum cum atramentario poſtulans, codicillos conficit ad Archiducem deferendos. iis Archiduci traditis non reſcribitur: ſed per ſermonem renunciatur: *non alibi quàm in principis Thomæ hoſpitio (ita caſtelli Antverpienſis cuſtodiam vocabat) diverti eum poſſe.* Locus erat eleganti aulæorum circumveſtitus opere, & vario conclavi interſepto diſcretus, ubi menſæ ad dapem, lecti ad quietem ſtrati viſebantur. quem & miles prætorianus, intentis quaquaverſus oculis diligentiſſimè ſemper obſervabat. Verum, ne Bruxellis occaſio tumultibus præberetur; ædium illarum viciniæ ubi dux morari conſueverat, extemplò inſeſſa fuit: theſaurique & ſcriniorum ducis cuſtodes, cum cæteris omnibus, qui illi ad miniſteria eſſe cognoſcebantur, comprehenſi abducuntur. Gemmarum ac monilium inæſtimabilem vim *Bralaus quidam* aſſervare dicebatur: is ante diem tertium inveniri non potuit. Eodem mane trecenti equitum, quini, ſeniqne è diverſis Brabantiæ locorum ſtationibus, præſidiiſque ſubducti, per urbis vicos diſponebantur. Cives per ſingulas convocati tribus (ad quatuor millia in armis erant) regiones urbis ad cuſtodiam retinendam, tumultuſque evitandos, locabantur. Equeſter Archiducis globus, atrienſi palatio circumfundebatur. Ita quidem is dies apprehenſo duce captoque inſignis, à mane in veſperum, ſummâ vigilantiâ, tumultu procul exacta fuit.

Ut

Ut tam quietè ſalvèque hæc fabula peracta ſit, multum juviſſe id credi poteſt, quod Archidux, ... atque comprehenſus, & in tuto locatus eſſet. Lotharingiæ dux Carolus : literis publicatis omne hominum genus docebat, cur ita fieri planè oportuerit. Eæ litteræ non modò in foro, portiſque mœnium, & templorum foribus adfixæ legebantur Bruxellis : verùm etiam, per omnium poſtea Európæ, Romanique imperii civium ora, manuſque volitabant. *Argumentum erat. Lotharingiæ duci Carolo, poſteaquam ex ditionibus, terriſque ſuis, Gallo eum perſequente, ad exteros migrare coactus fuerit; nulla ab ullo mortalium majora, quàm ab Rege Hiſpaniarum, eiuſque miniſtris, beneficia contigiſſe. Pro cliente illum habitum, defenſumque: in pacis negotio, rationes eius ferventiſſimè procuratas. ad conſilia, belli domique Hiſpanienſibus agitata, ſocialiter admiſſum, omnium rerum tam præſentium, quam futurarum participem & conſcium factum. E diverſo autem, per ludum & jocum, in perniciem reipublicæ à Carolo duce omnia converſa fuiſſe : quod minimè tamen, tanti nominis familiæque principem decuerat. Optima conſilia, quæ in rem ex verbis conferri æquum erat tergiverſatione illius, nequitiàque, penitus eluſa. milites, qui in hoſtem pugnando fortes evadere potuiſſent ; latrociniis, cædibus, ſtupris, incendiis ad omne peſſimum facinus aſſuefactos, in amicorum, ſociorumque Germaniæ Principum ditiones furiali Marte contaminandas, intromiſſos. Ac eò demum inſaniæ proceſſiſſe Carolum, ut eum velùti hominum diris precibus devotum, exhorreſcant plerique ; & non ſecus, atque Erymnim ab inferis excitatam, abominentur mortales. Quamobrem, ne Deus optimus, tantis provocatus execrationibus, iram implacabilem in eos vertat, qui levare orbem hoc prodigio vel debebant vel poterant : regem Hiſpaniæ coactum fuiſſe, ut morbo vitalia depaſcenti medicinam faceret : & Lotharingiæ*

Litera manifeſta Archiducis de Lotharingiæ duce capto promulgantur.

ringiæ principem, ne ſuo ludo, humana, divinaque perturbare pergeret: in cuſtodiam duci juberet. Non quod *Lotharingicæ ſtirpi malè cupiat; aut bonis, poſſeſſionibuſque exutam, è Belgio eam proſcribere velit: ſed, uti majore cum fructu, diſciplinaque, exercitus omnis Lotharingicus, Nicolao* Franciſco *Caroli fratri moderandus ſervetur. Ideo commonitos velle omnes, quibus hæc res tanto ſilentio geſta, commovere animum aut facere ſtomachum poſſit, ne indignentur, neve id contumeliæ loco ducant, quod omnibus profuturum ſit. tempus ipſum leniturum iras, prudenter exſpectent.* Alteræ literæ ad exercitum ſcriptæ mittebantur: iis moniti ſunt militiæ ordinum præfecti, bono animo eſſe: ſereniſſimi Lotharingiæ ducis Franciſci Caroli fratris, (is Viennâ adfuturus exſpectabatur) adventum præſtolari: vel, ejus, qui in propinquo adeſt, Fonſaldauniæ Comitis imperio & legibus dicto audientes eſſe, omnique prorſus tumultu ſuperſedere. Poſtero die (feria erat quinta primæ in quadrageſima hebdomadis) circiter horam decimam permagno comitatu, *Bruxellis Antverpiam*, deducitur. Hora nona, Viennam ad Cæſarem mittitur ſancti *Amoris Comes*, qui rei geſtæ nuncius ſit, & *Nicolaum Franciſcum* ducis capti fratrem, in *Belgium* ad copias ductandas, eliciat. Quum educeretur *Carolus*, plateæ urbis, coronâ civium, militari cinctu & decore illuſtrium, utrimque cingebantur. Ipſe, è palatio in rhedam inſcendens; quod in apertos hominum ſe non ignorantium vultus, oraque vel invitus incurrebat: non fuit tam præmortui pudoris, quin largiter, copioſèque in vulgus primùm erubeſceret, quamvis deînde animo ſatis præſenti, notioribus quibuſque more ſuo facetus, inter diſcedendum multam ſalutem officioſè digeret. Sex, equeſtris ordinis viri, confeſſionem in rheda auguſtiorem ſanè, ſed tamen hilariorem faciebant; quòd & confabulari cum duce, & ludicra

Lotharingus Antverpiam ducitur in cuſtodiam.

dicta ſcienter ſpargere didiciſſent. Garcias Comes, cum validiſſima centum equitum, ferro undique protectorum manu, ſenis uno ordine procedentibus, ante rhedam equitabat. Hanc rhedam alia deinceps rheda ſequebatur: in qua pueri ducis (ephœbos nominant) & duo illuſtres viri conjunctim ſedebant. Poſt illos ducenti viri, & paludati & ocreis veſtiti, gradiebantur. Urbe egreſſis clauſæ continuò portæ, neminem niſi Archiduci libuiſſet in civitatem admiſſuræ. Per aperta camporum, perque viarum plana, hinc à Mechlinia, inde poſt Antverpiam, equitatus bis mille & quadringentorum fortium virorum diſpoſitus in defenſionem erat, ne quid turbæ, tumultuſve conciretur, intentus. Sub noctem primis ſe intendentibus tenebris, ut ventum Antverpiam eſt: Carolus derepente in caſtellum ductus abditur, & arctiori obſervatus cuſtodia hoſpitem acturus; uni eidemque habitaculo, cochleæ in morem affigitur: donec poſtea certis itineribus, Toletum in Hiſpaniam transferretur. ducis cancellarius & cum eo divæ Catharinæ Abbas, metu ne una cum hero ſuo ibidem trahant, effuſo curſu ad Lotharingicæ militiæ exercitum ſe proripiunt, quid duce Carolo factum ſit, narraturi. Ante diem tertium Kalendas Martias, Condæus Bruxellas veniens, ab Archiduce magnificum in modum exceptus fuit. Fonſaldaunius militum pulchrâ manu circumſeptus, & omnium conciliatrice auctus pecuniâ ad legiones mittitur: ut exaſperati Lotharingicorum animi, accepto in aliquot menſes ſtipendio, haud gravatè lenirentur. His igitur ſpeciatim denarratis propius fidem fuit, ducem quantumvis aſtutum decipi potuiſſe & capi: gratiæque ſuperis actæ, quod eam rem tam fœlici exitu peragere, mortalibus conceſſerint. Trevir etiam rei bene gerendæ occaſionem ne prætermitteret, conſcriptum à ſe militem,

litem, Hammerſteinam ab Lotharingicis occupatam extemplò mittendum curat. nec mora, ut venit miles, arx deditur, Lotharingici expelluntur. Menſe extremo prioris anni Paris Lodronius Salisburgenſis Archiepiſcopus vitâ exceſſerat. Ejus in locum ab Illuſtriſſimis Metropolitici collegii Canonicis, *Guidobaldus Thuna* Comes tertio Februarii eſt ſubrogatus. Ratiſponæ in concilio urbium liberarum, civitatis Bremenſium legato locus datus eſt. Lotharingus paulò ante *Furnierum* iſtuc miſerat; cui grande convitium fecerunt, ut ille interpretabatur: quod eum promeritis heri ſui, concilio expoſerint. ſed facilè illi ſe tuebantur: quid enim indignius, quàm ejus audiri apud Imperii ordines legationem, qui publicus ordinum, Imperiique illuſor, vexatorque, amici tantum perſonam non animum gerat. *Furnierus* ut ſe relictum, deſpectumque videbat à Principum collegio ad Cæſarem adit: ei literas ducis manu exaratas tradit: *quibus ille docet non tam pravo ſe ingenio eſſe, ut eorum quæ Imperii ordinibus ſanctè promiſerit, non ſit memor: ac in eo jam ſe verſari confirmat, uti ex agro Leodienſi, terriſque imperio ſubjectis ſuos evocet milites. Huic rei perficiendæ, pridie idus Martias, diem finitum eſſe.* Fieri poteſt ut ita ſenſerit, uti literis ſentire præferebat, ſed parum fidei reperit, qui toties decepit. Atque ut ita maximè ſenſerit, is tamen nuntius, qui memorabili aſtu circumventū eum, in cuſtodiamque miſſum ſub idem tempus afferebat; multò gratior Cæſaris, Imperiique ordinum auribus accidebat. *Sancti Amoris Comes* Ratiſponam attigerat, traditiſque Hiſpaniæ regis legato, ab Archiduce *Leopoldo Guilielmo* literis, Flavianam properè abit: inde Nicolaum Franciſcum Lotharingiæ Ducis fratrem, ad Caroli exercitûs moderandos evocat: is enim propter exſilium, tenuioris fortunæ evaſerat, & cum liberis duobus maſculi

Mori Paridis.

Electio Guidobaldi.

ſexus, Cæſaris benignitate alebatur Flavianæ: ſed pro temporis meliora promittentis opportunitate, ad Lotharingici nominis decus reparandum in Belgas invitatus, ut eò ſequeretur, animum facilè inclinabat.

Decimo ſeptimo Martii die Archiducis Leopol. & Maximiliani Eburonum Principis, Legati, ... Brabantia, conveniunt: qui amico inter animo congreſſi, omnia ad pacem componunt, ... lite non tantum maleficiis temperare juſſo, verùm etiam inde ex Epiſcopatu in Flandriã educto.

Grosbecius in cuſtodiã agitur. Exitu menſis *Paulus-Joannes Grosbecius* Cathedralis Leodienſium Eccleſiæ Præpoſitus, Maximiliani Principis juſſu, per tres milites apprehenſus in palatium captivus ducitur. Inde poſtea Cæſaris inſulam (civitas eſt in agro Colonienſi ad Rhenum ſita flumen) rhedæ impoſitus, pertrahitur: rhedam fortis militum manus, cuſtodiæ cauſâ comitabatur.

Aſpretum ſive aſpricollis Scharpenhövel. Leopoldus Archidux, Lovanium Bruxellis profectus octavo Aprilis die *Aſpretum* venit. Eſt is locus in Flandria, ſabuloſo aſperoque in colle peregrinationibus hominum ad Deiparam cultiſſimus. Inſigni ad pietatem templo exſtructo clarus, neque mirabilium rerum, quæque in ſalute, corpore animoque affectorum, fieri conſueverunt inſolens. Venit eòdem ſereniſſimus Elector Colonienſis Leodienſiũ antiſtes, & audiẽte Archiduce, rem divinam magnâ cum pietate peregit.

Lotharingi ducis frater in Brabantiã venit. Nicolaus Franciſcus Viennâ Ratiſponam ad ſalutandum Cæſarem prius conceſſit, præclaro nobiliſſimorum equitum comitatu ſeptus. Ibi pro eo ac debuit honorificè exceptus, aliquot dies manſit, indeque in Germaniam inferiorem iter inſtituit. *Coloniam Agrippinenſem* ſecundo Rheno navigans attigit, portâ potoriâ urbem ingreſſus, honorario (qui mos eſt illius magiſtratus) vino donatur, epuloque excipitur. Poſtridie, quàm venerat, certis itineribus per *Sicambros* in

Braban-

Brabantiam deflexit, ubique fere locorum læte ampliterque habitus; ſed non alibi apparatiu quam Bruxellis: eò priuſquam intraret, ab Archiduce miſſus ei obviam eſt *Moterinus* Comes qui mularum agmen adducens, impedimenta ducis, ſarcinaſque provehendas curaret, & Maii Nonis, per Aſpretum Bruxellas, honoris cauſa deduceret. Eſt illic, maximo urbis applauſu, tormentorum omnium feſta explosione tubarum clangore exceptus. Quinto poſt adventum die, novas litteras evulgat Archidux: quibus docet facto opus fuiſſe quemadmodum fecerat, ut Lotharingicæ domus bona tantiſper, dum adveniſſet *Nicolaus Franciſcus*, per duos cognitæ fidei arcarios cuſtodita ſervarentur. Verum quia nunc adveniſſet, isto miniſterio ſolvi arcarios ærarios priores; & omnia ad Franciſcum bona æquiſſimo jure transmitti. *Iis bonis* Franciſcus potiatur, *utatur, fruaturque; alios eiſdem donet, ea commutet oppignoretve, commutari, oppignorarique ſinat: uti maximè Lotharingicæ familiæ integrum & conducibile fuerit; neque eum quiſquam eo jure deturbet. Immò verò, qui accepti & expenſi curam habent*, Nicolaum Franciſcum *Caroli fratrem, pro hero ſuo habeant: rationaria illi ſua exhibeant.* His ita conſtitutis menſe proximo itum in Atrebates, Flandriamq; eſt. *Nicolaus Franciſcus* Gandavo, *Cortracum* proficiſcens ad copias Lotharingicas propè ſancti *Venantii* fanum venit: luſtrandi exercitus locus, haud procul *Duaco*, erat ducum imperio deſignatus. Princeps Lignius, Dux Vuirtæburgicus è Valoncenatibus profecti, luſtrationibus interſunt. *Condæus*, non longè ab *Stenæa*, ſedecim millium armatorum caſtra poſuit. Jungunt deinde militum conferiiſſimas manus, & *Nemetacenſem* in agrum maximo effuſi numero metropolim Atrebatum obſidione cingere, foſſas ducere, pluteos vineaſque agere incipiunt.

Litera Archiducis publicata.

ſiunt. Viderat caſtra illic animorum plena Leopoldus: & hoſpitia militum tabernaculaque inſucos, magnam capiendæ urbis ſpem ceperat, ſed fruſtra.

Ab Eidibus Januariis, in ante diem quintum decimum, Kalendas Junias, quo Ratiſponâ Cæſar exceſſit: ingenti comitiorum æſtu fremituque ordinibus Imperii, liberiſque civitatibus agitatum eſt: ne quid amplius ad quietem Germaniæ deeſſet. Conſultatores enim ſemel atque iterum in dies ſingulos congregati, omnia ad effectũ adducere laborabant. abitum Ratiſponâ Cæſar ante Aprilis exitum animo præſumſerat, bonam tamen inſequentis Maii partem ibi hærendum illi fuit. & quia diutius manere non poterat, ſecundum juſtitiæ adminiſtrandæ concluſas rationes, remque fœnebrem paragrapho de indaganda comprehenſam, patriæ ſecuritatis & communis omnium defenſionis argumenta expeditiſſime concluſa, determinataq; ſunt. alia, quæ definienda ſupererant, in proximos deputatorum imperii conventus remiſſa.

Nihil itaque ad abitum Cæſaris reſtare videbatur, quam ut imperii *receſſus* conderetur; ita nominant certam eorum inſtitutionem, quæ in comitiis tractata obſervari per imperii fines volunt. Is uti conficeret deligentem fidamque operam navarunt *Dieterichſteina* Regulus, Curtii quoque & *Oetingæ* Comites. Sub hæc Fechtâ excedunt præſidii Suedici commilitones: & licet ægrè, cunctanterque id fieret, Monaſterienſi tamen Epiſcopo annuente, & eâ quæ numerari antè debebat per *Hoffſtetterum Cunabergenſem*, ad extremum Aprilis exſolutâ pecuniâ, ante diem tertium idus Maii abeunt, pyrii pulveris centum & octo libras, cum octo majoribus tormentis reliquerunt. Et ne vacuus præſidio locus eſſet, quingenti ab Epiſcopo viri eòdem intromiſſi ſunt. Pridie

Receſſus imperii conditur.

Fechtâ excedit præſidium Suedicum.

idus gratos Deo laudeſque in templis habitæ : & poſt factum ſolenne ſacrificium; divi Ambroſii & Auguſtini hymnus communi accolarum decantatus lætitia eſt.

Cæſar abitum parat Ratiſponâ. Decimo quinto Kalendas Junias, ad abitum Cæſaris, Regiſque Romanorum comparata erant Ratiſponæ omnia: matutinum tempus in templo piè conſumtum. Venit iſtuc ex Epiſcopi aula per cavædium cum ſuis Cæſar, ut divinæ rei intereſſet. deducebatur verò diſpoſitiſſimo ordinum Imperii, civitatúmque legatorum Comitatu: qui omnes in Baſilicam concorditer ſuccedentes, ad Chriſto Deo gratias agendum proficiſcebantur. Eminebant in his *Moguntinus* & *Heidelbergenſis Electores*, etiamſi alter horum Catholicæ Eccleſiæ ſacra non agnoſceret. Ratiſponæ Antiſtes rem ſacram faciebat. Ab undecima in tertiam uſque horam, *receſſus Imperii* omnibus prælectus eſt. Ei lectioni, auditorioque equeſtris ordinis hypocauſtum, locus deſtinatus fuit. Sub quartam; pientiſſimus Imperator Ferdinandus, cum ſereniſſimâ conjuge Eleonorâ, cumque Romanorum Rege cognomine filio, ex aula Epiſcopi ſe ſe commovent. Rheda pro aulæ foribus eos manebat, quam ubi inſcendiſſent, molliter conſederunt. Magiſtratus urbis, aliique externi magni nominis viri, honoris causâ ſequebātur. Signa octo cū pręſidiario milite, ab illa inde domo, ubi ſummi principes *abit.* hoſpitati fuerunt, uſque ad ſublicium pontem, qui extra urbem ſtratus ſuper flumen Danubium eſt; honoris & obſequii plena geſtantium arma, ab utriſque platearum lateribus, alter alterum contingentes conſtiterant. Nulla ex tormentis exploſio, nulla ex fiſtulis facta eſt: quod filia Cæſaris tenui eſſet valetudine, neque crepitus illos, tonitruſve ſecundis auribus uſurparet. Hinc lætior in animos omnium influebat exercitatiſſimorum vox ſymphoniacorum ac tubicinum, quorum alii

C[illegible] [illegible] die [illegible]

ad

ad littus, alii ad navium tranſtra ſubſiſtentes, hilaritudinis omnia complebant, ipſis etiam ſtupentibus ad modos canentium lymphis. nec minus interim jucundo perſtrepebat ſono, ærea tympana tundentes chalcotribæ, Naves erant in flumine ad nonaginta, pars tectæ, pars apertæ. Eò, cum veniſſent, maximi principes è rheda in pulcherrimè ædificatam navem deſcendunt: & ampliſſimo Germaniæ civium ſenatu, concilioque bene vivere, & valere juſſo feliciter navigantes abeunt. Præſul Moguntinus, & Heidelbergenſis Octovir ultimam diſcedentibus, cum officii pleniſſima ſignificatione, ſalutem in ripa dixerunt. *Straubingam* prius, quàm altero die attingere, illis quum negaretur: hujus diei noctem *Ilcopha* tranſegerunt; ſecundo, *Cellam Haphnerorum*; tertio, *Sarmingeſteinam*; quarto circa veſperum die, *Neoburgum* (eſt id obſeptis, clauſiſque ad colendam pietatem, frequentatum hominibus cœnobium) ſalvi, incolumeſque pervenerunt. A Bavariæ ducibus luculentiſſimè, amiciſſimèque accepti hoſpitiis, epuliſque ſunt. *Neoburgi* illis tantiſper commorari placuit, dum Flavianam præmiſſus foret, qui de excipiendo ibi cum ſuis Cæſare (pridie Kalendas Junii tum erat) viduam Imperatricem, urbiſque & Gymnaſii antiſtites commonefacerent. Vix allatus eò nuncius eſt, quin ſummi infimique civium, communi lætitia exultantes congrederentur, munditiarum pro ſe quiſque ſtudioſiſſimi. Eodem adhuc die Leopoldus Ignatius Archidux, Cæſarum genus heroicâ indole præferens ad ſalutandos parentes, fratremque, inde Flavianâ Neoburgum contendit; intrantium in urbem honoribus, pompæque lumen haut malignum illaturus. Miſſi eòdem à conſiliariis: urbis vicarius, prætorio Præfectus, Mareſcallus: qui Cæſarem, quid fieri potiſſimum ſibi ingredienti vellet, percontarentur. redierunt illi

Neoburgum venit.

Leopoldus Ignatius Archidux, obviam proficiſcitur.

poſtero die benè manè. tùm ad ſigna tympanis vocati cives, excitati per urbem triumphales arcus ad finem perduci, equitum catervæ ephippiis decorari armis; caſtro omnes ad ſigna adeſſe cœperunt. Horâ nonâ, ſecundo provecta Danubio, Cæſaris filia in navi appulit. Ea, ſimul venisset, in arcem Cæſaris ducta, ut valetudinem curare, & ne perturbari tormentorum fragore poſſet. *Carnorum* etiam & *Lebellorum* propugnaculis quæ propius arcem ſunt, nulla ad explodendum tormenta invecta erant. Equitum ſex cohortes ex provincialibus collectæ, ſplendidiſſimo ad militiæ honorem cinctu adornatæ apparere ſtudebant. Quatuor equitum centuriæ, rubri coloris, panno circumfulgebant, & togis atque palliis, duplici argenteis operis limborum mœandro collucentibus, induebantur. in his, ubi pectora tegunt, tergaque & humeros: Auſtriorum radiabat inſigne, & ex candidis, roſeiſque bombycinis (*Atlaſſa* vocant) Archiducalis galerus, artifice inſertis acu, ſpectabatur. marginatis albentium pilorum tegminibus, vertices capitum ſupra aures integebantur. ea tegmina ſingula, ubi arctiorem orbiculum margo compingit, purpureo circũcluſa licio, non ſine albi rubrique colorum plumis, volitabant. Alteræ duæ Equitum centuriæ, loricis atque galeis intecta corpora tenebant. circum galeas ſpiræ ſpergebant albentes atque rubeæ pretioſo infectum cocco ſericum, loricas ornabat ſyrma, ab ſiniſtro humero per terga, pectuſque complicatum, in nodos committebatur & limbo æquali diſcrimine fimbriato; ad poplitum flexus defluens, illudentis comiter auræ flatu percellebatur. Aliæ duæ in procinctu equeſtres centuriæ erant. uni præerat cum legato ſuo *Springero*, *Thomas Guolfgangus Prucinegger* reipublicæ Flavianæ conſul. in eam gregatim ſe conjuncturi veniebant civilis judicii aſſeſſores, ſenatorii ordinis viri, aliique

Flaviana Cæſar. & Rex. Rom. expectatur.

Flaviana, Wien.

que Urbis negotiorum actores. *Bartholomæus Schletſer*, magnus urbis camerarius, alteram ex civibus centuriam ductabat, collobio flavo, ſyrmate puniceo exornatam. Arcus triumphales, quos honoris cauſa ſubiret Cæſar, tres excitati ſunt. Unus, in loco *ad ſtipitem in ferro.* Alter, *ad ... eam.* Tertius, *carbonario in foro.* Ex his arcubus; poſt ſiparia, conopæaque muſicorum ac tubicinum, & æritundinorum chorus, lepidiſſimo concentu exaudiebatur. Vexilla ac tubæ Archiducalibus Auſtriæ Principum inſignibus præfulgebant. Quatuor item ſtudiorum decuriones. Theologici *Baccon...us.* Cauſidici *Hartmannus.* Medici *Magierus.* Philoſophici *Viſendus*, ſui â quiſque abollâ veſtiti *Ianum Guilielmum Managettam*, Academiæ id temporis magnificum Rectorem præibant. Solventibus igitur *Neoburgo*, pomeridiano tempore navibus: aliquot etiam antè horis ſpeculatores eas ex turribus, propugnaculiſque Flavianæ conſpicati ſunt. Navis imperatoria, uti erat nova, flavoque & nigro colore picta, eminus apparebat: neque enim eam latere patiebantur vexilla, & periſtromatia, quæ circumquaque adfixa, ventoque leni motitata, maximi principis vel ex longinquo præſentiam loquebantur. hæc ut primum ex alto proſpicientium in oculos incurrit, feſtivo muralium tormentorum bombo, è vallis lætiſſimè eſt præſalutata. Equeſtris honeſtamenti genus omne, per agrum *Tabatrenſem* ad Danubii ripas ex urbe effluxerat: ut quàm unquàm honorificentiſſimè, Cæſar cum ſuis exciperetur. *Ioannes Franciſcus Trautzo* Falcoſteinius: Hanſo Chriſtophorus Puccheimus, bellicæ aulæque conſiliorum præſes & Mareſcallus campi: Erneſtus *Abriſperga* & Trauni Comes, aliique dominationis Auſtriacæ ordines magno numero ad Danubium adfvêre. Cæſari, Conjugique Dominæ & Regi Archiduciqúe optatiſſi-

mum, cum inæſtimabili gaudio adventum congratulaturi. Ad terram ejectis anchoris magnifica navis adhærere cœperat: quum inde exſcendit primum Cæſar, & Imperatrix, deinde Rex Romanus, & Ignatius Joſephus Leopoldus Archidux aperta ſe camporum effundentes, pedibus conſtunt. primus, qui ſummos Principes amplexus, ac dextras eorum obſequioſe oſculatus, paucis alloquebatur, Veneti imperii legatus erat. *Joannes Baptiſta Suttinger* elimata ſanè, & grata oratione Cæſarem compellavit, Auſtriæ totius procerum verbis ac nomine. Ad eam amiciſſimo vultu reſpondit Cæſar: grata ſe acceptaque habere magnatum ac procerum obſequia, quæ *Suttingero* perorante cognoviſſet: ipſum verò quemadmodum hactenus eò cogitationes & curas paterno intenderit animo, unde illis qui ſibi ab optimo Deo concrediti ſint, hæreditariis dominatibus tranquilla libertas relinqueretur, incrementumque ac honos accederet: ita poſthac in eiſdem cogitationibus, conſiliiſque, ætatem ſe peracturum ſuam. Magnaq; ſpe vivere, illos viciſſim quomodo magnates optimos deceat, principem ſuum obſequiis, cum cura & fide, perpetuò culturos. Hęc ubi dicta: currus haut longè erat, qui quatuor ſummorum Principum corpora ſuo ordine recepit. & in urbem ingenti equitum peditumque honorariorum comitante, ac deducente agmine provexit. præter hunc currum quadraginta erant carpenta, quæ ſenis equis juncta trahebantur. ut ventum ad *rubram turrim* eſt, deſcendit ex equo Conſul, & unà cum interioris conſilii ſenatoribus; qui holoſerico nigreſcente aureis ſuppoſito catenulis, omnes ad pompam clareſcebant, Cæſarem præſtolatur. is ubi venit, ſermone brevi ſed accurato ſalutatus, claves urbis porrigente eas conſule in purpureis ex tramoſerico loculis accepit: quas illi unde acceperat, cum grati ſignificatione

Rubra turris Viennæ.

tione animi ubi reddidiſſet, per urbem vectus rheda in divi Stephani eſt. pro ejus templi foribus, excellens deaurati operis peplus oſtendebatur. cujus in medio Romana aquila, pictrice acu inſita bicipites alas efferebat. eum peplum, civitas faciendum curaverat. Exſcendit tum ex curru Cæſarum genus, pedibus iter in templum, ut Deo grates laudeſque agerentur, faciens. hic præſto erant literariæ reipublicæ *Rector Magnificus*, Profeſſores quoq;, pars epidromide academica, pars pallio veſtiti. urbis Epiſcopus, & Prælati collegiumque Cathedralicium, & Clerus, linea in veſte conſpiciebant: & ingredientes in templum, ſolenni cum cæremonia, ex luſtralis aquæ labro, leni rore aſpergunt. Managetta Academiæ princeps, Cæſarem cum filio Rege, eleganti oratiuncula ſalvere juſſit: ei cum breviter eſſet reſponſum à Cæſare: quatuor inſignium ſtudiorum decuriones, uraniſcum deferunt, ſub quo ſummi principes, in baſilicam ſunt ingreſſi. Monachorum cœtus, per templi latera utrimque diſpoſiti Deum precantes circumſiſtebant. tum hymnus Ambroſianus, muſicorum Cæſaris modulatiſſima voce criſpatus, quum inſonaret; tormentorum acceſſit hilaris per valla, propugnaculaque exploſio. gratiis Deo parenti, Chriſtianum in morem, actis: exceſſum è templo eſt. Cæſar cum conjuge, filiiſque currum repetiit, & inde à divi Stephani, per forcam, perque forum carbonarium ſub arcubus triumphali pompa ſubſtructis, in arcem penetravit. nihil hic à cive pedite, nihil ab equite prætermiſſum, quod honori eſſet, reverentiæque. Qui arci circumjicitur locus, ampliter ſanè neque ineleganter ad triumphum comparatus, ſex illas equitum ex provincialibus collectas cohortes, duaſque ex civibus complectebatur; aſcendentem in arcem palatium Cæſarem opperientes. Defunctum externis ſuorum honoribus Cæſarem,

 filius

filius natu minimus (*Ferdinan. lo Carolo Ioſepho* nomen ei eſt) domeſtica & interiri lętitiâ excepit, ſimul enim ventū in arcem eſſet, brevi & comta latini ſermoni gratulatiuncula, patrem fratremque Regē affatus, magno eos gaudio cumulavit, cordi enim vehementer erat Cæſari, generoſam *Leopoldinæ* coniugis ante annos quinq; à partu exſtinctæ, in dulciſſimo filiolo indolem, facundiamque intueri: quam ſi Deus ad roboris, ingeniiſque maturitatem accedere ſineret, juvaretque: omnia ab illo heroica exſpectari poſſe, magna illi ſpes fiebat. Et hæc quidem communi procerum ac plebis exultatione ad exitum per[illegible] Cæſar inde *Laxeburgo*, Thermopolim [*Badam* Germani dicunt) profectus erat valetudinis causâ, & quòd Flavianæ magnis provocati caloribus morbi graſſabantur, *Eberipagum* ſe contulit pridie nonas Julias.

Rex Romanus obit diem ſuū, nono Iulii. Sed vix quadrageſimum, poſt hanc Flavianæ celebratam pompam, Ferdinando quarto diem illuceſcere vidimus: quum nobis, longè aliud ſperantibus, excederet è vita; inſigni mortalium documento: nihil fiduciæ in rebus ineſſe humanis, lætaque ſimul & florentia ſubito caſu intercidere. poſteaquam Cæſari de filii morte renunciatum eſt, pro eo ac fert naturæ inſtinctus graviſſimè doluit, nempe quod tempeſtatibus maximis in alto ſuperatis, ibi navis frangeretur, ubi in tuto eſſe, credi poterat. Sed animos illi conſtantiaſque Chriſtiana rurſus indiderunt ſacra: *pro imperio mortali cœleſtis regni hæreditatem Deo propitio, adiiſſe filium ſibi cariſſimum. Chriſtum ſibi interea ætatem prorogaturum, ne quid capiat detrimenti morte filii reſpublica, quam pater, Deorum beneficio diu adhuc ſuperſtes futurus, regeret.* Flavianæ ſe

Morbus regis deſcribitur. tenebat Rex Romanus, quum ante diem tertium nonas Julias puſilli morbo affici & decumbere inciperet. Varioli erant, in exanthemata per corpus regium

regnum efflorescentes: mortifera adultiori ætati fuês. Qui curationi præerant, licet magnopere æstuarent, tanti mali ex insperato urgentis vim pellere non potuerunt. Ante diem septimum idus Julii, benè manè sub auroram (Christi corporis viatico, unctioneque extremâ, catholicum in morem antè procuratus) Deo reposcenti animam placidè reddidit: quæ hoc multò purior emigravit è corpore, quò mundi rerum ac præstigiarum, sub piissimo patre imperitior exstitit. Namque unum & viginti annos nondum expleverat, & virgine castior excedebat è vita. Mortis regiæ casum prodigia ... asse dicebantur, *terræ motus, & venti Austriam, incendium in Hungaria, Raabam civitatem deformaverant, aquilæ pullus Cæsaria in arce nutritus inde avolare, nec redire visus, quò terrarum devenerit, incompertum.* Corpus mortui exenteratum & aromatibus conditum, in Cappucinorum æde, funerali pompa deponitur, cor ibidem sepelitur. Intestina in Cathedrali ecclesia sancti Stephani basilica, humata sunt. Sexto & vigesimo Octobris, *Eberipago Flavianam* Cæsar contendit, hiemem ibi acturus, quòd morbi contages abire sentiretur. ex manibus verò tanto dolore laboravit per tempus aliquod, ut nihil subscribere posset. *Denhovius* à Polono ad Cæsarem legatus mittitur. Is pridie natalem Bartholomæi Apostoli sub vesperum horâ sextâ Flavianam attigit, ordines Austriæ in luctu affuêre, & pullâ in veste ministri aulæ, satellitesque circumstetere. Augustinensium in templo, quod arci imminet, justa funebria mortuo fieri debebant. Excitatum ibi magnis operibus *doloris castrum* (sic enim vocant sepulcralem pyramidem) eminebat. mortui Regis eicon affigebatur, non ejus qui exspiraſſet, sed profunda, secundùm quietem contemplantis, specie. cerei circumlucebant supra mille. Huc post meridiem die proximo circiter

Prodigia mortis regiæ nuncia.

Cæsar Viennam redit.

Castrum doloris

horam quartam proceſſit cum ſuis Cæſar & inferiarum precibus, quæ vigiliæ & officium Defunctorum dicuntur, per duas horas facilè interfuit, die inſequenti (tertia erat feria hebdomadis) ad horam nonam ſacrificium Miſſæ factum: & funebris oratio perorante Cæſaris Eccleſiaſtâ *Tullero* habebatur. inter ſacrificandum offertorium ... peragitur, circum aram iêre offerendi cauſa Cæſar & Archidux *Iaſeph Ignatius Leopoldus*, haut parvo magnatum numero ſubſequentium Comitati. Affuere Auguſtiſſima Imperatrix, & fœminarum nobiliſſimæ, toto Auguſtali gynæceo ordinatim ſubſequente. Cæſar atro ſed oblongo tectus pallio incedebat. ei pallio, aureum vellus injectum, ambitiosè adhæſerat. Vultus, ne conſpici poſſet, nigra ſuper petaſum circumveſtitus pallâ, inregebatur. Hæc ſacra poſtquam tribus diebus ordine ſuo peracta fuiſſent, *Eberipagum* ſe ad vindemiam recepêre; quæ hoc anno copiosè admodum & locupletem in modum obvenerat: vaſorum copiam largiore vini proventu multum vincente. Per totum verò Romanum Germanicæ nationis imperium exequiæ Regis cenotaphio per templa exſtructo fiebat. Quin & Romæ in monte Quirinali, collegæ Cardinales pro mortui ſalute ſolemniter, ac ritè ſupplicarunt, Eminentiſſimo Columna ſacris operante. Interim in Saxonia Occidentali tumultuatum eſt. Monaſterienſi Epiſcopo, (is erat *Chriſtophorus Bernardus Galenius*,) cum cathedralitii ejus collegii Decano, parum conveniebat: immò verò, nullum tam acrem adverſarium, Epiſcopus, quàm Decanum (is *Bernardus Malinchrotius* dicebatur) expertus fuit: nam, electioni ejus intercedere non dubitaverat; & plurimos è civibus ſuarum partium quum feciſſet, doctrina & ingenio ſubnixus, in Epiſcopum non mediocriter invehendo, diſcordiarum fomitem in urbe accenderat. ne latius hic vagaretur ignis,

Larga vindemia.

Cenotaphia.

Monaſterii VVeſtphalorum turba.

ignis, remedium quærenti Epiſcopo, placuit eum per vim ſuæ poteſtatis facere. Duodecim armati fuêre, qui hoc in ſe negotii ſuſceperunt: ii in domum Malincrothii involant, indeque eum abripere tentant. Ille, ubi voluntatem, conatumque hominum ſenſit, generosè & comiter ſimulat, ſe ſponte ſecuturum quò velint: violentia opus non eſſe, & ſuſpicione eorum citius, adornatâ fugâ, domo ſe ejicit; oſtio pòſt obſerato, & duodecim illis domi incluſis. famuli rem, uti contigerat, civibus heri ſui ſtudioſis, extemplo denarrant: illi conglobati, confertique domum irrumpunt, quoſque ibi adepti ſunt, fuſtibus contuſos, & brachiis, lateribuſque liventes, ac plumbeos, domo exturbant. Sed quòd Societatis Ieſuiticæ homines, capiendi Malincrothii authoritatem defugere non poſſe videbantur: in illorum collegium impreſſionem ſubitò faciunt cives; portiſque & januis diſſectis, militari licentia, in obvia quævis debacchantur. Hi tumultus inſequentis anni principio, compoſiti ſunt; ita, ut Malincrothius ſolum vertere, & cives, Epiſcopale intra urbem præſidium accipere debuerint. Per idem tempus *Delphis in Batavia* incenſio fuit, tantâ popularium ac finitimorum conſternatione, ut diem ſupremum orbi illuxiſſe putaverint. Eſt ibi receptaculum pyrii pulveris, ex lapidibus cum fornice ad mœnia extructum, ſubter fornicem hypogæum erat, intus pondo pulveris centum & quinquaginta millia ſervabantur. eò ignis forte aſpiraverat, correptumque curſim, gliſcentem flammis pulverem in altum excutiens, quingentas domos facilè abſumſit. nubes fumi caliginoſiſſima, ſimul tenebrarum, ſimul teterrimi nidoris, urbem impleverat: non ſecus atque ſi diruptis infernæ domus ſepimentis, damnatorum pœnas in mundum exhalatas appareret. mille & ducenti omnis ætatis ac ſexûs hominum eo caſu interiere.

Exuſtio domorum ex inflammato pulveris nitrati conditorio, Delphis.

re. multi ab ruinis intacti, metu exanimati ſunt, affectorum eâ pernicie, & vulneratorum major numerus fuit, quibus juvandis curandiſque, unius terræ chirurgi parum erant. è vicinis ita que locis, qui medicinam facerent, arceſſebantur. illorum, qui incidentium in ſe parietum, ſaxorumque ac trabium libramentis & truncis oppreſſi jacebant, nemo ſervatus: excepto ſene octogenario, qui in lecto ſine noxa fuerat: & trienni puero, qui ſediculæ impoſitus, poſt quatuor & viginti horas, ſalvò corporis, animique habitu, repertus prodigiosè eſt.

Per inferioris Saxoniæ tractum, Suethico exercitu jus in armis ferente, valdè vehementer trepidatum eſt. Brema petebatur nobilis Civitas præter quam Viſurgis fluit, qui inſignes onerarias naves actuariaſque facilè patitur. Ejus incolæ, partim opulentia ſuperiorum temporum, partim faſtu ingenito, nullius hominis, neſcio an Dei imperium æquo animo ferebant, Chriſtianitatis diſciplina jacebat, ſacris addicti homines in luxum diſcincti nepotari aſſueverant, Calvinianæ perſuaſioni plerique ſtudebant. Catholicos ritus omnes execrabantur. huc ergo ſe intulit Suedici Martis impetus Konigsmarco præcipuè & Phrangele ducibus. Munimentum ibi eſt, non ita longe ab urbe ſitum qui *Burgus* dicitur. In eo ſtipendiarii Bremenſium Civitatis conſederant, qui ut pellerentur, Konigsmarcus animo vehementer laborabat, & ex *Luneburgo*, *Suedia*, *Holſatiaque* conducto in unum exercitu, ad obſidendum iſtuc proficiſcitur. Poſtridie Calendas Aprilis foſſas duci, vineaſque agi imperat, ne quid incommodi ſuis importaretur, dum obſidio durabat, tantâ verò contentione oppugnare incipit, ut pyrobolis, glandibuſque immiſſis, complures enecarentur, inter quos munimento præfectus ceciderat. Obſeſſi poſtquam de ſe liberandis deſperaverant,

Burgus deditur Konigſmarco.

neque

neque in auxilii ſpem venire poſſent, dedere ſe coguntur. Burgo jam capto, Bremæ non mediocriter timebatur; tum quia Konigſmarcum ſeriò, & cum cura rem aggreſſurum ſuſpicabantur, tum quia cives inter ſe diſcordabant: privati magiſtratum gerentibus non ſatis confidebant. Porrò in urbe reperiebantur, qui incendia facere civiumque tecta inflammare, & exurere conjuraverant. *Burcardus Loſecanus*, tanti facinoris author captus, & cum conſciis capite plexus eſt. Verùm illi qui armis tecta, agrumque Bremenſem defendendum ſuſceperant, militiæ non rudes erant, quique inſignibus factis ſtipendiis, belli inclaruerant. hi vim & dolos inſtruunt, ut Burgus recipiatur. Eâ nocte quæ vigeſimum quintum Junii diem antecedit, è Brema ſilenti agminè proficiſcuntur; & ſeſqui horæ ſpatio (tanta fuit corporum alacritas tanta animorum) Burgum tripartitò aggreſſi, ſuæ poteſtatis iterum faciunt. *Forbuſca*, quem *Konigſmarcus* munitioni tuendæ præfecerat, cum non paucis ſuorum fortiter pugnans occubuiſſe dicitur. quatuor ſupra quadraginta captivi Bremam ducuntur: alii quod vitæ ſuæ parci petebant, exuti armis *Stadam* amittuntur. Bremenſium non plus viginti eo prælio deperierunt. Proviſæ omnis rei, in cibaria, in tormenta copiam, quæ annum ſufficere poſſit, repererunt; ut bis lætari viderentur, hinc per cauſam recuperati Burgi, inde propter adeptam commeatus vim. Hi ſucceſſus animoſiores illos fecêre; ne ibi ſiſterent gradum, ſed menſe proximo eâdem felicitate *Fhegeſaccum* (arx eſt munita à Suedis) & aggrederentur, & obtinerent. *Braunus* qui præſidio præerat interfectus eſt, decuriones alii *Stadam* ire permiſſi, milites octoginta Bremenſibus immiſti ſunt: ænea tormenta ſeptem, libras bis mille pulveris, octingenta funiculorum pondo, mille ac ducentas plumbearum glandium libras, globos

Bremenſis civitatis diſcordia.

Burgus recipitur

commeatus in annum repertus.

globos ferreos omnis generis propè innumerabiles, pyrobolos, bolides triginta ſupra centum, orcas picis duas, ſulphuris unam, frugis verò & farinæ & hordei vim copioſam adipiſcuntur. Hac rurſus læti fortunâ alas extendere latius cœperunt & Pherdenſem in agrum delati, Suedorum ex illa urbe præſidium ad conſerendas manus eliciunt. Ubi vident Suedi, ſe illorum virtute inferiores, (multi enim ex iis ceciderant) effuſiſſimâ per Æræ fluminis pontem fugâ, in adverſam ripam dilabuntur, pontemque delapſi abrumpunt. Bremenſes rectà in oppidum contendunt, gratulantium vocibus benevolè accepti: unus eo prælio occiſus, quinque vulnerati ſunt. Et quò ſine direptione, ſine maleficio Bremenſium civitatis milites ad ſuos reverterentur, *Pherdenſes oppidani*, quod Suedis antea tributi pendebant, illis in poſterum ſe daturos polliciti ſunt: eâ conditione maleficio omni temperatum. Poſtridie Kalendas Sextilis, *Thedincuſas* itum, quæ munitio erat Vuittæbergi agminum ductoris: & ſeptuaginta militum præſidio Konigſmarci operâ confirmata fuerat, ibi ſe magnopere tueri contendebant. poſt quatuordecim horarum continuatam è tormentis, *quos canonos*, dicunt, verberationem, in poteſtatem Bremenſium venere. illi continuò delere urbem, & funditus exſcindere conſtituunt. Maximus fabrorum numerus, cum ferramentis eò miſſo qui opera omnia tectaque demolirentur, & quod ædium ac propugnaculorum fuit, ſolo æquarent. Dum ſunt in eo eo fabri ut munimenta, domoſque dejiciant, ſupervenientium ex inſperato Suedicæ militiæ legionariorum irruptionibus oppreſſi, incepto abſiſtunt. Phrangel Stadâ advenerat, cum fortiſſimis copiis, qui pleriſque è Bremenſium civitatis peditatu cæſis, equites fugâ ſpargebat. inde *Pherdam* ſe contulit, de ſumma rerum cum ſuis conſultaturus. Hujus adventu,

Pherda potiuntur Bremenſes.

timor

Timor multò maximus Bremenſium civitatis fuit: at rebus cæteris tantiſper dilatis, uni *Burgo* projiciendum, ac ne iſtuc repente involarent, omnes circa aditus obſtruendos, ac foſſas, quibus impediri iter poſſet, ducendas curarent. non diu poſt revocato in Pomeraniam edicto regis *Phrangele Konigsmarcus* apud exercitum manſit: is omnia impigerrime, uti *Burgo* potiretur; adminiſtrare & providere cœpit. Bremenſes interim per loca Burgo vicini diſpoſiti, ejus conata repellere & impedire allaborant. Burgo præerat Balthaſar quidam, vir ſtrenuus; & manu promtus, qui *Suecis* aliquando ſtipendia fecerat: ejus imperio noningenti viri tormentis & commeatibus ſatis inſtructi dicto audientes erant, ubicunque ſe offerret hoſtis, obviam ire & obſiſtere parati. Konigsmarcus ubi dies aliquot, ad Burgi partem qua à occidens eſt, ſupra *Leſem* amniculum, caſtris poſitis, foſſiſque & operibus communitis conſediſſet; nihil ſe dignum, quòd aquæ eo tempore magnæ eſſent, conficere potuit. exercitum igitur præter urbem Bremam tranſduxit, & via Hennippia ac ture Valderenſi, in alteram partem contentione ſumma enixus, quatuor locis *Burgum* ſimul aggredi cœpit: ſeptem millibus enim viris auctus fuerat, ſed magnâ Balthaſaris ejuſque militum virtute retardatus, langueſcebat paulatim; & expugnationem in alium diem extollebat: donec reſici exercitus, occiſique qui erant ad octingentos condi humo, ſepulturaque affici poſſent. Qui illum recto itinere foſſarum objectu intercludere parabant, ex locis Burgo vicinis Viſurgim tranſmittunt, ac quanta poſſunt maxima celeritate, Bremam ſe recipiunt. Erant per idem tempus, Bremæ ex Monaſterio, Luneburge, & Brandeburgo, Lubecâ item & Hamburgo legati, hi magiſtratum ejus civitatis incitare

&

& cohortari cœperunt, ut Burgum Konigsmarco dederent in poteſtatem, ſi arma ponere tantiſper, & civitatem ſuo in ſtatu permittere velit, donec legatio *Mindinæ* conveniat, quæ in ante diem decimum quintum Calendarum Decembrium indicta ſit, id cohortationis ſive conſilii, non videbatur diſplicere civitati: ſed qui ad Konigsmarcum deprecatores mitterentur, quæſitum Monaſterienſibus & Luneburgicis hanc proviciam ſuſcipere placuit. Hi quum pleno irarum hoſti verba dare, & manum adire non poſſent, confuſo vultu, re infecta Bremam reverterunt.

Konigſmarci pertinacia.

Konigsmarcus incepto non deſtitit. Burgum in poteſtatem ſuam redegit, permittentibus ſe furori ejus aut clementiæ caſtellanis. Ex noningentis qui *Burgi* præſidio erant impoſiti ad ducentorum & quinquaginta numerum redacti Suedis immiſcebantur: præfectus cum decurionibus Bremam remittuntur. Burgo recepto placatior fuit Konigsmarci animus, ut oratorem Brandeburgenſis Octoviri *Veſenbecium* nomine, hautquaquam repudiaret, & civitatum Anſeaticarum legatos admitteret. illi bimeſtres inducias ab illo obtinuiſſe, his conditionibus dicuntur. *Tormenta quæ in Burgi expugnatione Brema accepit, ea reſtituito. Milites quorum nunc plus, quam ante habuit exauctorato. Caſtellum quod hoc bello prope novam civitatem excitatum eſt, demolitor. Eccleſiæ Cathedralis Canonicos eâ dignitate exuito, eorum loco Suedos ſuffici & cooptari ſinito. Decem & quinque millia imperialium nummûm in ſingulos menſes elargitor. decem & quatuor millium librarum panem, centum & quadraginta cereviſiæ cuppas, toto bimeſtri quanto tempore hæ induciæ durabunt, pendito. Si tempore induciarum exacto, nondum pax conſtabit, marte arbitro, quid cujuſque formulæ juris eſſe debeat, ceptetur.* Menſe Octobri partis utriuſque conciliatores *Stadam* venerunt. Hic in Decem

duum mē-ſium inducias concedit.

que jactari Bremenſes, ad poſtremum ut con‑
[illegible] pacis convenirent, effecerunt. Fuerunt
rem hæ. *De civitatis Bremenſium libertate quæ‑*
[illegible] controverſia, mediata illa ſit nec ne, in alte‑
[illegible] temporis tranſactionem protollatur: & utriuſ‑
[illegible] reſerventur, ut nihil interim hoſtili animo
[illegible] intentetur. His reſervatis, *Bremenſium*
[illegible] regi Sueciæ regnique ejus ſucceſſoribus fidem
[illegible], quia Bremenſis ducatus Suediæ regum ſit. Sce‑
ningus Roſenhanes illuſtriſſimus vir, *poſſeſſionem*
urbis, nomine regis capiat. Contra Suediæ regem
fœdus Brema ne percutiat. Pericula omnia atque
inimicitias à toto Bremenſi tractu propulſare ju‑
vet, defenſionis media procuret. Canonicis pe
qui patrocinentur. *civitatis præfecti ſuo in ſtatu*
permaneant. Iudicia aulica, pari obſervantia at‑
que conſuetum eſt hactenus fieri, *ſemel in anno*
habeantur. *Bederkeſſiam ditionem*, & quicquid in
oppidum *Leam* juris Brema habuit, Suediæ regi
cedat. Burgus *in poſſeſſione regis maneat, tantiſper*
dum æquis exactionibus ſuper eo convenerit. Blu‑
mætuálium & Phegeſaccus, *ſint Bremenſium civi‑*
tatis, quemadmodum anteæ fuerunt, excepto quod pro
[illegible] Suedum agnoſcant, tanquam ſuperiorem. dimi‑
dium ſtipendii ex Goeris in ærarium Stadenſe à Bre‑
menſibus inferatur. Sanctorum Anſgarii & Stepha‑
[illegible] collegia his conſtitutionibus non includantur, in po‑
[illegible] rum ea compoſitio fieri poterit. Regiæ majeſtatis
ſubditi, qui ligna, & ceſpites inſolatos, vulgò torff
eò venialia deportant, vectigalium immunes ha‑
beantur, neque conſumtionum impenſis graventur.
publica Bremenſis ducatus debita, quantum eo‑
rum fuit *Gueiſphalicæ pacificationis tempore, pro ra‑*
ta portione ſolvenda, civitas curato. agris, qui novæ
urbis finibus ad clerum ſpectantes continentur, Bre‑
menſium civitatem pro ſua benignitate rex condo‑
nat. quare pro abducendis militiæ Suedicæ copiis duo‑
decies mille nummûm qui imperiales dicuntur, civi‑

Pacis conditiones.

Bremenſes in fidem & clientelam veniunt.

tas Bremenſium numerato. His conditionibus quietem pacti Bremenſes, à militum exauctorationibus initium cœperunt, ac Suedo ſe in fidem & clientelam permiſerunt. *Roſenhanes* & *Konigsmarkus*, *Hopkenus* item cancellariatus dire... multis nobilibus comitati Bremam conte... poſtridie eidus Decembris. Quum paſſuum mille adhuc ab urbe abeſſent, obviam illis prodiere opulentiſſimi mercatores, duarum cohortium equites. Vachmannus junior Syndicus advenientes benevolâ oratione excepit, cui pari facundia Suedorum nomine Hopkenus reſpondit. Bremenſium civitatis milites, ...ibus immiſti, & militaribus ornamentis conſpicui, ab ſuperiore urbis porta, ad ædes in quas novi hoſpites ducendi erant, longo ordine diſpoſiti ſtabant, ac pompam honorificentiſſimam, fiſtularum ac tormentorum ſolenni conſalutatione honorantes, mediam complectebantur. Altero die *bona eccleſiaſticorum poſſeſſum publicè eunt. Summa ædis canonicis moram, impedimentumque iniiciunt.* & ne quà ſe in fugam penetrent, *domos illorum equitum hoſpitio deligunt cuſtodia causâ.* Decanus, & Heringius ſenatus Canonicorum Syndicus, quum accepiſſent cuſtodes ſuos, vino eos deponunt, illi deliciis & mero conſopiti, de cuſtodiendo animum remittunt, ac utrique evadendi occaſionem præbent, in proximas civium domus clanculum dilabentibus. Duo qui adhuc cuſtodiebantur, Stadam deducti, ac inde in Suediam pro captivis allegati fuiſſent, niſi ejus urbis magiſtratus, ut mitius in illos conſuleretur, deprecati fuiſſent. fit interim ſcriptura Suedis verba præeuntibus, qua jure ſuo cedere Canonicos jubebant; eam ſcripturam illi duo ſubſcribere, & curiis decedere coacti ſunt. Tertio die concionem in ſumma æde *Ludemannus* habuit, ſacrorum apud Luthetanos magiſter. aſſtrant & ſymphoniaci dulci ore, fidibuſque carmi-

Canonici attinentur.

Cório Ludema ini.

[..]ulantes. Quum itum in templum, ac re[..]eſt, militares copiæ utrimque platearum [..]m armis, à templo in curiam ordine diſpoſitæ, præ[..]olabantur. Sed poſtquam civitas in curia, [..]â fide ſacramentum dixiſſet, uterque legato[..]egis aureo poculo donati ſunt, & à magiſtra[..]s largit[..]apparatum epulum iniêre; in quo [..]ptuaginta Sue[..]dorum nobilitatis ſecundum Bre[..]mæ optimates a[..]cubuerunt, non ſine convivalibus ludionum oble[..]amentis: ſed in primis Teutonico ritu poculorum invitationes valuêre. Sub hæc *Konigsmarcus*, quum Germanici nominis legionarios ad numerum decem & ſeptem cohortium; alarios ad duas turmas ſecum retinere decreviſſet; Suethici generis milites in Livoniam, reliquum exercitum in Pomeraniam, abducendos curavit. Per eoſdem dies Erphordienſium controverſiæ, miſſis eò legatis finē Cæſar impoſuit. Urbs eſt inter maximas Germaniæ, uberrimo Thuringorum ſolo inædificata: cujus plateas infra ſextum alterius & quinquageſimi gradus minutum, *Gera* amnis divortia copioſè perluunt. Non conveniebat inter magiſtratum hujus urbis & cives de *Quatuorviris*, & de *ſubcamerariorum* electione, ea diſcordia ſupra annum jam gliſcebat, quæ nunc utriuſque partis bona pace componitur.

Erphordia reconciliata.

NUNC AD RES GALLIAE proſequendas, accingamur. *Mazarino* in regnum recepto; & *Ludovico* decimo quarto; ad exercitus ſuos contra Belgium Hiſpanienſe eductos præſente; res non infeliciter ceſſit. *Menechildis* fanum obſeſſum eſt, expugnatumque, Condæo principe, fruſtra cum Hiſpanis obſidionem ſolvere parantibus. vulneratus antea in *Rocroy* expugnatione *Condæus*, ut curationi operam daret, *Cameracum* fuerat de[..]rtatus: ſed in caſtra ad *Menechildis* poſita, quò militi animos faceret, confeſtim redierat; ſuccedente dein ſub vulnus quartanâ; ut mili-

Ludovicus XIV. adeſt copiis in Belg[..]

tiæ inutilis, *Rocroum* reductus, moro q... meſtrem excutere non potuit. milite... num imperator ſummus *Eſpernonius* duct... duobus interim magnis ducibus pari dignit... ſub illius auſpicio rem gerentibus, *Turanio* & *Neteræo*. ii exercitum in *Campania* & *Pic*... nibus per hiberna diſpoſitum; ... procuratum, inito vere, educere ad pugnan... geſtiebant. Rex cum *Mazarino* hiemem *Lutetiæ* peregerat: contra eos, qui ſingulare in certamen alter alterum depoſcerent, legem iterum ſanxerat. iſtuc etiam impenſa opera, ne clanculariis è conventibus ſeditioſi tumultus emanarent: omneque id genus conciliabuli damnatum. venatum quoque eundo & commiſſando ac voluptariis poſt dapes luſionibus, inter mulierum greges, non modicum temporis abſumtum. Nihilo tamen ſecius, laborare *Mazarinus* contendit; ut pretio corrupti quidam ex *Hiſpanienſibus*, Valencenas in *Hannonia*; *Inſulas* in Flandria: *Audomaropolim* in Arteſia, Gallis dedere per fraudem inclinarentur. id Hiſpanis clam non fuit, qui Baronem *Baſſignium* alioſque Antverpiam in caſtellum abreptos, proditionis accuſarunt, damnaruntque. Cum *Helvetiis* fœdus renovatum. ei ſtatim conſenſere cum *Lucernatibus*, *Solodurii*, *Vrique*, & *Suitii* *Vntervaldique* Catholicæ inſtitutionis Cantones, reliquis tardius, non minus tamen cordatè poſt... annuentibus. *Hocquincurtius*, in Lalætania contra *Hiſpanos* rem gerebat, *Harcurtius*, qui ſe triginta annos fortem ac fidelem operam regno Galliæ navaſſe probaverat: ita controverſiam cum rege finiit, ut magna ſpe in gratiam receptus, *Inferæ ſuperiæque Alſatiæ Landgraviatum* gubernator adminiſtraret; ſedemque Philippopoli figeret. *Bemontius* centurio *Briſacum* tenere, & Caſtrametator eſſe juſſus. *caſtrum Vincennium* Lutetiæ, Mazarini conſilio munitur, & ad novæ

Mazarini labor.

architectonicæ formam tam firmè, quàm elegan-
ter exſtruitur. cum locum domicilio ſibi rex de-
legerat. Sed nihil tanta ſumtuum intemperan-
tia & vanitate geſtum eſt, quàm connubium
Principis *Contii* cum nepte Cardinalis Maza- *Nuptiæ*
rini *Martinocia nomine.* qui matrimonio illos *Contii cũ*
jungebat in reginæ ſacello aderat Burdigalenſis *nepte Ma-*
Archiepiſcopus. cæremoniis interfuere rex ipſe, *zarini.*
regiſque patruus, & regina mater non ſine *Maza-*
rino: tum quicquid magnatum, mulierumque in-
ſignium in aula vivebat. Proceſſit nova nupta,
ornatu connubiali ex margaritis & adamantibus
coruſcante; inſtar ſideris fulgida. ducenties mil-
le coronati dotis promittebantur: medium præ-
ſens, reliquum anni ſpatio numerandum. regis in
nuptias munus, quinquagies mille coronati re-
præſentabantur. penſio annua ex decem in quin-
decim millia amplior facta. Mazarinus tantun-
dem atque rex muneris, marito principi addidit,
eâ conditione: ut ſacerdotiis, quæ ante matrimo-
nium habuiſſet, non alium quàm ſe donaret. Poſt
nuptias in *Lalætaniam* proficiſcitur Contius, ut
rei bellicæ ſummam pro rege ibi teneat. Martii
exitu *Petrus Gondius Radeſianus*, *Pariſiorum* Ar- *Gondius*
chiepiſcopus & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardi- *Pariſiorũ*
nalis annorum ſeptuaginta moritur. menſes no- *Antiſtes*
vem æger fuerat: & quàm mox expiravit, campa- *moritur.*
ni æris ſonitus *Lutetiæ* per omnia templa excitari
cœptus, mortis ejus omnes admonuit. preces &
ſacrificia pro redituri ad corporis immortalita-
tem animi exceſſu, Chriſtianum in modum facta.
Magno pietatis exemplo ſuis præfuit, annos tri-
ginta: & cæleſtibus adverſus mortem armis in-
ſtructus, paratuſque naturæ debitum volens per-
ſolvit. Ei nepos ex *Radeſiana gente* Cardinalis, re-
ge etiam reclamante à clero ſuffectus eſt. licet,
poſtea, quum in cuſtodiam arcis Vincenniæ eſſet
[illegible]s, à regni Cancellario perſuaſus dicitur; ut eo

Archiepiſcopatu ſe abdicaret, ejuſque loco præ-dvitem cœnobiarchiam, aliaque bene[illegible] eccleſiaſtica obtineret. ex arce Vinceonia Can[illegible] lum, inde Nannetes ductus eſt: unde elapſus apu[illegible] *Misleraum*, ſuâ ſe facundiâ inſinuavit, ut cu[illegible] diam evaderet: id regi diſplicuit, & *Misl*ere[illegible] diam conflav[illegible]. datum igitur, ill[illegible] nd[illegible] *Radeſianum* arctius conſtringere, qui hoc an[illegible] madvertens, nocturno tempore per arcis muros demiſſus, cuſtodiâ ſe expedi[illegible]: ex teſtibus enim ſcalam confecerat, quam ad muros validè adhæ-ſuram quum applicuiſſet, iis quaſi gradibus deſ-cendens, & cum equitibus quadraginta (illi in hoc intenti non procul urbe præſtò erant) *Pul-chram Inſulam* deportatus, cuſtodes eluſit. quod ut renuntiatum *Pariſios* eſt, clerus ingenti gaudio affectus Deo liberatori gratiarum carmen lætâ voce deproperavit. Ad *Pulchram Inſulam*, quum eſſet in tuto Radeſianus, ad clerum litteras mittit: quibus propenſos illorum in ſe animos gratula-bundus commemorat: *nunquam ſe, dum vita ſup-petat, ejus beneficii immemorem fore; ſed pro cujuſ-que dignitate ac merito gratias relaturum. ad hoc petit, ut ea reſignatio beneficiorum, quæ ſibi extorta verius quam ſponte facta coram Cancellario ſit; in-fecta & irrita ab ſacra ſenatu decernatur.* Lectis litteris, etſi quidam cenſebant, id regi præſignifi-candum curari oportere; major pars tamen evicit, ut rege inſciente palinodia ejus rata haberetur, per [illegible]maticos in tabulas referenda. Dum hæc agu[illegible] melioribus curis intentus rex, eò ſe com-parat, ut ſolenni conſecratione inunctus, debitâ cum cæremonia, regni Galliæ inſulas accipiat: ab *Hugone Capeto*, qui primus naturâ Gallus in Fran-cia regnare cœpit, nonus & vigeſimus Rex [illegible]me-randus. Coronationis regum locus, ſupr[illegible] annos [illegible] ille, urbs Remorum fuit. eò cum mandatis ſu[illegible] cidus Aprileis *Ludoviſius Mareſchallus* mitti[illegible]

[L]udovicus [X]II. ad [co]nſecra-[ti]onem re-[gi]am ſe [pa]rat.

cives hac ſuper re nomine regis admoneat: [illegible]onam, & victum pro aulæ regiæ ſectatoribus [illegible]deat: reliqua omnia ad eam celebritatem [illegible]nia, maturè circumſpiciat. Inſigni hic nun[illegible]titiâ Remos affecit; quia inde ab annis [illegible]r & quadraginta, regem coronari non me[illegible]nt. Ludovicus enim decimus tertius an[illegible] hujus ſæculi decimo, Octobri menſe conſe cratus ibi fuerat: qui anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo, trigeſimo octavo, poſt deſperatam conjugis fœcunditatem hic filius, modò Rex naſcebatur, moriente patre nondum ſeptuennis. Is ipſe hoc anno, ante diem tertium nonas Junii Lutetia Remos venit. Feria hebdomadis quarta erat, pridie ejus diei quo Chriſti corporis hoſtia in publicum deportata, Chriſtianis omnibus ad venerandum ſingulari cultu proponitur. In comitatu ejus multi Principes, ſed nulli è regio ſanguine aderant. Ut primum urbi appropinquare cœperunt, civitas *Remorum* ad numerum duorum millium, in equis obviam progreſſa, quingentis & eo amplius paſſibus, ab urbe conſtitit: venientemque ad ſe regem gratulabunda excepit. ante portam qua ingreſſurus erat, cum inſignibus læti animorum, corporumque habitus ornamentis, opperientium ſclopetariorum, quinque millia ſtabant. Reliqui intra urbem, arcus triumphales ſubeunti regi, honorifica è fiſtulis, ſclopetiſque conſalutatione applauſerunt, tam gratâ illorum qui in urbe, quique extra urbem apparatu militari collucebant, viciſſitudine & harmoniâ: ut nulla unquam vocis imago feſtivius ex monte reſponderit. argenteæ claves regi per ſcabinos ſecundum ſalutem oblatæ ſunt. recta deinde, ad Virginis Deiparæ templum, ductus à ſacri collegii ſodalibus, quibus *Sanctio* præerat, decentiſſimè excipitur *Cardinali Mazarino* proſequente. interim, regem vi-

Remis excipitur.

vere optantium voces, tam clarè exauditæ ſ, eumque per domos ac plateas, perque ... tum ediderunt, qui tormentorum tonitrus ... inauditos præterire ſineret. placuit ea Re... alacritas Regi & pro ſua benignitate de ... regia ad ſacra extorqueri ſumtus conſue... gratiam civitati fecit. Sub veſperum in ... que hoſpitia diſperititi, ivêre. Rex in pal... chiepiſcopale; *Regina mater* in domum op... tiſſimi mercatoris; *Cardinalis* in monaſterium Deiparæ, alii aliò conceſſerunt. Poſtero die (is erat pridie *nonas Iunias*, *Corporis* dominici ſacramento feſtus) ſupplicationibus publicis, *miſſaque* ſacrificio maxima religione interfuerunt. & nequid omnino pietatis operum, prætermittere rex videretur, ſextam feriam ac ſabbathum Chriſtiano jejunio coluit, cæleſtium rerum contemplationi, auditionique in divi Remigii intentus. Pridie dominicam, preces veſpertinæ de ungendo rege, modulatiſſimâ cantione per phonaſcos habitæ ſunt. ſecundum has, *Dolenſis Epiſcopus* pro concione dixit: qui ut finem dicendi fecerat, pœnitentiæ arcano conſcientiam rex Archiepiſcopo aperuit, & cum Chriſto Deo in gratiam reductus, divinis muneribus aptum ſe reddere quum ſtuderet, præcipuam noctis initæ partem immortalia meditando, ſperandoque tranſegit. Ut multo mane dies dominicus illuxerat, in divi *Remigii* templum ſummi, infimique convenerunt. ibi ornatiſſimâ ſupellectile decorata fulgebant omnia: theatra ad utrumque latus diſpoſita, in queis fœminæ inſignes diſponebantur. Regina mater, principem locum tenebat; ei non longè aberat Henricæa Caroli Stuardi Britanniæ regis vidua (hæc filios tres ex Anglia ſecum habebat) cum non paucis Franciæ principum uxoribus, cognatiſque purpurâ, byſſoque ſedilia pretioſiſſimè inſtrata carnebantur.

Pietas regia.
Corporis Chriſti ...es.

Remo-

antiſtes, pontificali cinctu conſpi- *Pares Franciæ duodecim.*
n ſe contulerat. eum conſidentem in
Patricii, ſive *Pares Franciæ* ſtipabant. De
dignitate ita reperio: à prima inſtitutio-
cim eſſe: eorum ſex *Eccleſiaſticos*, ſex item
merari, ac inde nomen cepiſſe: *quòd coro-
n... formula muneris ſui, unà praſtò
... ari colla... e manuum, diadema regni
... Car... li magni fuiſſe dicitur; & imponant regis
capiti, & eximant.* ...ſiaſticorum princeps eſt
Archi...ſcopus, & Dux Remorum, quem ſequun-
tur *epiſcopi & duces* Laudunus, & Lingonenſis:
Epiſcopi & Comites Bellovacus, Catalaunus, No-
viodunenſis. Laici principes hoc ordine fuerunt;
*Burgundionum, Normanniæ, & Aquitaniæ duces:
Toloſatium, Flandriæ & Campaniæ Comites.* ſed
quia horum principum *Ducatus*, *Comitatuſque* in
patrimonium poſtea regi ceſſerunt, eorum nomi-
ne ſubornari alios in morem veniſſe, qui *Duces*
quidem & *Pares* Franciæ audiant; at magnopere
infra ſuperiorum cenſum, authoritatemque con-
ſiſtant; vix quicquam juris, imperiive ſi titulum
excipias, retinentes. Eorum ſex cooptati primùm
ſunt, deinde auctiores facti in multitudinis incer-
tæ numerum abiêre; aſſumuntur eò honoris ab
rege, pro illius arbitratu. Longè ſuprà noſtram
memoriam mos inveteravit, è permagno ducum
numero *Patricios* ſive *Pares* eligi, qui totidem ſu-
periorum perſonas repræſentent. hi nunc fuere:
Dux Andium pro Burgundione; *Vindocinus* pro
Normanno, *Ellebovius* pro Aquitano; *Candalen-
ſis* pro Toloſate, *Rotomagenſis* pro Campano; *Bor-
bovillæus* pro Flandro. & hoc ferè cultu ornati
prodiêre. Tunica, argento filatim intexta ab hu- *Parium ornatus.*
meris ingenua accidebat, eam tunicam, violaceo
imbutum colore, ac multo ſuperfuſum auro pal-
lium tegebat. Corona capite geſtabatur, marga-
ritisque gemmis fulgida. atque ut quemque

Parium

Parium quis referebat, ita ex in ſigni... jectis, noſci facilè poterat. his locus fuit ... to, ad ſiniſtram aræ majoris partem. Non ... poſt in Eccleſiam *Ludovicus* ducitur. ... ut ventum eſt, perſolutis de more precibu... na patefiunt, rex intromittitur, ... genuaqu... plex aræ advolutus, ubi Deo ... divíſqu... mendaſſet, ſolio infertur. nobilitas pl... ſta, de genibus Chriſtum venerans omnia illi fe- liciter evenire precantur. Myſteria regis ab jure- jurando initium cœperunt, hac circiter ſumma verborum: *Romanæ Eccleſiæ protectorem & fidei Apoſtolicæ cultorem, rituum Catholicorum obſer- vantem me perpetuo fore pollicеor.* obligoque fi- dem meam, *hæreticis regno exigendis operam impen- ſurum, privilegiis cleri propugnaturum: jura ſub- ditis non niſi ex æquo & bono daturum.* In hæc ver- ba juranti, Euangelia porriguntur, quæ ut ma- nus dextræ indice, medioque digito ex more con- tingebat, ſic me, inquit, *Deus adjuvet & hæc ſan- cta Dei Euangelia.* Remorum antiſtes jurisjuran- di formulam excepit ab rege, cumque ocreis le- vioribus colorem violæ, & liliorum ex auro du- ctili, ſpeciem reddentibus indutum, atque calca- ribus appoſitè circumligatis ornatum, enſe præ- cingit, enſem dein vaginâ eripit, regique nudа- tum præbet. *Ille altari inferendum curat, & domi- no exercituum dedicat.* hac illatione conſecratus enſis regi in manus redditur; quo armatus Eccle- ſiæ primogenitus matrem filius defendat. Tradi- tur deinde *Comeſtabili*, cujus partium eſt eum nu- datum pro rege anteferre. Sed ne populum late- re poſſit, ſuas cum Principe nuptias ſimul pa- ctas eſſe, aureus annulus profertur, digitoque re- gis inſeritur: qui acceptæ fidei commonefa... pignorique ſit. Eo facto, more majorum di... chriſmate inungitur: *Laudunenſis Epiſcop... & Par* ſacram deferebat ampullam, qu...

Rex in tē- plū venit.

Iurat.

Eccleſiæ primogenitus ...

... annulo ſubarra- tur populi ſponſus.

Uncto regi per cancellarium *Pa-* ... nominatim advocantur, præſtò uti ... collatis unà manibus coronam capiti re- ... ant. adſunt continuò ſuis appellati no- ... *res*, debitoque regem coronandi offi- ... perfunguntur. Inde ab arâ ad ſolium pro- ... honoris cauſa antecedebant tres Ma- ... principis Thomæ filius, à tergo immi- ... ns, paludamenti extrema, digitis allevabat. ... chiepiſcopus throno inſidentem Deo com- mendat, & Chriſtianis precibus firmari ejus re- gnum poſtulat. Rege ad hunc modum inaugura- to, corbis aviarius; (nam eo volucres incluſæ, in templum inferri, dum rex inauguratur, ſolent) confeſtim aperitur. *Aves* cuſtodiâ viminum libe- ratæ, per templi inane, quò animus ducit, præpe- tibus pennis deferuntur, donec reperto alicubi ſubter fornicem exitu, liberioris cæli potiten- tur. Imago hæc ſervientis liberaliter, ſub Chri- ſtianiſſimo Rege populi. *Populus enim dum Prin- cipe caret, ſimilis captivi eſt, dum Regem accipit, li- bertati reſtituitur.* Et hæc ſunt initiati regis. arcana: quæ ſingula, Ludovici ipſius floridiſ- ſima liliorum inſtar, commendabat ætas. Quippè annum ſeptimum decimum agere incipiebat: & recto corporis, animique ſtatu, quàquà in- grederetur aſpiceretve, omnium ad ſe ocu- los rapiebat; argenteo capillitio ſubcriſpus, ore candido rubicundus, nullo interlitus fu- co: nulla frontem aſperatus rugâ. Ab inau- guratione, res divina ſtatim fieri cœpta eſt, Archiepiſcopo *Remorum*, Chriſtum & offe- rente ſolenniter, & manducante. Sub finem ſacri, ad cæleſte epulum Rex progreditur. ... ò ſunt è veſtigio, *Pares* & coronam ca- ... jus pari miniſterio exemtam reverenter ... nt. corona ſublata, in genua demiſſus cæleſti menſæ pius advolvitur, ſumit

Solio inſi- det.

Ex avia- rio volu- cres evola- re permit- tuntur.

Chriſti ho- ſtia ſacri- ficium fit.

Synaxis. Chriſtum ſub utraque ſpecie, quod
ab ſacerdotibus fieri: ſed in Regum C
eratione, iis etiam non ſine privilegio conced
Gratiarum carmine ad extremum lætiſſimi
nium vocibus decantato, ad convivia
quæ Remi cives, florenorum duûm & viginti
lium ſumtu, lautiſſimè inſtruxerant. Ma
externorum Principum legatos, ſingu
excepit, ciboque & potione largiter procu
magnis muneribus auxit, dimiſitque. Poſtridie
Torquato ordini Rex adſcribitur. Rex in ſancti Spiritus militiam (*Torquatum ordinem alii dicunt*) ſolitâ cæremoniâ aſſcribitur.
poſt veſpertinas preces ex ſancti Spiritus officio
cantari ſolitas, ante aram in genua procumbit, &
contacto Euangeliorum libro, privilegia *Ordinis
conſervaturum ſe, jureiurando promittit.* Aureus
torquis collo injicitur: crucis figura ex auro efformata,
& candido encauſto picta, in ſiniſtrum latus,
è vittâ cæruleâ demittitur. his procuratus cæremoniis
In Divi Marculfi ſtrumoſos tangit. (ad ſancti Marculfi adit, & difficili morbo
ac tumido (*ſtrumam appellant*) laborantes homines,
ad numerum trium milium, injectâ in caput
manu, ſolenniter attingit. ingens enim multitudo
morboſorum conglobata ſtabat, non ex
Gallia tantum; verum etiam è longinquis regionibus.
iis viritim ejus munificentia, nummi liberaliter
diſtribuebantur. Epiſcoporum Franciæ
pluſquam viginti ad eam rem circumſtabant. Die
Junii duodecimo, Remis egreſſus, ter mille &
quingentos Gallici nominis milites: Helvetiorum
tria millia, extra urbem campeſtri loco luſtravit.
Idibus Juniis in patrum Carmelitanorum
(*excalceati nominantur*) templo conſecrationis
ſuæ octodialia celebravit, ſacrificio in quo Chriſtus
immolatur, & ſumitur, interfuit, ſe ac ſua
ſuperis ſyncera pietate commendavit, & apud
mos aliquamdiu ſubſtitit. Henricæa verò An
regno extorris, Pariſios à conſecratione Reg

[...] eam ſtipabant tres filii : *Carolus Glocester*[...]
[...]*ciæ* rex: dux *Eboracenſis Iacobus* nomi-
[ne] *Henricus Claudioceſtriæ regulus*. Poſteaquam
[...] nuntiique per Galliam omnem de regis
[...] inauguratione retuliſſent : magna ubi-
que lætitia [...] inprimis Lutetiæ fuit. convenere
omnes ad gratias Deo agendum , & ſacrificiis
Miſſæ interfuere , divinæ laudis carmina decan-
tantes. magni armamentarii tormenta tertium
explosa ſunt : ignium hilaria ſub noctem excitata,
tam læto quam latè per vicos & plateas reluce-
bant. *Seneteraus* paulò poſt Remos ad regem ad-
iit; & concilio ibi paucos dies de negociis milita-
ribus habito, aulæ regiæ ſectatores *Catalaunum*
Sedanumque perduxit. inde per nota itinera *Ste-*
naam itum, ut magno regis ad exercitum præſen-
tis emolumento *Condæani* pellerentur : civitaſque
in fidem regis, obſequiumque rediret. non diu-
turna illic mora fuit. licet enim ſtrenuè obſeſſi
defendere ſe pararent, pertinacia tamen & obſti-
natione Franci militis, dedere urbem certis con-
ditionibus coguntur, ſextili menſe inito. *Camil-*
lus præſidio præfectus, quum vulneratus eſſet du-
plici vulnere, ut curationi menſem impenderet,
obtinuit : cui ſi animus fuerit , in gratiam regis
recipi Condæi partes ut deſerat impoſitum eſt : ſi
Condæum regi malit anteponere , bonorum quæ
in Burgundia poſſideat , ad pondo quinquaginta
millium, uſu fructuque careat : omnique functio-
num honore ablato, privatus vivat. Ingreſſus eo-
dem adhuc die , in redditam ſibi ab hoſtibus ur-
bem rex, locum inſpexit; relictoque ad inſiden-
dum præſidio; *Fertam* proficiſci contendit, ut ſuis
in *Atrebatibus* Hiſpanorum obſidione cinctis, al-
levamentum, & ſubſidium importet. Quicquid
in Belgio erat *Hiſpanici* roboris ad obſidendum
erat conductum : ut per grandia ſeptem millium
ſpatia equitatus omnis, peditatuſque copiæ Gal-

Seneteraus ad regem adit.

Stenaa in poteſtatem redit.

Atrebates Gallos juvare contendunt.

lis circumfunderentur, ac niſi n... iretur obſeſſis, animo ſibi defici, ... venire poteſtatem; videbantur. Erant in c... *Archidux* ipſe Leopoldus Guilielmus, *L*... eus *Borbonius* Dux Condæus, princeps *Lothar*... *giæ* Nicolaus Franciſcus, Dux *Guirtabergen*... *Vlricus*, princeps *Lignius*, aliique duo Hiſpa... nici nominis; *Fonſaldaun*..., & *Solis*... ingentibus copiis, & tormentorum ve... numero; duplici circumquaque foſſa protec... in urbis propugnacula ſæpius irrumpebant: mul... tos ex urbe ad pugnandum prodire auſos, fortite... interimebant. Urbs illa caput eſt Atrebatium, quam præter vulgare nomen *Arras*, *Nemetacum* & *Nemetocennam* appellari ex hominum docto... rum monumentis intelligo: poſita eſt ad *Scarpium* amnem, & paſſuum triginta millibus *Lutetia Pariſiorum* diſſidet, capta eſt à Francis *Caſtillonio* duce, anno hujus ſæculi quadrageſimo, multiſque fortibus circà operibus communita; ne tam facilè quàm eſt amiſſa, recipi poſſe videatur. In tertium menſem obſidio duraverat, quum Galli *Turano* duce ipſoque rege *Ludovic*... ad conſerendas manus militi animum faciente, Hiſpanienſes caſtris exſuunt, & omnibus aut in fugam conjectis, vulneratiſque aut occiſis, & captis; dedendi metu ſuos liberant. *Condaus* tanta præſtantis animi conſtantia, in adverſario... iſſe compertus: ut neque ab hoſtibus illaudat... ejus virtus permanſerit, certum enim compertum tumque fuit, quum in ejus prælii mentionem, poſtea *Turenus* ipſe, brachium ſauciatus, cum rege incidiſſet, merita laude *Condæum* cumulaſſe: quod Gallis nemo fortius ea pugna, quàm Gallus vulnera inflixerit. ejus certè audacia contigit, ut duodecim equitum, & ſeptem peditum milli... ab exitio conſervata fuerint. Sed regis & Galliæ fortuna eo die potiſſimum florere debuit, quo jam

Nemetacũ Atrebatiũ metropolis Arras.

Condæi virtus audaciaque.

ſanctiſſimi *Ludovici* nomen ad immortalita- ... *Bonifacio* dedicante pontifice, conſecratum ... *Hocquincurtius*, qui volones ex nobilitate ... lica ductabat, Lotharingicorum caſtra primus non multo negotio invaſit; in urbemque ad Gallos animi, lætitiæque plenus pervenit. Vigeſimo quinto Auguſti die quatuor locis in caſtra Hiſpaniensium Galli irruperant. una parte ſuos impetu ... quam virili Turænus infert; alia Seneteræus, Aumontius tertia, quarta Hocquincurtius. Sed in hoc poſtremo tantus ardor pugnandi & celeritas conſtitit, ut ea parte qua ſancti Eligii mons imminet ad urbem prius acceſſerit, quam id quiſquam obſidentium animadvertere potuerit. ea res non modicos tumultus fecit, ac perturbatis Hiſpaniensium ordinibus, quantum poteſt fugiendi initia & cauſas præbuit. Et quamvis prima auditione, multo gravius damnum ab Hiſpanis acceptum fuiſſe, homines in Gallia opinabantur, tamen id certi nuncii attulere, impedimenta eorum magnam partem relicta, & pluribus interfectis, ter mille circiter captos eſſe, in quibus ductores numerentur ad ſexaginta. non paucos etiam Franci è ſuis, certamine illo deperdiderunt. Hiſpanienſes verò, quum eo die in fuga ſalutem ponere deberent, pars *Cameracum*, pars *Tornacum* ſe deportant: neque bello ſed prælio tantum victi, ad feliciores aliquando pugnandas pugnas, corpora animóſque reficiunt. Metropoli Atrebatium liberatâ, *Peronam* Ludovicus rex conceſſit, ubi quum dies aliquot ſubſiſteret, in Gondium Cardinalem, qui & *Radeſianus* dicitur, inquiri diligenter iubet: verum is *Caloneſo* (ea eſt *Pulchra Inſula*) in Biſcaiam ignoto habitu, occultis itineribus evaſerat, ac Sebaſtianopoli, tuti commeatus litteras ab Hiſpanienſibus impetrat, ne itinere, quod Romam inſtituerat, à quoquam interclude-

Hiſpanienſium fuga.

Cardinal de Raitz.

cludi poſſet. eò circa Novembrem dicitur lumis perveniſſe. Conſtantienſis Epiſcopu... rim ejus loco, Pariſienſem Archiepiſcopatum... ge ita volente adminiſtrabat. Complures in Gal- lia ſuarum partium *Rad ſianus* fecerat, *Olympini*... *Metianos, Barlevillaos*: quarum tamen civitatum præfecti, ad Regis imperium redierunt, poſtea- quam Cardinalis Romam petiiſſe, ac publica Hiſ- panorum fide ex Sebaſtiani fano abiiſſe nunciaba- tur. Peronâ reditum in Pariſios eſt, Septembri menſe, ubi maximis gaudiorum ſignificationibus, proſperè contra Hiſpanos geſta res, divorum at- que hominum honoribus celebrata fuit. at verò ne luctus gaudio abeſſet, *Ioinvillaus Ludovicus* effecit. qui Nemetacēſi prælio ſtrenuus interfue- rat, ſed graviſſimo vulnere accepto Lutetiam de- portatus, fato conceſſit anno ætatis tertio ac tri- ceſimo. Juvenis erat excelſi animi, & levioris equitatûs ſummus chiliarcha, *Euſiæ* & *Ponthievi* Comes, Dux *Iouſæ* & *Engoliſmi*. in præfectura militari ſuffectus eſt illi Mercurii regulus. Cubi- cularíatum, nam & ſupremus cubicularius fuerat Mazarini nepos Mancinus Rege deferente acce- pit. *Magnipratanus* verò dum animi cauſa vena- turam facit, in Flandriæ confinio; cum non pau- cis ſuorum ab Hiſpanienſium Duce Caraffa in- terceptus, Namurco Antverpiam cuſtodiæ cauſa mittitur. Dum hæc fiunt nihil intermittere Tu- rænus videbatur, quo minus *Flandros* & *Hanno- nios* vectigales Franciæ efficeret: ſed pari vigi- lantia ejus conatis obſiſtere Condæus laborabat. ſeſquimille paſſuum utriuſque caſtra diſſidebant, quo ſpatio fieri non poterat, quin alteri inter aquandum, lignandumque & pabulandum, ſæpe ſæpius alteros impeterent; maximè quum flumen nullum intereſſet, quo ab repentinis inter ſe veli- tationibus diſtinerentur. Et jam ne torpeſcerent Galli milites, *Caſtelletum* obſideri rex volebat. ejus

Radeſianus Romā contendit.

Lutetia gaudia agitantur, non ſine luctu.

Flandri & Hannonii vexantur.

ejus rei author illi Mazarinus erat, verùm aliter Turæno commonſtrante, & quæ magis in rem præſentem eſſent conſulente, Carlomontium verſus ducunt exercitum inito Novembri: caſtriſque propter *Lilium*, *Axonam*, & *Sequanam* fluvios poſitis, anno decimò quàm obſidere cœperant die, urbem potiuntur. pręſidio pręfectus, ubi actos ſubterraneis operibus cuniculos vidiſſet, maluit exitum deditione paciſci, quàm cuniculorum ſubjectis ignibus vim experiri. manipulares albis armati bacillis: manipulorum ductores, cum equis ſinguli & gladio, ſed impedimenta ſimul præ ſe agentes, exceſsêre. Paulò ante hoc temporis, ab rege dux Aurelianenſis poſtulavit: ut Narbonenſis Galliæ quam veteres *Braccatam*, nunc homines *Languedochium* ſive *Occitaniam* dixêre, ordines congreget, qui in concilio ejus gentis legatum eligant ſuo nomine. Gubernatorem enim ſe *Languedochii* eſſe, verùm abſentiâ ſuâ vicarium deſiderari. hoc muneris *Contio* principi ex Lalætania revertenti impoſitum eſt: cui etiam ex fratris Condei Franciæ regno pulſi bonis, centum millium librarum proventus, in annos ſingulos additi ſunt. Dum hęc adminiſtrantur, (metu ne ab Hiſpanis ea loca in Belgio invaderentur) Malbodium & Queſnôam validiore pręſidio Galli confirmant; occupatâque millibus militum octo Brelavienſi cœnobiarchiâ, hiemem in hoſtico agunt.

Lis, Aiſne Seine.

Status Poloniae rerum, priore anno ſatis miſer eſſe cœperat: miſerior tamen nunc eſt, & niſi martis, armaturæque Suedicæ vim, dii ſuperi iſthinc prohibuerint, futurus eſt omninò miſerrimus. Valachi ſuperiore deſpota ejecto, novum conſtituerant, ejecti partes, *Coſacci* & *Tartari* tuebantur. novum *ipſi Valachi* conjunctis cum *Tranſilvano* ac *Moldavo* milite copiis, retinere ſtudebant, ſuaſque in partes Polonum attraxerant;

Status Poloniæ.

ut difficillimum quidem appareret, pacem ibi fieri. Rex in *Podolia*, inter *Boryſthenem* & *Squamam* fluvios, caſtris ſedem fixerat. inde verò auxiliares aliquot, in *Valachiam* deſtinans: *Conracio* & *Denhovio* (qui cum inſigni exercitu *Socſoviam* urbem juſſu regis obſidebant) magnam potiundæ urbis ſpem faciebat. nocturnis enim ac diurnis impugnationum laboribus fatigati *Socſovienſes*, Polono ſe in fidem permiſerunt. *Timotheus* enim Chmielnicii filius, præſidii urbis præfectus, tormenti globo ictus animam egerat, & annona prope omni abſumtâ, cum malorum ultimo fame, obſeſſi conflictabantur. *Maſioſutius*, nimia lenitudine uſus fuiſſe, in recipiendis illis dicitur qui aliud nihil impoſuit, exceſſuro militi quàm ut jurarent ſe rei Polonæ publicæ, *Moldavis, Hungaris, Valachiſque* non incommodaturum: ſeptem millia ſupra quingentos, ſuo quæque armatu conſpicua dimiſſa ſunt: & ne quid illis à Polono quoquam noceretur, *Mocilmicius* equitum magiſter obſes datus; ejus loco duos ipſi præbuerunt obſides ex ſua gente, ſed qui capto tempore, non ſine perfidiæ labe ad ſuos iterum aufugerunt. *Tyram* flumen (*Dnieſter* illis dicitur) Tartari tranſmiſerant, Ruſſiæ nigræ campos, *Leopolim* & *Pocutium* uſque, perpopulantes. hos ad numerum ſexagies millium excurrere dicebatur; à quibus caſtra regia circumquaque cingentibus pacem petere, regi placuit. pax facta parum contulit Polonis, imo id etiam abſtulit, quod bello durante potuiſſent. centum enim & quinquaginta florenorum millia, *Tartaris* promittere debebant: quorum cauſa *Ruſſiæ Palatinus*, & junior *Oleſerius* obſides dabantur. neque tamen urgens eſt *Scytharum* perfidiæ pleniſſima, penſi quicquam habuere, quid ſæva pacis conditionibus præferretur. in prædas æque effuſi rapinaſque: adeò ut *Podlaſſia Volhiniaque*, duabus bene amplis regionibus longè lateque

Boryſthenes fluv. vulgo Dnieper.

Socſovia Polonæ deditur.

Chmielnicii filii cædes.

Leopolis vulgò Leumberg

teque

teque expilatis, triginta hominum millia, ac tantum pecoris quantum vix numerari poteſt, inde abegerint. hac ſuper re queſtus apud *Chanum* per litteras *Potocius* reſponſum accepit: *Chano* in manu non eſſe quid milites agant; ægrè id hominum genus à ſe compeſci. Si quid tamen contra pacis leges, bellique diſciplinam perpetrent, per ſe non ſtare, quo minus ut factis illorum dignum eſt, tractentur à Potocio, ſuæque improbitatis dent pœnas. Sed hoc bellum erat facere, non pacem. Rex interim *Varſaviam* è caſtris rediens, *Tartaros* hibernandi cauſa *Vkrainam* petere vel invitus patiebatur. Sed domeſtica illum *Poloniæ* cura acriùs urebat, quod Mareſcallus Regni non ſatis fideret Regi: ſeque ab illo contemtim haberi apertis in vulgum ſermonibus cum indignatione jactaret, & *Lithuaniæ* campi ductor copias ſuas exauthorare in animo haberet. procerum pars major, ab rege animis alienati, ſuggillabant omnia, malebantque cum domi quam belli videre. Quam ob rem Provinciales nuntios edocuerunt: ut, ubicunque comitia per Poloniam haberentur, majeſtatem Regis admonerent, rogarentque; ne caſtra poſt hac ſequeretur, ſed imperatorem exercitus Polonici conſtitueret, confirmaretque, cui tota belli adminiſtrandi ratio concredatur. Pacem cum *Tartaris* factam pro infecta habendam, quòd optimates eã nõ probarent. Super hoc, ſatius quoque videri, ut vere proximo exercitus in agmina coactus contra *Scythas* in aciẽ educatur quam ſacramento ſolutus exauthoretur. Idcirco; futuris Comitiis, quinque collectas pecuniarum decernendas: ne copiæ ſtipendio defectæ, aliò transfugiant; aut fame, ſitique enectæ ad plures abeant. Ante diem tertium idus Februarii, Varſaviæ conventum eſt: ubi ſacrificio & concione ritu Catholico peractis, Comitia fieri cœpta. Archiepiſcopus Gneſnenſis magno comitatu aderat;

Potocius exercitus Poloni imperator.

Diffidentia Polonorũ adverſus Caſimirum.

M nuntio-

nuntiorum Provincialium Mareſcallus electus erat *Dubravius Podicomorus Percemiſius*. Is multa in regem audacter ediſſerens ea quæ nuntii exigebant, non ſine ſtomacho propoſuit. Rex quod ab nuntiis planè regi videri nollet: Potocio ſignificandum curat ne *Varſaviam* proficiscatur, ſed apud exercitum maneat. Tum altercationibus, ultro citroque dilapſa res, protritaque fecit, ut ante diem quintum Kalendas Apriles comitia diſſolverentur: quæ in ante diem quattum idus Iunii indicta iterum ſunt. regni Theſaurarius *Dantiſcum* mittitur ſuppetias rogaturus. *Dantiſcani*, difficillimis reipublicæ temporibus ſibi ſe non ſufficere reſpondent: nè tamen de ſuo in regem animo dubitari poſſet, duas militum cohortes ſuſtentare velle. In novis comitiis, conſilia omnia mutata ſunt, & faciliori modo compoſita negotia; adeò quidem, ut provincialium nuntiorum, aliorumque ſenatorum interceſſione: major *Bullavia* regni Polonici, Stanislao Potocio daretur, minor, Palatino Ruſſiæ *Lanſcoronio*. major *Lithuania* præfectura, principi Ianuſſio Radivilio: minor, *Gonſiavo Lithuaniæ Theſaurario cederet*. legati ex Tranſilvania, Tartariaque eò convenerant. Smolenſcus ab obſidente *Moſco* preſſa, moram injecit comitiis; ne tam ſubitò componi negotium poſſet. *Roxolani* quoque Poloniam, Lithuaniamque latrociniis infeſtabant: ut ubivis potius terrarum tuti cives, quàm ibi viderentur. fugam omnibus capere, patriiſque ſedibus emigrare animo ſedebat. tantis calamitatibus ut prævorteretur, productis paulisper conſiliis eò incubuere, unde celere & opportunum deſperatis auxilium proveniret. *Tartarorum Chani*, & Tranſilvaniæ principis (*Ragotio ei nomen eſt*) amicitia minimè omnium præterita ſed quæſita. uti his adjutoribus *Moſcorum* rabies infringeretur: & Chmiel-

Podocomorus provincialiū Mareſcallus.

Smolenſcus obſeſſa.

Roxolani iidem qui Moſci.

Scythæ, & Tranſilvanus aſciſcuntur.

Chmielnicii toties rebellis ac perfidi inſania, ferociaque caſtigata concideret.

Exeunte Februario Chmielnicius à rege ad *Moſcos* defecit: & novo initiatus ad ritus Græcanicos baptiſmate, cum plurimis ſuorum ſolenne dixit ſacramentum: *nulli ſe fideliorem quàm duci magno futurum, omni Polono ſervitute obedientiaque ejuratâ. Vkrainæ* trans Boryſthenem oppida, & loca *Moſci* imperio ſtatim ſubjecit. miſſi eò quatuordecim è *Roxolania* presbyteri, qui templa ſuo dedicata ritu, Moſcovicis apta ſacris facerent. *Moſcus*, Kioviæ principem Chmielnicium facit, ejuſque principatus inſignibus donat. ſeptem *Vaivodæ*, à *Moſco* ſubmiſſi, quibus ſacramento diceretur. Aliquot dies hæc ſacrorum innovatio tenuit. ſed ii, qui cis Boryſthenem incolunt *Coſacci* adduci non potuerunt, ut alienos ritus ſequerentur: inter quos, præcipuæ fidei *Bochus* quidam exſtitit, qui nutantes pleroſque confirmavit, & ne ab rege Polono deficerent, conſecutus hortando eſt. neque operæ fideliter navatæ præmium defuit, *Zaporovienſi* præfectura à Bocho aſſignata. Qui *Moſcorum* ſacra ſuſceperant, iis & leges à *Moſco* poſitæ: *ne veſtitu Polonico, ſed rudi ac ſimplici è Ruſſia panno utantur; ocreis non flavi coloris, ſed oblongis & nigris pedes veſtiant. Iudaico genere prognatum, alloqui omninò neminem, neque ſecum vivere patiantur. eorum ſi quem fortè obviam habuerint exſibilent, ſputiſque & rheumatis jaculentur. Si quis à Iudæo quicquam coemerit: eccleſia aditu prohibeatur, ac duos menſes continuos, ſacer eſto & inteſtabilis.* Kiovienſis Metropolites, quod patriarchæ Moſcorum parere ac ſubeſſe nolebat, captus *Moſcopolim* perducitur. multi, minorum *Coſaccæ* militiæ ducum, qui *Chmielnicii* ſui exemplum in amplectendis Eccleſiæ Græcæ ritibus: dicendoque imperatori ſacramento ſequi detrectabant, obtorto ad ſupplicium rapti collo capite

Chmielnicius deficit ad Moſcos.

Bochi fidelitas in Polonum.

Moſcopolis, urbs Moſcua.

pite plectuntur. Parte aliâ, *Tartarûm Crimenſium* Dynaſta, regi Polono, haut ſecus atque fratri auxilium ſpondet. miſſus & à Chano quidam ad *Chmelnitium*, ut ejus ſententiæ certior fieret, an mutata velificatione ad Polonum reduci poſſet: obtulit verò ſuam regi operam *Siliſtriæ Baſſa*. Fama paulisper fuit, obiiſſe diem ſuum, per hoc tempus Moſcopoleos Ducem, qui *Czar* vulgò, id eſt *Cæſar* nominatur. Sed hæc fama tantum ſine authore fuit: quæ falsò credita, multos libros mendaciis implevit, ſive mendas potius appellare volumus. addebatur ad famam, ſucceſſiſſe mortuo duci, Conſtantium quendam, è *Bojaribus* imperii Roxolanorum, principem virum: qui heres ejus Monarchiæ à priore Magno duce, ante mortem obitam ſit conſtitutus. Vivit enim adhuc *Czar* ille, qui mortuus dicebatur. ei nomen eſt, *Alexius Michalovicius*; & ſucceſſit patri ſuo *Michaëli Fœderovicio*, anno Mundi (ſic Moſcorum eſt ratio) ſepties milleſimo, centeſimo, quinquageſimo tertio, viceſimo ſecundo Julii die, vita functo. nam poſtridie ejus diei, quo Fœderovicius pater eſt mortuus; *Michalovicius*, Moſcorum imperii inſignia ſtatim ſuſcepit, anno ætatis quam agebat ſexto-decimo; novem abhinc annis circiter, nempe à partu Virginis poſt mille & ſexcentos quinto & quadrageſimo. Hic *Alexius Michalovicius*, biennio pòſt adeptum imperium, uxorem duxit. ea fuit major natu filia equeſtris ordinis viri, non opulenti inter Moſcos, ſed honeſti, cui nomen, *Ilias Danielovicius Miloslaûs*, pulchritudine verò ſuâ quam eximiam nacta erat à natura, ad nuptiarum faces Alexio animum Iliana hæc addiderat. Neque infecunda illi uxor fuit, quæ utriuſque ſexûs progeniem, annis dilabentibus Alexio dedit. Hic idem Alexius, cum Nicone Patriarcha ſuo, eò quoque animum adjecit, uti quod Moſcorum moris nunquam fuit, Græcæ & Latinæ

Latinæ eruditionis ludus Moſcopoli aperiretur. Cui ludo, Arſenium quendam utriuſque peritum linguæ præfecerunt hoc ipſo anno. Neque Polonum tamen bello impetere, deſierunt. Æſtuantibus verò diu, noctuque in ante diem decimum Kalendas ſextiles *Varſaviæ* Comitiis: *collecta pecuniarum ad alendos exercitus, dilectuſque habendos, ab ordinibus decreta, regis copiæ cum Lithuanicis conjungi juſſæ. amicitia Tartarorum, conjunctioque ſolemni per legatum Crimenſem jurejurando inita & confirmata eſt. copiæ omnes Tartarorum (hordæ ab illis vocantur) centies, viciesque* mille viros complexæ, in auxiliumque opemque rei Polonæ publicæ à *Chano* ſubmittendæ promittuntur. *Tranſilvaniæ* & *Valachiæ* principum filii pro indigenis Poloniæ recepti, eâ lege ſunt: ne in regis electione, ſuffragandi jus obtinerent; regno tamen ſemper parati auxilium, opemque ferre. *triginta militum millia adhuc ſcribantur. authoratis ſtipendium detur, pecuniæ, conſenſu ordinum imperatæ ſunt.* ſecundum principum filios, homo neſcio quis, ſed admodum opulentus: qui præſentis vim pecuniæ benè magnam, unde exercituum neceſſitas levaretur, commodato reipublicæ dederat, in-indigenæ honorem, privilegiumque accepit. Comitiis præſens aderat *Carolus Ferdinandus Regis frater Neuſia* iſtuc profectus. Cæterùm ne cadere animo viderentur, non juſto quidem prælio ſed acerrimâ velitatione, impreſſionem aliquantâ in *Moſcos* fecére, *Ianuſſius Razivil, Tranſilvaniæ* princeps, *Ganſcovius,* ſummus rei militaris legatus. Ea nocte, quæ Kalendas Iulias antecedit, cum quingentis ac duobus equitum millibus in caſtra *Moſcorum* ad *Smolenſcum* poſita, magno animo, audaciaque feliciter irrumpunt, caſtrorum magiſtrum obtruncant, primæ quæſtis frumentum carpentem *Vaivodam* interficiunt: ſeptem *Boiares* faciunt captivos, vexilla quindecim intercipiunt,

Comitia Varſaviæ.

Pro indigenis Poloniæ externi quidam recepti.

Carolus Ferdinandus Ioannis Caſimiri frater.

octo millibus hoſtium fuſis fugatiſque, non plus triginta, ex ſuis deſiderati ſunt. Paulò poſt, ubi rebus benè ſperatur, quòd & comitia benevolentiſſimè finita ſint, & concordia animorum ordinibus reſtitura videretur: & quod caput erat ad ſervandam rempublicam: *de Chani Crimenſis* auxiliaribus copiis mini nè omnium dubitaretur, triſtes è *Tartariæ* nuntii ſpem intervertére. *Islanes Giereius*, qui *Tartariæ* moderabatur res, & bono animo, inſignique erga Polonos fide contra *Moſcos* opem laturus adeſſe putabatur; humana valére jubere juſſus è vita exceſſerat. ejus mortis cauſa, quum in morbum, qui nullus fuerat conjici non poſſet, Chmilnicio eſt imputata. is enim ferebatur *Tartaro* indignatus quòd ſe relicto hoſtes juvare decreviſſet, & à quodam ejus cubiculario quem promiſſis pretioque corruperat impetraſſe; ut veneno clanculum propinato, è medio tolleretur. Sed mortem ſecuta ſeditio adhuc gliſcebat, magis formidanda. duo enim fratres *Islani ſuperſtites Mahometus & Galla*, quis eorum in imperio ſuccederet, ingentibus inter ſe diſcordiis agitabant, vincente ad extremum Giereio Mahometo; is enim regni *Scytharum* gubernacula adiit. pergit interim, nemine Polonum juvante, exultatque victor paſſim, per *Lithuaniam*, *Podlaſſiamque Moſcus*. decimo quinto Octobris die, *Smolenſco* ante obſeſſa potitus, Jeſuitas exigit, millenis aliquot præſidio relictis. *Latrociniis, evaſtationibus, incendiis* alibi diriſſimè graſſatur *Chmielnicius*, cum quadraginta ſuorum millibus, quidvis aggredi, & moliri que gaudet. mittit ad ſucceſſorem *Islanis*, quicunque is foret, legatum qui promiſſis ac minis, à Polonorum amicitiâ eum dehortetur. ſed is naſo auribuſque defectis cum ignominiâ ad Coſaccum remittitur. *Campi ductor Lithuaniæ* ſeptem chiliades militum ſelectas habebat. cum ii *Moſco* obviam ire inſtru-

Islanes Giereius.

Seditio inter Præcopenſes.

Moſcus Smolenſci potitur.

inſtructâ acie auſus : cadentibus ita ut ſtabant legionibus, vix ſibi fugâ conſuluit. *non enim audaciam Dii ſemper fortunant: ratione etiam & conſilio utendum eſt, neque parva manus contra phalanges maximas educenda.* Roxolaniæ imperator Alexius Michalovicius, cum filio *Smolenſcum* ingreditur, & *Dominicanorum* in templo Deiparæ ſtatuam fortè reperit, quæ *Moſcopoli* ante annos aliquot ablata fuerat: eam ferventi ſtudio uterque complexi, ſecum deferunt in *Roxolaniam.* non diu poſt, quemadmodum languere milites in hoſtico incipiebant: ita peſtiferi morbi lues *Moſcopoli* hominibus incubuit. tot quotidie in mortem datis, ut per vicos plateaſque diſperſa cadavera, neque operiri humo poſſent, & magnum vivis horrorem incuterent. Per idem tempus homo vafer & impoſtor *Zuſcus* nomine, *Lubecæ* deprehenſus: qui pro *Moſcorum* imperatore ſe finxerat; ſed per *Suediam Moſcopolim* ad magnum ducem perductus, perſonam quam ſumſerat exquiſitis cruciatus tormentis, exſuit. manibus primùm ac pedibus, dein & capite minutus quum eſſet, variis in metropoli locis membra ejuſdem adfixere: reliquæ trunci cadaveris partes inſepultæ, canibus objectæ ſunt. *Scloa, Dambrovia*, aliæque urbes *Smolenſcum* ſecutæ. nobilium quod erat ereptis bonis in *Roxolaniam* abducitur. inde *Lublinum* uſque excurrunt. *Vitepſia* adhuc ſola reſiſtere auſa clauſit portas: verùm exitu miſerabili omnes horribilem in modum trucidati: & neque mulieribus neque infantibus pueris parcitum.

Virginis imago Moſcopolim Smolenſco reportatur.

De Suediae Regno, ipſiuſque gentis ortu & propagatione, ſuprà diximus. quis rerum in eo nunc ſit ſtatus, proponamus. Caroli noni quem *Sigiſmundo Poloniæ regi* ab Suediæ ordinibus

Suediæ res.

repudiato, ſubrogatum conſtat: ex Chriſtina Holſaticâ filius fuit *Guſtavus Adolphus* nomine, is patri ſucceſſit in regno, & anno hujus ſeculi viceſimo, *Mariam Eleonoram Ioannis Sigiſmundi Brandaburgici Septemviri* filiam, nuptum accepit. Ex hac Eleonora tres filias ſuſtulit, quarum quæ poſtremo partu eſt edita *Chriſtina*, Suediæ imperii hæres, vivo adhuc patre conſtituta, eo exſtincto regnare poſteà cœpit, hodieque etiam regnat, brevi tamen ſe ad majus decus comparandum, eo munere glorioſè abdicabit. Multa Guſtavi regis, Chriſtinæ hujus patris mirifica domi, ac foris exſtitiſſe facinora omnes commemorant. elegantiſſimus *Eudemiæ ſcriptor, Nicephorum* Græco nomine eum appellat, quod proſpero victoriarum curſu, quocunque libidine animi audaciaque impelleretur, facilè ſe inferebat, primus quid mar e poſſet *Roxolanorum imperator Michael expertus*, non armis contra eum contendere, ſed pacem petere atque inire voluit. *Sarmatæ* (ita Polonos nominant) *Livonia Curoniaque* ampliſſimis regionibus in poteſtatem *Nicephori redactis*, quum expeditioni ejus periculosâ belli aleâ obſiſtere molirentur, ad Valli villam in Semigallia oppidum cæſi, caſtrenſi apparatu, impedimentiſque omnibus exuti ſunt. *Pruſſiam* deinde bello adortus, planè ſub jugum miſiſſet, niſi Galliæ rex Ludovicus decimus tertius intercederet; qui annos ſex induciarum Pruſſiæ impetravit. Sed quum inquies regis Guſtavi animus, bellandi opere paſceretur, neque hoſtem propè ſe haberet, Germaniam tentare, aggredique maximâ contentione inſtituit. erat ingenio ad res multas ſimul agendas expeditiſſimo, nullis infracto deliciis, nullis cupiditatibus effœminato, hiemis & æſtatis æquè patiens, rarò quoquam in hiberna conceſſit, rarò obſeſſis quietem dedit. duratis ad omnem laborem tolerantiam membris, primus

certa-

Chriſtina.

Adolphi Guſtavi elogium.

Ianus Nicius Eudemiæ lib. 9.

Ingenium varium, & multiplex.

certamen inibat, ultimus depugnato prælio excedebat. Exercitus univerſos in legiones, centuriaſque & alas, tam ſcienter diſtributos habebat, ut hoſtem petere, & ferire quacunque is vel objiciſſet, vel aggrediendus eſſet parte, in promtu, numeratoque haberent. miſcebat equitatui pedites, ut ſi in acie alicubi foret laboratum, neutri ab alteris deſtituti in fugam diſſiparentur. acies omnis tormentorum commodiſſimo loco poſitorum, equitumque & haſtatorum undique præſidiis, ejus ductu, prudentiaque tegebatur: quæ tamen tanto ubique intermiſſa ſpatio locabantur, quanto ſervatis ordinibus ad excurſiones faciendas, ad ſe circumagendum, recipiendumque, militibus opus erat. Milites ipſos ſingulari bellicæ diſciplinæ vinculo ſibi arctiſſimè conſtringebat: in caſtris, in urbibus, in propugnaculis nullam digladiationem, nullum ſingulare certamen militi in commilitonem permittebat. militarem controverſiam, militari judicio dirimendam judicabat. Priuſquam in hoſtes adverſos duceret: ſummo ſilentio in caſtris omnes ad precandum Deum, oratione & exemplo inflammabat: ſic dictitans *nihil mortalibus feliciter cedere, quod immortalis Dei benignitate, & favore prohibeatur.* Lutheranæ perſuaſionis, quemadmodum illa Auguſtanæ Confeſſionis nomine & ritu circumfertur, magnus obſervator erat: ut mihi quidem Gotorum regis *Theodorici* memoriam nullo negocio refricet: qui Italiæ regno olim potitus, ne religionum hoſtis à Chriſtiano cœtu haberi poſſet, Arrianæ ſectæ impoſturas tuebatur; hæreſimque ferro ac flamma in hominum animis inſerere ac propagare ſtudebat: magna quidem pietatis ſpecie, ſed quæ ſimulata quum ſit, vero pietatis fructu careat. Anno hujus ſæculi ſeptimo decimo Suedici regni inſignia Guſtavus acceperat: atque ut cæteras nationes expeditionibus victoriarum

Diſciplina militaris.

Religio

M 6 plenis

plenis peragrabat; plurimis locis omni rerum co-
pia adornatis, vaſtitatem & ſolitudinem faciebat.
ita Suediam ſuam domi pacatiſſimam bonarum
litterarum cultu, ingeniorumque fœcunditate
conſevit; quæ tam uberi proventu eruditione
arteſque protulit, ut Academiæ gymnaſium *Vp-*
ſaliæ latiniſſimis ſcriptoribus frequentatum vi-
deamus. Ea res Guſtavo ad paratam armis lau-
ream, decora multo ampliora adjeciſſe meritò pu-
taretur, niſi ipſe animum ſuum vincere neſcius ad
Romani imperii apicem anhelaſſet: id quod illi
denique morti fuit; quippe unis duobus annis in-
victæ Germaniæ tantum terroris incuſſit, ut illius
imperata facilè factura videretur. ſed aliter ſupe-
ris viſum, *qui ſecundiores homini res, ac diuturnio-*
rem impunitatem ſæpe concedunt: quò temeritati
ſuæ morem gerens, iſtuc nervos intendat, unde pro
ſperato lucro damnum reportet. Satis Guſtavo me-
moriæ ad poſteros erit, ſpreti numinis contume-
liam in Germanos vindicare cœpiſſe, & *Lutiam*
obſcurum oppidum morte conſimili illuſtraſſe,
anno hujus ſæculi ſecundo & triceſimo. Ab ejus
obitu, *Ioannes Oxeſtirna Axelius* (regni Suediæ ar-
chigrammateus erat, maximæ poſt regem aucto-
ritatis, potentiæque) concilia Holmiam indicit;
& populorum fidem *Chriſtinæ ſeptuenni* ſolenni-
bus ſacramenti verbis obſtringendam curat. vi-
ctorem exercitum in Germaniæ viſcera tripartitò
graſſantem, nequaquam revocat, ne inultam re-
gis mortem relinquere videretur. Hic exercitus
per annos quindecim & eo amplius, variorum
ducum, ſed *Hornæ* præſertim & *Torſtaſonis, Phran-*
geliſque & *Konigſmarci* auſpiciis, imperiiſque, eviſ-
ceratum Germaniæ corpus internecini belli tu-
multibus ac ruinis, ad interitum planè dediſſet,
niſi tot neceſſitatibus coacti Germani, pacis nun-
dinas in Vueſtphalia ſupplicando impetraſſent: ubi
demum id quietis quo nunc fruimur, ſimul prece,
ſimul

in litera-
tos amor.

ſimul precio emere oportuit. Archiepiſcopatûs Bremenſium, epiſcopatûs Pherdenſium mutatis vocabulis in ducatus verſi, ad Suedos cum ulteriore Pomerania, eâ pace exſulatum abierunt. Adoleſcebat regina interim, & quum ingenio valido ac perſpicaci eſſet prædita, ſapientiæ ſtudiis ad omnem humanitatis manſuetudinem formabatur: pietatis & prudentiæ laudibus illuſtrium hominum amicitia & ſermonibus gaudebat; libris operam dabat, profeſſores & magiſtros in juventute erudienda, ne tædio avocarentur, voce & præmiis ad labores devorandos, invitabat. præter *Vbſalienſis* Academiæ gymnaſium inſtauratum, alia duo aperuit, *Dorpatenſe* in Livonia, *Aboenſe* in Finnonia ſitum. Regiæ verò adminiſtrationis decus, longè ſupra patris eminentiam, moderatione & ſapientiâ extulit. audiebat ipſa legationes regum, principumque externorum: reſponſa dabat ex temporali facundia, plena integritatis, plena circumſpectionis. Hac laude florentem reginam, nemo fuit totâ Europâ paulò humanior, qui non ſuſpexerit; nemo qui non ſæpè prædicaverit; nemo qui non, quò hæc principia tandem evaſura eſſent, avidiſſimè exſpectaret: donec ad extremum, hic annus docuit, eam fœminam, quæ regnum procurare celebratiſſimo parente ſuo melius poterat, regno ſe abdicare, inſigniaque ejus ponere, animo pluſquam virili potuiſſe. Anno milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo altero, poſtquam multa eſſet ingenio perſcrutata, iſtuc ſummam diligentiam adhibuit, ut non tantum humanis diſciplinis animum excoleret, magnamque inde prudentiæ laudem inter mortales nanciſceretur, verùm etiam quæ hic vera, & *ſincera religio dici*, haberique poſſet, intelligeret. quare excuſſis omnium fermè religionum argumentis & placitis, de *Lutheranâ* vehementer dubitare cœpit, & ingenti pietatis ſtudio in Catho-

Catholicam ferebatur. ſed ea res ne ſibi fraudi eſſet in Suediæ regno, ubi nulli licet ſine capitis periculo Romanæ Eccleſiæ inſtitutionem profiteri, in occulto latere debuit. interim Catholicæ inſtitutionis doctores; qui ingenio maximè florerent, ad ſe clanculum invitabat; ſpecie explorandi, quibus in artibus ſe exercerent, revera ut ſcire poſſet Romanæ Eccleſiæ doctrinam. per hos commendationis aditum ad ſummum Pontificem habere contendebat: *ſe enim exploſis vanarum religionum figmentis, cum Eccleſia Catholica in gratiam redire, coniungique velle aſſerebat. ejus religionis amore raptam, regnum etiam contemnere.* optare quidem ut reſtituat Suediam in Religionis Catholicæ unde excidiſſet ſtatum; ſed illud nimis longum eſſe exſpectare: quum ejus rei eventus admodum dubius ſit, neque tamdiu ſeparari à Catholicis velit. Illuſtris hæc ingenii ſpecies erat; ſanioris philoſophiæ cupiditate exarſiſſe, & exornandi animi, Chriſtoque ſe probandi causâ, privatam agere vitam inſtituiſſe. Verum enimverò priuſquam ſe abdicat hoc anno, tres in Suediæ regno adminiſtrationes, quas non ita pridem ordinaverat; revocare & tollere cœpit. *Finlandiam* eoque ſpectantes provincias, Petro Brahæ regni ſatrapæ, quem *Droſſetum* appellant, attribuerat. *Gueſtrogotia, Hallandia, Guermelandiaque & Dalæ* adminiſtrationem Adolpho Ioanni Duci conceſſerat. *Ingermanniam, ambaſque Carelias* Ertico Steinbocio comiti curandas commiſerat. hos tres, adminiſtratione injunctâ liberavit, atque in gubernandi genus quo antea regebantur, eas terras poſtliminio reſtituit. Comitem Guſtavum *Hornam* in Livoniæ rebus procurandis manere paſſa eſt. Illi verò tres ſuperiores quod civilibus curis immunes fierent; eò diligentius in bellicam rem incumbere cœperunt. plurimis locis dilectûs faciebant, habebantque jam exercitatiſſimorum homi-

hominum in armis pedites, ad numerum viginti milium; equites ad decem milia: his altera quindecim millia ſupplemento adjicienda conſcribi debebant, neque in opere tardabatur.

Chriſtina ad abdicandum ſe parans, deliberationes regni ſenatorum in *Orebo* fieri mandat, quarum finem comitia exceperunt: quæ comitia dum Ubſaliæ fiunt, maximam partem eorum hominum, quibus honeſtatis, & miniſterii, atque etiam oblectamenti causâ, regaliter uſa fuerat, ſimul dimittit: *cubicularios, ephœbos, circumpedes, phonaſcos, puellarum & mulierum nobilium gregem.* mox ad parentem viduam quæ *Nicopia* morabatur ſalutandam proficiſcitur. ut verò ſe abdicaret, regnandi jure in Carolum Guſtavum ſuperioribus annis translato; hac lege cum proceribus & regni ſucceſſore agit: *ut eos proventus, quibus ante Carolus, tanquam regni hæres potitus fuerat, ipſa in poſterum accipiat: ex portoriis autem vectigalibusque regni, decem imperialium nummûm myriades in annos ſingulos adjiciantur, unde victus illi alimoniumque ſuppetat.* In has conditiones quum ab ſenatu regni tandem facta eſſet diſceſſio: dies conſtitutus in ante decimum ſextum Kalendas Quintiles eſt, quo novo & inaudito exemplo inſignia deponeret. Ubſaliam ergo contendit decimo tertio Maii, non ſine ornatiſſima equitum manu, quæ ex magna parte ſenatorii, & equeſtris ordinum, ac voluntariorum erat. venit ſubinde & regni hæres Carolus Guſtavus, quem in ſuum locum Chriſtina volens cooptaret. Junii menſis initia haſtiludiis, ac decertationibus equeſtribus peracta ſunt, oblectamento proludiorum ab ſymphoniacis amabiliſſima voce adjecto. quatuor eo certamine victores, peculiaribus quiſque præmiis ornati ſunt: *Totta comes* aureâ catenâ mille & quingentorum nummûm qui *thaleri* vocantur pretio æſtimatum, cimelion includente donabatur.

Regina comitia Vbſaliam indicit.

16. Iunii abdicat ſe magiſtratu regio.

Ludi equeſtres.

tur. Lariſſæus Creuſa malluvio gutturnioque ad pretium octingentorum imperialium. ſtabuli præfectus cui *Lithorida* nomen eſt, vulgò *Steinberger* minoris formæ manubiis ad precium quingentorum imperialium. *Benedictus Hornæs* non abibat indonatus, ſed minore quàm priore præmio. Acies pugnantium erat in equis, ludorum ſpecie apparatè magnificèque inſtituta: quibus bellicoſiſſimæ nationes toto terrarum orbe referebantur. *Indis* præerat Palatinus ipſe regni ſucceſſor: *Perſis* Caſtrametator Phrangel: *Mauritanos* ductabat Comes Guſtavus *Leonticephalus* vulgò Lovenhaupt: Romanos Comes Arfredus *Leucorides* ſive Vuitæbergus. Sunt autem quinque viri ex regni ſenatorum numero ſelecti, quorum eſt ex veteri inſtituto præferre totidem regni Suediæ inſignia. Principem in his locum habet ſatrapes, cui *Drotſeto* vulgare nomen eſt, is coronam præportat. Secundum locum Rуſifer occupat, qui *Marſcus* regni dicitur, ei gladius præferendus committitur. Qui maris imperii ſummam tenet, quemque Græco vocabulo Thalaſſiarcham appellant, ſceptrum gerit. Orbis aureus cum aureâ cruce deſuper infixa ab *Archigrammateo* (cancellarium nominant) præfertur. Auream clavem cum trabeæ ornamento, regii ærarii cuſtos, quem *theſaurarium* appellant, præfert. hi quinque viri ad luctum non minus quàm ad gaudia regum adhibentur; & ſive ungatur ſolitâ cæremoniâ rex, ſive mortuus tumulo inferatur, inſignia regni circumportant. hi vel ipſi aderant, vel aliis ſuo loco his muneribus functuros ſubſtituerant. Dies ergo ante ſextum decimum Kalendas Junii, quum aſpiraſſet: in regni aulam *Vbſaliæ* proceres conveniunt. feria erat tertia, hora temporis matutini ſeptima: & rebus ad eam celebritatem digniſſimum in modum comparatis, eodem ſe confert *Chriſtina* & *Carolus Guſtavus Chri-*

Quinqueviri regni Suedici.

ſtinæ

...imi ſucceſſor: proprio quiſque cultu, & comitatu ſuorum illuſtris. Regina in curiam introducta, regiis adhuc inſignibus ornata, eminentiſſimo in throno collocatur. In aulæ medio elegantiſſimi operis quadra erat poſita; quæ rubenti holoſerico, aurique fimbriis & ramentis artifice manu in holoſericum impreſſis obtegebatur: ad eam quadram rex futurus in ſella aſſidebat. reliqui proceres pro commoditate, ſuis in locis diſponebantur. Scheringus Roſenhan duplicis generis codicillos omni ſenatu exaudiente prælegit. *priores codicilli reginæ erant, quibus de voluntaria regni abdicatione, animum voluntatemque ſuam explicabat. alteri, inſtrumentum regni procerum, ſucceſſoriſque continebant; quo regio magiſtratu abeunti Chriſtinæ in victum, alimoniumque certis conditionibus cautum, proviſumque fuit.* His, omnium ſumo â voluntate auditis, *Chriſtina* inſignibus regni ſe lubens exuit. coronam è capite exemtam, *Petro Brahæ* (ſatrapes regni erat) tradit. gladium, *Lariſſao Clagæ*, qui locum abſentis *Enſiferi* ſuſtinebat. ſceptrum, maris imperatori Oxeſtirnæ. *clavem auream*, Hermanno Flemmingæ Baroni qui theſauri præfecto abſenti ſubrogatus fuit. *Togam regiam* talarem, duo regii cubicularii, deferendam acceperunt. *Orbem aureum*, cum cruce regni Cancellarius abſtulit. Hæc inſignia, per quinque viros in quadra, ante regem ponebantur. *Chriſtina* præter habitum virginalem, vix quicquam retinens, & pedibus inſiſtens regni ſenatores, clariſſima voce affatur: conſilii & voluntatis ſuæ rationem luculentis verbis exponit: cui; quum regni procerum nomine, Roſenhanes copioſa & graviter reſpondiſſet: allocutione ſingulari ſucceſſorem ſuum appellans Chriſtina: *pro te*, inquit, *nepotum cariſſime, proque regno Suediæ Deum optimum precor, uti hic dies omnibus ſalutaris & fauſtus illuxerit. poſui ego hæc regni ornamenta, ut quæ in ſtatu ſuo in animo*

Carolus Guſtavus Chriſtinæ ſucceſſor.

Regni inſignia deponit Chriſtina.

Chriſtina orat in ſenatu ad proceres.

ad Carolum.

Chriſti ſpiritus loquitur, exequi, negociumque ſuſceptæ peregrinationis tranſigere poſſim. tu interim ea quæ poſui, me tibi transferente ita accipe, ut noſtri beneficii memoria, regnum feliciter adminiſtres, noſque abſentes etiam diligas. Perorantem Chriſtinam, cum gratiſſimi animi ſignificationibus *Carolus Guſtavus* excepit; converſuſque ad regni ſenatores, ſapienti oratione de regiis muneribus diſſeruit. His finititis rebus, è ſenatu, per diſpoſitos honoris & pompæ causâ milites ac cives, itum in Eccleſiam eſt: ubi *Strigenatium* Epiſcopus concionem ſacram ad populum habuit. argumentum erat, pro coronando ungendoque rege precatio ad Deum in hæc verba: *Da pacem regi, da felicem regii numeris adminiſtrationem.* ſecundum concionem, unctus eſt coronatuſque ab Archiepiſcopo Ubſalienſi, Lenæo nomine, Carolus Guſtavus. eæque cæremoniæ adhibitæ ſunt, quas rejectis Pontificum Romanorum inſtitutis, Germanico ſermone Lutherani Pontifices retinere voluerunt. His more ſuo perpetratis, longo ordine & pompa, è templo in arcem proceditur: per vias in vulgus ex auro, argentoque nummi honorarii ſparguntur: hi unâ parte regem cum ejus expreſſo nomine figuratum præferebant: altrinſecus heroinæ effigiem armato diadema imponentis exhibebant, cum inſcriptione: A Deo et Christina. Bos ferarum, & altilium vario exquiſitoque genere farctus; ac per dies aliquot ad prunas ſubjectas per culinariæ rei miniſtros verſatus, populo ſpectanti in prædam ceſſit. Hora octavâ, ſub noctem cœna regalis inchoata in proximum mane perduravit, chorearum non expers, ac lætitiæ plena: interim in armis præſtolabantur *Vblandiæ, Gueſtmanniaque* regionum cohortes, alariique ad cuſtodiam corporis regii delecti non ſine Ubſaliæ oppidanis. Altero die, horâ circiter tertiâ poſt meridiem in arcis area ſacramen-

Concio.

ito adacti ſunt, fidemque novo regi dederunt *Nobilitas & Clerus*, urbani atque ruſtici. qui ſinguli regis manum oſculati quum eſſent, domos abierunt. Comites & Barones fiduciaria regni bona poſſidentes, fidem ſuam regi obligarunt. Hæc per feneſtram, è ſublimi ubi ſatis perſpexiſſet *Chriſtina*, eodem adhuc die ſub veſperum *Metſtadium* venit, ipſo rege cæteriſque nobilium proſequentibus mille paſſuum ſpatio: inde Holmiam verſus inſtituit, ibique paucos dies morata tranſmiſſo navibus ornatiſſimis Oceano venit Hamburgum. Phrangel Suedici maris imperator cum duodecim myoparonibus militum plenis, honoris cauſa eam deduxit. *Carolus Guſtavus* poſtquam regni inſignia ſuſcepiſſet, de matrimonio ineundo cogitare cœpit, ſponſa illi ex *Scleſvicenſi* ducatu Holſatiæ princeps *Hedvigis Eleonora* petebatur: ad eam adducendam *Holmiá* Dalerhaviam cum *galeone regio* (ita ſingularem navim appellant) mittitur *Oxeſtirna* comes junior, qui parenti vitâ functo in cancellariatu mox ſuccedet. is quocunque venerat amplìter eſt habitus, & ſponſa inde ex Auſtralis Jutiæ finibus, primò itinere *Carolopolim* quum deducta eſſet: Holmiæ tandem regali apparatu culta, exceptaque fuit. dum ducebatur, præibant honoris cauſa mille & ſexcenti armati, pars in equis, pars pedibus. proximi his erant regni ſenatores, ſuo quiſq; curru magnificè invecti: quos equi non pauci abſque ſeſſoribus, lucentibus tamen auro, oſtroque tapetibus inſtrati, & equiſonum ambulantium manibus per frenos apprehenſi ſequebantur. tum comites & magnates. Rex ſolus in rheda, quatuor & viginti ſecurigeris, quos *hellebardos* vocant, circumſtipatus erat, eum alio in curru per triumphi ſpeciem exornato, *Hedvigis Eleonora* ſponſa comitabatur. honorem extremum incedentis ad ſpectaculum pompæ finiebant, equites pedíteſque ad numerum

rum mille & ſexcentorum. *Vbſaliam* ventum eſt eodem veſperi, & horâ circiter octavâ, ſacrorum apud Suedos Ubſalienſes magiſter, in regni cœnaculo matrimonii ritus peregit: ac habitu Pontificali ornatus, regē cum *Holſatia* principe *Eleonora Hedvige* connubiali vinculo conſtrinxit. Qui plauſus, qui triumphi, qui tormentorum omnis generis ſonitus, tum conſecuti fuerint, oratione vix eſt aſſequi: poſtero die tamen multò majores exſtitère, quum novam nuptam regni infulis magnificentiſſimè decorandam, produci ad templum viderunt. omnia circum lætitiâ & gratulatione, cantuque ſymphoniæ perſtrepebant. non pauci deinde dies choreis, epulationibus, haſtiludiis, ac decertationibus equeſtribus in regis ac reginæ honorem abſumti. Ludicris ubi finis impoſitus eſt, ad rempublicam converſi animi ſunt. Plettebergo Cæſaris legato, aliiſque à Brandæburgenſi Octoviro ſubmiſſis ſenatus datur. Mittuntur è Suedia ad Roxolanorum imperatorem in Moſcoviam, qui ejus animum explorent de *Careliarum, Ingermanniæ*, ac *Livoniæ* finibus: ne bellum ei faciat, paci enim ſtudere ſe, *Moſcumque* amicum habere velle.

Dux ultimus Pomeraniæ ſepelitur.

Paucis ante diebus, quā ſe Chriſtina regno exueret; Pomeraniæ ducis ultimi *Bogislai*, qui jam pridem vitâ exceſſerat, corpus ſepulturâ afficitur. ſupremo ejus honori Suediæ regni, octovirique Brandæburgenſis legati aderant. *lituus & ſigillum* (ducatus inſignia ſunt) ab aurifabro concidebantur; *mitra Epiſcopalis* cum longurione è quo lugubre vexillum pependerat confringebatur; ſingulaque in ſepulcrum illata cum duce ſuo tumulabantur. annulos duos aureos, geminas item galeas aureas, & bina ex auro ſcuta, tripartitâ diviſione *Suedus* & *Octovir* accipiunt: huic enim Pomerania ulterior, illi citerior [illegible] nuper factæ conditionibus obvenerat, ſi tamen ſtirps maſcula Brandæburgenſium

genſium interierit, regum *Suediæ* tota erit *Pomerania*. Chriſtina verò Hamburgi honorificentiſſime excipitur: & proximo Julio, paucis eam deducentibus peregrini habitu per *Mindinam*, perque *Oſnabrugenſes & Monaſterienſes Gueiſphalos*, in Belgium Hiſpanienſe *Antuerpiam* contendit. ubi in quintum menſem quum ſubſtitiſſet, ipſo nati ſervatoris pervigilio ſub noctem *Bruxellas* venit maximâ Archiducis Leopoldi, & Cõmitis Fonſaldauni cõgratulatione ſuſcepta. non latebat hos viros *Chriſtinæ* in Catholicam pietatem ardentiſſimus animus. *Antonius Pimentellus*) is ante hac in Suedia fuerat cujus amicitia & familiaritate conſiliorum utebatur, quemque Amaranthi ordine donaverat) ab rege catholico reverſus, & legati extraordinarii titulo ad Chriſtinam iterũ miſſus, de hac omni re certiores eos fecerat. Ioannes *Baptiſta* a *Guemes*, ex S. Dominici familias clariſſimus vir; qui mundano cultu, monachũ diſſimulans, reginæ ab epiſtolis in Suedia fuerat, una cum Pimentello ex Hiſpania adductus, eâdem natali nocte, in ſecretiori cubiculo ab hæreſi Chriſtinam abſolvit, & fidei Catholicæ profeſſionis verba recitantem, cum Eccleſia reſtituit in gratiã, ac cœleſti corporis domini pabulo ut ritus eſt Latinæ Eccleſiæ eã refecit.

Chriſtina per Gueiſphalos in Belgas contendit.

ejuratâ hæreſi fit Catholica.

Ad medium Octobris Circulorum Imperii conventus habiti ſunt: aliorum alibi, Suevici Ulmæ, Gueiſphalici Oſnabrugæ, Saxoniæ ſuperioris Lipſiæ, inferioris, Brunſvigæ, ad Saxoniæ circulos legati affuere à Suedo propter Pomeraniam, aliaſque provincias. his conventibus finitis Francofurtum congregatio indicta nomine imperii *Deputatorum*: in quâ circulorum ſententiæ audirentur: quodque in rem publicam eſſet decerneretur.

Nunc in Magna Britannia, ad novos Cromvelis dominatus reviſamus. is jam trium nationum *Protector* Atque audiebat: neque

tantum ab Anglia, ſed omni propè Europa legationibus regum atque principum colebatur, *Hiſpaniæ, Galliæ, Suediæ, Daniæ, Florentiæ Ducis, Gubernatoris Belgii Archiducis, Mazarini Cardinalis, Comitis Oldeburgici.* Curas in eo præcipuè deſigebat, ut rebus ad voluntatem fluentibus uteretur, omniaque ad ſuum ingenium efformaret. ergo novi ſacramenti verba militibus condit, in quæ jurent: trecentos armatos (*archibuſiros nominant*) ad cuſtodiam corporis delegat. majeſtatis nomen ob reges deteſtatus Celſitudinis tantum vocabulo ſe appellari patitur: qui ad eum ſegari veniunt nudato capite ſecum reverenter colloqui mandat. Ex multis ſectarum nominibus duo tantum retinet, *Independentium* & *Presbyterianorum*: quæ ut ſine tumultu regi, ac inter ſe aliquando componi poſſent, præcipuos harum ſectarum magiſtros *Ovenum, Samſonemque* cum aliis nonnullis ad ſe vocatos vehementer ſollicitat: ut, quod illorum magiſterii ſit, Eccleſiæ rebus diligenter proſpicere, pravos indoctoſque docendi euangelii muneribus prohibeant: eruditos ac probos, quique Deum timere ac honeſtè vivere videantur, defendant atque confirment. ſcholas omnes & Academias, ab illis opinionibus omninò perpurgent, quæ contentiones horum adverſus illos, progignunt: doctrinæ certioris, ac ſanctioris vitæ ſtudium ubique uti retineatur, laborent: puritate Euangelii conſervatâ, Antichriſti (*ita Romanum Pontificem nominant*) propaginem atque ſtirpem evellere contendant. hæc præcipua Theologorum cura ſit: neque civilium rerum gubernationibus ſe immiſceant. Vitæ ſanctimoniam in eo ponant, ne quid publicè mali oriatur, ne quid contumeliæ vel indignitatis in Deum, aut magiſtratus palam fieri ſinatur. illis diebus quæ *Sabbatha appellant*, externi operis nihil perpetrent, ſed id tempus omne ſcripturis propheticis,

Protectoris cura & induſtria.

&

& euangelicis audiendis vel legendis impertiant. ...ium verò nihil tam adverſum Chriſtianæ puri-...ti reperiatur, quam illorum qui ſe Catholicos ambitiosè jactitant, ſuperſtitioſiſſimi cultus obſervantia: id genus omne hominum, ac cæremoniarum diris devoveant, neque vivere ſecum aut colloqui patiantur, unicâ Chriſti fide ac ſolâ ſyncerè niti monſtrentur. matrimonium quod *Papiſtæ* pro ſua avaritia ſacramenti nomine donarunt, quum civilis copulæ ſit, nemo ſacerdotum inſciente magiſtratu adminiſtret. Londinates, menſe Februario convivium inſtruxerant, omni ferculorum apparatu frequentiſſimum. eò venit *Cromvel* protectorio comitatu, equo gloriosè vectus. rhedæ & currus magnifici operis pluſquam octoginta ſequebantur. tubicines, præcones in equis: antecurſores & miniſtri pedibus circumvolitabant. honorariâ tormentorum ac fiſtularum exploſione, cælum circumſonabat, æs omne campanum è fanorum turribus, maximo tinnitu perſtrepebat. In convivio menſarum ornatus bis atque iterum novus apponebatur. ſeniores & ſenatores, non pauci ad pocula, ad dapes miniſterii causâ circumſiſtebant: ſymphoniacorum dulces moduli poetæ regis carmina frequentabant. *Protector* nudato capite, in ſella dapibus menſæ aſſidebat; quem ab læva Henricus filius, à dextrà parte Major complectebantur. In convivium præter omnis generis fercula, ſcutellæ ſupra quingentas eſculentarum avium ſcitamentis plenæ inferebantur. qui inferebant ſpiras latiores albo & rubro colore diſtinctas circum pileos habebant, & albentia bacilla manibus præferebant. Vt finem epulandi *Protector* fecerat, Majorem illum ducto ſuper hunc ex os lævi gladio equitem creat, eoque gladio eum donat. Henricum filium paucis poſt diebus in *Iberniam* cum aliquot belli præfectis mittit, qui ſuarum partium homines in fidem accipiant: & ſup-

Convivium Protectori inſtruitur.

Equitem creat.

plemento exercitibus addito contra adverſarios defendant. Interim, quum non volentia de iis compeririſſet, qui partim in Anglia, partim in Scotia ſubjectiſque ſeptentrioni locis Protectoriam Celſitudinem, ac res novatas pro indigniſſimis execrabantur: aures animumque pauliſper ad externarum legationum congratulationes avertit; quantum enim ex illis faſtidii ac mœroris naſci videbatur, tantundem ex his conſolationis & gaudii perſentiſcebat. *Hypſichtonum* in regem ſtudia, adverſus *Protectorem* tanto impetu fervebant, ut iis nihil infeſtius haberetur. armorum ac virorum plenam claſſem ex Batavia in Scotiam cum regiis mandatis Middelton intuliſſe nunciabatur. is traxit in partes regias quam plurimos, ſed inprimis *Glencarniæ, Chemnoreæ, Seafortii, Atholiæ* potentiſſimos ſatrapas, & *Huntelæi* comitis filium, alioſque. his erant milites, ſecundum non paucos Britannos *Cromvelis* dominatum non ferentes, ex Belgio fœderato aliiſque provinciis exercitatiſſimi in armis homines, quibus in Badgenotho luſtratis, ac in partes varias per *Catochtonum* hoſpitia dimiſſis, non mediocris metus Cromvelianis incuſſus eſt. *Monca* ſtatim (is erat novi dominatus in Scotia aſſertor) augere copias ſuas, & ſupplementis frequentare cœpit. cohortium multarum ſub illo præfecti ac duces vigebant: *Redus, Panevicus, Richas, Fariſax, Tuſſeron, Morgana, Firchas, Allaredus, Salomo, Thomlinſon*, aliique. hi contra Hypſichtonas noctes ac dies intenti, frequentibus præliis ſed iniquo ſæpe marte decertabant: quum hoſti ſemper in montium diverticulis, aut inſidias moliri, vel iſtuc repente fugam capeſſere in promtu eſſet, *Cathaneſiam, Suterlandiam, Roſſiamque* caſtrenſibus hoſpitiis regii delegerant, omneque negocium pro viribus ita conficere laborabant, uti proxima æſtate regi tutus in Scotia, ubi degat locus pateret, edictum ſimul

Hypſichtones die Higlender.

evul-

[d]evulgandum curat *Glencarniæ* dynaſta: quo eos qui ſe opibus, armis, commeatu non juvant, neque regium nomen contra *Protectoris* inſolentiam alacriter defendendum ſuſcipiunt, ferro ſe ac flamma populaturum minatur. Diverſâ parte declarationem *Protectoris* in Scotia publicandam Monca ſuſcipit: quâ delictorum venia, ac rebellionis in *Cromvelem* oblivio declaratur, ſi relicto rege, ad ſe tranſitionem facere non dubitent. promittuntur quoque duo millia florenorum illi, quiſquis ex ducibus rebellionis unum aliquem ſeu vivum ſeu mortuum ceperit, attuleritve. *Londini* verò, non parum erat illorum hominum, qui quod palam adminiſtrare non audebant, per cuniculos molirentur, inſidiiſque circumventum *Protectorem* ad internecionem redigere contenderent. ea molitio paulisper tecta maximo Cromvelis bono, ineunte Iunio pateſcere cœpit. illos in quos conſpirationis ſuſpicio cadere poterat, in vincula abreptos quæſtionibus ſubjecerunt. Sub Martii nonas confœderati *Belgii* ordinum legatus *Bevorninges* nomine à Protectore auditus benevolè eſt. hic pacis fundamenta jecit quæ Aprili menſe Anglos inter, & Batavos conſtituta fuit: ſexto Maii die per præcones ac tubicines Londini omnibus promulgata. quibus conditionibus ea pax ſit facta hic non referam, quod illæ ſingulatim *Politicorum* ut vocatur libro qui poſt hiſtoriam noſtram ponitur, incluſæ ad verbum legi poſſint. Franciæ Regis orator ſub idem tempus, in colloquium Protectoris admiſſus, nihil ad ineundam pacem cum Rege ſuo prius impetrare potuit, quam *Carolus Stuardus* cum *Henricæa* matre ex Galliæ finibus amitterentur. id Pariſios litteris renunciatum quum eſſet: Henricæa in *Allobroges*, rex Scotiæ exul in Germaniam uti volentes concederent ſunt perſuaſi. hic Ubio-

Edictum Glencarniæ reguli.

Conjuratio in Protectorem.

Pax Hollandica.

rum Coloniam Septembri menſe, illa Taurinorum Auguſtam paulò ante id tempus venit; pecuniâ in ſingulos menſes unde victitent ex Galliæ regni ærario eos ſecuturâ. His temporibus magna ſiccitas per Angliam fuit, non modò pluviis cælo decidentibus nullis, verum etiam fluminibus propè arefactis *Thamiſis* adeo decreverat ut ſicco propè tranſmiſſu, multis in partibus vada fierent. *Nortfolcia*, *Lincolnia*, & *Nortamtonia* regiones, antehac maris æſtu involutæ, inundatæque neque coli, neque habitari poterant: quæ hac ſiccitate habitabiles factæ, Proteſtantium fidei hominibus, qui aliunde ſolum verterant, Protectoris benignitate attribuebantur: *ne ſcilicet juſtior in occupandis alienis, quàm in iiſdem diſtribuendis videretur.*

Siccitas in Anglia.

Sub Junii menſis initia, edictum *Protectorium* magno Angliæ ſigillo confirmatum conditur: quo ex provinciis omnibus viri ampliſſimi evocantur; uti proximo Septembri apud *Londinates* adſint, novoſque ſenatores (Parlamentum vocant) defectis prioribus ſufficiant. illi ſtato in Eidus die, ad numerum quadringentorum facilè convenerunt. principio itum in arcem eſt ad ram divinam, Anglicano ritu frequentandam. locus, ubi convenire ſolent *occidentale monaſterium* à ſitu appellatur: Benedictinis patribus ab ſancto & Romanæ fidei rege *Edvardo* ad pietatem exercendam olim conceſſus, ſed poſt Henrici octavi ab Eccleſia defectionem profanatus. Protector curru invectus duos conſeſſores habebat *Lambertum Majorem*, *& Laurentium ſenatus magni præſidem.* quorum uterque, apertis capitibus ante ſe pileos manibus complexi aſſidebant. Antecurſores ex nobilitate ſupra centum, primi incedebant: quos ad corporis cuſtodiam delegati ſequebantur milites. præter currum dextrâ ac læva apparitores, ephebi circumpedes volitabant. poſt currum *Cleppolius* ſtabulo præfectus, cui filiam Protector nuptum dederat,

Concilium Angliæ.

VVeſtmünſter.

derat, equo vectabatur. ponè hunc, equus fræno ducebatur omni pulchralium genere cultiſſimus; ſtapedes aurei ex ephippio purpureo dependebant, celſitudinis ſuæ calcibus terendi. his proximæ erant complurium dynaſtarum rhedæ. in quibus eminebat duo, quorum alter, enſem diſtrictum, alter ſigillum reipublicæ deferebat. Re divinâ ut illorum ſectæ ritus permittunt facta, ſenatum ineunt. *Protectori* è templo pedibus ad curiam proficiſcenti, armati quatuor præibant, aurea ſinguli ſceptra deferentes. Lambertus Major nudatum enſem geſtabat. in curiæ medio ſella aurea menſæ ornatiſſimis tapetibus inſtratæ imminebat; *Protectori* conſeſſuro poſita. utrimque ſedilia pretioſi operis ſenatoribus locata viſebantur. Ergo conſidentibus univerſis, & auſcultando intentis; vultu gravi, aperto capite, reliquo corpore ad ſedendi quietem compoſito, manibus ad facundiæ obſequendum liberis, orationem hujuſmodi Protector habuit. *Neminem veſtrum ignorare arbitror, viri lectiſſimi, quæ ſit hodierni conventus noſtri cauſa; nempe trium nationum vita & ſalus, religio atque dignitas, omnium noſtrum humeris impoſita ſunt: quæ niſi ſummo ſtudio, ac fide ſublevamus ac retinemus; magnopere verendum erit, ne patriam everti, & Chriſtianam religionem evelli ſinamus. Deus optimus, quicquid inauſpicatum eſſe poteſt, ſuo numine ab hac republica benigniſſimè amoliatur. Deus inſpiret animos noſtros atque confirmet, uti quod facere inſtituimus, ad ipſius nominis immortalem gloriam optato fine concludere liceat; ipſe juvet rem noſtram, quò diriſſimæ ſuperſtitionis cultu in exſilium abire juſſo, reformatæ religionis decus, & libertas hominum pectoribus inſerantur; inſita conſerventur, conſervata ſtatum noſtrum perficiant. Nunc verò hic ampliſſimus, frequentiſſimuſque poſt hominum memoriam totius Angliæ conſeſſus, optimam in ſpem me vocat, brevi fore: uti res noſtra publica*

Angliæ Concilium

Oratio Protectoris ad concilii Anglicani proceres.

biica maximis difficultatibus expedita, non concordia minus atque religione; quàm opum vi atque viribus eſfloreſcat. Papiſtas omnes, portenta illa atque funera Britannia ſumma omnium voluntate ejecimus, ſed cum domeſticis hoſtibus negocii aliquanto plus contra ximus. qui florentem ſtatum Angliæ, & hac administratione conſtabilitum ſubruere conantur. quid autem indignum? quid intolerabilius: quam ſuperiorem ſenatum, quem æquiſſimo jure ſolvendum, ac de ſententia dicenda provincia detrahendum cenſuimus, conſiliari auſum fuiſſe quomodo omnis generis hominum æqualitate introductà nullius non dicam Protectoris ſed ne hominis quidem in re gerenda, adminiſtrandaque authoritas ritè valeat. Non me latet ſceleris illius, horum conſiliorũ authoris & principis inſania: ſed vos appello viri ſapientiſſimi, atque vehementer etiam non mearum neceſſitatum, ſed communis ſalutis cauſa obſecro, ne ſinite unius furore atque amentia res Deo adjuvante optimè ac ſaluberrimè inſtitutas perturbari atque convelli. Scio quos tantæ perturbationis inſimulem: ſcio qui nobis, ne naufragium faciamus, tanquam ſcopuli atque ſyrtes remis ac velis fugiendi ſint: qui me magnis luctibus populi Anglicani, funeribuſq; ſubvenientem hoc novo praviſſimarum opinionum genere excogitato, ferre non poſſe videntur. Levellerios appellant ſe ſe, illi, illi ſunt ad cupiditates ſuas explendas nati mortales, qui Magiſtratuum quos optimus Deus conſtituit reverentia & metu ſoluti, nullum in republica ordinem, nullas leges patiuntur. ſed quaſo vos ſtupiditatem hominum cognoſcite: ne alio quàm Chriſti ſpiritu impulſore atque adjutore, quod moliuntur, moliri videantur: Euangelica pietatis fuco ſimplicioribus illudunt. tum denique Chriſtiano more vitam inſtitui, & Chriſto ſe vehementer cordi eſſe, confirmant: ſi exciſo omni faſtu nemo imperet, nemo quenquam infra ſe poſitum arbitretur, ſed veluti amicorum omnia ſint communia, ita imperium,

rium, dignitatem, rerum divinarum atque humanarum adminiſtrationem pro ſe quiſque teneat leges vivendi ſibi quiſque ac modum præſcribat. nulli ſit formidabilis, nulli ſubjectus, omnium æqualis. Quæ hæc per Deum immortalem æqualitas eſt, quæ non potius turbulenta ratio, & pervertendi omnia libido? an adeo diſciplinæ majorum, & inſtitutioni divinæ obliti ſumus, ut Paulum non meminerimus ad honorem magiſtratibus habendum & humaniſſima & clariſſima voce nos hortantem? Quid gladius ille non in acie Pharſalica Tuboronis, ſed in pace atque otio qui magiſtratui nudus præfertur, quid agit? quid loquitur? non ſine cauſa inquit Paulus gladium portat magiſtratus, iræ Dei in ſceleratos vindex. Sed malè hanc operam in hominum furioſiſſimorum confutanda oratione collocamus. maneat ſuus magiſtratibus honos, ſit ſua Eccleſiaſticis ordinibus integra dignitas, & divinæ legis ut ſemper fuit docta & ſana explicatio. fui aliquando ipſe in hac ſententia concionatoribus otioſis nihil opus eſſe rei noſtræ publicæ: verùm cùm videam doctos & huic muneri non ineptos neceſſariò nobis retinendos eſſe: flecto ipſe me atque corrigo: eoſque ad Eccleſiæ Chriſti miniſterium exequendum cum cura admoneo: ne hæc rerum confuſio Anglicani ſtatus integritatem evertat. Reliquas verò curas noſtras & cogitationes in ſalute optimatum, in otio populi, in reformatæ religionis ornamento, planè defixas retinemus. Huc ſpectat, quod maximis terreſtribus, maritimiſque conflatis bellis, aliquem eorum, Deo adjutore, exitum reppererimus. nam ut in Scotia Hypſichtones rebellent, cum fortiſſimis gentium pacem fecimus, Confœderatis Belgis, Suedis, Danis. Portugalenſibus. Hæc ubi dicta: con tiones factæ pacis prælegit, ac de Gallorum a[di] citia bene ſperare omnes jubet: neque jam re mie quicquam, niſi ut Proteſtantium, qui E ſtar elii cauſa ex Romano Imperio exſulare cog nang, patrocinia ſuſcipiant, cauſamque

untur

que eorum religionis, ſuam exiſtiment. tum addit de maritimis expeditionibus, de ſumtibus in claſſem paratam faciendis. Extremum fuit: certò omnibus perſuaſum eſſe oportere, ſe non ita cum ſenatoribus ſuis concionari, quaſi imperata illi, quæ dicat, facere debeant; verùm in labores ac pericula reipublicæ commodo ſuſcipienda, ducem iis; & egregiorum operum adjutorem ſe ubique futurum pollicetur, quare eant bono animo in congregationem, ac de rebus tantis ſumma conſenſione deliberent. Poſteris diebus jusjurandum, quod ſenatores illi facerent ſcripturâ exhibitum fuit in hanc ſententiam: *Ego qui nomen meum ſubſcripſi, induco animum, & volens recipio, me domino Protectori, reique publicæ Angliæ, Scotiæ, Iberniæ fidelem, ac benignum fore & quod conſectarium eſt, nihil propoſiturum in cœtu noſtro, nullius voluntati aſſenſurum: ſi Protectoris, ac illius ab eo Protectore conſtituti ſenatus authoritas ea ſententia aut voluntate ſuggillari, permutarique videatur.* Multis non aſſentientibus ducenti & quadraginta jurandi formulæ ſubſcripſerunt. Sub idem tempus Atholiæ comes certis conditionibus in gratiam cum Protectore reducitur.

Luſitanorum ſupplicia. Æſtate prætcritâ Luſitaniæ regis legati frater, quo de, ſuprà meminimus cædis factæ condemnatus, caput ſecuti Anglicanæ ſubjecit. ejus famulus in *Tiburno* ſupplicii locus eſt, in furcam ſublatus, vitæ êxitum invenit. Legatus, re cujus gratia venerat regi ſuo impetrata, in Portugaliam revertit: id verò multis precibus exorare non potuit, ut fratrem qui ſe homicidii alligaverat, ab exitio ſervaret. affirmabant enim ſex à *Protectore* conſtituti judices, Anglorum legis eſſe, è vita eum tolli, qui hominem occidiſſet. Sub idem tempus *Ibernia* gubernator deſignatus eſt *Fledes Gudius*: *Harriſo* verò, qui gratia protectoris excideraı, quod ejus regimen non probaret, per equi-

Iberniæ prorex.

tum

rum magnum comprehenſus, in cuſtodiam eſt datus. *Oxonienſis Academiæ* bibliothecam elegantis & magni operis voluminibus (ut plurimum Græcis literatis exarata erant) *Protector* donat: ut ſe, ſtudia æmulantium cotibus, factaque ſua ad poſteros commendet: quippe non literatorum minus, quàm civium patronus audire poſtulat. Ex ſingulis diœceſibus, ſingulos quoque divinæ legis interpretes, ad concilium *Britannicum* arceſſit; quorum operâ conſilioque in religionibus vel retinendis, vel repudiandis utantur.

Protector Oxonienſis Academiæ cancellarius.

Cæterum inter Patres magnis diurnis, nocturnis agitationibus de rep. ordinandâ certatum eſt: quibus quum *Cromvel* iterum intercederet, factiones ita facilè tollendas affirmat, *ſi princeps authoritas Protectori quem elegiſſent, relinquatur Patrum ſtudio nihil dignius, quàm ſummam piè animi conſenſionem eſſe: ea ſubla prodi. remp.* his dictis, quies pauliſper reddita eſt.

Agitationes Angliæ ſenatûs.

Moritur ſubinde, *Cardinalis Mazarini* pater Romæ. *Protectoris mater* Londini, cujus cadaver funerali pompa in Monaſterii, cui nomen ab occidente eſt, ſacello, propè ab *Henrici quinti* reliquiis, deponitur.

Mors matris Protectoris.

Pag. 6. *Lubacenſit* Lubacenſis. 7. *Vetslaria* [illegible] *Lanum Dilla influentem* ad oſtium influentis lano Dillæ. 16. *Ioannes Geiorgius* Joannes Georgius. 18. *imahinem* imaginem. 21. *Colloriá deſuper* Collaria. 27. *reperro* reperto. 30. *enecavit* necavit. 31. *pedibus conferendum* conterendum. 32. *obtuliſſe feruntur* feruntur. 35. *Maſcabrunus Datharius* Datarius. ibid. *Scaldi navigango* navigando. 37. *damni quicquam inferatur, eademque opera curabunt.* deleantur. ibid. reſtituantur Heilbrunnenſea, Heilbrunnenſes. 51. *nono Ianuarii enixa* enixæ. ibid. *cum Regina conjuga*, conjuge. 58. *dum nunriatur* nunciatur. 59. *authorem precabuntur* precabantur. ibid. *ineunte Majoris* is Majo ineunte. 81. *Reinoneburgi* Reginoburgi. *Vetislaira* Vetslariæ *Leutkyricæ* Leut-kyriacæ. 83. *aures* aurei. 85. *illis* illic, *tronſverſo* tranſverſe. 88. *genibur* genibus. 94. *orotnis* ordinis. *porrectus* porrecturus. 97. *avidiſſimè* vinum avidiſſimè exceptum à potantibus eſt, ſed ne abſente cibo temulentia ingrueret, panis. *Sed* Et. 98. citroque commun. ad communiendum. 101. *pacis in Veſtphalia perpetrata* conventûs Noribergæ ad Rednicium habiti. 111. *viriſpue* viriſque. 114. *prope ſit* ſit auctior *dutur* ducatur. 117. *pecunia* pecuniæ. 130. *hautquam arcenda* haudquaquam. 134. *triduanas* triduanæ. 136. *Carorum* Carolum. 142. *Lotharingut* Lotharingus. 146. *Gratos Deo laudeſque*, grates. 148. *argenteis operis* argentei. 152. *interiris lætitia* interiori. 158. *miſſo* miſſus. 191. *inditia* judicia. [illegible] *Marcinotia* Martinocia.

INDEX

Rerum & Verborum Copioſiſſimus in tres priores Hiſtoriæ CH. ADOLPHI THULDENI Libros: id eſt, in Primam partem.

A.

Alena
Abbas Divi Emmerani 4.
Abbas Divæ Catharinæ Comite Cancellario capti Ducis Lotharingiæ, copijs huius narrat, quid Duce earum factum ſit 141
[Ab]batis ſancti Trudonis virtus in ſuſtinenda obſidione 133
Abbatiſſa Quedlinburgica. 9
Aberdonia ſcotiæ civitas 125
Aboæ erigitur Gymnaſium à Chriſtina. 189
Academia Colonienſis
Ducis burgica 12.
Paderbornenſis ibid.
[A]chillæus Panga eunuchus ſinarum Imperatoris Baptizatus. 65
[A]dminiſtrator Hildesheimenſis. 15
[A]dolphus Ioannes Caroli Guſtavi Suedorum Regis frater. 150
[A]dvocatorum terra. 9.
[A]ichſtadienſis Epiſcopus 6. 14. Reginoburgum venit 68

Æſtonia

Æſtonia provincia 128. quos populos habeat
Ahenheimia ſuperior
Alani Populi 128. Albis fluv.
Alexius Michalovicius Moſcorum dux falſo mor creditus 182. eius uxor quæ ibid. ludum linguæ [illegible] cæ & Latinæ aperit ibid. Smolenſcum ingreditu Deiparæ ſtatuam ſecum aufert.
Algotus Suedorum Rex
Allaredus militum Anglicanorum in Scotia præfect. 204
Alra flumen 156
Alſatia ſuperior & inferior ſub quo Hero 7
Altenburgicus ſexoniæ Dux 9
Amersvillam Lotharingi d ripiunt. 127
Anabaptiſtæ in Anglia 11[illegible]
Anaſus fluvius
Andegavenſes in Gallia à Rege ſuo deficiunt & miſ ad ſe à Rege abigunt
obſidentur ab Hoc quincurtio ibi[illegible]
Andernacum oppidum
Andreæ fanum Scotiæ oppidum 1[illegible]
Angariæ ſive Angrivariæ comitatus Dux 15.
Anglia Britanniæ quarta pars 119
Anglicanæ reipublicæ nova forma 32
Anglorum quorundam ſupplex libellus fruſtra Cromveli offertur ibid.
Angli pro tribus exercitibus ſubſidia petunt. 34
Angliæ Concionatores populum ab obſequio ſtuden avertere. 54
Angli in Batavos bellum meditantur 35
eorum contra Batavos querelæ ibid.
Contra Batavos pugna maritima 108. victori[illegible] ibid.
Anglicanum Parlamentum in Iberniam mittit, qui Eccleſias inſpiciant. 111
[illegible]ius Reſponſum ad concionem Cromvvelis 11[illegible]
[illegible]ius reformatio 113. altera eius reformatio 119
[illegible]egis ſui quondam damnati capite bona in væ nundari mandat 115. Cromvelem Protectorem compellat, quibus

bus legibus & conditionibus ibidem. & ſeq. eius ationes 107
atus ſenatores qui nominati 118. quali iuramen- ducti 209
orum animus audito protectoris nomine ibid. co- n ſectæ & factiones 119. ſumma apud eos ſiccitas 02. eorum lex de homicidio & mos 206
guſia Scotiæ ſuperæ provincia 221
na Sophia Abbatiſſa Quedlinburgica 8
anſeaticæ Imperii urbes pro Bremenſibus ad Konigs- marcum legatos mittunt 160
Anſgarius Suedos fidem Catholicam docuit 129
Antinomiani in Anglia 110
Antlavienſis abbatia 8
Antonius Pimentellus Hiſpani ad Chriſtinam Suediæ Reginam legatus 197
erpia Vrbs. 12
æ intumeſcunt prodigioſe in Pannonia, Seleſia, Polonia 11
uiſgranum. 11
Regnum eius. ibid.
Archicamerarius Imperij 16. vide ulterius Fridericus Guilielmus Brandeburgi Marchio & ſeparatim Bran- deburgenſis Marchio.
Archicancellarius Galliæ 14. vide Archiepiſcopus Tre- virenſis Germaniæ 14. vide Archiepiſcopus Mo- guntinus Italiæ 15. vide Archiepiſcopus Colonienſis
Archiepiſcopus Colonienſis 15. eius Epiſcopatus 8. eius in Imperio munus 15. ei ſuffragantes Epiſcopi 15. vi- de ulterius Maximilianus Henricus.
Archidapifer Imperij 16. vide Maximilianus Bavariæ Dux & Ferdinandus Maria Bavariæ Dux.
Archiepiſcopus Moguntinus 14. eius munus 14. ei ſuf- fragantes epiſcopi 15. vide ulterius Ioannes Philip- pus Scornbornus.
Archiepiſcopus Trevirenſis 14. eius Epiſcopatus 8. in imperio munus 14. ei ſuffragantes epiſcopi 15. *vide ulterius Chriſtophorus* Soeternus & Carolus Caſparus Leyenus.

Archimareſcallus Imperij 16. vide Ioannes Ge[illegible] Saxoniæ Dux
Archipincerna Imperij 16 vide Boemiæ Rex & [illegible]nandus quartus Romanorum Rex
Archithesaurarius 17 vide Carolus Ludovicus Pa[illegible]nus Rheni
Arcus triumphales erecti reduci Ratisbona Flavian[illegible] Cæſari coronatione facta 14[illegible]
Arebergenſes comites 10[illegible]
Arelatenſe regnum quot & quas provincias habeat 1[illegible]
Arenberga comitatus 8
Arfredus Vittæbergus Vbſaliæ ludis equeſtribus intereſt. 192
Argatholia Scotiæ ſuperæ provincia 121
Argentinenſis epiſcopus [illegible]
Argentoratum ib[illegible]
Ariovistus Germanorum Rex
Arnsberga
Arſchotanus comes una cum Garcia in cuſtodiam fra[illegible] de illiciunt Lotharingiæ Ducem [illegible]
Arſenius Linguæ Græcæ & Latinæ apud Moſcos pro[illegible]feſſor 185
Aſcania 9
Aſpretum 143. Divæ ibi Virginis cultus ibid. ſcharpen hövell.
Atholia Scotiæ ſuperæ provincia 121. 200. eius comes redit in gratiam cum Cromvvele 206
Attrebatum Metropolis obſidetur 144. periclitatur 174. eius ſitus & deſcriptio ibidem qui in eius obſidione Duces & copiarum Imperatores fuerint ibid. quamdiu in Gallorum poteſtate fuerit ibid. liberatur obſidione Hiſpanienſium per Gallos 175
Avenæ cumulus in Coronatione Reg. Rom. 34
Aves in Coronatione Ludovici. XIV. ex corbe emittuntur 171 quid id ſibi velit ibid.
Auguſta Taurinorum
Auguſta Trevirorum

Auguſta Vindelicorum 5. deſignatur futurus locus electioni Regis Romanorum. 72
Auguſtoburgenſium in Cæſare excipiendo pompa, eorumque illi oblata dona 73, ab ijs fides & Sacramentum dicta Cæſari 75
Aumontius Gallicarum Copiarum Dux 173
Aurelianenſis Dux fœdus init cum Lotharingiæ Duce 31. 1. à Rege ſuo petit ut Languedochio vicarius ſui loco præficiatur alius 177
Axona fluvius 177

B.

BAdæ Marchiones in coronatione Reg. Rom. 85. eorum Marchionatus 5
Badgenothum Scotiæ locus. 200
Bacchinus Decurio ſtudij Theologici Flavianæ. 149
Balthaſar Præfectus Burgi Bremenſium. 19
Balthia Regio. 129
Balthicum mare. 9
Balthaſar Mercaderius belli dux. 44
Bambergenſis Epiſcopus. 6
Barbeia Dynaſtia. 9
Barcinone in Laletania ab Hiſpanis capta. 46
Bartholomæus Schlerſer Camerarius urbis Flavianenſis. 149
Baſilienſis Epiſcopus. 7
Baſſa Siliſtriæ. 182
Baſſignius Baro proditionis accuſatus Hiſpanis in Belgio. 164
Batavi adverſum Anglos ſe parant 35. oratores Londinum mittunt pro gliſcentibus turbis componendis. 35. pugnans cum Anglis prælio maritimo & fugantur 108. altera vice funduntur 109. rurſum ſe parant contra Anglos & militaturis promittunt præmia, qui læſi ex prælio redierint ſecundum vulneris magnitudinem 110. varios reges Europæ ſibi ſtudent conciliare ibid. claſſem educunt contra Anglos ſed fruſtra ſunt 111. cum Anglis pacem ineunt. 201

Beder-

Bederkeſſia ditio Bremenſium. 168
Beilſteina comitatus. 8
B.montius centurio Briſaci Gubernator. 164
Benedictus Hornes donis donatus à Chriſtina ſe abdi-cante Regno Suediæ. 192
Beothemij comites 107. eorum comitatus. 11.
Bergenſis Ducatus. 11
Beringa à Lotharingis incenſa. 133
Berlinum. 9
Berka Lotharingis reſiſtit fortior. 21
Bernardus Malinchrotius Decanus Capituli Monaſte-rienſis turbas habet cum Epiſcopo 154. ſolum vertere cogitur. 155
Bervicum Scotiæ oppidum. 122
Beuchlinga Dynaſtia. 9
Beverninges Belgij Ordinum ad Cromvvelem legatus. 201
Biberacum. 5
Bialogrodium. 52
Binga 8
Blacus imperator Claſſis Anglicanæ. 108
Blanco burgum Comitatus 10. ejus Comites. 102
Blekingia. 129
Blumæthalium oppidum. 161
Blumæthalius legatus Brandeburgici. 76
Bocchus Coſaccos Polono fideles retinet 181. donatur zaporovienſi præfectura. ibid.
Bodotria flumen ſcotiæ. 122
Bogdanus Chmelnicius Polono rebellat 46. Coſaccos ad ſe trahit & Tartaros 47. Polonos fundit 47. Caſ-mirum poloniæ regem eſſe audient, conturbatur 48. Chano Tartarorū conjungitur ibid. 2.26. araſium ur-bem oppugnat ibid. cum Rege pugnat ibid. reconci-liatur ſed iterum perduellis & perfidus ibid. Coſac-cos contra Reg. Pol. educit rurſum ibid. ſupplex & la-chrymabundus ad genua Potocij 49. ad Regem & ſi-mul ad hoſtes huius ſcribit 50. exercitum contra Va-lachiæ principum, cui præficit filium, mittit, q 51 alium militem mittit filio 52. Turcarum in

tori cœtera Chriſtianorum à ſe capeta mittit 52. ad Moſcos deficit 181. Kioviæ princeps à Moſco conſtituitur ibid. Tartarorum Chani mortis cauſa ei imputata & quare 184. ab eo miſſi legati ad ſucceſſionem Tartarorum Chani naſo & auribus mutilantur ibid.
Bogiſlaus ultimus pomoraniæ dux ſepelitur 196. eius ducatus Suedo & Brandeburgo cedit ibid.
Boemiæ Regnum 3. eius Rex 15. vide ulterius Ferdinandus quartus Romanorum Rex.
Bonna oppidum vulgò Dnieper. 8
Boryſthenes fluvius. 178
Bos integer aſſatus in Coronatione Reg. Rom. 81. & Regis Suediæ. 149
Bothnii populi. 129
Braccius Aldobrandinus fit Cardinalis. 35
Braccata Gallia quid. 122
Brandeburgius Marchio contra Imperij, & eius munus. 17. cuius religionis ibid. vide Fridericus Guilelmus.
Brandeburgi electoratus 8. Brandeburgicæ marcæ diviſio. 9
Braunus phegeſacci præfectus. 157
Brederodius Traiecti Gubernator Lotharingos fugat 69
Breslavienſis Cænobiarchia à Gallis occupata. 177
Brema 10. petitur à Suedis 156
Bremenſes Calviniana hæreſi infecti 156. in collegium urbium recipiuntur 107. à Konigsmarco invaduntur 130. legato eorum in concilio urbium locis datis 141 Burgo exuuntur 156. burgum recipiunt 157. ejciuntur inde rurſum 160. civium inter ſe diſcordia 157. phegeſaccum expugnant ibid. pherda patiuntur & Thedincuſis 158. pro illis ad Konigsmarcum intercedunt Anſeaticarum Vrbium legati 160. impetrant ab eo inducias ſed certis legibus ibid. impetrant & pacem ab eo ſed certis conditionibus 161. in fidem Regis Suediæ veniunt 162. Sacramentum dicunt Suedo 163. epulo excipiunt Suethos Nobiles ibid. quæ donata Konigsmarco ab eis. ibid.

Bremenſes Canonici attinentur à Konigsmarco, eorum aliqui fuga dilabuntur 162 qui remanſere, verba Suedis præeuntibus iure ſuo cedere coguntur ibid.
Bremenſis Archiepiſcopatus 9. in ducatum verſus Suedis datus. 188
Brilona oppidum 11
Brisgovia 8
Britanniæ diviſio 119
Brixia 2. eius epiſcopus 4
Brunchorſtani comites 107
Brunovicenſis ducatus 10
Brutinequum in Hungaria à Turcis capitur 27
Buchornia 5
Buchovia 5
Burcardus Loſecanes Incendiarius Bremæ luit cum ſuis ſocijs 157
Burgundiæ Comitatus 12. Burgundicus Circulus ibid.
Burgus capitur à Konigsmarco 156. recipitur à Bremenſibus quæ ibi inventa munitio ibid. 157. obſidetur rurſus à Konigsmarco & recipitur 160
Cæſarisbergam Lotharingi intercipiunt 27
Cæſaris mons 8
Cæſar vide Imperator Germanorum
Caiani populi 29
Caledonia ſilva 121
Calenbergenſis Ducatus 10. Camenecia fruſtra tentata à Tartaris 53
Camillus Gonzaga Caſalemurbem intrat 61
Camillus Stenææ præfectus 173
Campidunum 5
Campiniam Lotharingi pervagantur 133
Caminenſis epiſcopatus 8
Candida caſa Scotiæ oppidum 122
Canthiera ſcotiæ peninſula 121.
Caracena produx Modiolani 59. pedemontium vaſtat ibid.
Cardinales tres obeunt 64. novem creantur alii 54
Carricta Scotiæ comitatus

Careliæ duæ provinciæ 229
Carinthia 3. Carnia 3
Carlomontium à Gallis occupatum 277
Carolus Campus. 44
Carmelitanis Pragæ Cænobium exſtruitur 55
Carolus Caſparus Leius fit Archiepiſcopus, Trevirenſis 28. eius laus 29, ibidem Archiepiſcopali pallio donatur 67
Carolus Caſtronovanus moritur 131
Carolus Ferdinandus Poloniæ Regis Frater 183
Carolus Guſtavus Chriſtinæ in Suediæ Regno ſucceſſor 192. Vbſaliam venit ibid. ungitur & coronatur hic in Suediæ Regem 194. uxorem ducit, qualem 195
Carolus Lotharingiæ Dux nunc à Mazarino, nunc ab eius hoſtibus ſollicitatur 31. cum Aurelianenſi duce fœdus init ibid. amator pecuniæ ibid. de eius milite prædabundo conqueruntur Françofurti Principum Oratores 40. mittit ad eum Cæſar mandatum 68 Bruxellis captivus fit. 135. adverterat ſibi ſtrui inſidias 135. occultat ſeſe ibid. ad eum dolo in Cuſtodiam illiciendum qui fuerint adhibiti 136. in cuſtodiam illecti exclamatio & ira 137. Regis Hiſpani literæ ei traduntur 137. codicillos perficit ad Archiducem Leopoldum, quos hic ne reſponſo quidem dignatur 138. eius Theſauri & Miniſtri conquiruntur 138. eo capto litteræ Manifeſtæ evulgantur cur id factum ſit 136. Antverpiam in caſtellū mittitur 140. inde in Hiſpaniam 141. quid eo factum ſit, exercitui eius exponunt Abbas Divæ Catharinæ & Cancellarius ducis captivi ibid. ante hæc facta conqueritur per legatum Furnierum in comitijs Ratisbonenſibus, inique ſe ab illis excludi 142. eius capti nuncium ad Cæſarem defert ſancti Amoris comes. ſeq.
Carolus Nonus Suediæ Rex & uxor eius Chriſtina 185 & ſeq.
Carolus Ludovicus comes Palatinus Rheni elector Heidelbergenſis 17. Françothalio præſidium deduci vult 38. eo deducto ingreditur & convivio excipit militiæ duces Frangipanum, Rovalium Spicum, Sar-

tiam oratorem Hiſpanum 39. & ſeq. Ratisbonam cum coniuge venit 67. eius comitatus ibid. Filius ei naſcitur 74. is moritur ibid. in coronatione Reg. Roman. quod officium & munus geſſerit 82. ecquo excuſſus periculum adijt in Coronatione 97
Carolus primus Mantuæ dux à Gallis ad Hiſpanos deficit 60. manifeſtum evulgat cur id fecerit 61
Carolus Stuardus ſcotiæ Rex in Gallia exſul 173. ei ſtudent & auxiliantur Hypſichtones ſcoti 122. Gallia excedere iubetur 201. Coloniam ubiorum venit 202
Carpenſe municipium à Lotharingicis expilatur 70
Caſalis urbis in Italia ſitus 61. obſidetur & deditur ibid. quibus conditionibus 611. & ſeque.
Caſſellæ urbs. 7
Caſtellenſis comitatus. 6
Caſtelletum à condæanis occupatum 133. id obſidere volunt Galli. 178
Caſtillonius dux, Atrebatium Metropolin quando cæperit. 174
Caſtrum doloris in funere Regis Romanorum. 153
Cathaneſia ſcotiæ Inſula. 120. 200
Catochthones Scoti 120. eorum ſitus & locus. 121
Caviburia civitas. 5
Cellam Haphnerorum cæſar venit. 147
Cella ad Hormerem. 5
Cennacum à Lotharingis ſpoliatur. 70
Chanus Tartarorum imperator contra Polonum 48. ab eo pacem hic petit. ibid. auro dato à Valachiæ principe ſibi, Chemneum huic iratum alio avertet 53. quid Potocio de militibus eius conquerenti reſponderit 179. aſciſcitur contra Moſos à polocis 180. eius auxilium ſpondet 182. & 183. vide Iſanes Giereus.
Charlevaſius Briſaci Gubernator. 28.
Chemnerea Scotiæ Regio. 200
Cheviota mons Scotiæ. 120
Chriſtiernus Secundus Suediæ Rex Tyrannus. 129
Chriſtina Suediæ Regina 169. quando coronata ibid. eius elogia 125. 130. 189. quibus patre & Matre ... 186. ſeptuenni fides ſubditorum obligatur 18...

literarum ſtudium 189. duo gymnaſia aperit ibid. regno excedere & Catholicam fidem amplecti cogitat 190. miniſtros dimittit 191. comitia Ubſaliam indicit ibid. inſignia regia ponit 193. perorat in ſenatu ibid. cum ſe abdicaſſet altera die abit 195. per Veſvaliam in Belgas contendit 187. eiurata hæreſi fit Catholica. ibid.
Chriſtophorus Bernardus à Galen. Epiſcopus Monaſterienſis 87. in coronatione Regis Romanorum ibid. eius turbæ cum Decano Capituli Monaſterienſis Malincrotio. 154
Chriſtophorus Hubaldus, Generalis Polonorum. 54
Chriſtophorus Sceiblerus, Luthero Diem ſacrum pro concione voturus moritur 131. refutatus à 2. fratribus VValenburgis 12. Patria eius. ibid.
Chriſtophorus Sœterenus Trevirenſis Archiepiſcopus. moritur. 28
Circuli Romani Imperii Decem. 2
Auſtriacus 2. ad illum pertinentia loca. 161
Bavaricus. 4
Burgundiæ 12. cui ſubiectus. ibid.
Franconicus. 6
Suevicus cum locis ad eum petinentibus. 5
Rheni ſuperior. 7
in ferior. 9
Saxonius ſuperior. 8
in ferior. 9
Veſtphalicus. 10
Circuli Franconicus, Suevicus Rhenanus uterque de præſidio Francothalio & Heilbrunnâ de ducendo. Francofurti ad Mœnum conveniunt. 57
Comitatus Scotiæ. 122
Civitatum Imperii liberarum, quæ tertium Germaniæ ordinem conſtituunt, duo Collegia 104. de modo ſuffragandi ad Priora duo Germaniæ Concilia Literas mittunt 106 quid reſponſi ad eas datum 107. enumeratio earum, quæ per legatos in comitijs ratisbonenſibus fuere. 81
Clodia, oppidum. 3

Cleppo-

Cleppolius Cromuelis gener ſtabulo præfectus. 202
Clivia ducatus, 1
Clutiſthalia Scotiæ in feræ provincia. 122
Coburga Regio. 6
Coburgus Saxoniæ Dux.
Colonia Agrippina 11, Princeps Scamni Vrbium Rhenani 104. Metropolitani ibidem templi deſcriptio 18. conditorium in hoc trium Magorum 23. Crux Piligrimi Archiepiſcopi ibi aſſervata. 18
Colonienſi Archiepiſcopo Suffragantes Epiſcopi. 15
Colonienſis Archiepiſcopus 8. vide Maximilianus Henricus Colonienſium apparatus ad Lithurgiam Archiepiſcopi ſui 18. excipiunt eundem ibid Nicolaum Franciſcum Lotharingiæ ducem exceptum vino donant more ſuo. 143
Colmaria civitas. 8
Comædia Ratis bonæ coram Cæſare agitur 68. Auguſtoburgi ab jeſuitis alia in electione Rom. Regis. 72
Comes Palatinus Rheni elector vide Carolus Ludovicus.
Cometes novus 59. alius rurſum. 130
Comitia Varſaviæ in Polonia indicta 49. quæ in illis ad deliberandum propoſita ibid. diſſoluta 50. rurſum agitantur 50. quid in iis decretum. ibid.
Comitia Ratisbonam à Cæſare indicuntur 36 qui 40. ad ea venerint principes 59. quid in iis ab hoc propoſitum 101, de quibus proceres imperii in iis conſultaverint 106. quid civitatũ collegia in iis petierint ibid. ab iis ſe excluſum iniquè, conqueritur per legatum Furnierum Lotharingiæ Dux Carolus 143. eorum æſtus & fervor 145. Receſſus Imperij in iis conditur.
Condæus fuga elapſus 29. mittit codicillos, in quibus de Mazarino conqueritur ſenatui Pariſienſi 3. Bruxellis excipitur ab. Archiduce Leopoldo 141. Veneratus in Rocroij expugnatione curationi operam dat 162. eius virtus & audacia, dum Nemetacum à gallis liberatur obſidione Hiſpanienſium, ab hoſte laud. 11

eius bonorum magna pars Contio à Rege data. 177
Condæani milites in Eburonibus Varia loca occupant 133. Tudinum tentant ſed repelluntur ibid. Stænea [illegible] 173. Covinum expugnant. 133
Confluentia civitas. 8
Conracius Polonorum militum Dux. 178
Conſtantia Civitas. 5
Contius Princeps Gallus ducit Neptem Mazarini Cardinalis Martinocia 165. [illegible]lætaniæ præficitur ibid. Languedochio præficitur 177. ex Condæi exulis bonis quid ei attributum. 177
Coquina in foro publico Ratisbonæ erecta in Coronatione Regis Romanorum. 84
Coralli populi. 129
Corbeia abbatia 10. abbas eius in Coronatione Regis Romanorum. 85
Cornelij Ianſenij Epiſcopi Yprenſis quinque fidei propoſitiones ab Innocentio damnatæ. 124
Cornubienſes Britanniæ Populi. 119.
Coronatio Regis Romanorum 82. qui ei adfuerint principes & legati ibid. qui eius ritus, apparatus, cœremonia, ordo ibid. & ſequentibus ei non adeſt elector Colonienſis cur 86. in ea peragenda diverſorum principum diverſa munia 91. eius ſpectandæ facultatem in ſcripto dat Erbſter imperij 84. ea facta equites qui fuerint creati. 94
Coronatio Galliarum Regis 170. quæ eius cæremoniæ & ritus, miniſtri ibid. & ſequentibus Coronatio Suediæ Regis Caroli Guſtavi. 194
Corradus Ferrarienſis fit Cardinalis, rotæ Auditor. 35
Coſacci qui & quales 47 Duce Bogdano chmelnicio rebellant Polono 48. vincuntur 49. pacem à Rege petunt & impetrant ibid. quales Eccleſiæ ritus ſequantur ibid. funduntur à Polonis 52. altero die Polonos fundunt 165. Valachiæ Principis à ſubditis ſuis eiecti defenſores 177. Moſcorum Eccleſiæ ritus ſequi nolunt 181. à Bocho in fidelitate erga Polonum conſervantur ibid. eorū magna pars à Moſcis trucidati & occaſi

quod

quod ritus horum Eccleſiæ ſequi nollent. Ibid
Cotus Cotiſon Suethorum Reges. 127
Covinum à Condæanis deceptum. 133
Crazius comes in coronatione Rom. Reg. 87
Cræſcentinum expugnatur ab Hiſpanis. 60
Croatia Provincia. 3
Cuninchania Scotiæ Inferæ Provincia. 128
Cuprum Scotiæ oppidum. 122
Curienſis Epiſcopus cui ſuffragetur. 14
Curonia à Guſtavo Adolpho ſubacta. 186

D

DAllavium 61
Dalecarli populi 129
Dambrovia à Moſcis capta 185
Daniæ Rex cur titulo ſuo Vandalos inſcribat 128
Dantiſcani ad ferendum Caſimiro auxilium rogantur ſed ſe excuſant Regi 180
Danubius fluvius qui & Iſter 4
Dea ſcotiæ flumen 120
Delmenhorſt comitatus 11
Delphis in Batavia ingens incendium & domorum exuſtio 155
Denhovius Poloni ad Cæſarem Legatus 152. militiæ Polonicæ dux 178
Deputatorum Proteſtantium & Catholicorum æqualis numerus decretus ad Congregationes Imperij ordinarias 06
Deucaledonium mare 120 121
Diepholdij comites 107
Dilla fluvius 7
Dolenſis Epiſcopus, pro Concione dicta in coronatione Galliarum Regis Ludovici XII. 168
Domicellares Canonici qui 21
Donaverta civitas 8
Dorpatenſis Academia erecta 189
Dravus amnis 3
Dreſda civitas 9

Dubra-

...us Podicomorus Percemiſius Marcſcallus pro ...alium polonorum 180. eius in comitijs Varſavi... ...us audacia ibid.
Duſer...ilis ſcotiæ appidum 122
Dumbar Scotiæ urbs. 121
Dunkyriaca tentatur ab Hiſpanis 45. capitur 46
Dunſtafage Scotiæ oppidum 123
... Marchio junior in coronatione Regis Rom. 82

E.

EBeripagi moratur Cæſar 134. larga ibi Vindemia
Eberipagus, Eberrdorff. ibid.
Eburones 11
Edimburgum Scotiæ civitas 121
Eduardus Angliæ Rex 202
Ego Furſtenbergus comes 25 proteſtationem Maximiliani Henrici Archiepiſcopi Colonienſis de coronando Romanorum rege Cæſari tradit 99
Eiſenburga inferior, comitatus 8
Electio Ferdinandi IV. in Regem Romanorum 71. ea durante omnibus urbe emigrandum eſt 75. qui electionis huius ritus, Cæremoniæ apparatus, ordo 78 ...ctores ante hac ſeptem viri, nunc Octoviri, & qui illi hoc tempore 14. & ſeq. eorum Pragam adventus, honorifica exceptio mutua convivia 57. ab Eleonora Ferdinandi 2. vidua convivio excipiuntur in quo ſole Virgines inſerviunt 57 Praga abeunt 58. Ratiſbonam veniunt ibid. Cæſarem hic excipiunt ibid. decernunt Romanorum Regem eligendum 71. Auguſtoburgum veniunt 73. triduanus eorum hic conventus 74 diem electionis decernunt ibid. in curia rurſus conveniunt 75. iubent electione durante abeſſe omnes exteros & excedere urbe ibid. eorum è curia Auguſtoburgenſi in Divi Vdalrici euntium pro electione facienda, ordo, ornatus, Pompa 76. in templo quo ordine conſederint 77. audiunt ſacrificium miſſæ ibid. electorale Sacramentum dicunt Cæſari 78. in conclave electorale vadunt ibid. Romanum Regem

Regem eligunt Ferdinandum IV. ibid. ordo ex[...] um electione facta 79. Auguſtoburgo Ratisb[...] diſcedunt coronandi Regem cauſa 81. menſæ in [...] Ratisbonenſi, pro eis convivio coronatione fa[cta] excipiendis, ſtructæ quo ordine & poſitu 85. or[do] illorum ſtipantium Cæſarem die coronationis futuræ ingredientem templum 87. eorum, qui Catholici, pietas 79. varia illorum munia in corona donande [Re]gem Romanorum 91. ordo exeuntium è templo coronatione facta 65. exercent munera ſua Imperialia, facta coronatione 97. adeunt, menſas ſibi ſtuctas in curia Ratisbonenſi, abſente Colonienſi Præſule 98. hilaria omnis generis & bellaria in epulo illo electorali. ibid.

Eleonora Imperatrix, Ferdinandi ſecundi Romanorum Imperatoris vidua, Electores Pragæ convivio excipit 57. in eo convivio ſolæ Virgines miniſtrant ibid.

Eleonora Mantuana Ferdinandi tertij Romanorum Imperatoris Vxor parit 80. quando nupta fuerit ibid. Imperatrix coronatur 104

Eleutheropolis id eſt Freiſtadium. 4

Eliſabetha Amelia Duci Neoburgico nupta Romanæ Eccleſiæ ritus amplectitur 105

Eltius Trevirenſis præſulis enſifer 8[...]

Elvangenſis præpoſitus [...]

Elgis Scotiæ oppidum 12[...]

Embda ducatus 11[...]

Embdani comites 107

Enthuſiaſtæ ſectarij in Anglia 116

Epulum Regale facta coronatione Regis Romanorum 98

Equites Romani ſedecim creantur, qui illi, in coronatione Ferdinandi quarti Regis Romani. 94

Ericus Stenchillo Suedorum Rex 129

Ericus Steinbocus Gubernator Ingermanniæ & ambarum Careliarum 190

Ernestus Aruſpergæ comes & Trauni 149

Erneſtus Landgravius una cum coniuge Eleonora Maria Solmenſi feſto epiphaniæ Coloniæ in æde metropolitana

politana publice coram Archiepiſcopo Colonienſi primitias celebrante hæreſi eiurata, Romanæ Eccleſiæ ritus amplectitur 24. & ſeq. alij id rident, alij ... nt 25. nuncium Apoſtolicum Rheniſelſæ ex- 64
...enſium inter ſe turbæ ſedatæ & cōpoſitæ 163
...dia civitas qualis 163
...Abbatiſſa 11
Eſca Scotiæ fluvius 119
Eſlinga 5
Eſpernonius Gallici Dux Exercitus 164
Eſſedones Populi 129
Eſſendienſis Abbatiſſa 11
Europenſes Finlandiæ populi 129

F.

FAbius Chiſius Senenſis, Epiſcopus Neritonenſis, Nuntius Apoſtolicus ad Rhenum, Cardinalis fit 35. Romam revertitur 63. cum Pontifice de novo in Germaniam ſubmittendo Nuncio colloquitur 63
Falconrida Abbatia 9
...lkyriacam Scotiæ oppidum Hypſichithones Scoti invadunt. 123
...rifax præfectus militiæ Anglicæ 200, Fanum ſancti Viti 3
Faugeus Lotharingicarum copiarum Dux 40
Fechta adhuc inſeſſa præſidio Suedico 39. & 132. de præſidio ea deducendo ſollicitatur in varijs conventibus ...9. & 105. excedit præſidium Suedicum 145
Fegeſac...us expugnatus à Bremenſibus 159
Fe... Epiſcopatu... 11. ea urbe potiuntur Bremenſes 158
Ferdinandus Carolus Ioſephus Ferdinandi tertij Romanorum Imperatoris ex Leopoldina coniuge Filius, Ratisbona patrem coronatione Filij Ferdinandi quarti peracta reducem, Flavianæ in arce oratiuncula excipit Latina 152
Ferdinandus Franciſcus, Ferdinandi tertij Cæſaris filius

Boemiæ Rex 15. Romanorum Rex creatur 78. electus ſupra ſedem aræ impoſitam collocatur 79. corona donandus Ratiſbonæ electorali habitu ſpoliatur 90. inungitur ibid. ornatum ſacerdotis induit 91. [illegible] Synaxin ſumit 92 ornamentis Regijs indutus [illegible] natur ibid. equites Romanos creat 94 na[illegible] celebrat 104. cum patre Flavianam redit & [illegible] applauſu excipitur 147. infirmatur 152. mort[illegible] nuncia prodigia 153 moritur, ſepelitur [illegible] funebria ei perſolvuntur 154. eius cenotaphia per totum jmperium [illegible]

Ferdinandus Maria Bavariæ Dux 16

Ferdinandus Sigiſmundus Curtius jmperii Procancellarius. 71

Ferdinandus Sollenſis Belli dux 44

Ferdinandus tertius Romanorum Imperator 15. eius laus ibid. anxius de Turcarum invaſionibus 27. filia ei naſcitur 37. eius literæ invitatoriæ ad comitia Ratiſbonenſia 40. eius ſtudium pro fide Catholica 43. Eucharistiæ cultum ſevere præcipit 44. in a Catholicos inquirit 44. conjugi mortuæ exequias perſolvit 55. Carmelitanis Patribus Pragæ Cænobium exſtruit ibid. Pragæ electoribus colloqui vult ante comitia ibid. excipit pragam venientes electores 56. convivi[illegible] eos tenet ibid. Praga Ratisbonam abit 58. ibi cum filio excipitur maxima pompa ab urbis eius civibus 58. preces 40. horarum indicit 59. ejus mandatum ad Carolum Lotharingiæ ducem 68. cum electoribus ad Danubium Venationi ſtudet ibidem Auguſtoburgi honorificè excipitur una cum Filio & dona accipit 73. ad electionem Romanorum Regis præparari cuncta, imperat 84. Auguſtoburgenſes juramentum dicere iubet 75. eius filius Ferdinandus Franciſcus in Romanũ regẽ eligitur 78. hic coronatur vide coronatio. Ratisbonam abit filij coronandi cauſâ 80. 81. & ſeq. eius propoſitio facta ordinibus jmperij 101. natalem ſuum celebrat 104. Monachium vadit ibid. lanſhutum & Oetinganam Virginem inviſit ibid. Ratiſbona abit Flavianam 146. & ſeq. Flavianæ excipitur,

civium

civium, Vniverſitatis, Cleri maxima pompa & apparatu 147. in arce ſua à parvulo filio ſeptenni oratiuncula Latina excipitur ibid. Eberipagum abit ob luem Flavianæ graſſantem 152. audit Filium nuper Romanorum Regem coronatum mortuum & concidit 152. flavianam redit, ubi dolore artuum affligitur 153. perſolvit juſta funebria filio mortuo 154. Eberipagum redit ibid.
Fiſa Scotiæ Provincia 121 & 122
Finlandia 128. quæ in ea provinciæ 129
Finnones 129
Firhcas militiæ Anglicanæ præfectus 200
Flandri Hannonij vexantur à Gallis 176
Flaviana vienna 5
Flavianenſium civium, Vniverſitatis, Cleri ibidem, pampa, apparatus, ordo, Lætitia, Magnificentia, iubilum applauſus arcus triumphales, in excipiendo reducem ratisbona Ferdinandum tertium Cæſarem, eiuſq; filium Ferdinandum quartum Regem Romanorum coronatum 147. & ſequentibus paginis
Flavianenſis epiſcopus pag. 4
Fledes Guodius jberniæ prorex conſtitutus 206
Florinas oppidum comæani diripiunt 133
Folcmaropolis Angariæ oppidum 7. volimarſen
Folcmarus Corbeienſis abbas 7
Fons factitius, vinum fundens in coronatione Regis Romanorum 85. 97. rumpitur 98
Fonſaldaunius comes ad Lotharingiæ Reguli Caroli in cuſtodiam dati copias pecunia deliniendas mittitur 141
Forbuſca Burgi Bremenſium Gubernator 157
Forthea Scotiæ flumen 122
Foſſas oppidum condæani occupant. 133
Franciſcus Guilielmus epiſcopus Oſnabrugenſis & Ratisbonnenſis 87
Franciſcus Lotharingiæ Regulus ædis Metropolitanæ Agrippinenſis Præpoſitus & Decanus inviſit Archiepiſcopum Maximilianum Henricum Coloniæ morantem prǣmitijs celebrandis 20. abeſt veſperis cantatis,

tatis, ad quas veniebat archiepiſcopus. 22. adeſt tamen altera die in ſummo ſacro
Franconia
Franconicum ſcamnum in imperij conventibus & qui in eo Comites & Barones.
Francofurtum ad Mœnum fluvium 7. conven gitur Legatorum & Principum 39. quid in conventu propoſitum & decretum
Francothalium civitas adhuc inſeſſa præſidio Hiſpanienſium 36. eo emigrandi tempus præfigitur ibid. emigrat præſidium 38. eius gubernator Frangipanes. ibid.
Freiſinganus epiſcopus
Freiſtadium
Fridberga
Fridericus Guilielmus Marchio Brandeburgicus 17. cuius religionis, & quod eius in imperio electorale munus ibid. Pragam venit 57. convivio excipit principes ibid. apud Cæſarem inſtat, ne Regina Suediæ ad Comitia vocetur priuſquam ſibi de Pomerania ſatisfactum fuerit. 58. Saxoniæ Ducem Ioannem Georgium Dreſdam comitatur ibid. per Legatos Ratiſbonæ in coronatione Regis Romanorum proteſtatur de duobus 100. Starigardiæ eſt, & conſultat de ſepeliendo ultimo Pomeraniæ Duce 10
Fridericus Heſſus Darmſtadij Regulus Cardinalis 34
Fridericus Palatinus comes Rheni perduellis in Cæſarem 16
Fuldenſis abbatia 7. eius abbas in coronatione Romanorum Regis adeſt 82. & 87
Furnierus Caroli Lotharingiæ Ducis Legatus ad comitia Ratisbonenſia 32
Furſtenbergi comites. 5

G.

GAlliæ Rex, vide Ludovicus. xiv.
Galli turbarum pleni bellis civilibus ardent 29. Caſali in Italia expelluntur Pinarolum & loca vicina depræ-

deprædantur 63. in auxilium vocantur ab Epiſcopo Leodienſi Maximiliano Henrico pro Lotharingicis abigendis 134. Flandros & Hannonios vexant 176. Atrebatum metropolim quam obſederant Hiſpanienſes liberant eos cædunt 175. Menechildis fanum expugnant 163. in Campaniæ & Picardiæ finibus hiemant 169 Gallia Braccata quæ 177. Carlomontium [illegible] 177. Brelavienſe monaſterium ibid. à Cromuele pacem petunt. 201

Gallevidia Scotiæ provincia. 121

Ganſcovius militiæ Polonicæ legatus. 187

Garcias comes ſocius Arſchotani comitis in illiciendo in cuſtodiam Carolo Lotharingiæ duce. 136

Gedani lues graſſata. 130

Gelinuſa civitas. 8

Gemunda civitas Sueviæ. 5

Franconiæ. 1

Geneva civitas. 13

Georgius Paulus Stravius Ioppenſis Epiſcopus Proepiſcopus Colonienſis. 19

Geringrodia Abbatia. 9

Germania inferior. 13

Germaniæ diviſio in decem circulos 2. tria eius ſenatus collegia 103. Germaniæ Principum, quæ ſecundum eius conſtituunt Collegium enumeratio 103. eorum Principum Scamna quatuor ibid. Germaniæ civitatum tertium eius Collegium conſtituentium ſcamna ibid. 104. Germaniæ civitatum liberarum, quæ in comitijs Ratisbonenſibus per legationes ſuas fuere, nomina. 81

Germaniæ Imperij Vicarij Cæſare mortuo qui. 17

Geſtrilenſes populi. 129

Gericus Suedorum Rex. 129

Getæ populi unde dicti. 126. & 127

Giereius Mahometus Tartarorum dux patri ſuccedit, 184

Giesgovia in Hungaria à Turca capitur. 27

Gieſſa. 7

Ginga. 5

Glaſgoa ſcotiæ Vrbs. 122
Glencarnia Scotiæ regio 200. eius dynaſta adverſus Cromuelem Scotos ſollicitat. 201
Glotævallis Scotiæ Provincia. 121
Glotta amnis Scotiæ. 121
Gneſnenſis Archiepiſcopus comitiis Varſaviæ adeſt. 179
Godefridus Limburgicus Franconiæ dux. [illegible]
Gondius Radeſianus, Coadiutor Pariſienſis, Ca[illegible] fit 34. in Patrui locum ſuffectus Archiepiſcopus Pariſienſis fit & cuſtodiæ mandatus fugit. 166 ad clerum Pariſienſem literas mittit ibid. Romam venit 176. in eum inquiri iubet Galliæ Rex 175. diverſarum Galliæ urbium ſtudia ſibi comparat. 17[illegible]
Gonſiævus Lithuaniæ Theſaurarius. 180
Goritia. [illegible]
Goslaria. [illegible]0
Gothanus Saxoniæ dux. 9
Gotherix Suediæ Rex. 128
Gothia. 128. 129
Gothi unde dicti. 128
Græcium civitas. 3
Grampius Scotiæ mons. 120
Gravelinga ab Hiſpanis tentata 44. capta. 4[illegible]
Guimſa.
Gundelfingenſes comites.
Guſtavus Primus Suediæ Rex 130. Lutheraniſmum Suediæ Regno Primus invexit. ibid.
Guſtavus Adolphus.
Guſtavus ſecundus, Suediæ Rex quando coronatus. [illegible] 187. eius uxor quæ 186. eius elogium ibid. Nicephorus ab Cudemiæ Scriptore dictus ibid. eum timuit moſcorum dux ibid. Sarmatas fudit ibid. ingenium eius varium & multiplex ibid. diſciplina militoris ab eo ſervata 187. cuius Religionis ibid. eius cum Theodorico Gothorum Rege comparatio ibid. eius in literas & litteratos amor 188. ubi & quando & quomodo occubuerit. ibid.
Guſtavus Horna. 190
Guſtavus Lovenhaubt in ludo equeſtri ubſaliæ, dum Chriſti-

Chriſtina Suediæ regno ſe abdicat, habito quibus populis præfuerit. 197

H.

HAdamar comitatus. 8
Hadintonia Scotiæ civitas. 121
Halberſtadienſis Epiſcopatus 9. eius Princeps. 17
[illegible]oa. 8
Halla. 5
Hallandia Provincia. 129
Hamburgum urbs Hanſeatica. 10
Hammelia civitas. 10
Hammerſteina Lotharingici expelluntur. 141
Hamontem Lotharingici incendunt. 153
Hanovia. 10
Hanſo Chriſtophorus pucheimus. 149
Haraldus Suediæ Rex. 128
Harcurtius reconciliatur Regi Galliæ, & Agatia præficitur. 164
Harriſon Parlamenti Anglicani Præſes 113. & 116. Cromueli reſiſtit ibid. in cuſtodiam à Cromuele datus 206.
Hartmannus puridici Flavianenſis ſtudij decanus. 149
Hatrachus Cardinalis 55. apud eum divertitur Moguntinus. 57
Hebrides inſulæ. 120
Hedvigis Eleonora Carolo Guſtavo Suedorum Regi nuptura Ubſaliam adducitur 195. & ſequ. Coronatur in Suediæ Reginam. 196
Heidelberga 8. Heidelbergenſis elector vide Palatinus.
Heilbrunna 5. liberata 36. obſidet dati pro eius libertate ibid. liberatur præſidio. 59
Heimingæ munitio firmatur. 27
Helmæſtædium. 10
Helleviones quam habitarint inſulam. 129
Hemingij Populi. 129
Helvetiorum cantones. 12
Hemmingus Daniæ Rex. 128
Henricæa Caroli Stuardi Britanniæ Regis vidua, una cum

cum tribus filiis ſuis adeſt coronationi Ludovici decimiquarti in Gallorum Regem. 168. Gallia abire juſſa in Allobroges contendit. 201.
Henricus Stuardus Claudioceſtriæ dux in Gallia ex[illegible] 173
Henricus Guilielmus comes Staræbergus. 87.91
Henricus Phriſa Saxonis legatus. [illegible]
Henricus Cromuelis filius in Iberniam miſſus [illegible] 199
Hercam Lotharingici diripiunt. 133
Henrici quinti reliquijs apponitur Cromuelis mortua mater. 107
Henricus Octavus Angliæ. 202
Hereditarij in Imperio Romano munerum Curatores feuda ſua accipiunt. [illegible]
Heringius Canonicorum Bremenſium Syndicus. 16[illegible]
Hermannus Flemminga Theſaurarij vice fungitur dum Chriſtiana Suediæ regno ſe abdicat. 193
Hermannus Otto comes Naſſovius. 25
Herodotus Suedos Getas vocat. 126
Heruli Populi. 128
Hervordienſes obſidentur & ſe dedunt Brandeburgico 56. per legatos ſuos in comitijs Ratisbonenſibus de Brandeburgenſi conqueruntur. 10,16[illegible]
Heſſia nullas liberas urbes habet 7. eius Landgravij ibid.
Heſſus Darmſtadienſis in Coronatione Reg. Rom. 82
Hiera Thuringiæ amnis, non Gera. 163
Hildesheimenſis Epiſcopatus. 10.14
Hitchsfelda. 7
Hirri populi. 129
Hiſpani Gravelingam capiunt 44. Dunkyriacum tentant 45. capiunt 46. Barcinonem in Lalætania te[illegible] & capiunt ibid. Monte ferrato in Italia Gallos expellunt 59. Tridino potiuntur 60. & Creſcentino ibid. Atrebatum metropolim obſident 144. ſed inde fugantur a Gallis & cæduntur. 175.
Hocquincurtius Gallus Mazarino ſe adiungit 29. Andegavenſes obſidet 30. eius filius interficitur in prælio

lio ab Andegavenſibus ibid. Barcinonenſibus obſeſſis per medios hoſtes commeatum ſubminiſtrat 45. vulneratur 46. in Lalætania contra Hiſpanos rem gerit. 164. in liberanda Atrebatium Metropoli quartus Dux, Lotharingos fugat. 175.
Hoffſtetterus Cunæbergenſis. 145
Hoen[illegible] comitatus. 6
[illegible]einus comitatus. 9
Hoja comitatus. 11
Hoienſes comites. 107
Holſatia ducatus Olſaxen. 10
Homodeus Mediolanenſis Cardinalis fit. 35.
Hopkenus Suediæ Cancellarius. 862
Hordæ Tartarorum. 183
Hungariæ varia loca occupant Turcæ. 27
Huntelæi Scotiæ comitis filius. 200
Hieronymus *Ratiævus* Poloniæ *Regni* ſub Cancellarius *Regi* offenſus 49. proſcriptus 50. Petricoviam cum ſigillo fugit. ibid.
Hypſichrones Scoti 120. Carolo *Regi* contra Cromuelem ſtudent 122. bellantur contra Cromvelem 123. 200.

I.

Iacobus Henricus Lentius hoſpitiorum Deſignator 95
Iacobus Maſenus Ieſuita. 36
Iacobus *S*tuardus dux Eboracenſis in Gallia exſul 173. Ianus Guilielmus Manigerta Rector Magnificus Academiæ Flavianenſis 149. Cæſarem oratione excipit 151.
Iacobus V[illegible]rius Opdami dynaſta maris præfectus ſufficitur a[illegible]vis 109. Sacramentum dicit 110, ſupplicijs varijs caſtigat duces, quos fuerat expertus inertes in prælio contra Anglos maritimo ibid.
Ianus Lilburnes Levelleriorum in Anglia auctor. 119
Ianus Nicius Eudemiæ ſcriptor 186
Ianus Rathivilus Princeps Polonus 50. Lithuaniæ præfectus 180. 183. à Moſcis cæſus fugit 184

Ianus

Ianus Vuerthius Cæſarianarum copiarum quondam Imperator moritur 56
Ibernia exulatum abire iuſſi Catholici 11
Ibernorum contra Anglos vanæ iræ 34. eorum prorex quis factus ſit 20
Ieſuitæ Auguſtoburgenſes comœdiam exhibent coram Cæſare & alijs principibus
Ieſuitæ Smolenſco expelluntur à Moſco
Ieſuitæ Monaſterienſes vim patiuntur à civibus. 155
Ihcas Danielovicius Miloslaus uxoris Moſcorum ducis pater. 18
Ilcophæ Cæſar noctem tranſigit 1
Imperator Romanorum quis modo 13. eius ſtatus ibi vide Ferdinandus tertius.
Imperij circulorum & deputatorum conventus 19
Imſcaris amniculus 12
Independentes ſectarij in Anglia 119
Ingolſtadium urbs academiâ Nobilis 4
Ingria Provincia 128. quos populos habeat 129
Innocentius X. Papa Cardinales creat Romæ 34. eius in aſſerenda pace honeſta Germanis ſtudium 63
Interamnenſis Regio à Lotharingis oppreſſa 134
Ioachimus Gra veneccus Fuldæ Abbas
Ioannes Auſtriacus Philippi quarti Hiſpaniarum Re Nothus Barcinonen obſidet & capit
Ioannes Baptiſta Guemes Dominicanus Chriſtinæ S diæ Reginæ ab epiſtolis 19
Ioannes Baptiſta Suttinger 156
Ioannes Caſimirus Poloniæ Rex Vladiſlai Quarti filius 46. armat in rebellem Chmelnicium 48. ſcytharum chanum per literas ad pacem ſollicitat ibid. filius ei natus moritur 51. Danticũ proficiſcitur ibid. audita c de ſuorũ cum Regina in morbũ incidit 53 & ſeq. ei bellum minatur Turcarum Imperator 52. in Podolia caſtra habet 178. ſocſoviam capit ibid. à Tartaris pacem petit ibid. diffidit ei Mareſcallus Regni 179. a aliquibus ſuggillatur quod caſtra ſequatur, ibid
Ioannes Chriſtophorus Ferdinandus Hauſæſteini comes 38

Ioannes Dalburgius Camerarius Vuormatienſis eques creatus 94
Ioannis Fanum in Scotia 128
Ioannes Franciſcus Trauzo Falcoſteinus 149
Ioannes Fridericus Baro Bluinæthalius Legatus Brandeburgici 88
Ioannes Georgius Saxoniæ Dux elector 16. pragæ excipitur ab Cæſare 57. eius miniſtrorum ornatus & pompa ibid.
Ioannes Georgius electoris filius ſupradicti Saxoniæ Ducis 16
Ioannes Gerhardus comes Manderſcheidus Blanckenheimius 21
Ioannes Iacobus comes Conigſecius 25
Ioannes Ioachimus Sitſædorphij comes 97
Ioannes Laienus Archiepiſcopus Trevirenſis 29
Ioannes Ludovicus Naſſovius moritur 70. eius elogium ibid. eius filij tres 71
Ioannes Oxeſtirna Axelius Suediæ Archigrammateus 188
Ioannes Philippus Rhenigravius 88
Ioannes Philippus Schonbornus ſacrificat & coronat Romanorum Regem Ferdinandum 92. eius ideo cum Colonienſi Arrchiepiſcopo diſſidiũ ibid. Imperatricem Eleonoram coronat 104
Ioannes Sigiſmundus Brandeburgicus Septemviris 186
Ioannes Vecardus Avirſpergæ Princeps 90. collegio Principum accedit 107
Ioannes Roſæthalius Ieſuita concionatur, Eliſabetha Amelia ducis Neoburgici nova nupta hæreſin eiurante 105. quod eius Concionis argumentum ibid.
Ioannitarum Magiſter 7
Ioinvillæus Ludovicus Euſiæ & Ponthieui comes, Iouſæ & Engoliſmi dux, vulneratus in liberatione obſeſſæ Atrebatium Metropolis, Pariſijs moritur 176
Ioſephus Sanfelicius Archiepiſcopus Conſentinus Nuncius Apoſtolicus ad Rheni tractum deſignatus 64

eius

eius varia in itinere geſta & Coloniam adventus 64
Iſarus fluvius
Iſenburgici Comites
Islanes Giereius Tartarûm Crimenſium dux moritur 184. vide Chanus. Eius mortis cauſa cui imputatur ibid. eius duo filij inter ſe de regno diſſident ibid.
Islebia Lutheri Patria. 9 Italiæ res.
Italis Germania cæca
Iudæi à Moſchis conſpuendi 181
Iuliæ Ducatus 11
Iulius Roma Epiſcopus Tyburtinus moritur 64
Iulius Henricus Saxo 5
Iunglieus Sinarum Imperator. 65. Mater eius, uxor, Filius Baptizantur ibid. Legationem Romam mittit

K.

Kinsheimum in Alſatia Lotharingici capiunt 27
Kioviæ princeps factus quis 181. eius Metropolites Moſcopolim captivus abductus ibid.
Knaplodia ſcotiæ Comitatus 122
Konigsmarcus Suedorum Belli Dux ad arma ſe comparat 130. Bremam cum Phrangele petit 156. Burgum Bremenſium obſidet & capit ibid. receptum Bremenſibus rurſum capit 159. eius pertinacia in audiendis Bremenſium Legatis 160. duorum menſium inducias ſed certis Legibus concedit ibid. pacis leges præſcribit Bremenſibus 161. excipitur à Bremenſibus 162. Sacramento obſtringit Bremenſes 163. milites Brema potitus in Livoniam & Pomeraniam reducit ibid.

L.

LAbacum Carniolæ
Labor amniculus in Bavaria
Lagoda Lacus 128
Lambertus Maior Anglus Cromveli enſem præfert 205

Landa-

Landavia 8
Landsheimius comitatus 6
Languedochium quid 177. eius Gubernator fit Contius ibid.
Lanshutum 4. Cadit 104
Lanscoronius Ruſſiæ Palatinus 180
Lausannois 7
Lappones Suediæ Populi 128
Lariſſæus Clagga enſiferi vice functus Chriſtina ſe abdicante 192
Lariſæus Creuſa dono donatus à Chriſtina ſe abdicante Regno 193
Laudonia Scotiæ Provincia 121
Laurentius Concilij magni Anglicani Præſes 203
Lauſanna civitas 13
Lauburgicus Saxoniæ Ducatus 10
Lauterenſes Palatini in coronat. Reg. Rom. 82
Lea oppidum Bremenſium 161
Leiſnicia Dynaſtia 9
Leithurgia Archiepiſcopi Colonienſis 17. vide Maximilianus Henricus
Legati variorum Principum & urbium in Comitijs Ratisbonnenſibus item Auguſtoburgenſibus dum electio fieret & coronatio 68. 81. & alijs
Lenæus Archiepiſcopus Vbſalienſis 194
Lenoxia Scotiæ comitatus 122
Leodienſis Epiſcopatus 11. eius Epiſcopus 15
Leodium Maximilianus Henricus venit 104
Leodienſes à Lotharingis & Condæanis divexantur 133 ordinum conventum habent 104. quadraginta horarum preces inſtituunt 134. quid in conventu ordinum propoſitum 105. gratus illis nuncius Lotharingiæ Ducem Carolum in cuſtodiam datum 135
Leopoldus Fridericus comes Trucſeſius 25
Leopoldus Guilielmus Archidux Auſtriæ, Ferdinandi tertij Cæſaris Frater, Belgij nomine Hiſpani Gubernator 45. Carolum Lotharingiæ Ducem in cuſtodiam dat 136. eo facto manifeſtum evulgat 139. Aſprecollanam Virginem inviſit 143. alteras evulgat Literas; quibus

quibus mandat, cuncta capti Caroli bona tradi Patri huius Nicolao Franciſco 144
Leopoldus Ignatius Ferdinando tertio Cæſari Patri Flavianam Ratisbona redeunti obviam tendit 147
Leſes amniculus 159
Letha ſcotiæ Civitas 121
Levelleriorum ſecta in Anglia 119. quis eius auctor fuerit & quales ritus habeat ibid. Cromveli negotij multum faceſſit. ibid.
Levinus ſcotiæ fluvius 122. levinia inde dicta regio. ibid.
Leutkyriaca. 5
Lichtæbergicus Landgraviatus. [illegible]
Lignius Princeps 144 & 44
Limburgicus comitatus. 6
Lincolnia Angliæ Regio. 202
Lindavia. 8
Lintia. 5
Lipſia urbs Academia nobilis. 9
Litaneiarum cantus in Coronatione Regis Rom. 89
Literæ Cæſaris invitatoriæ ad comitia Ratisbonenſia miſſæ ad Imperij Principes & urbes Liberas. 40
Literæ Manifeſtæ evulgatæ in Cuſtodiam dato Lotharingiæ duce Carolo. 13[illegible]
Literæ Proteſtantium ad Cæſarem. 7[illegible]
Livonia à Guſtavo Adolpho ſubacta. 186
Lomundus Scotiæ lacus. 120. & 122
Londini in foro tumultus & cædes Anglorum aliquot à Melitenſi equite, & duobus Portugaliæ legati illic tunc morantis fratre & aſſeclis perpetrata. 115
Londinates vi in ſententiam Cromvelis pertrahuntur 116. audito Protectoris nomine lætantur 118. Cromvelem inſigni convivio excipiunt. 199
Longobardi populi. 128
Lora comitatus. [illegible]
Lorna Scotiæ comitatus. 121
Locaſtrum à Locharingicis intercipitur. 135
Lotharius Fridericus Metternichus fit Epiſcopus Spirenſis 28. eius inauguratio. 64

Lotharingici, Caroli Lotharingiæ ducis milites, in Alſatiam irrumpunt 27. varia oppida expugnant & diripiunt 27. eorum rapinæ & Sacrilegia 31. Leodienſes divexant 132. plurima loca in Eburonibus occupant 133. aliqua incendunt ibid. Ducem ſuum Bruxellis in cuſtodiam datum intelligunt ab huius Cancellario & Abbate D. Catharinæ 141. leniuntur accepto ſtipendio ibid. Hammerſteina expelluntur. 122 Faugero duce Steltiam oppidum fruſtra tentant 40. Eburones & Menapios vaſtant 69. fugantur & cæduntur à Brederodio Traiecti gubernatore ibid. per Falcoburgios graſſantes varia oppida ibi intercipiunt ibid. de eis & Condæanis in conventu ordinum Leodienſium querelæ fiunt 105. in comitijs Ratisbonenſibus Imperij proceres de illis conqueruntur. 106

Loſeſteinus comes ſtabuli Cæſari Præfectus. 87

Lubarenſis comitatus. 6

Lubeca urbs Anſeatica 10. eius Epiſcopatus. ibid.

Lucaviæ in Luſatis incendium 55. eius cauſa. ibid.

Lucas Spicus Tribunus Cæſarius. 38

Lucuhabria Scotiæ Provincia. 121

Ludemannus Lutheranus Concionator. 162

Luerenſis Abbatia. 8

Ludi equeſtres, ubſaliæ habiti Chriſtina Suediæ Regni inſignia ponere volente. 191

Ludovicus Alphonſus Pleſſis Richelius moritur. 64

Ludovicus Borbonius, dux condæus vide Condæ. 9

Ludoviſius Galliæ Mareſcallus ad Remenſes de coronatione Ludovici decimi quarti futura, miſſus nuncius. 166

Ludovici Galliarum Regis apotheoſis. 173

Ludovicus decimus tertius Galliæ Rex quando coronatus. 167

Ludovicus Decimus quartus Galliarum Rex credit ſibi à Mazarino exſule moveri bellum 29. amicus Electori Colonienſi Maximiliano Henrico quare 107. adeſt copijs ſuis in Belgio 163. contra duellorum ſtantes leges ſancit 164. conciliabula occulta

prohibet ibid. cum Helvetijs fœdus renovat [illegible] eius donum in Nuptias Martinociæ Neptis Mazarini 165. ad Coronationem ſe præparat 166. Remis excipitur. 167. una cum *Matre* & Mazarino 168. eius pietas & confeſſio ibid. eius ante [illegible]nem iuramentum 170, Eccleſiæ primogenitus [illegible]ocrei & gladio in templo ornatur coronandus ibid. annulo ſubarratur ut populi ſponſus 180. coronatur & iniungitur 171. ſolio inſidet ibid. ex corbe ave[illegible]miſſæ facta coronatione quid velint ibid. eius ætas & corporis forma ſub utraque ſpecie communicat 172. epulo excipitur, Torquato ordini aſſcribitur ibid. ſtrumoſos in Divi Marculphi tangit ibid. mili[illegible] luſtrat 172. coronationis octodialia celebrat ibid. adeſt ipſe in liberanda ab Hiſpanienſibus obſeſſa Atrebatium Metropoli 174. ea liberata Peronam vadit 575. à Cromvele protectore Angliæ pacem rogat: 201

Luneburgicus Ducatus 10

Luppia civitas & fluvius. 12

Luſatia hæreſi depravata 3

Luſitani in Braſiliam vadunt cum claſſe ereptum Batavis omnia 11. eorum Regis legati ad Cromvelem fra[illegible] tumultum in foro Londinenſi concitat 11. plectit[illegible] 201

Lutetiæ gaudia agitantur ob peractam coronationem Regis 173

Lutia oppidum, morte Guſtavi Adolphi Suediæ Regis illuſtre 188

Lycus fluvius 4

Lyppia comitatus 11

Lypſtadium idem quod Luppia. 12

M.

MAchiavellus Cardinalis moritur 1[illegible]

Magdeburgicus Archiepiſcopatus 9. Dux [illegible] dem [illegible]

Magierus Medici collegii Flavianæ Decanus 149

Magni-

Magipratanus Grandpré Gallus captus ab Hiſpanis. 176
Magoges Regni Suedici Conditor. 126
Malbodium Gallico præſidio confirmatur. 177
Malmundarium obſeſſum liberatur. 134
Mancinus Mazarini nepos. 176
Manderſcheidii Comites. 107
Mansfeldia Comitatus. 9
Mantuæ Dux. vide Carolus Primus.
Marca Brandeburgica. 9
Stiria. 3.
Marcardus Eichſtettenſis Epiſcopus. 87
Marcellus Lantes Epiſcopus Tuſculanus moritur. 64
Maria Anna electrix Bavara. 55
Maria Eleonora Guſtavi Adolphi Suediæ Regis uxor. 186
Marchia Comitatus. 11
Marchio Brandeburgicus vide Fridericus Guilielmus.
Mariænemum. 6
Marchio S. fondratus. 44
Marpurgum. 7
Marpurgenſis Univerſitas inſtauratur. 108
Marria Scotiæ Provincia. 121
Marteloſſi qui. 47
Martinocia Mazarini Neptis Contio Duci nubit. 165
Dos illi data & dona à Mazarino & Rege. ibid.
Martinus Herpertus Trompus Batavicæ Claſſis contra Anglos Dux fugatur 108. ejus in caſtiganda Ducum ignavia ſeveritas 108 ejus ad Vuittenium verba 109 occumbit fortiter. 109
Martinus Martinius Jeſuita ex Sinarum Regione Romam venit. 65
Marteſburgenſis Epiſcopatus. 8
Maſcabrunus Datarius Romæ ob fraudem in Diplomatis commiſſam luit. 36
Maſſucius Polonicæ Militiæ Præfectus. 178
Maximilianus Curtius Comes 88. Imperii Receſſus condendi adjutor. 145

Maximi-

Maximilianus Henricus Bavariæ Dux, Archiepiſcopus Colonienſis ejus amplitudo, Dominatus, officium Imperiale & dignitas Electoralis ibid. Sacerdos factus 17 Coloniæ exſpectatur ad faciendas Primitias 17. excipitur 20. ordo & pompa ingredientis Ædem Metropolitanam pridie & ipſa epiphaniæ 21. Primæ Miſſæ ſacrificii peracti ab eo Cærimoniæ, pompa, Muſica, ordo, apparatus miniſtri qui fuerint 23 & ſeq. eo peracto Bonnam reddit 27. in Weſtphaliam abit 27. Ratisbonam venit 58. Trevirenſi Archiepiſcopo Pallium Archiepiſcopale injicit 67. non adeſt Coronationi Regis Romanorum quare. 86. 99. proteſtatur per Cancellarium Buſchmannum de jure ſuo in Coronandis Romanorum Regibus 99. Leodium venit 104. ſacra ibi peragit ibid. ordines Leodienſes convocat ibid. Duſſeldorpium abit 105. ſacris ibi operatur ejurante hæreſin publicè Ducis Neoburgici nova nupta ibid. Controverſiæ inter eum & Civitatem Agrippinenſium 106. ejus in defendendi à Lotharingicis Diœceſi Leodienſi cura & ſtudium 134. Gallos in ſubſidium advoca ibid. de expellendis Lotharingicis primo apud Cæſarem, hinc apud Leopoldum Guilielmum, Auſtriæ Arciduucem Hiſpanienſium Belgarum Gubernatorem agit 143. Aſpretanam Virginem miſit ibid. cum Archiduce colloquitur. ibid.

Maximilianus Theodoricus Dierichſteinus Magiſter Aulæ Cæſariæ 87. 93. Collegio Principum aſſcriptus 107. ejus in condendo Imperii receſſu diligentia. 145

Mazarinus Cardinalis Gallia exſul 29. militem colligit ibid. Pariſienſes Copias fundit ibid. id Rex male cum ferret de eo ſe purgat ibid. revocatur Pariſios 30. ejus effigies à Turonenſibus comburitur ibid. de eo ejiciendo rurſum rogatur 31. ſollicitat Lotharingiæ Ducem Carolum adverſus Condæanos ibid. exſulis hoſpitium ubi fuerit 134. Hiſpanienſium in Belgio urbium præfectos ad Proditionem auro ſuder ſollicitare & flectere 164. Contii Principis Sacerdotia ſumit ſibi 165. facta Coronatione Ludovici

Ludovici Decimi quarti, cui interfuit, Legatos exterorum Principum Remis convivio excipit. 172. ejus Pater mortuus. 207
Meclæburgicus Ducatus. 10
Memmingæ civitas. 5
Menchricuſæ oppidum. 7
Menechildis Fanum expugnatum à Gallis. 163
Menſæ pro excipiendis, facta Coronatione Ferdinãdi 4. in Regem Romanum, convivio electoribus in Curia Ratiſbonnenſi ſtructura, ordo, & poſitus. 85 & 86
Merchia Scotiæ Provincia. 121
Mernia Scotiæ Provincia. 121
Meſcheda oppidum 10
Metenſis Epiſcopus cui ſuffragetur. 15
Mevaniæ Inſulæ Oceani Ibernici. 120
Michael Fœderovicius Moſcorum Dux quãdo mortuus. 182. cum Guſtavo Adolpho Suedorum Rege pacem mavult. 186
Middelton varios Scotiæ populos in partes Regias trahit. 200
Mindina Epiſcopatus. 11. 15
Miſnia 9. Miſnicus Epiſcopatus. 8
Mittelpadii populi. 129
Mocilmius Polonorum equitum Magiſter. 178
Moerſiæ Comites. 107
Moguntia urbs. 8
Moguntinus Archiepiſcopus 8. 14. vide ulterius Ioan-Philippus Schonbornus.
Moguntino Archiepiſcopo ſuffragantes Epiſcopi. 14
Mompelgartenſis comitatus. 5
Monachium urbs. 3. venit eo Cæſar unà cum uxore. 104
Monaſterium Cornelii in Eiflia Abbatia. 11
Monaſterium Vallis Gregorianæ. 8
Monaſterienſis Epiſcopus. 11. 15 vide ulterius Chriſtophorus Bernardus Galenus.
Monaſterium Weſtphalorum turbas habet. 154
M[illegible] novi Cromvelis Dominatus in Scotia aſſertor 200 & 201.
Monferratum Hiſpani capiunt. 58

Mon

Mons Martis Weſtphaliæ oppidum.
Mons Sancti Eligii 175. Sancti Stephani in Scotia, oppidum. 125
Monvordenſis Ducatus ſive Comitatus. 5
Moravia quibus ſectis depravata 3. ... ere juſſi ſectarii. ibid.
Morgana Anglicanæ Militiæ præfectus. 200
Moſcuæ, quæ Metropolis eſt Moſcorum, ludus linguæ Græcæ & Latinæ apertus 183. peſtis ibidem graſſata, 185. Ejus Dux vide Alexius Michalovicius.
Moſci Smolenſcum obſident 180. Poloniam infeſtant ibid. Oppidorum in Vkraina captorum templa ſuo ritu conſecrant 181. Leges præſcribunt Coſaccis, qui ritibus eorum ut initiarentur, coacti fuerant, ibid. Kiovienſem Metropoliten captivum abducunt ibid. Coſaccos illos, qui eorum ritibus & Sacramento ſe obſtringere nolunt, ſuppliciis afficiūt 181. Smolenſco potiti Jeſuitas abigunt 184. & ſeq. reportant Moſcopolim ablatam ſibi antehac Deiparæ ſtatuam quæ Smolenſci erat 185. Zuſcum, qui ſe pro eorum Duce apud exteras gentes venditaverat, ad ſe miſſum ſupplicio afficiunt 185. varia oppida intercipiunt. ibid.
Morovia Scotiæ Provincia. 120
Muchlinga dynaſtia. 9
Mulhuſa in Thuringia. 10
Mullingenſes Comites. 107
Murbacenſis Abbatia. 8

N.

NAbus amniculus. 4
Narbonenſis Gallia quæ. 177
Narvii populi. 129
Naſſavii Sarbrugæ Comites. 7
Sarvverdæ.
Naſſovienſis Comitatus.
Naumbergenſis Epiſcopatus.
Natalis Cæſaris & Filii Ferdinandi 4. dies celebratus 104. & ſeq.

Nem-

Nemetacum Atrebatium Metropolis ab Hiſpanis obſeſſum. 144
Neoburgum Auſtriæ Cæſar venit & moratur. 147
Neoburgum arx in Circulo Bavarico. 4
Neoburgicus Ducatus 4. cujus Circuli & Principis. ibid.
Neohauſum urbs. 6
Nerolinga 5. Nericii populi. 129
Neſſa Scotiæ fluvius. 121
Nicolaus Potocius Polonici exercitus Imperator 29. de Tartaris apud Chanum illorum conqueſtus quid reſponſi acceperit. 179
Nicon Moſcorum Patriarcha. 182
Niniani Divi templum, Scotiæ oppidum. 122
Nicolaus Franciſcus Lotharingiæ Dux, Caroli Lotharingiæ Ducis nuper in Cuſtodiam dati Frater 140. vocatur in Belgium Fratre capto 140. & 142. & mittitur ad illum ſancti Amoris Comes ibid. tranſitus & honores exhibiti variis in locis 143. Bruxellis excipitur 144. capti fratris bona omnia ei traduntur ab Archiduce Leopoldo literis evulgatis ibid. ad copias Fratris vadit. ibid.
Nicrus amnis. 6
Nivoſii populi. 52. 47
Norbervicus Scotiæ Civitas. 121
Noriberga Germaniæ oculus. 6. quid Ptolomæo & eius deſcriptio. ibid.
Noribergenſes ciſtam adferunt 5, dum coronatur Ferdinandus 4. in Romanorum Regem, in qua inerant Corona donandi Romanorum Regis inſignia. 86
Noribergenſis Burggravius quis. 17
Normanni populi. 128
Nordtfolcia Angliæ Regio. 202
Nortgovia Bavariæ pars. 4
Northeimium. 10
Northuſa. 10
Northamptonia Angliæ Regio. 202
Norvegi populi. 128
Nummi Argentei cuſi in coronatum Ferdinandi 4 Romanorum Regis. 85

Nylandi populi. 129

O.

OCcitania Galliæ Provincia. 177

Octo Romani Imperii Electores, alias 7. qui illi 14 & ſeq..

Oenipons. 3. Oenus fluvius. 4

Oetinganam Virginem Cæſar inviſit. 194

Oetingani Comites. 5

Oetinga Comes juvat in condend. Imperii receſſ. 145

Ochſæſtirnes Reginæ Suediæ Legatus Ratisbonæ proteſtatur nomine Reginæ 68. in Suediam redit ibid.

Octavius Picolomines Aragonius, Dux Amalphitanus 69. Collegio Principum aſſcribitur. 107

Odenheimius, Præpoſitus. 7

Offoniburgum. 5

Olaus Suedorum Rex. 129

Oldenburgum Comitatus. 11. Comites ejus. 107

Oleſerius obſer. Tartaris datus. 178

Olivarius Cromvvel 32, Protectorem ſe dici vult. 101. orationem in Curia habet longam ad Parlamentarius. 112. oratio illa ibid. ad eam reſpondet Senatus ibid. audito reſponſo in Senatum milites immittit 113. Parlamentum mutat ibid. Eccleſiam moribus inſtituit. 114. Leges condit Prætoribus. ibid. Londinates in ſententiam ſuam vi pertrahit. 116. Harriſone offenditur. ibid. Curiam Parlamenti milite rurſum circumdat. ibid. aliud Parlamentum concinnat. ibid. Protector compellatur certis conditionibus & legibus. ibid. Sigillum & gladius ei publicè traduntur. 118. Senatores nominat. ibid. quæ hæreſis maximum negotium ei fecerit. 119. Hypſichtones Scoti nolunt ei obedire. 122. & 123. Catochtonas facile donat. 123. in ejus Dominatum Scoticæ Eccleſiæ Miniſtri invehuntur. 124. quorum Regum & Ducum Legationibus honoratus. 198. Cuſtodes Corporis ſibi delegat. ibid. Regis nomen non vult. ibid. quas Sectas ſolum patiatur. ibid. Religionis & Cultus Divini leges condit. ibid. Catholicos pellendos decernit. ibid.

Convi.

Convivio inſigni excipitur à Londinatibus. 199. Equitem creat in illo. ibid. Non volentia audit ex Anglia & Scotia. 201. Conjuratio contra eum, detecta. 301. exulibus Proteſtantibus certas Regiones aſſignat, 202. Concilium Angliæ convocat. 202. quâ pompa & comitatu Curiam ingreſſus. ibid. ejus Oratio in Concilio habita. 203. & ſeq Harriſonem in Cuſtodiam dat. 106. Oxonienſem Academiam variis libris donat 107. ejus Mater mortua ubi ſepulta fuerit. ibid.
Olmutenſis Epiſcopus. 3
Oneda Lacus. 128
Orcades Inſulæ. 120
Ordines Imperii Germanici tres. 103. qui illi. ibid.
Ortæburgicus Comitatus. 4
Oſnabrugenſis Epiſcopatus 11. ambiguæ electionis ibid.
Oſnabrugenſis Epiſcopus 15. vide ulterius Franciſcus Gulielmus.
Oſtrogothi populi. 128
Otto Comes Trucſeſſias. 91
Ottobonus Cardinalis factus. 35

P.

PAderbornenſis Epiſcopatus. 11
Paderbornenſis Epiſcopus cui ſuffragetur. 14. vide Theodorus Adolphus Reccus.
Palatinatus ſuperior. 4
Rheni 8
Palatinus Comes Rheni, Elector vide Carolus Ludovicus.
Pannoniæ inundatio. 54
Panvicus Anglicanæ Militiæ Præfectus. 200
Pappenheimium oppidum. 4
Pappenheimius Comes Imperii Mareſcallus. 75. 80
Paragraphus de indaganda. 145
Pares Franciæ duodecim. 169. qui illi olim, eorum numerus origo, ornatus, munus. 169. 171. quales in coronatione Ludovici decimi quarti Galliarum Regis. ibid.

Pariſienſium lætitia inauguratione Regis Remis facta 173. ob victoriam contra Hiſpanos obtentam. 176
Paris Lodrovius Archiepiſcopus Salisburgenſis moritur 134
Parlamenti Anglicani reformatio 112. vide Angli.
Paſſavienſis Epiſcopatus. 4
Paſtoritiæ Muſæ ludicrum Ratisbonæ agitur. 69
Patavienſis Epiſcopus cui ſuffragetur. 4
Paterusa Abbatia. 9
Paulus Joannes Grosbecius Leodienſis Eccleſiæ Præpoſitus in cuſtodiam datur. 143
Pax Hollandica Londini promulgata. 201
Pekinga Sinarum civitas ſplendida Scytharum Imperatoris nunc ſedes. 66
Perdices in foro Pragenſi. 56
Perthia Scotiæ Provincia. 121
Petrus Gondius Radeſianus, Pariſienſis Archiepiſcopus moritur. 165
Petrus Braha Regni Suediæ Satrapes. 190. 193
Petrus Rovalius Militiæ Præfectus. 39
Philippus Guilielmus Dux Neoburgicus 71. alteram conjugem accipit. 105
Phegeſaccus à Bremenſibus captus. 159
Pherdenſium Epiſcopatus Suedis datus. 188
Pherdenſis Epiſcopatus, nunc Ducatus, Suedo datus. 14
Philippus Salentinus de Manderſcheidt Gerolſtein. 26
Phrangelius Bremenſium copias fugat 158. in Pomeraniam revocatur. 159
Pomeraniam revocatur. 159. in ludo equeſtri Vbſaliæ quibus præfuerit. 192. abeuntem Chriſtinam Suediæ Reginam cum claſſe proſequitur. 198
Phriſa Saxoniæ Ducis Orator. 76
Phriſia Orientalis. 11
Pimentellus Senogalliæ Archiepiſcopus Cardinalis fit. 34
Pimentellus Cardinalis moritur. 139
Pinarolum in Italia Galli occupant. 62
Pincerna maximus Imperii. 15
Pirmontinus Comitatus. 11

Pleſſi

Pl[illegible]ii comites. 7
Pluvia maxima Religionem incuſſit Tartaris depugnata pugna. 53
Podlaſſia à Tartaris expilata. 178
Polonia unde dicta, eius diviſio. 46. eius Rex vide Ioannes Caſimirus: miſer eius ſtatus. 177
Polonici Belli cum Coſaccorum Duce Chmelnicio & Tartaris origo. 49. & 50
Poloni fundunt Coſaccos 52. funduntur à Coſaccis, Tartaris, ibid illorum capita reſecta mittuntur à Chmelnicio, ad Turcam pro munere ibid. capti græcæ fiunt Eccleſiæ rituum ſequaces & Bialogrodium deducuntur. ibid. cauſa illorum cædis & cladis 53. eorum adverſus Caſimirum Regem ſuum diffidentia 179. à Gedanenſibus auxilia petunt 180. Tartarorum Chanum & Ragotium contra Moſcos ſibi aſciſcunt ibid. Proceres Poloni conqueruntur, de Rege quod caſtra ſequatur 179. Socſoviam capiunt 178. à Moſcis infeſtatur 180. pro indigenis quorundam filios principum recipiunt 183. à Moſcis cæduntur. 184
Polus Cardinalis moritur 130
Pomerania Ducatus 9. ultimi illius Ducis ſepeliendi ſumtus quanti & à quibus expenſi 107. duo eius Principes Brandenburgicus & Suedus. 9
Pons ligneus panno contectus in coronat. Rom Reg. Ratisbonæ. 96
Pophinga. 5
Portugaliæ Regis Legati Frater tumultum Londini concitat, 115. Plectitur idcirco. 106
Praga urbs 3. in foro eius Perdicum grex. 56
Principum, qui ſecundum Germaniæ Collegium conſtituunt, enumeratio. 103
Prodigia Varia in diverſis locis. in Auſtria mortis Ferdinandi IV. nuncia. 153. in caſtris Polonorum & Coſaccorum 53. in foro Pragenſi, in Sileſia. 56
Proteſtantium Literæ ad Cæſarem. 72
Proteſtatio Archiepiſcopi Colonienſis contra Moguntinum de iure Coronationis Regis Romanorum. 99
Prumienſis Abbatia. 7

Pruſſia 13. peſte infecta 130. à Guſtavo Adolpho liba-cta, 186
Puer auditus in utero Matris ejulare, 56
Pullidorpium. 4

Q.

Quedliburgum Abbatia 9. ejus Abbatiſſa. ibid.
Quentelius legum Doctor Vicecomes alti Iudicii Colonienſis. 21
Queſnoa Gallico præſidio confirmatur, 177

R.

Rabata Comes, Satellitum Regis Romani Præfectus. 94
Radeſianus vide Gondius Radeſianus & Petrus Gondius.
Radiantia omnis. 4
Ragotius Tranſilvaniæ Princeps à Polono contra Moſcos aſciſcitur. 186
Rapoltiſvillam Lotharingici intercipiunt, 28
Ranterii Sectarii in Anglia. 119
Ratisbona urbs 4. ſcamni urbium Suevici Princeps. 104
Ratisbonam comitia indicuntur 40. Comœdia iſtic agitur coram Cæſare & aliis Principibus. 68
Ratisbonenſium apparatus ad electum Romanorum Regem Corona donandum 81. fori illorum in Coronatione celebritas deſcribitur pro Bove aſſando, nummis ſpargendis, vino fundendo, avenæ cumulo faciendo 84 & ſeq. Curia illorum ornata & inſtructa in coronatione pro convivio electorali 85. in Cæſaris abitu Flavianam honores & proſecutio, 146
Ratisbonenſis Epiſcopus vide Franciſcus Guilielmus.
Ratſeburgicus Epiſcopatus. 10
Ravensburgum. 5
Ravensbergenſis Comitatus. 11
Receſſus Imperii in comitiis Ratisbonenſibus conditus 145. prælegitur omnibus audientibus. 146
Redus Anglicanæ militiæ Præfectus. 100
Regentius amnis. 4
Regiomonte lues graſſatur. 130

Reiſſerſcheidi Comites. 407
Reinecius Comitatus Circuli Franconici. 6
Reinecii comitatus circuli Rhenani inferioris. 8
Rhenanus circulus. Rhenanum urbium ſcamnum. 10 3
Rheni Comites. 7
Rheniſteinæ Comites. 107
Rheinſteina comitatus. 10
Remorum urbs, locus coronationis Regum Galliæ. 166
Remenſes Ludovicum decimum quartum apud ſe coronandum Magnifice excipiunt. 167. Claves ſuas portarum argenteas Regi venienti offerunt. ibid.
Reuſſenus comitatus. 9
Reutlinga. 5
Richas Anglicanæ militiæ præfectus. 200
Ridbergenſis comitatus. 11
Ridbergenſes comites 107
Roani Andegavenſium Ducis ad Quinceium Reſponſio. 30
Romanus Pontifex vide Innocentius.
Romæ ſupplicationes habitæ pro mortuo Romanorum Rege Ferdinando quarto. 154
Romanorum Imperator vide Ferdinandus III.
Romanorum Regis Electio. vid. eleo coronatio vide coronat.
Romanorum Regum qui ab Archiepiſcopis Colonienſibus coronati fuere, & qui à Moguntinis, enumeratio. 101
Rosheimia. 8
Roſſia Scotiæ Provincia. 120.20
Roſtochium. 10
Rotembergum. 6
Rotvveila. 5
Runæ, literæ apud Suedos. 127

S.

SAMAL Suedorum Rex. 127
Sala amnis. 6

Salisburgenſis Archiepiſcopatus 4. eius Archiepiſcopus moritur 131. ei ſuffragantes epiſcopi. Chiemenſis. Lavantinus, Gurcenſis, Seccovienſis, Labacenſis, Tergeſtinus.
Salisfeldia Abbatia.
Salomo Anglicanæ militiæ præfectus. 200
Samſo ſectarum apud Anglos Magiſter. 598
Salmii Comites. 7
Salmius Comes hæreditarius Archiepiepſcopi Colonienſis enſifer. 21
Sanctacrucius fit Cardinalis. 244
Sarmingeſteinam Cæſar venit. 147
Sarivvordæ comites 107. non pertinent ad ſcamnum Weſtphalicum.
Sauſenbergenſis Landgraviatus. 5
Savolaxi populi. 129
Saxonia 5 9. eius dux 16. electoratus 8. vide Ioannes Georgius.
Scabini unde dicti. 19
Saxo Laviburgicus in Coronatione Reg. Rom. 82.
Schakerii. 118
Scamna 4 collegii Principum Germanorum. 103. duo urbium. 104
Scandia Provincia ejus ſitus. 128
Scania. 129
Scarus Suedorum Rex. 127
Sceringus Roſenhanes, Chriſtina Suediæ Regno ſe abdicante Codicillos utroſque legit. 193
Scaumburgum Comitatus. 11
Schencus Magiſter aulæ Archiepiſcopi Moguntini. 87
Schonbergus Comitatus. 9
Scloa à Moſcis capta. 185
Scopæ igneæ viſæ in caſtris Polonorum & Tartarorum. 513
Scotiæ ſitus & Provinciæ. 119 & ſeq. ejus Rex vide Carolus ſtuardus.
Scoti Regi Carolo contra Cromvelem ſtudent 119. duplicis generis ſunt 120. Eccleſiæ ipſorum Miniſtri in novum Cromvelis Dominatum pro Concione

fovehuntur. 124
Scythæ Vide Tartari.
Seafortium Scotiæ Regio. 200
Sebaſtianopolis. 175
Sectæ & Factiones Britannicæ. 119
Segodunum Ptolomæi quid. 6
Seltia Comitatus. 8
Sendreium in Hungaria à Turcis occupatum. 27
Senecræus Gallicarum Copiarum Dux Stenæam ſubigit 173. in liberanda Atrebatium Metropoli obſeſſa ejus munus. ibid.
Sequana fluvius. 148
Sezinum in Hungaria à Turcis occupatum. 27
Siccitas in Anglia. 202
Sigiſmundus Ludovicus Sitſædorphii Comes. 97
Sigiſmundus Poloniæ Rex à Suedis repudiatus. 181
Sileſia quibus ſectis imbuta 3. undis fermè planè ſubmerſa 54 puer ibi auditus in utero ejulare. 56
Siliſtriæ Baſſa. 187
Silvanectenſis Archiepiſcopus moritur.
Silures populi.
Simmerenſes Palatini in coronatione Reg. Roman. 82
Sinarum Regio, ſitus 65. earum Provinciæ ibid. magna earum Pars Catholicam fidem amplexa. 66
Sinenſis Legatio Romam miſſa. 65
Sipdagerus Suedorum Rex. 127
Sitſædorphii Comites qui. 97
Sleidani Comites. 108
Sleſtadium. 8
Sleſvvicus Ducatus. 10
Smalandia. 129
Smolenſcus à Moſcis obſeſſa. 180. capta. 184
Socſovia obſeſſa & capta à Polonis. 178
Solmienſes Comites. 7
Solvæus Scotiæ fluvius. 119
Spea Scotiæ fluvius. 121
Speira urbs. 7
Speirenſis Epiſcopatus. 7

Epiſco

Epiſcopus 14. vide Lotharius Fridericus Metternichus.
Spiegelgerbæ Comites. 107
Spina Scotiæ Lacus Cygnorum alter. 121
Spengeimii Palatini. 7
Squama Fluvius. 128
Stabuletum obſeſſum præſidio confirmatur. 134
Stabuletenſis Prioratus 11. ejus Abbas in coronatione Regis Romanorum. 82
Stanislaus Polocius Bullaviæ Majori Regni Polonici præficitur. 140
Staræbergus Comes Cæſareæ Aulæ enſifer. 87.91
Starigardiæ eſt Marchio Brandeburgicus.
Steinberger Suedus donatus donis à Chriſtina abdicante. 192
Stenæa in poteſtatem Gallorum venit. 173
Stephanus Pilceſanus Coricinus novus Poloniæ Cancellarius. 50
Sterlingus Scotiæ ager. 121
Stolbergus Comitatus. 9
Strathnavernia Scotiæ Provincia. 120
Straubinga 4. venit iſtuc Cæſar. 147
Strigenarium Epiſcopus 194. Joannes Matthias.
Strivilinga Scotiæ inferæ Provincia. 121
Studgardia. 6
Suarzenburgicus Comitatus 6. ejus Comites. 107
Sudermanni populi. 129
Suedi 128. niſi ſatisfaciant Brandeburgico Marchioni ad comitia Ratisbonenſia non recipiendi. 72. Regni coram antiquitas & ortus 125. conditor illius Magoges 126. Regum ejus ſucceſſio ibid Regni eorum incrementa quæ & quando facta 127. Veneficia extitere ibid. unde Getæ & Goti dicti ibid. militaris eorum victus 129. Catholicam fidem quo anno edocti fuerint & à quo 129. Regum eorum quondam integritas & ſanctimonia 129. præſentium, religio & animus 130. quando Lutheraniſmum acceperint ibid. Rex eorum cur titulo ſuo Vandalos aſſcribat 128. bellum meditantur & invadunt Bremenſes & ſubigunt

Subigunt 160 & ſeq excedunt Fechta. 145. vide Ko-nigſmarcus, Phrangel, & Guſtavus 1. & 2.
Suediæ Quinqueviri & eorum Munera. 192
Suediæ Reges varii 126. & ſeq. & anteced.
Sueon Suedorum Rex. 126
Sueonia. 128. 129
Sueinfurtum. 8
Suerinenſis Epiſcopatus. 10
Suevia 5. triginta in ea liberæ Imperii urbes enumerantur. 5 Cujus Religionis ibid. Circulus Suevicus. 4
Suevicum ſcamnum Comitum & Baronum. 103
Suevicum ſcamnum urbium. 104
Sundgovia. 7
Suſatum Weſtphaliæ urbs. 12
Sutherlandia Scotiæ Provincia. 120. 200

T.

TArtari Chmelnicio conjunguntur adverſus Polonum 47 & 48 cum Coſaccis Zbaraſium obſident 48 fugantur 40. alia mittunt auxilia Chmelnicio. 57. religione tanguntur ob decem diebus durantem facta à ſe pugna pluviam 53. Comenecíam ſepius fruſtra tentant 53. Valachiæ deſpotam juvant. 177. Ruſſiæ nigræ campos incurſant 178. pacem cum Polonis factam infectam reddunt. Volhiniam, Podleſſiam expilant. ibidem.
Tattæbachi Comites. 107
Taus Scotiæ fluvius maximus. 121
Taurenbergicus Comitatus. 9
Teclæburgicus Comitatus. 11
Teodorus Adolphus Recius Epiſcopus Paderbornenſis Ratisbonam venit 58. coronationi adeſt. 87
Teutonici Ordinis Magiſtri ſedes. 8
Thamiſis flumen decreſcit. 202
Thavaſti populi. 119
Thedincuſæ expugnatæ à Bremenſibus 148. dirui debent. ibid.

Time-

Thimotheus Chmelnicii filius filiam à Valachiæ Principe petit. 51. ob eam denegatam contra eum tendens à Polonis arcetur & cæditur. 52. cædit & fugat Polonos ſubmiſſis à Patre auxiliis. ibid.
Thomas Sarria Orator Hiſpani Regis. 37
Thereſia Maria Ioſepha Cæſaris filia naſcitur. 37
Thomas Wolfgangus Prucingger Flavianenſis Conſul. 14
Thomlinſon. 200
Thuringia 6. ejus Landgravius. 16
Tiburnum ſupplicii locus. 204
Tirolenſis Comitatus. 3
Tohaibegus Dux Tartarorum. 47
Torquatus Militiæ Sancti Spiritus in Gallia Ordo. 172
Torſtæſon Suedici exercitus Imperator. 188
Tottæ Comes aurea donatus catellâ. 191
Trajectinus Epiſcopus. 15
Tranſilvaniæ Princeps Georgius Ragocius.
Tremonia libera Weiſphaliæ urbs. 11
Trevirenſis Archiepiſcopus 8. 14. ei ſuffraganres Epiſcopi 15. vide Chriſtophorus Soeterenus & Carolus, Caſparus Laienus.
Tridentum. 7
Tridentinus Epiſcopus. 4
Tridino potiuntur Hiſpani. 60
Trompus Batavicæ Claſſis Præfectus vide Martinus Herpertus Trompus.
Trucſeſius Comes. 80
Trucſeſius Zeilius Comes 88. Imperii hæreditarius Dapifer.
Trudonopolis à Lotharingis obſeſſa & liberata 133 & 134.
Tubaris fluvius. 6
Tubinga urbs. 6
Tudinium Condæani tentant ſed fruſtra. 133
Tudinienſium è fortibus factis Nobilitas. 133
Tueda Scotiæ fluvius. 119
Tuiſta Weiſphaliæ amniculus. 7
Tullenſis Epiſcopus cui ſuffragetur. 15

Turcarum

Turcarum Imperator delectatus miſſorum à Chmelnicio capitum reſectorum munere 52. bellum Polono minatur. ibid. timetur in Imperio 27. loca aliqua in Hungaria occupat. ibid.
Turœnus Gallicarum Copiarum Dux vulneratus. 174
Turichemia. 8. 81
Turonenſes comburunt effigiem Mazarini. 30
Tuſſeron Præfectus Angliæ militum. 118
Tychopolis vulgò Glückſtatt. 10
Tyra fluvius vulgò Dnieſter. 178

V.

VAchmannus Bremenſium Syndicus. 162
Vaga amnis Pannoniam inundat. 54
Valachi ſeu potius Flacii novũ herum ſibi aſciſcunt. 177
Valachiæ Princeps Timotheo Chmelnicii Coſaccorum Ducis filio filiam ſuam denegat 51. contra eum educit militem Timotheus ibid. timet hunc victoria ferocem 53. auro Chano Tartarorum dato belli molem à ſe avertit 53. filiam ante denegatam ſpendet Timotheo ſed certa lege ibid 178
Valdecii Comites 7. Comitatus eorum. ibid.
Vallſteinius Comes. 91
Vallia Britanniæ pars. 119
Valpurgenſes Comites. 5
Vandali extirpati. 128
Vanga ad Argum Fluvium. 5
Varemia à Lotharingia occupata. 133
Varmia.
Varſaviæ Comitia celebrantur 49. quid ibi propoſitum ibid. diſſoluta 50. rurſum incipiuntur 54. quid eandem in iis decretum ibid. 179. 180. 183
Vblandi populi. 125
Vbbo Suedorum Rex. 126
Vberlinga. 5
Vblandia Suediæ Provincia. 126
Vbſalia Suediæ civitas. 126
Vbſalienſis Academia.
Veiſphalia unde dicta 10. ejus deſcriptio ibid. ejus Dux 25 ejus Circulus.

Veiſpha-

Veſtphalicum ſcamnū additum tribus aliis Comitum & Baronū ſcamnis 103. ejus Comites & Barones xxii. 107
Veiſſæburgum. 8 Narigoviæ. 81
Veiſſenburgenſis Præpoſitus. 7
Velia Comitatus 5. ejus Comites. 107
Venceslaus Lobcovicius. 107
Verda Abbatia. 4
Verodunenſis Epiſcopus cui ſuffragetur.
Vertemius Comitatus. 6
Verviæ Ruſtici contra Lotharingicos ſe muniunt.
Veſenbecius Brandeburgici Marchionis pro Bremenſibus ad Konigſmarcum Legatus. 160
Veſtmanni. 129 Veſtrogothi. 128
Vetslaria. 7 Vetteravia Regio. 7
Vetteravicum ſcamnū Comitū & Baronum Imperii. 104
Viadrus Fluvius 9. Sileſiam inundat. 54
Vicecomes alti Iudicii Colonienſis. 21
Victona Scotiæ oppidum. 122
Vidobaldus Thunæ Comes fit Archiepiſcopus Saliſburgenſis. 142
Vildenfelſa Dynaſtia. 9
Vinarienſis Saxoniæ Dux. 9
Vincenninum Caſtrum Luteciæ munitur. 164
Vindemia larga in Auſtria. 154
Vineta Metropolis Vandalorum exciſa. 128
Vinneburgici Comites. 107
Vinshemia. 6 Virii populi. 129
Virceburgicus Epiſcopus 6. 14
Virtenbergenſis Ducatus. 5
Virteburgici Duces in Coronatione Reg. Rom. 82
Viſendus ſtudii Philoſophici Flavianenſis decurio. 149
Viſimaria. 10
Viſimariæ in Suediæ juſtitiæ Tribunal referatur. 108
Viſurgis flumen. 156
Vitenius Batavorum claſſis Dux acriter à Trompo reprehenſus ob tardum adventum cum claſſe ſua. 109
Vitegeſteinus Comitatus. 4
Vladislaus quartus Poloniæ Rex moritur. 47
Vkerana Marca. 9. Vkrainæ regiones. 55

Vlma

Vlma Civitas. Vkraina. 181.179
Volfgangus Guilielmus Dux Neoburgicus moritur. 71 ejus elogium. ibid.
Volfgangus Philippus Pappenheimus hæreditarius Imperii enſifer ſive Mareſcallus. 88.91
Vormatia 7. 81. loco Vetiſiæ lege. *Vormatiæ*, & adde *Fridbergæ* & *Aquiſgrani*. Vormatienſis Epiſcopus. 7. 74. Vrbes Imperii Germanici liberæ 81. Vrbium liberarum collegium 104. Vſcoci & Nivoſii. 47 Wlacum 3. Weſtmunſter Londini 202. Weſtphalia ducatus, circulus vide *Veiſphalia*.
Witepſia. 185

X.

Xunchius Scytharum Imperator Sinas invadit. 65

Y.

Yſnia ſive Isla.
Yprenſis Epiſcopus Cornelius Janſenius. 124. ejus quinque propoſitiones damnatæ à Pontifice. ibid.

Z.

Zamolxis Pythagoræus Suedorum inſtructor. 127
Zaporovienſis Præfectura Bocho aſſignata. 181
ZBaraſium à Scythis & Coſaccis obſeſſum 48. liberatur. ibid.
ZBorovium. 48
Zeſopolis unde dicta 5. vulgò Dinckelſpul.
Zolleranus Comes. 80.83
Zuſcus pro Moſcorum Duce ſe venditans ſupplicio afficitur. 185

D. CHRISTIANO ADOLPHO THULDENO, Populo Martio.

Hiſtoriam haud ita pridem cœptam ſtrenuè proſequenti, accinit Irenæus Ergaſtulus Theodericus.

Euge novis excepta typis, exceptaq; plauſu
Hiſtoriæ Thuldene tuæ, felicia nuper
Auſpicia. Euge, ut erant multorum vota, librorum
Aggeſtu cumulatur Opus: Piger uſque morari

Æquo

Æquo materiam paſſu labor æmulus urget
Scribendi, tantas meritus pro munere laudes,
Quanta parat ſolers alienæ encomia laudis.
Scilicet in fatis fuit iſtud Martia proles
Quando Ubios generoſus abis, populiq; ſoliq;
Securus patrii, in Muſarum ſacra perenni
Juras ſacramento; igitur nunc auctus honore
Tutiùs à calamo, quem fors animoſa bipennis
Haut facili tulerat pretio, neque belliger enſis
Tam ſceleris purum. Credas, ita Numine cuncti,
Quod non ſentimus, regimur ferimurq; ſuperno,
In ſortes quicunque ſuas, longo ordine tandem
Noſcendas olim. Sed Tu, quàm ſuaviter, ô Dii!
Naturâ ducente, parum advertentibus annis
Cœtibus inſinuas clarorum, gemma virorum;
Eloquii dives Latii (numeriſve ſolutum,
Adſtrictumve velis) non impatienſque Pelaſgi
Præcipuus dici cultor. Tam gnaviter audax,
Seinerum auſcultans, teneras gravioribus aures
Ceratus crebro monitis, infamia ſaxa
Seirenum longè ſcopulos tranſvectus, ab arvis
Ductas Oenotriis, ignota per æquora ſenſim
Inviſaſque vias docto trahis ore Camœnas,
Gratâ ſede locans, veteriſque decoris oblitas
Ad cultum blandè revocas, dum ponere juſſis
Barbariem tribuis nativi dona nitoris;
Narrandiſque novis aptatas rebus aviti
Majeſtate ſtyli pulchrè facis eſſe ſuperbas.
Macte animo; ſine, Te quò pergis, amabilis ardor
Ducat, & Enneades fiant, Decadeſque librorum,
Sed cùm virtutis te Gloria plena beabit;
Ergaſili Philadelphe tui memor eſſe memento.

Coloniæ in Vbiis anno Christiano 1657.

F I N I S.

CHRISTIANI ADOLPHI THVLDENI
HISTORIARVM PARS II.

CHRISTIANI
ADOLPHI THVLDENI
HISTORIARVM EVROPICARVM,
ENNEADIS PRIMÆ

LIBER IV. V. & VI.

Sive

PARS II.

Annis 1655. & 1656. geſta explicans.

Accedunt ſeorſus ad annos prædictos pertinentes

Tractatus & Codicilli publici,

QVIBVS RECESSVS IMPERII VLTIMVS, CAVſarum belli Svedici excuſſio, literæ univerſales, manifeſta, aliaque ad hos annos pertinentia includuntur.



COLONIÆ VBIORVM,
Apud IOAN. ANTON. KINCKIVM
ANNO M. DC. LXV.
Cum Privilegio S. C. M.

SEBASTIANVS MACCIVS DVRANTINVS, LIBRO DE SCRIBENDA HISTORIA TERTIO. cap. 2.

INſunt in hiſtoria *præclarorum facinorum, & etiam inſignium vitiorum exempla; quorum ut illa imitanda, ſic iſta evitanda homini ſunt. duces, milites, privati cives, magiſtratus, ſacri homines, profani, ſummi, infimi, viri, mulieres habent in* hiſtoria, *quod vel fugiant, vel ſequantur. inſunt orationes crebræ, ſpecioſæ, graves, prudentes, copioſæ, nervorumque ac ſanguinis plenæ. ritus varii, portenta, prodigia, animorum motus tum lenes ac ſedati, tum graves illi & concitati, deſcriptiones locorum inſignes, rerum varietas, religio, ſacrorum reverentia,* Katholica *(ſi* CHRISTIANA *ſit) inſtituta, cærimoniæque, ac ſuus ſacerdotibus honos.*

CHRISTIANI ADOLPHI THVLDENI

PRIMÆ HISTORIARUM ENNEADIS

trium librorum, nempe quarti, quinti, & ſexti argumenta, indiceſque proponuntur.

ARGVMENTVM ET INDEX LIBRI QVARTI ENNEAdis primæ. Anno 1655.

ITALIÆ ſitus, pagina 1. Domini. 2. Genuenſium ac Hiſpanorum diſcordia reconciliata. 3. reipublicæ Venetorum ex Ioviano Pontano forma proponitur. 5. eorum ditioni ſubjecti populi. 6. eorumdem cũ Romanis epiſcopis ſimultates, amicitiæ rurſum. 7. Innocentii decimi papæ morbus. 7. moribundi ad purpuratos exhortatio. 8. mors. 11. In *Auſtria* Ferdinandus tertius Cæſar ordines convocat. pagina 13. Leopoldum Ignatium Ioſephum filium Ferdinando quarto & ſibi ſucceſſorem facit. 13. Auſtriæ ordinum collegio duos adjungit, hunc monetæ illum culinæ præfectum. 13. Leopoldo ab ordinibus ſacramento dicitur. 16. 17. 18. in *Vngaria* Cæſar, Paullo Palfio mortuo Franciſcum Weſſelinum Katholicum palatinum ſufficit. 19 *Romæ* comitia in pontifice eligendo. 19. Chriſtianorum exſpectatio. 19. paſquilli otioſorum. 19. Cardinalium in conclavi morbi. 20. Carolus Contarenus ſit dux Venetorum. 21. Fabius Chiſius papa creatur. 22. coronatur XVIII. Aprilis. 26. ad hanc rem apparatus & cærimoniæ. à pag. 27. uſque 37. accipit poſſeſſionem in Laterano equeſtri pompa præcedente, excitatis arcubus triumphalibus, inſcriptis publicè elogiis, à pag. 38. uſque 59. collegiorum plauſus Alexandro papæ. 60. In *Treviris* oſtenditur tunica domini inconſutilis. 64.

Alex-

Alexander papa ſeptimus literas jubilæi divulgandas curat 63. Colonienſiū in circulo Weſtphalico ad iis dicto audiendū induſtria & pietas. 65. In *Bohemia* Pragenſes ſanctum Ioſephum deiparæ ſponſum ſibi patronum aſciſcunt. 66. in *Vngaria* Piſonii Leopoldus Ignatius Ioſephus rex eligitur, coronatur. 68. equites creat. 70. Eleonoræ Mantuanæ Ferdinandi ſecundi uxoris mors. 71. De Svethica in Poloniam expeditione nuncii afferuntur. 72. armant ſe Germani, 73. Papia ſive Ticinum in ducatu *Mediolanenſi* à Gallis obſidetur. 74. Sabaudienſis & Mutinenſis cum Gallis faciunt. 74. Galeacii Trotti in defenſione Ticini impigritas. 74. Franciſci primi Ateſtini Mutinæ ducis audax facinus. 75. Ticinenſes liberati deo gratias agunt. 76. Alexandri papæ pro pace communi ad Chriſtianos literæ. 77. Chriſtinæ Svedicæ in Italiam iter. 79. 80. Oeniponte in comitatu *Teriolenſi* Lucas Holſteinius Chriſtinam ab hæreſi abſolvit, literis ab Alexandro ad eam allatis. 82. conceptis è Tridentina ſynodo verbis, katholicam fidem Chriſtina profitetur. 84. inde Tridentum, Veronam, aliaque *Italiæ* loca adit. 88. matrem virginem ſalutat Laureti, eamque donis afficit. 91. Aſſiſii Franciſci monumentum adit. 91. Vrbem init magnificentér. 94. 96. 97. Alexandra Maria nominatur. 99. templum ſanctæ Mariæ de populo renovat pontifex. 99. in æde Armeniorum Romæ duo archiepiſcopi conſecrantur. 101. fiunt katholici exemplo Chriſtinæ *Neapolitano* in regno milites hæreſi antea addicti, & in Germania Chriſtianus Auguſtus palatinus Sulsbacenſis, Philippi Wilhelmi Neoburgici frater patruelis. 102. Sabaudus cum Valleſtribus in *Pedemontio* populis in gratiam reducitur. 102. tumultuantur inter ſe religionis ergô *Helvetiorum* pagi. 103. 104.

ARGVMENTVM ET INDEX LIBRI QVINTI Enneadis primæ, Anno 1655.

POLONIÆ res miſero in ſtatu. pagina 105. *Poloniæ* ſitus. 106. palatini ſive Waivvodæ; 106. reges. 108. regni *Poloniæ* ſenatus & milites. 107. Quartianorum nomi-

nominis etymon. 108. Ioannes Caſimirus Poloniæ rex. 108. Carulus Guſtavus Svediæ rex *bellum Polonicum* orditur. 109. Arfrudus Leucoris id eſt *Wittenberg* exercitui Svedico præpoſitus. 110. comitia Holmiæ in *Svedia* habentur. 112. legati circummittuntur. 112. Gardiæus & Leònhauptus cum copiis in *Livoniam* eunt. Mohiloviam Lithuaniæ urbem obſident Poloni, irrito conatu. 113. prodigioſa *duarum aquilarum* prope Dantiſcum pugna. 114. Caſimiri regis frater Carulus Ferdinandus moritur. 115. comitia Warſoviæ habentur. 116. diſcors animus propter diverſa religionum dogmata in Poloniæ ſenatoribus. 117. Ianuſſius Radzivil *Lithuaniæ* ſtatum in ſenatu refert. 117. ut rex Polonus nobilibus omnibus armaturam imperet, conceditur. 117. Chriſtophorus Konigsmarcus conquiſitos milites luſtrat. 118. Wittenbergi, qui accepto imperio in milites, recenſet copias, oratio ad centuriones & rei militaris adminiſtros. 119. invadit *Poloniam*. 121. Noteſſam ſe trajicit, Polonos in ſtativis aggreditur. 122. Hieronymus Ratiævus proditionis conciliator agit cum Polonis, ut ſe VVittenbergo dedant. ejus rei conditiones. 123. legatio Polonica, quæ *in Svediam* Holmiæ advenit, negotio infecto remittitur. 124. rex Svedus novum è ſuis terris exercitum per *Balthicum* adducit in *Pomeraniam*; petit *Poloniam*. 126. conjungit ſuos cum VVittæbergicis. 127. Coli ſtativa habent; ubi Chriſtophorus Præcimſcus Svedum prudenter ac fortiter eſt allocutus. 128. rex Polonus Aloyſiam Gonzagam uxorem Varſavia ab ſe Cracoviam dimittit. 129. Svedus Gneſnæ excipitur. 130. Moſcus *Lithuaniam* incurſat. 131. *Vilnæ* urbis origo, direptio 131. 132. Ianuſſius Radiphilus cum exercitus Lithuanici parte ad *Livoniæ* prætorem Svedum à Polono deficit. 132. ad Lovitium ab Svedis fuſi fugatique Mazovii Cracoviam cum rege ſuo contendunt. 133. Carulus VVarſoviæ potitur. ibid. VVittenbergus vulneratur à Polonis. obſidio & ſitus urbis Cracoviæ. 134. Viſtulam ſuos traducit Carulus. Bochniam Phiſnicen aliaque capit oppida. 135. fugat Huſſaros & VValachos ultra Donajecium flumen. 136. Chmielnicius Potocianos fundit. Coſtiania recipitur. 136. Fridericus ex Heſſiæ Landgraviis globo transfoſſus exſpirat

138. Cracovia Svedo deditur conditionibus. 140. Cæſarnecius, Præcimſcus & VVolphius præſidio excedunt: alia nobilitas Lublinum ſecedit. 144. *Adami Brochovii* ad Carulum legati oratio 145. Quartiani fidem dant Carulo, eum triumphabundum deducunt. 149. Lublinum à *Moſco* & *Koſaco* milite diripitur. 150. *Ducisburgi* ad Rhenum in *Clivis* academiæ fundatio. 154. Steinboccus in Pruſſia regali loca diverſa capit. Carulus Thoruni excipitur. 155. Quartiani ducalem Pruſſiam deſpoliant 156 VVolphius tranſitionem ad regem Poloniæ moliens capitur 157. Cæſarnecius cum ſuis ad regem feliciter evadit 157. Elbinga certis conditionibus Svedo in poteſtatem venit. 158 naſcitur Holmiæ regi Svedo filius, & in baptiſmo nomen Carulum accipit. 159. Svedus in *Pruſſiam ducalem* ducit conjunctum cum Livonicis copiis exercitum. Brandeburgus cum Svedo ſentit, cui filius natus *Carulus Æmilius* ad fontem nominatur. 161. pacta Brandæburgi cum Svedo 162. *Pruſſiarum* deſcriptio. 162. *Regismons* ulterioris Pruſſiæ princeps civitas. 164. rex & marchio incertæ martis aleæ ſe permittere nolunt 164. Gedanenſium in patriam libertatem ſtudium: in regem ſuum fides. 166. VVrangel ſine effectu eſt in mari *Balthico*. 158. Tartari in *Vkraina*, cædunt Svethicos. 168. Czaſtochoviam Virgo Maria defendit à Svedis 168. Alexius Michaelovicius magnus Moſcoviæ dux *Lithuaniam* deſerens redit Moſcopolin: 169. venit eodem & Bilcas Svediæ regis ad Moſcum legatus. 170. RES ANGLICANÆ. 171. Kromvvel vigilantiâ ſua conjuratos opprimit. 171. Carulus rex Britanniæ Coloniâ Vbiorum in Angliæ vicinos Belgas proficiſcitur 172. oratio Kromvelis protectoris Parlamentum ſolventis. 173. populus *Anglicanus* ingemiſcit miſeriæ ſuæ, & ad Calviniſmi profeſſionem adigitur. 176. quæſtiones habentur in conjuratos; damnati fortiter ſe gerunt in cruciatibus perpetiendis 178. militum nova conductio. 178. Scoti hypſictohnes mitigantur. *Iberniam* Henricus Kromvvel protectoris filius adminiſtrat. 179. Valleſtres Pedemontanos Cromvvel juvat. 180. Pennum & Venablem in cuſtodiam dat. 181. bellum in Hiſpanos, pacem cum Gallis decernit. 182. RES FRANCIÆ. conſilia

bellica in Hiſpanienſes habentur 182. Turænus cum Ferta & Faberto Belgicam irrumpunt. 183. Landrecejum obſidetur, Galliſque deditur 185. Leopoldi archiducis vigilantia 184. Condæi virtus laudata 186. Lotharingicæ manus ab Hiſpano ad Francum deficiunt, quibus Nicolaus Franciſcus Lotharingus vice Caroli fratris præfectus Luteciæ magnificenter excipitur. 188. turbæ *Conſtantinopoli:* Mahometus quartus, aliis Achomates ſecundus appellatus inauguratur. 189. dilectus militum contra Venetos habentur. 190.

ARGVMENTVM ET INDEX LIBRI SEXTI ENNEADIS PRIMAE
Anno 1656.

ANimorum in Europa *bello Svedico* habitus. 191. rex Polonus Luboviæ ſe tenet. redeunt ad eum certatim *Poloni ac Lithvani*: obligant illi denuò contra Svedos fidem. 193. Mahometus Kerrius ſive Gierrius Scytharum Crimenſium rex opem Polono ſpondet. 194. Gedanenſium civitas Polono regi obediens, oppida ſua ſuburbana exurit. 194. Svedus Brandeburgo pollicitationibus, ut ſecum ſentiat, perſvadet. 195. concedit in Pruſſiam ducalem cum exercitu, capit Velaviam. 196. Bartolithi certis cum Brandeburgo conditionibus amicitiam & fidem paciſcitur. 196. Sarmatæ omnes, & qui Poloni regis ſectam ſequuntur, edicto abire jubentur è Pruſſia. 197. Otho Steinboccus in Pruſſia regali Mevam, Dirſaviam aliaque municipia ſuæ poteſtatis facit. 198. obſidet Mariæburgum. Carulus Guſtavus legationes Cæſarum audit Soldaviæ. 199. Metropolitani templi turris Bremæ de cælo tangitur. 199. Svedus in Poloniam majorem abit ad Stephanum Cæſarnecium debellandum; traducitur Viſtulam exercitus. 200. prope Golombos pugna. labitur ex equo Adolphus Ioannes Caruli Svedi frater 201. vulneratur Woldemarus. Cæſarnecius fugam capeſſit & Samoſciæ recipitur. 201. Svedus Iaroslaviam venit. Præmislia obſidione tentata per Duglantem fortiter & piè ſua defendit.

dit. 202. Duglas fugatur, 203. Sano flumine hauriuntur fugientes,trucidantur. Cæſarnecius feſto die ſancti Gregorii Magni,fugere docet Svediæ regem. 204. eodem die arx Mariæburgica in Pruſſis Othoni Steinbocco deditur. 205. Gedanenſium ſera auxilia. 206. Steinboccus Olivam Kœnobium, Norbertinis patribus habitatum capit, premit Dantiſcanos. 206. Quartiani & cæteri Polonorum ac Lithuanorum deficiunt à Svedo. 207. rex Polonus Leontopoli virgini matri votum facit conceptis verbis. 208, 209. Caruli in anguſtum coguntur copiæ. 210. Obſidetur Iaroslaviæ. fugit inde. Cæſarnecius, Lubomirius, Sapieha, Conjecpolius fugientem inſequuntur. 211. tandem periculis maximis defunctus Varſoviæ recipitur. Lubomirius Cracoviam obſidere parat, 212. Cæſarnecius equo tranat Pilcæſam, Durlacenſis cohortes fundit ad Varicam, Gedanenſes periculo obſidionis eximit, capit Lovicium. 212. Nicolai Oſtrorogii ad Dantiſcanos oratio. 213. Gedanenſibus auctorati Dirſaviam incendiis fruſtrà tentant. 215. Hedvigis Caruli regis uxor *Pillavia* portum appellit è Svedia, rex Carulus Varſavia in *Pruſſiam* regreditur, 216. publicat literas contra Polonos. 218. Poloniæ rex alias literas curat evulgandas Samoſciæ. 219. Hollandiæ ordinum ad Svediæ regem legati. 221. in arce Mariæburgica excipiuntur oratores Brandeburgici. Iacobus Weiherus Mariæburgenſis Palatinus *Conicium* infeſtat pro Polono. 221. Ludovicus ſive Aloyſius Veiherus Varſoviam defendit cum Wittebergo pro Svedis. Gedanenſes iterum in anguſto ſunt. 222. ſcripto iis minatur Carulus. reſpondent illi ſapienter Caruli literis. Boguslaus Erneſtus Caminenſis epiſcopus ad ſuas quoque literas à Gedanenſibus reſponſum accipit. 226. Cæſarnecius benè rem gerit in *Poloniâ majori*, Boleslaviam, Siradiam, Petricoviam ex hoſtium poteſtate recipit. 228. Iacobus Weiherus *Conicio* relicto Tucholiam ſive Tauchellas intercipit; cui dum extorquere captum oppidū Meclæburgici ducis Caruli copiæ tentant, in murorum aſcenſione plectuntur. Gedanenſes eo caſu iterum liberati. Svediæ rex Cæſarnecii conatibus obviam proficiſcitur è Pruſſia. 228. Parthorum ritu fugit.

fugit Cæſarnecius, & fugiendo laceſſit hoſtem. rex Svedus Thor[...]num venit. 229. Poloni Scytharum hordis jun[...]ſaviam obſident, rex caſtris Varſoviam obſidentibus præeſt. 229. Wittebergus Varſoviam defendit. Cracoviam Paullus Würtius contra Lubomirium tuetur. Svedus Mariæburgum redit, agit cum Brandeburgo novis legibus in oppido Pruſſiæ ducalis Hollantho nomine. 230. Wittebergus è Warſovia cum navibus abitum parans repellitur in urbem. 231. Varſavia obſeſſa Polono certis conditionibus reddita. 233. intratur. 237. de hac victoria Dantiſcanos datis Warſavia literis ſcientes rex facit. 237. in Helvetiis *bellum Svitienſe* contra Bernates ac Tigurinos cum pace commutatur. 242. Barnabitæ in locum Baſilianorum *Ianuæ* recipiuntur. 242. Veneta reſpublica tres uno anno duces vidit. 243. Bertuccius Valerius dux Venetorum *eligitur*, coronatur. ejus encomium. 244. Veneti contra Turcos navigant in Helleſponti fauces ad Seſton & Abydon. 245. Laurentius Marcellus Venetæ claſſis prætor navali prælio fortis & victor occumbit 247. Venetorum virtus laudata. Tenedum obſidione capiunt Veneti. 250. *Neapolitano* in regno horrifica peſtis. 250. Alexander Septimus ad ſuperorum auxilia, afflictis Chriſtianæ reipublicæ rebus imploranda literas evulgat. 251. Italorum & Colonienſium hac occaſione pietas. 253. Leopoldus Wilhelmus archidux in *Germaniam* ſuperam ex *Belgica* redit. 254 *Ianus Auſtrius* è Gothalania evocatus ei ſufficitur. ejus in *Belgicam* iter, Solſonâ recuperatâ. 255. 256. Valencenam à Gallis circumſeſſam Hiſpani liberant. 257. 259. Condatum recipiunt. 260. Fonſaldauniæ comes *Inſubriæ* res curaturus venit Ticinum, amittit Valentiam in ducatu Mediolanenſi. mors Trivultii Cardinalis. Chriſtina Pariſios adit. 261. *Angli* pacem Franco, Hiſpano bellum decernunt. 262. epiſcoporum Galliæ conventus Pariſiis finitur. 263. Mercuriano duci gemini filii naſcuntur. 264. Nuncii apoſtolici, alter in Gallias, alter in Hiſpanias miſſi. 264. Quacriorum ſecta in Britannia. 265. Bojohæmiæ deſcriptio. 269. Eleonora Mantuana Ferdinandi tertii uxor *Bohemiæ* regina coronatur. 267. 271. Leopoldus

dus primus *Bohemiæ* rex inauguratur. 272. Georgius Frangepanes in Croatia Turcas cædit. 276. Pax inter S[illegible]edum &, Polonum propoſita ſine effectu eſt. 277. Brande[illegible]us Poloniæ regi ſcribit. 278. Brandæburgi marchio[illegible]n per literas officii admonent Caſimirus & Gneſnenſis antiſtes. 278. quibus ille neglectis jungit cum Svedo copias. 280. pugnarur ad Varſoviam in quartum diem. 282. Caſimirus Lublinum venit: Varſovia deſolatur. pauci fructus ea victoria Svedis fuit. Rex Svediæ & marchio in Pruſſiam revertunt. 282. Moſcus Livoniam invadit. 282. Gedanenſium dexteritas & armatura. 283. Cæſarnecius auxiliares è præſidio Cracovienſi Svethico, fundit prope Ravam. 283. Gonſiævus cum exercitu Scythico & Lithvano ducalem Pruſſiam incurſat, Waldecium fugat. 284. Radiphilus capitur, ſed recipitur à Scythis. 284. Hedvvigis Caruli uxor Svethiam repetit. 285. Ericus Oxenſtirna obit. 285. legatio Polonica Flavianæ excipitur. 285. Caſimirus rex in regalem Pruſſiam Gedanum verſus iter facit, recipit Lovicium, aliaque Poloniæ oppida. caculárum in milites alio, quam Polonorum eſt, veſtitu utentes, ſævitia. 286. Caliſſia deditur Polonis. 287. Phreſovitius cæditur. 287. Cæſarnecius irruit ac vulnerat. Iaſcolcius fugat Svedos trans Viſtulam. 287. *Konigsmarcus* filius Viſtulæ immergitur. 288. Konigsmarcus pater captivus abducitur. 288. Konicium Polonis redditur. 290. Poloni regis Gedanum intrantis pompa. 291. Gedanenſium lætitia. 297. eorum Syndici ad regem Kaſimirum oratio. 293. Coricinii ad eam reſponſio. 295. induciæ Polonorum cum Cæſare Moſcopolitano pactæ. 297. legati Poloniæ ad Ferdinandum tertium Flavianâ Francofurtum adeunt. 297. queruntur apud imperii deputatos de exercitibus ex imperio in Sarmatiam inductis. 298. Hieronymus Ratiævus contrariæ proditionis inſimulatus cuſtodiæ traditur Mariæburgi. 298. illuſtrium virorum mortes. Franciſci Thomæ principis Sabaudienſis, cardinalium. 299. Octavii Piccolhominii, Ioannis Georgii Saxonis, Ioannis quarti regis Portugaliæ. 300. Horatii Farneſii, Alberti Stanislai Radiphili. 301. Guſtavi Adolphi Leon-

Leonhaupti, Gelenii, Sandæi. 302. circuli Weſtphalici duæ urbes Lupia & Aquæ Grani cæleſti igne conflagrant. 303. *Romæ* peſtilitas graſſatur. patribus Theatinis, ac prætori eorum ſummo (*præpoſitum* vocant *generalem*) Neapolitani ſempiternas agunt gratias, pro fideli, quam hac truci peſte, ægrotantibus benevolentiam atque operam navârunt. pagina 304. & ultima.

IIRE-

EIRENAEUS ERGASILUS THEODORICUS

D. CHRISTIANO ADOLPHO THULDENO, Populo-Martio,

Hiſtoriam haud ita pridem cœptam ſtrenuè proſequenti accinit.

EUge novis excepta typis, exceptaque plauſu
Hiſtoriæ Thuldene tuæ, felicia nuper
Auſpicia. euge, ut erant multorum vota, librorum
Aggeſtu cumulatur opus: piget uſque morari.
Æquo materiam paſſu labor æmulus urget
Scribendi, tantas meritus pro munere laudes,
Quanta parat ſolers alienæ encomia laudis.
Scilicet in fatis fuit iſtud. Martia proles
Quando Ubios generoſus abis, populique ſolique
Securus patrii, in Muſarum ſacra perenni
Iuras ſacramento. igitur nunc auctus honore,
Tutius à calamo; quem fors animoſa bipennis
Haud facili tulerit pretio, neque belliger enſis
Tam ſceleris purum. credas: ita numine cuncti,
Quod non ſentimus, regimur, ferimurque ſuperno
In ſortes quicumque ſuas; longo ordine tandem
Noſcendas olim. ſed tu quam ſuaviter, O Dii!
Natura ducente, parum advertentibus annis,
Cœtibus inſinuas clarorum gemma virorum,
Eloquii dives Latii (numeriſve ſolutum,
Aſtrictumve velis) non impatiensque Pelaſgi

Præ-

Præcipuus dici cultor. tam gnaviter audax
Seinerum auſcultans, teneras gravioribus aures
Ceratus crebro monitis, infamia laxa,
Seireum longè ſcopulos tranſvectus, ab arvis
Ductas Oenotriis, ignota per æquora ſenſim,
Inviſasque vias, docto trahis ore camœnas;
Grata ſe de locans, veteriſque decoris oblitas
Ad cultum blandè revocas: dum ponere juſſis
Barbariem, tribuis nativi dona nitoris:
Narrandisque novis aptatas rebus aviti
Majeſtate ſtyli pulcrè facis eſſe ſuperbas.
Macte animo! ſine, te, quo pergis, amabilis ardor
Ducat, & enneades fiant decadeſque librorum.
Sed quum virtutis te gloria plena beabit,
Ergaſili Philadelphe tui memor eſſe memento.

PHILADELPHVS ERGASILO SVO
RESPONDET.

Enneades fiant, inquis, decadesque librorum.
Enneas en exit, non decas, idne placet?
Vt ne utar decadis titulo, facit enneas; hæc me
Muſarum numeri juſſit habere modum.
Si tamen enneades poſthac naſcentur, & illud
Scribendi munus dii tribuiſſe volent;
Reſponſura tuis veniet mea ſcriptio votis,
Immemor Ergaſili nec Philadelphus ero.

Datum Coloniæ in Zothecula Mariana ad gradus, anno 1665. *pridie eidus Martias.*

INDEX

INDEX PAGINARUM,

Quas ſecundæ hiſtoriarum parti inſerendæ tabulæ geographicæ & figuræ aſpiciant.

Tabula Geographica *Italiæ* Paginam 1
Vngariæ 67
Poloniæ 105

Alexander papa ſeptimus 23
Leopoldus Ignatius Ioſephus Vngariæ & Bohemiæ rex. 68
Ludovicus XIV. *Franciæ & Navarræ rex.* 262
Ioannes Caſimirus Poloniæ & Svediæ rex. 108
Carulus Guſtavus Svedorum rex. 110
Carulus ſecundus Angliæ & Scotiæ rex. 172
Iulius Mazarinus cardinalis. 182
Ludovicus Borbonius dux Condæus. 186
Henricus Turænus vicecomes. 260
Ioannes Chriſtophorus Kônigsmarck & *Arfrudus VVittenberg.* 118
Guſtavus Adolphus Levvenhaupt & *Carolus Guſtavus VVrangel* 168
Ioannes de Auſtria gubernator Belgicæ. 255
Islanes ſeu verius *Mahometus Kerrius Tartariæ rex* & *Bohdan Chmielnicki Kozacorum dux.* 165
Mahometus IV. *Turcarum Sultanus* & *Oliverius Kromvvel protector Angliæ.* 189

CHRI-


ARFRIEDUS COM: DE WITTEMBERG
PRÆF: GENERAL: BELLI SUECICI.


IOAN: CHRISTOPHORUS KÖNIGSMARCK SUE:
CLA: MILIT CAMPI MARESCHALLUS.


CAROLUS GUSTAVUS WRANGEL SUECIÆ, ADMIRAL ET CAMPI MARESCHALLUS.


GUSTAUUS ADOLPHUS COM A LÖWE HAUPT SUECIÆ MILIT CAMPI MARESCHALLUS


MAHOMETVS IV IMPER-ATOR TURCARUM ETC.


OLIVIER CROMWEL ANGLIÆ, SCOTIÆ ET HIBERNIÆ PROTECtor.


ISLANES GIEREIIUS MAGNUS
CHAM TARTARORVM. ETC.


BOHDAN CHMIELNICKI PRAE-
FECTUS COSACCORVM DUX.

1.

SANCTISSIMUS ET BEATISSIMUS PATER.



ALEXANDER VII.

VNIVERSALIS ECCLESIAE CATHOLICAE EPIS-copus, & Pontifex Maximus.

SERENISSIMUS ET POTENTISSIMUS
Princeps & Dominus



JOANNES CASIMIRUS,

POLONIÆ ET SVECIÆ REX,
Magnus Dux Lithuaniæ, &c.

SERENISSIMUS ET POTENTISSMUS
Princeps & Dominus



CAROLUS GUSTAVUS,

SVECORVM, GOTHORVM, ET WANDALO-rum Rex, Magnus Dux Finlandiæ, &c.

SERENISSIMUS PRINCEPS ET Dominus.



JOANNES AUSTRIACUS
BELGARVM ET BVRGVNDIONVM
Gubernator &c.

EMINENTISSIMUS ET REVERENDISſimus Dominus



JULIUS MAZARINUS

S. R. E. CARDINALIS, CHRISTIANISSIMI REGIS *Conſiliarius & Miniſter Status ſuprem. &c.*

SERENISSIMVS ET ILLVSTRISSIMVS
Princeps & Dominus



LVDOVICVS BORBONIVS
DVX CONDAEVS ET PRINCEPS REGII
Sanguinis &c.

II.

ILLUSTRISSIMUS ET EXCELLENTI-
ſimus Princeps & Dominus.



HENRICUS

*VICE COMES TVRENNIVS, ET MARE-
SCALLVS FRANCIAE,*

IRISTIANI
OLPHI THULDENI
STORIARVM
E REBUS EUROPICIS,
ENNEADOS PRIMÆ

LIBER QUARTUS.

DUm, quo in ſtatu ſint Italæ res, hoc 1655.
tempore noſcitantibus ad animum occurrit, ejus terræ fines intelligi, ingenia hominum; imperiáque cognoſci oportere: ne huic propè neceſſariæ cognitioni prorſus obnunciemus, brevis opera dabitur. Noſtræ tempeſtatis Geographi, accurati ſanè homines, *Italiæ* ſitum ad longioris ocreæ faciem argutè extenſum comparant, maximè ſi ejuſmodi ocreæ ſunt, uti nunc equitum pedes onerant magis quàm ornant, ad coxendicem probè adductæ, criſpatis inter poplites ac talos laciniosè diffluentibus rugis: cum iſto ſoli ſub calcem ex craſſioribus conglutinatis, ac rotundè aptatis coriis additamento; iſtis ſub plantæ callo quaſi ſtapedibus ſuffultæ; digitis pedum, non acuminato, laxiori tamen & æquabiliter truncato calceo intectis. Clauditur undique mari, *ad ortum* Adriano ſeu Veneto; ad *meridiem* Siculo; ad *occaſum* Tyrrheno & Liguſtico. informis Alpium tractus oram ejus ſuperam, *in ſeptemtriones* verſus quaſi lunatus quodam limbus includit. Dominantur Italiæ, *Hiſpaniarum rex*; qui infimam partem ocreæ obtinet, nempe Neapolitanum regnum cum vicina Sicilia, qui ocrea illa, velut appendiculæ inſiſtit. idem quoque rex ad Alpes,

Italiæ ſitus & forma.

Domini Italiæ.

1655. pes, pro Romani Cæſaris, imperiique G[illegible] beneficiario ſe gerens, potentiæ ſuæ colo[illegible] ſtituit; *Mediolanenſium* ditioni ac tetris, [illegible] tulo per legatos ſuos imperitans; ubi *Ligu*[illegible] [illegible]cipué, aliorumque populorum, utili ami[illegible] fulcitur. *Sardinia* Lybici maris inſula hau[illegible] Corſis, ejuſdem regis imperio ſubjecta e[illegible] Sicilia. *Romanus Pontifex cum Etruriæ Du*[illegible] Italiæ tenet. Oram ſuperiorem, quæ ultra citra Padum ſita, Galliæ Ciſalpinæ prius, pôſt Lomb[illegible] diæ à Langobardis nomen tenet, in diverſos parti[illegible] tam dominatus, alii Principes obtinent. quos inter, ſecundùm *Venetos Sabaudiæ regulus; Duces item Parmenſis, Mantuanus, & Mutinenſis*, perſpicuè nu[illegible] merantur. florentiſsimæ in Italia civitates du[illegible] ſunt: una *Genuenſium* ſeu *Ligurum*, altera *Lucenſium*. illi potentiori, & Venetorum ditionis aliquando æmulæ, *Corſi* in Liguſtico mari adhuc parent: hæc modeſtè concors, nec maris imperium concupiſcit, & ſuis ſe terrâ Italiâ finibus continet. Ligurum civitatis res diſcordiâ labi cœptas, amica Hiſpanienſium virtus in ſtatum repoſuerat. Sabaudienſes enim & Franci, ante annos triginta huic Reipublicæ vehementiſſimis copiis imminebant, quas propitio Deo in auxilium vocati terrâ, marique Hiſpani repulère, ac ſua illis ſar[illegible] tecta libertas conſtitiſſet, niſi anno pôſt, *Vacheria*[illegible] *næ conſpirationis* furor in patriæ excidium inclinaſ[illegible] ſet, domeſticas ſeditiones atque ſtrages faciendo: ſuperi tamen GENUENSIUM agris atque focis benigni, has procellas reſtinxerunt, dum *Ioannis Stephani Auriæ* fortiſſimi ſenatoris oratio ad perduellibus ſupplicia conſtituenda, cives ſuos animaſſet; ut area monumento ſceleri eſſet, Vacherii domus ſolo æquata eſt. reliqui conjurati injectâ cervicibus ſecuri plectuntur. Lucas Clavares Reipublicæ tum princeps erat; is pacem fecit cum *Victorio Allobrogum Duce*, qui patri extincto ſucceſſerat. Ex eo tempore GENUENSIS populi res in tranquillo

fuerunt.

ut mercaturæ & quæſtui deditus numu- 1655.
l textrinam faceret, nauticæ exercitatio-
nem averſando. agro colendo operam da-
teſt, quum in tanto montium ac litorum
lætioris glebæ particula vix ſuperet, in
entem facias, vites paſſim apparent, ac va-
fructuum arbores. *Feritoris* fluvii cui no- *Genua*
biſagno fecerunt, dextra in ripa eſt. portum *urbs.*
et amplisſimum, ſuperbo ædium ſtructu inter
ilicas nemini ignota. ſuperiore proximo anno ſi-
multatis nonnihil intercedere, & in apertum pro-
pe bellum erumpere ſe, ab *Hiſpanâ gente* aliàs ami-
câ & ſociâ, in *Genuenſium* res cœpit. quippe Nea-
politani Liguſticas naves tres è Siciliæ regno, *Ci-
vitatem antiquam* (eſt id maritimum in litore Tyr-
rheno opidum) Liburnumque petentes attinue-
rant; *Inſubres* quoque Finarium munitam urbem
intercceperant. movit ea res Ligurum animos.
quidam è Senatoribus Gallorum continuò auxi-
lia arceſſenda; alii ad regem Hiſpanum eſſe mit-
tendos clarigatores cenſebant, injurias queſtum.
exercitus interim ſcribi mandant, præſertim ex
Rhætis, quos à canicie *Griſones* appellant, Germa-
nicæ ſtirpis ſubolem, naturâ incorruptam, & ad
pa corpore, animoque habilem. nec defuére
tumultibus terrâ, marique Galli, ut gens eſt
tentiæ Hiſpanorum æmula & adverſa, ſeque
Liguribus tuendis contra vim magnis animis obji-
unt. Dux Guiſius (is eſt, qui ante annos non ita *Genuen-*
multos Neapolitanis tumultibus adjutor fuit) *ſes &*
claſſem operoſam inſtruxerat, quâ è finibus Pro- *Hiſpani*
vinciæ maritimis profectus, & Etruſcum ſive in- *inter ſe*
ferum navigans mare omnia Hiſpanis infeſta red- *diſſident.*
debat. *Carolus Emmanuel Sabaudiæ* regulus cum 1654.
Alphonſo Mutinenſi, Mediolanenſis terræ ſive In-
ſubrũ agros & oppida populationibus incurſare
ſumſerat. equeſtris & pedeſtris militiæ, homines
ad decem millium numerum habebat: qui Creſ-
centino circumfuſi municipio Ludovici Carace-

1655. nas producis virtutem vel debilitarent, v[...]
guerent, muniunt interea Ligures maj[...]
menti oppida, *Gavium*; per quod è Mor[...]
inferiori in Ligures via ducit, *Vallem P*[...]
Uticarium, Savonam, Novas. militem ſcrip[...]
ratumque in verba centuriant, centuriatu[...]
navibus imponunt, navales ſocios addunt. [...]
debatur finis iratum futurus, niſi acerrimis [...]
ſtribus, maritimiſque excitatis bellis Hiſpano[...]
in Italia dominatus opprimerentur. augebant h[...]
ſti animos multi ex Inſubribus, qui tranſitionem
ad Genuenſes ab Hiſpanis fecerant, plures in reg-
no Neapolitano cives, qui regis præfectorum im-
peria horrebant, pro extorribus profligati. quip[...]
hoc genus hominum levi momento vitam æſti-
mat, quam ſine tumultu & proditione non putat
jucundam. Et crebis terræ ſub idem tempus, in
utroque *Aprutio*, motibus nihil fauſti ominis ſub-
erat: miſera certè hominum atque pecudum con-
ditione, quibus neque ſub tectis, neque ſub divo
tutum quicquam aut ſtabile relinquebatur. ac ni-
ſi ope divinitus impetratâ, quies mali ſucceſſiſſet,
cauſa nulla erat, quin horrore cuncta & labe con-
Galli ſe jungunt Genuenſibus contra Hiſpan[os] ciderent. *Galli & Sabaudienſes* circum Alexandriã
Inſubriæ opidum tendentes, per ditionis pont[...]
ciæ, ſive Eccleſiæ Romanæ terras, quum dari vi[...]
ſibi Neapolitanum in regnum poſtulaſſent: Inn[...]
centius eo nomine decimus pontifex maximu[...]
Italiæ tranquillitati, quam externorum cupidita-
tibus, conſulendum æquius cenſuit, ac tumultua-
rio ſcripto milite Gallos aditu prohibuit. *Genuen-
ſes*, quod nollent Hiſpanorum ſecum diſcordia
majoribus inimicitiis gliſcere, Mantuam Carpe-
tanorum legatum mittunt; qui turbas temerè cœp-
tas in tranquillum referat. is fuit *Franciſcus Scho-
lius* quà rerum uſu, quà ingenio promtus, & illa
republica dignus ſenator; qui poſt menſes aliquot
re fæliciter compoſita ad ſuos revertit. Claſſis
Gviſia, quæ pedite atque equite ſtrenuo frequen-
tata

...ero ſive Tuſco volitaverat mari, quibuſ- 1655.
... conjurationis inierant cum hoſte ſocie-
... iciis Neapolitano in ſinu *Stabilis* recepta
... *ilias* caſtellū ad mare vocant. Nō diutina
... æc lætatio, neque recipientibus fuit. Ca-
... regulus, Neapolitani regis legatus brevi eſ-
... ut inde Gviſiani pellerentur. conjuratis &
... bus in fugam aut carcerem conjectis, vel cæ-
... & interemtis. Gviſius cum ſemiruta claſſe (nam
... adverſâ tempeſtate jactatus dicitur) *Telonem*
Martium retrò, unde è *Provincia* naves ſolvi juſſe-
rat, incolumis tamen, rediit. legatus Gviſii ducis
Pleſsius Belleporius, inter pugnandum occubuit.
Sabaudus, accepto nuncio, Gallorum claſſem diſ-
ſipatā, in *Provincia* maritima, ſimillimè fugienti,
infecto negocio reverti debuiſſe, ex agro *Mediola-
nenſi* in *Pedemontium*, hiemandi cauſa, copias redu-
cit. ita metu liberati in Italia Hiſpani, & Genuen-
ſium tumultus compoſiti. gratiæque divis habi-
tæ, & in pauperum neceſsitatem victoriæ cauſa,
nummi ac dapes à prorege Neapolitano erogatæ
ſunt. VENETORUM res, qua civitate poſt occaſum
virtutis Romanæ, ſimul bellica laude, ſimul pacis
artibus, nulla unquam nobilior fuit, hac etiam-
num tempeſtate maximè florent. ante annos cen-
tum & ſexaginta, quàm felici in ſtatu fuerint, Io-
annes Jovianus Pontanus belli Neapolitani pri-
mo libro commemorat: & quia nihil ab eo muta-
tæ ſunt, ſed aliis etiam additis, magnificentiores
aliquanto evaſere, adducam viri ad omne genus e-
loquentiæ nati verba. ſic itaque ſcripſit: *Rerum fe-
licitatem concordia ſtudium maximè peperit, ac vi-
vendi inter ſe æquabilitas, è ſtatuendis ac ſervandis
legibus nata. hunc tuendarum legum conſenſum ſecu-
ta eſt adminiſtrandæ reipublicæ concordiſsima ſecuri-
tas. nam ne unquam nobilium animi per ambitionem
inſoleſcerent: qui eam initio conſtituêre, unum & qui-
dem ſummum ſtatuerunt magiſtratum, quem qui ge-
reret,* Ducem *vocavêre, ſenatum quidem primorem,*

Reſp. Veneta.

Ioviani de Veneti teſtimonium.

1655. *cæterum cui injuſſu ſenatus nec pace agere publicum quicquam liceat. Dux ipſe ſenatu lit. Senatus auctor decernit, cujus tamen decr nomine feruntur. hoc mortuo è numero ſenato rum alter per ſuffragia creatur. magiſtratus ip tuus. huic de publico certa penduntur ſtipendia tus ad eum cogitur in curia, quam egredi duce ſtatis diebus, ac certis cauſis minimè permiſſum ſi terùm ipſis ſenatoribus mira in dicendo libertas, ſ ma in conſulendo integritas, atque aſſeveratio: recti veri cultus eximius: erga patriam ſtudium ſuprà, quàm cuiquam ſit credibile. Quod ſi quando deliberandis atque decernendis rebus in contentionem ſit deventum, non partium ſtudia ſuperant, verùm publici boni ratio.* Hæc Jovianus ille Pontanus. interim qui extiterint duces, qui parti tanto temporis intervallo ab invictiſſimis viris triumphi: *Marcus Antonius Sabellicus*, *Petrus Bembus*, *Andreaſque Maurocenus*, lectionis haut pœnitendæ hiſtorici ſcire cupientibus ad ſatietatem explanare poſſunt. Venetorum in Italia imperio continentur *Brixiani*, *Veronenſes*, *Bergomates*, *Vicentini*, *Cremonenſes*, *Patavini*. quorum populorum agris nihil uberius, urbibus ac villis nihil opulentius, Academiis nihil eruditius. accedit *Tarviſinorum* ab ejuſdem nominis civitate appellata regio; cui ad ſolis ortum *Forojulienſes*, *Carnique* junguntur, *Liquentia* tantum interfuſo amne. quod ibi agrorum atq; mœnium eſt, Venetorum ditioni ſubjicitur. ut interim de *Iſtria & Illyrici* ſive *Dalmatia* partibus; de *Creta*, *Corcyra*, Cephalonia, *Zacyntho* aliiſque inſulis nihil dicam, quas extra Italiam tenent Veneti; & contra Turcarum impetus Chriſtiano robore, ſummâ opum vi defendere laborant. debet hercle tota reſpublica Chriſtiana huic ordini imperioque Venetorum, quod Turcæ hoſti ludibrio ac prædæ non fuerit hactenus; neque prorſus ab ingrati animi ſcelere alieni videbuntur, qui dum ſe viciſſim domeſticis odiis dilacerant, communi animo,

Marca Treviſana.

animo, communem cum Venetis adverſarium, Christo duce aggredi nolunt. *Venetiæ* in ſupero *Italiam* fluente mari poſita, alneiſque nixa palis bs, æſtuaria habet ſeptem præcipui nominis fluminibus irrigata: *Pado, Liquentia, Anaxo, Atheſi, ...vento, Brachyllo, Adriâ:* quibus velut commodiſſimis vectoribus ex Gallia, Italia, Germania, ...niaque innumeras utilitates accipit. Interfuerunt Venetis cum uno, alterove Pontificum, graviſſimæ aliquando ſimultates, inimicitiæque; adeò quidem ut ſacris abſtenti pro hoſtibus Eccleſiæ haberentur. noſtra memoria *Urbanus* octavus è *Barberinorum* gente princeps inſcriptionem ...culentiſſimam, quâ Venetorum erga ſanctam Apoſtolicam ſedem merita, in regiæ aulæ pariete depicta legebantur, obliterandam, inducendamque curavit, *Innocentius* vero *decimus*, ubi primùm ad Pontificatus maximi gubernacula admotus eſt; eam Venetorum ignominiam omnem delevit, extinxitque. prius enim quàm comitia Cardinalium prima haberet, eam reſtitui inſcriptionem ſumma patrum voluntate juſſit. *Alexander ſeptimus* Innocentio ſuffectus, magno in pretio Venetos etiamnum habet, eiſque ad Chriſtiani nominis adverſarios debellandos, militem legere, claſſemque in...here non dubitat. De hoc Alexandro, quemadmodum ad pontificatum venerit, ut poſteri ſciant, de Innocentii decimi morbo ac morte, prius quædam ſcribemus; ac deinde ipſe nos ordo temporis ad reliqua commemoranda deducet. Ergo Romæ in colle Quirinali, *Innocentius decimus* (ætas ingravescens jam non ſine morbi longinquitate, vitalia carpebat) de morte obeunda ſeriò cogitare cœpit. aqua illi corpus inter cutem ſubierat, inde à ſextili menſe, album hydropis languorem non ſine tumore concilians, paulatimque velut macerando, æſtuoſæ cum ſitis cruciatu ad ſuprema fata emolliens: ita, ut ex ante diem ſextum Kalendas Januarias nihil medicæ opis, nihil ſalutis humanæ mo-

1655.

Venetorũ cum Pontificibus ſimultates. Amicitia.

1654

Morbus Innocentii X.

1655. rari mortem viſceribus implicitam videretur poſ-
ſe. ſenſit vir optimus diem ſibi extremum impen-
dere, tum ſuadente morbo, tum aliis, qui circum
ſe habebat, de vitæ exitu piè commonentibus. res
igitur omnes, quæ in oculos incurrunt; quas vitæ
amor, hominum animis voluptabiles facit, valere
jubet; ut Christi judicis arbitria ſubiturus,
actæ vitæ rationem ad calculos vocat: venia
iorum ab ſacerdote pontificii ſacelli cuſtode
confeſſionem impetratâ, corporis domini ſacra-
mento paſcitur, bene ſperans propitiatum iri ſibi
deum parentem, cujus filii ipſe in terris Vicarius,
ejuſdem ſibi gratiâ reconciliatâ, humanis excede-
re animo deſtinet. Inter alia maximè gratias agere
Deo per morbum ſolitus fuit; quod eo invaletudi-
nis genere tentaretur, quo fatum ſuum, velut è
ſpecula hoſtem, longius ante animadvertere,
quàm ex inſidiis opprimi, potuerit. Nec quicquã
illi patientiæ, aut firmitudinis animi in maximis
cruciatibus abfuit: integris plerumque mentis ſa-
næ actionibus, & lætionis providentiæ plenis. De-
cimo die ante, quàm vita demigraret mortali,
Cardinales omnes, qui in urbe aderant, ad ſe vocari
juſſos allocutus eſt in hanc fermè ſententiam: *Vi-
detis, viri fratres, & ego ſentio, non diu admodum
hanc animam in tabernaculo corporis hujus diverti
adhuc poſſe: aliæ hinc emigraturo ſedes petendæ ſunt,
quas deſignator hoſpitiorum Chriſtus oſtenderit. Qua-
re & humilitatem ægræ vocis, & ultimam abſceſſuri à
vobis ſalutem æquis auribus, animiſque accipite.* Non
*alibi clarius id ceremoniæ genus intuemur in vita,
quod initio Pontificatus, (quum in aurea ſella poni-
mur) adhiberi ſolet, quàm ubi ventum ad extrema
eſt. pauxillum illud de ſtupæ arentis faſciculo accen-
dunt; iterumque id ac tertium ſublimè elatum, ac
conſpectius lucidum præſentibus exhibent; donec mo-
mento temporis decrepita flamma, ſponte in ciniſcu-
lum ſubſidat. hoc admoneri mortales volunt, rem ho-
norum ſtupæ accenſa perſimilem crepare pauliſper, dum*

Oratio Pontificis morituri ad Cardinales.

viv[illegible]us, ac lucere, ſed ſplendores illos ſubeunte aut ſenſim aut raptim cognatæ mortis pulvere, ſubitò extinctum iri. Utinam hujus in mentem veniat iis, qui honores brevi interituros aut prece ambiunt, aut premere non detrectant. alia credo mente forent. Obſecro ego vos, atque per Chriſti ſacra obteſtor fratres, ne ſinite animos rectum videntes, ambitione in tranſverſum abripi. Dum hinc emigravero, concordiam inter vos retinete: factionum nomina, quæ ſæpè exitio multis fuerunt, exſtinguite: Chriſtianæ Reipublicæ ſalus: commune Eccleſiæ bonum omnibus rebus apud vos præponderent facite. non vos hujus, non illius præpotentis familiæ ſplendor, non privata commoditas, ad cæleſtis in terris regni moderatorem conſtituendum commoveat. Quem divinæ gloriæ cupidiſſimum, quem Catholicæ pacis, concordiæque Chriſtianæ ſtudioſiſſimum, Sancti Spiritus, qui ritè invocatus abeſſe à vobis non patitur, inſtinctu cognoveritis: eum defuncto mihi cooptate. Et quia ipſe hoc temporis articulo, veſtra ope in primis egeo, precamini pro me Deum benigniſſimũ; ut ſiquid hac graviſſima in undecimum annum adminiſtratione, vel egi negligentius, vel quod factum à me oportuit, prætermiſi; pro ſua facilitate mihi ignoſcat. agnoſco Chriſti Domini beneficium, non rejiciet pater, quem filius redemit. His auditis vix imperium oculis inhibere poterant eminentiſſimi Patres; quin lacrimas copioſè funderent, quibus ut licuit abſterſis, & poſtrema patri ſanctiſſimo ſalute dicta, domos abeunt. Uni ex illis quem in oculis ferebat, cujus fidem expertus maximè fuerat; eccleſiæ ſuo caſu afflictæ conſolationem, libertatiſque ejus defendendæ curam Innocentius vehementer commendavit. Is erat *Fabius Chiſius*, Senis in Etruria natus, & Monaſteriopoli, Weſtphalicâ in pacificatione Innocentii ejuſdem, ante annos haut ita multos, integerrimus arbiter. aliis quibuſdam rei familiaris penuria, in iſto dignitatis gradu laborantibus, qui Cardinalatus amplitudinem eo quo par eſt cultu alimonioque ſuſtinere non poſſe vi- 1655.

1655. debantur, centum aureorum ex ærario publico in ſingulos menſes acceſsionem fieri juſſit, ne inopiæ cauſa factionibus potentiorum inſinuare ſe cogerentur. Pontificiæ familiæ domeſtici, in vacua id temporis ſacerdotiorum loca, uti legerentur, in mandatis *Datario* dedit. Reliquos inter ſervos ad ſacerdotum obeunda munera vel inhabiles vel non propenſos, duo aureorum millia diſtribuenda ſtatim curavit. Gentilium ejus, agnatorumque nonnulli, graves inter ſe inimicitias aliquando exercuêre, quos uti in gratiam reſtitueret, magnæ illi curæ fuit. ſemel atque iterum arceſſitos ad ſe paternum in modum concordiæ admonuit: cogitarent, *vitam homini brevem à ſuperis datam: quæ ſi turbulento ſimultatum opere fœdetur, non Deo, non mortalibus gratum eſſe. aut quando parum momenti, quod ipſe aliàs dixerit, monueritque, ad reconcinnandam inter eos amicitiam habuerit: darent ſaltem id ſupremis ſuis precibus, paciſque inter ſe dextras jungerent. Se quoque licet magnopere ſit offenſus, omnium obliviſci irarum, in gratiamque eos recipere.* hæc magnopere valuerunt ad concordiam reſarciendam. Pridie Kalendas Januarias unctionis extremæ ſacramento imbuitur, quo omne quod miniſterio ſenſuum corpus atque mens peccavit, Chriſtianis precibus adhibitis prorſus abſtergitur; animuſque ad mortis luctam ſuperandam comparatior evadit. Multi huic ritui ex Cardinalibus, multi ex aliis interfuêre; qui ſuſpiria Catholicæ fidei profeſſionem recitantis, gemituſque & pias ad Deum voces, intimo animi ſenſu, atque ardore imbiberunt. forte quadam, quum ſacrificium miſſæ fieret (id autem quotidie faciendum in cubiculo, ubi decumbebat, curabat) & Chriſti hoſtia panis ac vini ſpecie per Sacerdotem in altum levaretur, magno molimine corpus infirmum ſurrigit; caput præſenti ſervatori aperit, clariſſima voce appellans eum, *ne ſe deſerat; neve ab eo [illegible] disjungatur*, petit. ea res magno his

Conciliat inter ſe diſcordantes agnatos.

Unctione extremâ munitur.

quæ fuerant ad pietatem incitamento fuit. Poſteris diebus quando nihil cibi aut potionis ſumere, per ſummum languorem licuit: impetus morbi vehementior tantam animo caliginem offudit, ut nihil delitanti, aliena à propoſito & reſpondere & quærere videretur. poſt biduum extra omnium opinionem, quum ſubito mens reddita fuiſſet; ad pœnitentiæ ſacra revertitur: Soteris è cruce pendentis imaginem utriſque amplexus ulnis oſculatur, mortalis vitæ finem, immortalitatis initia poſtulat. ante diem ſeptimum Idus Januarii (is eſt poſtridie Epiphaniorum domini) accedente ad hydropem febricula, domeſticorum inter Cardinaliumque preces, animam Deo placidè reddit, horâ quartâ decimâ. *Fabius Chiſius* eminentisſimi purpuratorum collegii præcipuum decus, vix latum unguem à morituro diſcedebat: & mortuo ſuis manibus oculos premens palpebrarum cilia in ſoporem ultimum collocavit, dignisſimus, qui hoc lumine exſtincto Reipublicæ Chriſtianæ tandem illuceſcat. Comperto per urbem, exſpiraſſe Pontificem, luctûs ubique ac mœroris ære campano ſignum datum à Capitolio eſt; omneſque in precationes verſi, pro fælici ejus in alteram vitam exitu. Mortui corpus paulo poſt, uti mos eſt, eviſceratum, ne injucundo afflatu, attactuque ſpectatoribus moleſtia crearetur; gratis ex India petitorum aromatum odoribus conſpergitur; ac ſecundam circiter horam Quirinali ex monte, ſolenni impoſitum feretro in Vaticanum quum deportaretur; tanta vis cæleſtium aquarum fulgure atque turbine horreſcentium ſubitò incidit, ut proluvies orbis terræ metui poſſet. plurimæ circum faces ferebantur, quæ, una excepta, exſtinctæ ventis, imbribuſque ſunt. Ut ventum trans Tiberim in Vaticanum eſt, prope miraculum fuit Pontificis mortui habitum nulla madefactum gutta fuiſſe, & pedum ornamenta palmis duobus è feretro eminentium, tenuique tantùm carbaſo involutorum,

1655.

Moritur Innoc. X. an. 1655. 7. Januarii.

1655. lutorum, nihil humoris attigiſſe. adeo *neque cœli ira nocent rebus Deo conſecratis.* Fuit Innocentius decimus natu Romanus, vir gravis ac ſeverus, ſed clementiam ſeveritudini conjungere nuſquam non paratus, ſi id ei per juſtitiam, cujus erat ſervantisſimus, licebat. Pontificatum geſſit incredibili vigilantia, neque pejus quicquam tumultibus atque bellis oderat, pacis omnibus auctor: olivæ ramum mordicus tenens columba, quam inſignia præferebant, in illius rerum adminiſtratione planisſimè cerneretur. caritate in ſuos mirificâ tenebatur, ut *Camillum Pamphilium* dilectiſſimi fratris filium, qui primis Cardinalium comitiis in Senatum lectus ab eo fuerat, quum Aldobrandinæ amoribus illectus de matrimonio cogitaret, ægrè ſenatu moverit. Olympiæ verò Maildachinæ *Camilli* matri (quæ adverſariis criminandi virum optimum cauſa exſtitit) benignitate ſuâ nimium indulſiſſe putabatur: incomparabilis prudentiæ fœmina erat, quæ domi Pontificis curabat omnia ad familiam pertinentia. Deceſſit Innocentius anno ætatis octogeſimo altero. annos decem, menſes tres, dies viginti duos Eccleſiæ præfuit. ſecretum etiam diverſis temporibus conventum in morbo, ſed paulisper aſſurgens bis egit, ubi *Radeſiano* purpurato operuit, & aperuit os, ut ei ſuffragium cum ceteris dicendi jus foret. Verùm enimverò novemdialibus exſequiis in æde Vaticana habitis, ut novum Pontificem eligerent, maximus purpuratorum ſacri cœtus patrum numerus, ante diem quintumdecimum Kalendas Februarias convenerat: qui omnes Carolo Medicæo ſenatus Præſidi rei divinæ operanti affuére: & ſecundum preces, magiſtrum cæremoniarum cruce præcedentem, bini progrediendo in ſacellum Xyſti, *conclave* dicunt, ſequuti ſunt, ad numerum ſex & ſexaginta. *Erneſtus* enim *Adalbertus ab Harrach*, Pragenſis antiſtes, & *Fridericus* è ſereniſſimis Heſſiæ regulis, duo Germani Cardinales,

di[...],ille titulo ſanctæ Praxedis veteranus pres 1655.
byter; hic ſanctæ Mariæ novæ delubro, quà Diaconus brevi deſpondendus; qui eo temporis articulo commodum in urbem venerant, ſe illis adjunxere ſub veſperum. at ne tumultus ſuboriri inde poſſet, qui in eligendo patres conturbaret, duo millia peditum cum aliquot equitum turmis per Vaticani montis aream diſpoſita inviſitabant invicem atque excubabant. Dum hæc Germa-
per Italiam & Romæ gerebantur, paulatim ex lu- *nica &*
ctu Ferdinandi Romanorum regis eo nomine *Auſtria-*
quarti, mortis cauſâ concepto, emerſa Germania, *ca.*
alia providere cœpit. Cæſar mutatâ veſte pulla, ſereniore vultu hominum fata, ac ſuam ægritudinem ferebat: ſed ne terræ hæreditariæ, ſi quid humanitus ſibi accideret, eo caſu inquietiores factæ, novum cum luctu veteri dominum circumſpicerent: convocatis *Auſtriæ*, qui ſunt ad inferiorem Aniſum ordinibus, *Ignatium Leopoldum Ioſephum* cariſſimum filium, filio alteri & ſibi ſucceſſorem dare ſtatuit. Vigeſimo ſexto Januarii Flavianæ *cives*, tympanorum ſonitu excitati frequentes ad ſigna comparuêre. Ordines, propriâ in *Cæſar*
domo quæ *Provincialis* dicitur, conveniunt: inde *duos or-*
Cæſariam in aulam proficiſcuntur. Cæſar in rem *dinum*
eſſe exiſtimabat, priuſquam ad illa quæ animo de- *Auſtriæ*
ſtinaverat, progrederetur, duos meritis inſignes *collegio*
viros, ordinum cœtui adjicere, qui alia duo hære- *viros ad-*
ditaria munera cum ſuperioribus decem procura- *dit.*
rent. hi decem erant hoc munerum ordine: Supremi *aulæ magiſterii* in Archiducatu inferioris Aniſi hæres cum ſcipione. Supremus *cubicularius* cum clave. aulæ *Mareſchallus* cum enſe. *Stabulo præfectus* qui aſcendenti in equum ac deſcendenti Archiduci præſto eſt. *Pocillator*, *Structor*, *Venaturæ magiſter* cum cane Britannico, quem precioſo ornatum millo ad lorum ducit. Oſtii & liminis in procœtone cuſtos, *Sacelli de[...] & ſacrarii præfectus*, qui rem curat divinam. His decem alios duos adjecit;

1655. adjecit; unum qui rei monetariæ, alterum qui *culinariæ* præeſſet. Ante diem quintum Kalendas Februarias ex arce Imperatoris in Divi *Stephani* baſilicam hac pompâ ivére. principio ibant il quos octodecim fora & oppida ſubornaverant. Conſul deinde & judex, ſenatuſque Flavianenſis. tum aulici, à conſiliis, à miniſteriis, equeſtris dignitatis viri; Auſtriæ terræ ordines. Imperatoris & Archiducis ephebi: hæreditarii culinæ & monetæ præfecti, cubiculariuſque & venatus magiſter Joannes Albertus Sincedorphi Dominus, cui precioſus viridis coloris veſtitus, dexteroque ab humero in ſiniſtrum latus ſerico appenſum licio, cornu aureum hærebat; venatorem canem ad lora manu ducenti. aulæ magiſtrum clarigator ſeu Heraldus Auſtriæ ante ambulabat. tum tres una euntes, *cubiculo præfectus* ſceptrum: *Carpus ſive ſtructor* orbem aureum, aureâ cruce deſuper infixâ: *Pocillator* archiducalem galerum, præferebant. Hos in equo ſedens enſemque vaginâ liberatum geſtans ponè ſequebatur, Joannes Reichardus comes & dominus Starebergæ, pro Eggenbergo comite, quem puerilis ætas hæreditario munere tantiſper curando arcuerat. Proximè hunc Sereniſſimus *Leopoldus Ignatius Ioſephus Archidux Auſtriæ*, generoſo albente equo vectabatur. veſtis illi holoſerica nigra auro per acum pictis fulta operibus erat, puniceos auroræ ſurgentis colores mentientibus. pileus adamante plurimo & gemmis coruſcantem ſpiram complexus, verticem velabat. molles ocreas & fluentes, ex auro ſolido calcaria caſtigabant. pulcherrimum equo ephippium cum ſtragulo ex zibellinis pellibus nigro colore, aurique fimbriatis operibus aſpero impoſitum erat: ex quo lucidiſſimi ſtapedes, Archiducis plantas utrimque innixas continentes, ad commodius equitandum dependebant. auguſtiſſimum exinde Ferdinandum tertium imperatorem proprio inſidentem currui ſed ſolum, aulæ ſupremus enſifer

cum

cum gladio nudato eques anteibat. ubi ad Sancti Stephani eſt ventum, Philippus Fridericus Viennenſis Epiſcopus; Neoſtadienſis item antiſtes; aliique ſacrati viri, & clerus omnis cum crucibus adfuêre. aquâ luſtrali ad fores baſilicæ ab Epiſcopo quum aſperſi eſſent, Cæſar & Archidux bipatentibus valvis admiſſi, in templi adytum, ubi eſt Chriſto canentium chorus, progrediuntur: ac ſuo quiſque loco diſpoſiti precationibus dant operam. Epiſcopus ſacra in veſte ad ſacrificandum prodiens quum ſacri Spiritûs, ſolenni carmine adventum poſtulaſſet; diaconus & hypodiaconus dextra lævaque reverenter aſſiſtunt. miſſæ de Sancto Spiritu introitus per phonaſcos Cæſaris decantatus omnes ardentius in rem divinam incitabat. Neoſtadienſis præſul *Diaconi*; Præpoſitus Valentinianus (is eſt hæreditarius ſacelli præfectus) *Hypodiaconi* obibat munus. Cæſar & Archidux animi noxis pœnitentiæ arcano antea deletis, rei ſacræ intererant, & Chriſti corpus panis ſpecie in os inſertum Catholico ritu ſobriè epulantes deglutiunt: quo epuli genere nihil eſt in Eccleſia divinius, nihil quod hominem cum Deo arctius copulet: Chriſtum edendo verus Chriſtianus efficitur. epulari ſacrificio ritè facto, eâdem viâ quâ venerant in arcem referuntur, omni feſtivitatis genere excepti. è templorum turribus ſacrati æris ſonitu; è propugnaculis ac vallis tormentorum fumoſo crepitu; è plateis atque viis armatæ urbis honore, ac prope triumpho. Cæſar inde in ſuum conclave quum ſeceſſiſſet: equeſtrem aulam haſtatis cuſtodibus circumſeſſam, ne quis niſi debitus loco ſe inferret, ordines inière: lectoſque ex ſuo corpore oratores miſêre ad Cæſarem qui referrent: *adeſſe majeſtatis ejus literis excitos ſe ab archiducatu ad inferiorem Aniſi tractum: qui ſimul fide, ſimul obedientiâ quâ par eſt conſentientes intellexerint, quam ſollicitè, quamque paternum in modum terra patria commoditatibus, otio, tranquillitati*

1655.

Fit res divina.

Corporis Chriſti Sacramentum ſumitur.

Itur in aulam.

1655. *quillitati Cæſar proſpicere laboret: ut beatæ memoriæ cariſſimo filio Ferdinando qui ſecundum Vngariæ, Bohemiæque regna ſolum viveret, Romani regis titulum coronamque ritè ſuſcepiſſet, ex humanis ad cæleſtia ſublato, de Sereniſſimi Leopoldi Ignatii Ioſephi ſucceſſione illis facienda cogitet. ſe id merito libenterque accipere, ideo frequentiſſimos apparere nunc jam: & quia voluntatem ejus imperiumque equeſtri in aula volentes exſpectent, petere etiam atque etiam demiſſimè; ut ſua majeſtas cum Sereniſſimo filio ad ordinum conſeſſionem exire ne gravetur: fidemque & obſequium illi deferenda curet.* Sub hæc ſtatim Mathiam Goldeggum aulico chartophylacio præfectum ad ſe vocat Cæſar. is nudato capite, genibuſque nitens ſummi Principis voluntatem quum accepiſſet, ſurgit è veſtigio & renuntiat ordinum legatis; *eorum, à quo ſint miſſi, fidem obedientiamque Cæſari vehementer eſſe cordi; eumque mox unà cum Archiduce filio,* equeſtri in aula præſentem illis futurum. ſedes in aula erant duæ, in quas certis gradibus aſcenſio fiebat, eminenti ſubter contignationem ſupremam, ac pretioſi operis umbella protectas. in harum ſedium alteram Cæſaris Majeſtas, in alteram Serenitas Archiducis conceſſerat. illi ad dextram vibrante cum gladio aulicus enſifer, ad ſiniſtram Archigrammateus aſtabat: huic enſiferatus Auſtriæ hæres liberatum vagina enſem dextero latere aſſiſtens, præferebat: ſiniſtro aulici hæres magiſterii cum ſcipione aderat; quos cæteri deinde obeundorum hæredes munerum ſequebantur. ordines quatuor poſt illos erant. Tum aulæ Cancellarius Cæſaris nomine apud ordines verba fecit: *nondum memoria exire potuiſſe, quod anno ſeculi præſentis altero & quinquageſimo contigerit, quum invictiſſimus Cæſar filium natu majorem patri benigniſſimo cognominem, qui Romanus, Vngaricus, Bohemicuſque rex fuerit, ſucceſſorem ſibi in Auſtria ad inferiorem Aniſum regionibus conſtitueret: ejuſque in verba juratos ordines, fidemque & obſe-*

obſequium pollicitos haberet: poſtea verò quam ſupremo Domino aliter eſt viſum: ut, qui patri vel diutiſſimè viventi ſuperſtes fore ſperabatur, prius tamen humanis exceſſerit. ne putent filii prioris obitu, patris in ſe curas beneficiaque intercepta aut clauſa fore. ejus animi etiamnum eſſe cæſarem, ut ſaluti eorum & incolumitati ſemper velit proſpectum; eâ gratiâ filium alterum dilectiſſimum ſibi, & nunc natu majorem Leopoldum Ignatium Ioſephum, qui det fidem atque accipiat; illis præficere, eum quà legibus, quà natura proximum terrarum Auſtri. hæredem eſſe; ut ſi parenti clementiſſimo (quod ſuperi longe, & alios atque alios in annos extrahere velint) mors obita fuerit: cui domino fidem obligaverint, memoriâ teneant. Etiam id Cæſari admodum placere, quod fideliter obedienterque ad ejus poſtulata, tam frequentes convenerint. poſtulare itaque ut filio ſuo dilectiſſimo ſolemne ſacramentum jam nunc dicant; bono animo freti, & privilegia illis ſua, moresque majorum ac libertatem, non modo integra permanſura; verùm etiam quoad ejus fieri poſſit, ab ſe amplificatum iri. Hæc ubi dicta: ordinum præſentium nomine ac verbis, ad principi ſuo obſtringendam fidem paratum ſe *mareſchallus* oſtendit: ſi modò ſereniſſimus archidux præſentes quatuor ordines coràm affari iiſque recipere dignetur, *leges illorum & conſuetudines conſervaturum ſe confirmaturumque, pro omnibus etiam ac ſingulis paterno animo ac fide propugnaturum.* Cæſar ad hæc ordinibus gratias agere. archidux è ſede quum aſſurrexiſſet, in conſpectu patris reverenter aſſiſtere, ac honoris ejus causâ utroque inflexo genu ſanctè promittere, ſe, uti dignum filio eſt, *inconſulto patre vel inſciente, dum vixerit*, nihil facturum. inde reverſus in ſedem eſt, ac brevi oratione ordines allocutus, *fidem illis* & *gratiam ſuam obtulit: libertatem, leges patrias, quæque optima in morem apud eos venerint cuſtoditum ab ſe, atque etiam corroboratum iri, ſanctè promiſit*. hoc facto, epiſtolarum & ſcrinii magiſter, quem *cancellarium* nominant, ſacramenti verba ordinibus præivit, quæ cives, antiſtites & equeſtris ordinis

1655.

1655. viri clarâ voce repetendo proſequebantur, ruſt (quartum ordinem conficiunt) pollicis, indicis mediiqne digitorum erectâ manu extenſione jusjurandum dabant. omnibus jurejurando adactis, literæ in membrana exaratæ, cum ſigillo majore appen *mareſchallo* traditæ ſunt archiducis nomine, quibu jura ac privilegia ordinum ab ſe conſervatum iri promittebat. tum ordines ſinguli prenſatas cæſaris archiducis dexteras ore admoto ſalutaverunt, ac cellum arcis læti abiêre, ut mox decantato carmine gratulatorio; gratiiſque & laudibus ſummo Deo ctis ad paratas epulas accumberent. dum epulantur, populo ſpectatori panes & vina præbita; civitas enim Flavianenſium, altiorem, ad aurei cervi ſignum in foſsâ, contabulationem excitaverat; in quam albi & rubentis vini duo majora vaſa invecta jacebant, è quibus per ſiphunculos amœna potio largiùs fluebat. nummi item ex auro argentoque ſparſim jactabantur, quos novus monetæ præfectus excudendos curaverat. hi nummi una ex parte oculum: circà, nubes, & fundentem radios ſolem habebant impreſſa. è nubibus dextera manus enſem, læva ſceptrum tenens eminebat, per circuitum archiducis Leopoldi ſymbolum legebatur: CONSILIO ET PRUDENTIA. ſubter manum globus erat cruce deſuper infixâ. ex altera parte inter geminos lauri ramos, archiducis nomen exſtabat, cum expreſſo die, menſe, anno, quando ſuam illis fidem ordines obſtrinxêre. ex his cæſari primum archiducique oblati ſunt quidam à monetæ præfecto nummi: reliquos in confertam undique multitudinem ſparſum ibatur. Austriæ terræ ordinum facta ſecuti ſunt *Carinthia, Stiria, Carniola, Goritii ac Tergeſtis incolæ*: illi item qui ex *Valachia & Dalmatia* civitatibus, in album relati erant. hos omnes, quum longum foret ac moleſtum, hieme Flavianam advocare: per legatos cum iis actum, ut ſacramento in ſuis urbibus adigerentur. his rebus in Austria adminiſtratis, menſe Martio ini*to Piſoni*-*um in Vngariam* cæſar contendit, ſplendore quàm qu

Convivium agitant.

Piſonium abit.

[qui] unquam celeberrimo, cum ſereniſſima uxore, quę 1655.
[i]bi ſtatim coronata eſt, exceptus. Ante comitia reg-
[n]i inita palatinum in demortui locum ſuffecit *Fran-
ciſcum Weſſelinum comitem* grandi[n]atu, conſilioque
optimo, & catholica inſtitutione eruditum virum.
Inter hæc, *Romæ*, per tres continuos menſes comi- *Comitia*
[t]ia *cardinalium* in pontifice maximo eligendo habe- *pontificia*
[ba]ntur: quæ ut quàm optimè atque integerrimè à *Romæ.*
[p]uratis patribus quotidie inirentur: nihil toto or[be]
Chriſtiano earum prætermiſſum eſt rerum, quæ vel
[D]ei in humanum genus gratiam conciliant: vel
chriſtianorum inter ipſos concordiam reducunt: vel
cardinales adhuc animo dubios in uno capite eli-
gendo, divinitus conſpirare faciunt. *precationibus* *Studia*
dies ac noctes invigilatum, jejuniis, macerationibus cor- *Chriſtia-*
porum, expiationibus animorum opera impenſius adhi- *norum &*
bita; conciones ad populum diligentiùs habita, ſolemnia *exſpecta-*
miſſarum puriore cultu, mente in cœleſtia rectiore fre- *tio.*
*quentata. Sanctiſſimorum corporis Domini myſteriorum
epula, & crebriùs & ſinceriùs deguſtata. hoſtia divinis-
ſima totos dies in aris multitudini ſupplicantium expoſi-
ta, & majore cum fide adorata.* Sed rarò pietatem bo-
ni exercent, quin otio atque ingenio abutentes, in
contraria ſtudia ſe vertant. *Romæ* in aream, quæ à pa-
[la]tii *Vaticani* foribus prima occurrit, omnis generis
[h]omines (eſt enim ſatis ampla) convenire per oti-
[u]m ſolent. ibi, ea, quæ fiunt in ſacello electorio, quæ
non fiunt, & ſciunt ipſi, & familiariter aliis comme-
morant. excutiunt ſingulorum Cardinalium vitam
atque mores, ut quemque experti ſunt, vel auditione
acceperunt præſtantem aliis, magiſque, vel benig-
num, vel gerendæ, quam intelligunt ac magnifaci-
unt, rei idoneum; ita illum pontificatui deſtinant,
quos vero putant opum ac honorum ſtudio, quàm
literis ac libertate eminentiores; aculeata in eos dicta
jaciunt, quæ literis tradita ad *Paſquinum* aliquando
affiguntur: ſed ab uno ad plures diſſeminata, primi *Paſquinus*
inventoris auctoritatem quum deffugerint, omnium *ſtatua Ro-*
[p]er ora communiter, atque impunè volitare conſue- *ma.*

1655. verunt. ſin auct[illegible]r deprehenditur, pœnam haud [illegible]git. cardinales quò diutius in eligendo ſæpe hærent, eò fingendi ac dem[illegible]em infigendi ſibi, uberiorem materiam otioſis præ[illegible]ent. de *Fabio Chiſio* omnium optimè loquebantur: ac licet alii ante illum in electionem hanc venerint, illi tamen pontificatum ſervari haut vani vates animo præſumebant. quod inter futuros aliquando pontifices, à ſancto *Malachia* d[illegible] *Bernardi* temporibus noto epiſcopo, *cuſtos mont[illegible]* poſitus fuiſſet. omiſſis enim ſymbolicis illorum p[illegible]tificum nominibus, qui pridem obierunt, in k[illegible]talogo Malachinæ vaticinationis poſt *jucunditatem crucis* quod ſymbolum ad Innocentium X. jam ante inclinaverant, non dubitabant, qui illius katalogi notitiam aliquam habebant, quin ſequenti ſymbolo, deſignaretur Chiſius, cui ſignum erant *montes accumulati*, & ſuper eos quercus *arbuſcula, ſuis ſibi implexa ramis*. neque ineptè *cuſtos montium* Fabius intelligi poterat, quum pro inſigni geſtaret montes, & *Giſi* quorum neſcio lingua, aut cuſtodem aut ducem notaret. decimo Februarii die *cardinalis Trivultius* valetudinis cauſa è conclavi cedere debuit. decimo tertio *Petrus Aloyſius Caraffa Neapolitanus*, in propinqua item conclavi cubicula ob repentinas deflu[illegible]iones deportatus, & ſupremo ritu adverſus morte[illegible] inunctus, tertio ſtatim die exſtinguitur. ſeptuage[illegible]mum ætatis annum biennio ſuperaverat, ingenio, [illegible]ruditione, ſcriptis publicatiſque libris, maximaru[illegible] uſu rerum, legationibuſque diverſis clarus. eum fama erat Pontificem futurum, niſi Chriſto placuiſſet militanti ſubductum Eccleſiæ, in ſuperûm transferre ſedes. recreato poſt paullum è gravitate morbi *Trivultio*, Cardinalem *Cevam Pedemontanum* febris corripere cœpit, qui dum convaleſcit, alii rurſum tenta[illegible] [illegible]tacti morbis ſunt, inter quos Cherubinus de monte *Bodio*, *Bernardinus Spada* Briſichilenſis, non in vicina cubicula, ſed domos deportati ſunt; *Medicaus* podager in cubiculo deſedit extra comitium, interib[illegible] non ceſſabatur in punctis aut ſuffragiis dandis.

Cardinalium è conclavi ſeceſſiones morborum cauſa.

Braga

Brugadenum Venetum, quem Urbanus Octavus inter cardinales presbyteros adlegerat, quo & quadraginta ſuffragia convenerant, ſed hæc parum erant. in Iustum deinde Sacchettum, Cecchinumque animi conjecti, ſuffragiaque multorum collata, ſed cuſtos montium adhuc deſiderabatur, qui omne ferret punctum. Per hos dies in palatio ſuo dux Venetus morbo moritur, Franciſcus eo nomine ſeptimus, de Molinorum clari familiâ, vir ſapiens, & Chriſtianæ pietatis in primis amans. Franciſco Ericio ſucceſſor anno præſentis ſeculi ſexto & quadrageſimo, Januario menſe datus fuerat. novem annis & quod excurrit, ſapientiſſime, providentiſſiméque præfuit. plurimorum ſuffragiis in demortui locum ſuffectus eſt Carulus Contarenus, primus eo nomine, at non diu vitalis. Quando autem piorum cœtus contubernalium, qui ſunt Venetam per urbem inſtituti, ad venerandum crucifixi profuſum olim de latere ſanguinem, in ſancti Marci ædem convenerant, concurrens undecumque multitudo mortalium tam denſa conſtipataque fuit, ut compreſſu attrituque alterorũ adverſus alteros enecti, animam amiſerint, non pauci. eo in templo, quod præſtantiſſimum Venetiis eſt, ſanctique Marci, unius de quatuor evangelicæ hiſtoriæ ſcriptoribus, ab Alexandria transportatum corpus, marmoreo incluſum loculo, ſuper altare majus continet; multæ ſunt divorum è capto ab Gallis Venetiſque Byzantio advectæ reliquiæ, ſtatiſque anni temporibus per univerſa ampliſſimæ urbis delubra ac templa ſanctorum martyrum, confeſſorumque & virginum leipſana, ingenti ordinum civitatis piiſſimæ concurſu religioſiſſimè coluntur: ſed nihil fermè eſt, quod comparari cum iis diebus queat, quum venerabilis Chriſti ſanguis adorandus oſtenditur. id fit ſemel, quinto hebdomadæ ſanctæ, quam & majorem vocant, die: iterum, quum aſcenſus Chriſti ad patrem in cœlum à katholico cœtu anniverſariâ memoriâ frequentatur. & lex fuit ſuper hac re aliquando ab ſenatu prudenter lata, ut priori, quem diximus, hebdomadæ

1655. ſanctę die ſoli eorum, qui virilis eſſent ſexus, in templum illud cœtus ingerentur: aſcenſionis vero Chriſti lux matronis & virginibus extra viros puerosque daretur, ut ſacroſanctum ſanguinem viſitarent coſerentque. ea lex, quum jampridem præterita ſit atque deſita, non debet mirum videri, ſi in tanta utriuſque ſexus hominum turba anguſtiæ compreſſioneſque letiferæ exſiſtant. acceſſit hujus anni proprium huic loco incommodum, quod propter obitum *Franciſci Molini ducis*, per ſanctam hebdomadam templi porta, quæ contra palatium ducale eſt, operta manſerit. narrat vero *Hieronymus Bruſonius*, qui temporibus noſtris geſtas res Italicâ lingua contexuit, ægrè ſe, quum in *divi Marci* eſſet, periculo defunctum, & incolumem ad proprios lares vix reverſum; gravidam mulierem cum fœtu exſtinctam; aliis matronis & virginibus aures digitoſque, ut inauribus & annulis potirentur, malè feriatos homines, qui ſe turbæ miſcuerant, mordicus abſtuliſſe; quinquaginta ſuffocatos ſtatim animam edidiſſe; alios domum ex anguſtiis relatos, quum acceptas plagas concoquere non poſſent, haut longis inde temporibus à vitâ deſciviſſe. hic qui colitur ſanguis, ex eâ Chriſti ſoteris eicone effluxit, quam civis quidam Berythinus Hebræus in Syria ludos fecerat, crucique affixerat. Tandem verò in urbe Româ, poſt conſultationum diſceptationumque octoginta dies, unde prope omnium purpuratorum ſuffragio & puncto, maximi pontificatûs honos defertur *Fabio Chiſio Etruſco* ab *Senis*, poſt annum, quam natus fuerat, ſextum & quinquageſimum. pater ei fuit *Flavius* Chiſius, mater *Laura Marſilia*, nobili apud Senenſes loco nati; qui filium à teneris unguiculis, omni morum atque religionis munditie, quin & literarum politiorum, atque juris utriuſque prudentiâ, quam diligentiſſimè imbuendum curaverunt. anno præſentis ſeculi, quod eſt à Chriſti Soteris ortu ſeptimum decimum, undetriceſimo, utriuſque ſignaturæ factus eſt referendarius; prolegatus item *Ferrariæ* anno triceſimo

ſimo ſecundò: prolegatus & commiſſorum curator 1655.
in exercitu pontificio. prolegatus rurſum & commiſſarius armorum, atque pacis, inter Venetos, anno vicesimo quarto. quæſitor Melitenſis, antiſtes Neritonenſis, anno undequadragesimo: nuncius apoſtolicus in Ubios, anno quadragesimo quarto, ſequeſter & medius ad pacem Monaſterienſem, anno quinquagesimo altero: secretarius ſtatûs, anno quinquagesimo ſecundo: cardinalis, eodem tempore, & episcopus Imolenſis. quibus in præfecturis & officiis, ſumma cum laude, ſemper verſatus fuit. Pontificatus ergo maximi princeps lectus quum eſſet; purpurati patres terni, ſenatus univerſi nomine, ac verbis, ad eum adierunt, petiveruntque; munus illud pontificium, quo adminiſtrando eum dignum plerique omnes cenſerent, ne gravaretur: quibus quum annuiſſet, *Alexandrum ſeptimum* ſibi continuo nomen indidit: ſive, ut popularis ſui ac civis, non ingratam orbi Chriſtiano memoriam refricaret; qui tertius eo nomine pontifex civitatem dei ſanctiſſimè rexerat: ſive ut electionis diem, qui ſeptimus Aprilis erat, facilius meminiſſet, ſeque ad illa præſtanda commonefaceret quotidiè, quæ iſthoc numero, in ſacris rebus admodum religioſo, denotari conſueverunt. primus eo nomine pontifex, natione Romanus, poſt *Petrum*, qui principatum hunc à Chriſto Dei filio conſecutus erat, ſeptimus fuit; ſancti Evariſti ſucceſſor, ſacerdos & martyr inter primos nobiliſſimus, & verè, quæ Græci vocabuli notio eſt, *vir adjuvans* eccleſiam dei. hæc taliaque *Fabium*, non ægrè, credo, adduxerunt; *Alexandrum ſe ut ſeptimum* dici voluerit: ſed ne extra oleas. nomine ita commutato; duo Cardinales eum in medium accepére, & in *Sixti* quarti ſacellum, ubi diebus ſingulis, quamdiu comitiorum æſtus duraverunt, unà congregati, ſacrificio Chriſtiano prius operam dabant, ponè aram deduxére. ibi ornatus Cardinalitius ei exemtus fuit, redditusque pontificius: nimirum *calcei*, quos decuſſis ex auro textili ornabat: *ſubucula*

Fit Alexander, 7. aprilis.

 tenuis,

1655. *tenuis*, alba, ex holoſerico: hypereptima carbaſinum: cramboph. llidion, & galerus aures ſimul integens, è ſerico villoſo rubro. ad hunc modum veſtitus quum eſſet, ornatuſque; in ſedem, ante altare poſitam; conceſſit & purpuratos patres ſingulos, qui flexis genibus eum, uti moris eſt, venerabantur, manum & pedem primò oſculatum admiſit. quo peracto; unus ex patribus, cum ceremoniarum magiſter cûm cruce anteibat, ad locum *benedictionis* abiit; in feneſtrâ, quæ, dûm conclave iniretur, cretâ & lateribus inædificatis obſtructa fuerat, tantum loci aperiendum curavit, quantum prodeunti ſatis foret; ut de loco editiore iis, qui undique in aream confluxerant *Vaticanam*, de novo pontifice nuntius adferretur, Latinis vocibus, hac verborum formulâ: ecce, annuncio vobis gaudium magnum. pontificem habemus eminentiſſimum & reverendiſſimum Fabium *Chiſium*, qui ſibi nomen impoſuit Alexandrum ſeptimum. quibus auditis; maximus omnium generum excitari plauſus, campano ære, totâ urbe, tormentis in mole *Adriani*, pilulariis fiſtulis apud milites; tympanorum etiam tubarumque cantus ubique exaudiri. interea fabris datum negotium, ut maceriâ, quam patrum juſſu exſtruxerant, dejectâ, atque eruderatâ, exitum è ſacello patefacerent. pomeridiano tempore in idem ſacellum, Cardinales reverterunt; Alexandrumque ſedi, quæ jam in aram tollebatur, impoſitum denuò adoraverunt. inde ſub veſperum, per aream, principi ſuo benè precantibus abundantem populis, deportatus eſt, in templum Vaticanum; aræque maximæ impoſitus tertiam Cardinalium adorationem excepit; pedem eis, genu, & os baſianda præbens. interim ſanctorum Ambroſii & Auguſtini carmen, elegantiſſimis modulis, phonaſci peregerunt; & ſenatûs purpuratorum princeps, ſolennes in caput Alexandri preces miſit. moris eſſe accepimus, pontificum ſellam in medio aræ à Magiſtris cæremoniarum ponendam curari, cui novus pontifex inſideat. Alexander

Alexandri missio ... probi-tas.

der

[B]er in aram admotus, ſellam eo loci poſitam corripuit manu, è medioque in evangelii latus depoſuit. ibi ſedentem ſe conſpici, conſalutarique paſſus eſt. cæremoniarum verò magiſtri, conſuetum in locum referre ſellam volentes, & pontificem moris priſtini commonefacere auſi, reſponſum grave, ſed modeſtum acceperunt *melius ego quàm vos rem cæremoniarum teneo. ſcio quid me dignum ſit: non patiar ibi me hominem collocari, ubi corporis & ſanguinis Domini conſecratio adminiſtratur, atque perficitur.* paulò ante, quum ſuorum adhuc deportaretur humeris, pictorem, qui Romæ excellentiſſimus habebatur, obvium, ad ſe vocat. *non me fugit*, inquit, *vir ingenioſe; novis pontificibus te imaginem ſuam pingere, pictamq; offerre conſueviſſe: ego tibi hoc auctor ſum, ut mortui cranium effingas, illud mihi pictum offeras, in quo me ſemper videam.* dictum, factum. tota urbs ad ſpectandum confluxerat, fremituſq; plaudentium, & læti clamores auditi cœlum implebant, quos non prorſum ingratos præterire videbatur pontifex, dum amico vultu, benefica manu cruces omnibus impertiretur. hac in templo ac foris perpetrata ceremonia pontificias in ædes defertur, habitationis ejus poſſeſſionem fauſtè fortunateq; adit: univerſorum congratulatione ubiq; comite. ibi Franciſcum Albitium Ceſenatem cardinalem presbyterum, *Datarium* facit. latinas literas ſcribendi munus ad Natalem Rondininũ allegat. *cardinalem Antonium Barberinum* legatum Avenionis nominat. *Sacchettum* pro ſecretario ſtatus adhibet. *Ferdinandum Furſtenbergium* Hildeſienſis & Paderbornenſis cathedralium eccleſiarum in Weſtphalia Kanonicum, Germanicæ Bructerorum nobilitatis lumen, virtute juxta ac doctrina ſplendidum, interioribus cubiculis præficit, ac eodem veſperi mortualem loculum, in cubile inferendum curat, quò ſe mortis continuo admoneat. cardinalis *Trivultius* ſanctæ crucis vexillum conſueto ſtatim loco expoſuit, brevi futurum ſignificans, ut eo ſigno ad gratiam cœleſtem orbis univerſus ſub legitimo paſtore convocetur: paritque Chriſti morte, pacis & veniæ theſauri aperiantur. 1655.

1655. tur. arcis ſancti Angeli tormenta exploſorio nitrati pulveris fulmine latiſſime tum tonuerunt, feſti ignes per triduum luxerunt. Et hæc quidem, uti ſuprâ ſcribſimus, ante diem ſeptimum eidus Apriles geſta ſunt. per inſequentes decem dies omnia parabantur; ut ante diem quartum decimum

8. Apri-s. domi-co die ſt feſtum ſcha ,fit matio.

Kalendas Maji pontificium diadema, quàm ornatiſſimè, Alexandro imponeretur. Petrinâ in porticu, è regione portæ ſanctæ, ex tabulis aſſeribuſque abiegnis, ſeptum fiebat; intra quod ſedilia Cardinalibus, ſolium parvulum pontifici, cum uraniſco, fuerunt excitata. in æde apoſtolorum principis ad ſacellum, quod à venerabili Chriſti hoſtiâ nomen occupavit, purpuratis patribus ſcamna, circumquaque, & loco

paratus hanc m.

nobiliore, ſedes poſita pontifici maximo eſt; ubi hoſtiam venerabundus, genibus niteretur. magnum & memorabile ſacellum, quod *Gregorius* tertiusdecimus, *Gregorii Nazianzeni* theologi reliquiis, ibi conditis, inaurandum curavit, diligentiſſimè, obſeratum fuit; ne multitudini pateret. orcheſtra illa, ubi fiſtulæ plumbeæ, (*organum* vocant,) ubi receptaculum eſt ſacris atque hymnis operantium, lucidiſſimè fuit exornata. in ea throni, cum cortinis ſuis & uraniſcis, bini, excipiendo pontifici, excitabantur; alter infra plumbeas fiſtulas, alter non longè ab arâ maximâ. lecti quoque tres, ſeu pulvinaria inferebantur; & elegantiſſimis inſternebantur operimentis; quorum ille pontificis, iſte diaconi, ille hypodiaconi veſtem & ornamenta ſuſtinebat, ſacris operaturorum. nec ſua, in orcheſtrâ mediâ, ſedilia cardinalibus, aliiſque tum ſacerdotibus, tum nobilibus viris, deerant. univerſum templum, aranearum dejectis telis; pulvereque excuſſo; tapetibus & periſtromatis holoſericis, villoſis & inauratis, regificè exornabatur; quæ *Chiſiana* ſymbola, montes & quercum, ſtellaſque his illuceſcentes, inſerta habebant, opere perfecta Phrygio, Attalicove. id *Barberinus archipresbiter* Vaticanus perficiendum curabat. extra orcheſtram, propè id loci, ubi lectio *epiſtola* cani conſuevit, tabulata conſtruebantur bina,

unum

num legato *Philippi* quarti *Hiſpanorum* regis, altera 1655.
Allobrogum ſive *Sabaudienſium* ducis filiæ (*infantam* appellant.) extra item orcheſtram, prope id loci, ubi ſequentia evangelii canere diaconus ſolet, ſymphoniacis pontificiis receptaculum ædificabatur. extra templum, in *loco benedictionis*, ita enim nuncupatur, aggeſtus fiebat; in quo cathedra poneretur, de qua pontifex à multitudine, in aream confluente, conſpici, & crucis facto ſigno, bene omnibus precari poſſet. His rebus, quâ par eſt induſtriâ, comparatis; octavusdecimus Aprilis dies illuxit; & pontifex benè manè, poſt horam decimam, quæ Coloniæ eſſet quinta circiter, matutinis perſolutis precibus, in ſacello Sixtino, amplitudine ſua templa non pauca, Romæ alibive locorum, ſuperante, Chriſtiano miſſæ ſacrificio, quod quidam ex ſecretis ejus ſacellanis faciebat, piè operam dedit. poſt horam undecimam, interulâ ſericâ alba (*ſottana*) hyperendymate & palliolo indutus, in capite gerens, candidis circumdatum pelliculis tegmen, ex holoſerico rubro, quod galerus uſitatus tegebat, per abdita ſcalarum ſive graduum, in triclinium *Falda* ſe contulit. præcedebant, honoris ejus causâ, Venetus orator; *conſervatores urbis*, veſte aureâ & rubrâ togati; legatus *Bononienſis*, Baronum verò atque nobilium virorum ingens numerus; magiſter cameræ pontificiæ, archiepiſcopus *Laodiceæ* Bonviſius; *Accariſius* pincerna; *Rondininus* ad principes orbis terræ viros conſcribendarum epiſtolarum magiſter, aliique. Cardinales pontificis legebant veſtigia, palliolati, pileolis Laconicis (*crambophyllidia* Coloniæ appellantur, veteres etiam tetraphylla dixerunt;) rubris capita intecti. ubi in triclinium *faldæ* intratum fuit; exemtus pontificis capiti pileolus eſt, ſubditumque illi in caput quadratum tegmen, holoſericum rubens; quod, adjuvante cubiculario, pincerna impoſuit. amiculum dein byſſinum parvum, corpori ejus circumdederunt; ceremoniarum magiſtris ſimul operam dantibus. atque ita ornatus in veſtiarium proceſſit ſacrum, à duobus, qui & primi diaconi erant, purpu-

1655. purpuratis, Theodoro *Trivultio*, Julioque *Gabriell*[illegible] in medium acceptu[illegible]. alii eum circumſtabant. *Trivultius* demebat capiti ejus pileolum rubrum, Gabriellus album; Trivultius, pro albo, aliud ei tegmen imponit, ejuſdem coloris, pelliculis albis circumdatum; juvantibuſque *Gabriello* & hypodiaconis apoſtolicis, amictu, albâ, cingulo, & ſtolâ albi coloris, palliolo, pontificem veſtit, *formale* quoque, & mitram, ei accommodat. eo facto; primus cerimoniarum magiſter, foras eundum eſſe, monet; utiturque Latinâ voce barbarè, *extrà*. tum hypodiaconus apoſtolicus, correptam, utrâque manu, crucem, *genibus flexis*, pontifici, ut eam adoret, oſtendit. adoratam crucem, ubi ſe in pedes arrexit, hypodiaconus præportat; in baſilicam verſus; inter duos virgiferos medius incedens. præeunt ſcutigeri, & cubicularii; quos *extra* vocant, rubri coloris veſte conſpicui. *fiſco* Romano præfectus, *advocati conſiſtoriales*, galeris pelliceis, togis violaceis ornati, *ſacellani ſecreti*, cubicularii honorarii & ſecreti, veſte rubrâ, galeris pelle albâ circumdatis; *abbreviatores*, acoluthi, *auditores rota*, hypodiaconi apoſtolici, hyperendymatis & cucullis velati, quinque *ſacellani* communes & unus ſecretus, veſte rubente & galericulis, albi coloris pelle ſuffultis; hi vittas præportabant manibus & mitras. tum pocillator, & ab epiſtolis ſecretis, & architriclinus ſimilem ac *ſacellani* habitum geſtantes. crucem ſequebantur cardinales bini, infimo diaconi, medio presbyteri, ſupremo loco epiſcopi. neque tamen prius inde, ubi congregati erant exceſſere, quàm demiſſiſſimè, ſtantem, ante pulvinare ſacri ornatus, pontificem adoraſſent. domeſtici & familiares cardinalium, ſuis quique dominis anteibant. pontifex, à primorum cardinalium, pallii pontificii fimbrias ſuſtinentium, pari, in medium acceptus, pedibus incedebat; *protonotarii* apoſtolici, palliolati, duo, tunicæ linteæ pontificiæ & amiculi plicatilis oras anteriores; Legatus *Venetus* poſteriores fimbrias, à tergo, ſuſtinebat. pone hos *cubicularii aſſiſtentes*, epiſcopi *aſſiſtentes*, ac dextrâ

[...]atio [...]cano [...]ticũ [...]edunt.

[H]elvetii, [p]rætoriani [p]ontificis.

lævâ-

1655.

Levâque *Helvetiorum* pedeſter manipulus, cum ſuo præfecto; quibus corporis ſui cuſtodiam pontifex credit, cum haſtatis ſive *lanceariis* in *aulam ducum* ut ventum eſt, ſellam geſtatoriam, quæ ibi præſto erat, inſcendit pontifex; quumque ſeſſum recepiſſet ſeſe; à domeſticis bajulis, rubro veſtitis panno, placidè ſublatus, deportatur in aulam regum. orator Venetus à ſiniſtrâ ibat urbi præfecto, proximè ante ſellam incedenti. inde cardinalium diaconorum præcipuum par, *protonotarii* duo ad veſtium elevandas fimbrias, clavatores pontificii, veſtitu famulari lugubri, & chlamyde induti, erectas præ ſe clavas gerentes. ex *aula regum*, ſcanſoriâ majore machinâ, demiſſi, in ædis Petrinæ porticum deſcenderunt. duo pediſſequi, iſte ab lævâ, ille ab dextrâ ſellæ geſtatoriæ parte, pavoninis flabellis, pontifici ventulum, refrigerandi cauſsâ, faciebant. paullò ſupra narravimus; in porticu, ſeptum excitaſſe fabros: in id cardinales & canonici, cleruſque omnis *Vaticanæ* baſilicæ congregati ſunt. pontifex è ſellâ in ſolium, cardinalium aſſiſtentium pari ſtipatus, quum aſcendiſſet; *Barberinus*, ædis Vaticanæ ſummus presbyter, ad eum adiit, petivitque animo demiſſo ac probo; canonicorum illum ſenatum, ſanctique Petri clericos, ad pedem oſculandum, admittere velit. quod factum ſecunda voluntate pontificis eſt. ſub id ſtatim, in baſilicam, portâ maximâ, intratum eſt. ante ſacellum *venerabilis hoſtiæ*, è ſellâ ſurrexit pontifex, liberatque mitra caput; & in genua ſe excipiens, preces fundit Chriſto liberatori; inde in ſellam redux, ac reſes, mitrâ rurſum ornat verticem; & in ſacellum delatus Clementinum; relictâ iterum ſellâ, ſed mitratus, aramque ſalutabundus, in ſolium aſcendit; læva eum dextraque cardinalibus duobus primariis diaconis circumſtantibus: purpuratos ſenatores manum; patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos, qui aderant, pluvialibus omnes circumdati, pedem oſculatum admiſit. propè à ſolio, *Venetus* orator, & ſuper gradus, qui ferunt in ſolium, *conſervatores urbis*, præſto erant; quibus etiam pedem oſculatis; hypo-

ex porticu Vaticana in templũ veniunt.

Pontifex in ſacrari. Clementino Cardinales ad manum oſculandũ admittit.

1655. hypodiaconus crucifer, infra gradus aſſiſtens, adverſ pontifici crucem ſtituit; quam, poſitâ mitrâ, ſu ditoque reverente capite, quum ſalutaſſet; manu, in decuſſis ſpeciem, tertiò, circumlatâ, benè omnibus dixit, verbis illis, *adjutorium noſtrum*, & iis, quæ ſequuntur, prolatis. dum id fiebat; purpurati ſenatores, patriarchæ, antiſtites, erecti ſtabant: reliqui omnes in genua provoluti, demiſerant ſeſe. his ita perfectis, ad ſacrificium celebrandum omnia componebantur. ut primi *aſſiſtentes diaconi* eò ſe comparent, magiſtri cerimoniarum aliud par cardinalium, ad pontificem in ſolium, adducunt, Raynaldum *Ateſtinum*, & Vincentium *Coſtagutum*; qui ſe in loca priorum tantiſper ſubdidêre, dum, ornatu diaconorum proprio aſſumto, reverteriſſent. ergo cardinales epiſcopi, *pluviale* ſupra *cottulam*, & *amictum*, cum *formali*, gemmis radiante, mitramque ſumunt: presbyteri *planetam*, ſive, caſulam ſuper hyperendymate, & amictum mitramque in caput: diaconi *dalmaticam* ſuper *hyperendyma*, & *amictum* & mitram. eminentiſſimus Virginius *Urſinus*, ſanctæ Mariæ in viâ latâ diaconus cardinalis, ad evangelium Latinum, & alius non cardinalis, ad hypodiaconi munus in epiſtola Latina cantanda, ornati revertuntur ad loca. præſules aſſiſtentes, & non aſſiſtentes, *pluviale* & mitram, duo alii hypodiaconi *tunicellas*, *advocati conſiſtoriales* pluvialia, diaconus & hypodiaconus Græci ſuum ſumunt ornatum. & jam primi cardinales diaconi, cum ornatu ſuo redeuntes, *Ateſtinum* & *Coſtagutum* vicario munere liberaverant; ut & ipſi ſumerent veſtitum, ordini ſuo congruentem. ergo cunctis rebus, uti fieri oportet, pro ſacerdotum dignitate, & munere, inſtructis, paratiſque; demtâ capiti mitrâ pontifex junctas fert cœlo manus. precationem domini, ſalutationem angeli, ad virginem, tacitus orat: dein clarè canendo incipit: *Deus in adjutorium meum intende.* chorus continuò excipit; *domine ad adjuvandum me feſtina*; & quæ ſequuntur, ad tertiam, ut vocant, ex pſalmo centeſimo duodeviceſimo, à verſu triceſimo tertio ad verſum

Comparant ſe ad rem divinam peragendam.

ogeſimum alterum, deſumta; & quintam, ſextam, ſeptimam, octavam, nonam atque decimam *Hebræi Alphabeti*, octonis ubique verſibus, literas complectentia; quibus, ſub ſingula octonûm verſuum paria, *gloria patri*, ſubditur; ut ignorantibus myſterii elementa, tres pſalmi videantur eſſe. pontifex interim ſedet in ſolio, mitratus; recitatque pſalmos, & precatiunculas, ante ſacrificium uſitatas; purpuratis duobus primariis, unà cum ipſo, precantibus. hic tempus erat, ſandalia ſumere in pedes; ſed ea pontifex in cubiculo præſumſerat. commodius enim hoc illi viſum fuit. poſt tertium *gloria patri* decantatum; unus muſicorum canebat capitulum, & reſponſorium breve, cum verſiculo: collectam ipſe pontifex. aſtabat illi cardinalis *Barberinus*, epiſcoporum ſenior: librum, inter manus, ſupra frontem, apertum tenens Hieronymus *Farneſius*: cereum lucebat *Columna*., &, quoties manus lavabat pontifex, id autem fiebat quartò, mitram attinebat. præcedentibus *clavatoribus* duobus, unoque cerimoniarum magiſtro; inter ſacri hoſpitii magiſtrum *Contium* ducem, & architriclinum *Caja* dominum, medius legatus Bononienſis, ad aquam primæ lotioni præbendam, procedebat. ad ſecundam lotionem, aquæ præbitor fuit *Mareſcottus* comes, *conſervatorum urbis* ſenior. ad tertiam & quartam, orator *Venetus*. ſed non alius, præter cardinalem *Barberinum*, Vaticanæ baſilicæ archontem, mantilia, ad ſiccandas manus, injecit loto. interim diacono & hypodiacono ad ſolium reverſis; cætera ſacrificantis ornamenta ſibi admovenda curat pontifex. cardinalis diaconus mitrâ ei caput liberat; *formale*, pallium, *ſtolam*, cingulum demit; alioque cingulo tum ſtringitur; cruce pectorali, *fanone*, ſtolâ, tunicellâ, *Dalmaticâ*, digitalibus ſive cheirothecis, planeta, mitra, ornatur. annulum ei *Barberinus* inſerit. pontifex tus prunis imponit, & grati odoris fumum diſpergit in aram verſus. his ita perpetratis, Raynaldus princeps *Ateſtinus*, Regii & Mutinæ antiſtes, divi Nicolai in carcere *Tulliano* diaconus cardinalis, in *Trivultii* locum, tantiſper ſubdi-

1655.

è Clementino ſacrario in aram maximam verſus progrediuntur.

1655. ſubditus fuit; dum ille à magiſtro cerimoniarum vocatus, procedentium ordinem inſtituit. hic ordo ad hunc modum ſe habuit. *advocati* poſt mitrarum gerulos incedebant: acoluthi octo, quorum ſeptem ſingulis cereis, unus præfericulo & acerra, inſtructi erant, ſequebantur. crucem hypodiaconus præportabat; dextra lævaque à duobus virgas rubeas geſtantibus incluſus. hypodiaconus deinde, diaconuſque e *cryptæ ferratæ* kœnobio, quod ager *Tuſculanus*, Bartholomæi junioris beneficentia, exſtructum habet, deſumti patres; alter epiſtolam, alter evangelium, Græcè cantaturi, incedebant. pone hos duo hypodiaconi Latini, cum ornatu ſuo, ibant; alter horum epiſtolam Latinam cantaturus, librum evangeliorum, *manipulumq;* ferebat pontificium; tum *pœnitentiarii, epiſcopi, archiepiſcopi,* ſuo quique geſtamine exculti; cardinales, pars diaconi, alii presbyteri, pars epiſcopi, ad numerum quatuor & quinquaginta; niſi quod Joannes Baptiſta *Spada*, cardinalis ſanctæ *Suſannæ* dictus, quum invaletudine tentaretur, eo numero eximi, domumque ſublimis extolli poſtea vel invitus debuit. purpuratis patribus ingens numerus ſuccedebat nobilium, baronum, comitum, orator Venetus, præfectus urbi, qui gubernator dicitur, duo diaconi aſſiſtentes, cum cardinale ad evangelium revertenti ſubinde ſuum in locum *Trivultio*, Ateſtinus cedere præ turba vix potuit. pontifici Alexandro proximè præibant cerimoniarum magiſtri, unus bacillum præportans inauratum; cui in faſtigio ſtupæ glomus hærebat: de clericorum numero alius, cereum geſtans lucentem; qui ſtupæ, dum locus poſtularet, incenſionem faceret. ſummus pontifex geſtatoriæ inſidebat ſellæ, flabella, ad utrumque latus, gerentibus miniſtris; & octonûm haſtilium inumbrante caput uraniſco. eorum haſtilium primum, ſecundum, tertium & quartum, ab Romani magiſtratûs totidem viris, quintum ab legato Bononienſi, ſextum ab ſacri hoſpitii magiſtro, ſeptimum & octavum ab equitibus divi Petri ſuſtinebatur. pone uraniſcum ſequebantur

Duno-

Innocettus decanus ſacræ rotæ; qui tiaræ portan- 1655.
fungebatur munus; ibatque interior pocillato-
, & ſecretario ad principes. tum *auditor cameræ*, theſaurarius, *protonotarii*, alii dextrâ ſiniſtrâque uraniſci haſtilium parte, pontificii corporis cuſtos ditatus, cum centurionibus, clavatoribusq; gra- batur. *Clementino* autem ſacello egreſſi quum ſent; cærimonia illa ſtupæ incenſionis, non mo- ſpectatu, verum etiam commemoratu digna, ex-

ſtupa faſciculus ter mutatus ter incenſioni datus.

ta fuit. ſtupæ faſciculum ſummo hærentem cillo, clerici admotus manu, lucens cereus con- tingebat, inflammabatque. tum, contra pontifi- cem, in genua ſe excipiens cærimoniarius, quò ſum ſplendoris humani citò decrepantis admo- eat, cantabundus hæc verba, *Pater*, inquit, *ſancte, ſic tranſit gloria mundi.* ſecundo dein ac tertio, mu- tata ſtupa; faſtigioque ſceptri impoſita; aſpiran- te ad eam cereo, inardeſcit, verbaque eadem, ad e- piſcoporum epiſcopum, bis ac tertium iterantur; *Pater ſancte, ſic tranſit gloria mundi.* ad aræ maximæ ſacrarium poſtquam ventum eſt, remota ſella, Ioannem Baptiſtam *Spadam* Lucenſem, Franciſ- cum *Albizium* Cæſenatem, Octaviumque *Aquavi- vam* Neapolitanum, cardinales presbyteros, ad os cum pectore oſculandum, amiciſſimè admittit. dein, ſuper ſella plicatili, genibus nitens, & bicor- ni apice liberatum verticem oſtendens, preces deo fundit. inde ad aræ maximæ gradus adit. à Fran- ciſco cardinale *Barberino* aſſiſtente, & Virginio *Vr- ſino* cardinale diacono ad evangelium, in medium acceptus, exomologeſin ante ſacrificium recitat.

ſacrificandi fit initium ad aram principem.

ponè pontificem, *Triuultius* & *Gabriellus* cardina- les diaconi aſſiſtentes; hypodiaconi *Latini*, hypo- diaconus item diaconusque Græci idem faciunt. ſub voce illa, *indulgentiam, abſolutionem*. Latinus hypodiaconus manipulū reg. ſacrorum præbuit, cui lacertum ſiniſtrum infereret. eo facto; ſellam ſe recepit pontifex, & ex ſcripto impreſſove libro Chriſtianas ac ſolemnes preces *Barberinus*, *Sacchet-*

1655 *tus* & *Gynettus* [illegible] epiſcopi cardinales precati [illegible] quibus abſolutis, erigentis ſe capiti eximitur [illegible] tra, ipſeque gradatim in aram verſus aſcendit, a *Trivultio* protodiacono ſuggerente, quem juvit *Gabriellus*, in humeros pallium accipit, hac verborum formula. *accipe pallium ſanctam plenitudin[illegible] pontificalis officii, ad honorem omnipotentis dei; & [illegible]rioſiſſimæ virginis Mariæ, ejus matris; & beatorum [illegible]poſtolorum Petri & Pauli, & ſanctæ Romanæ eccl[illegible]* hoc pallium tres acus habet aureas, ternis un[illegible]bus lucentiſſimis ornatas; quarum prima ad pe[illegible]ctoralem decuſſim, altera ad humeri dextri cruciformem lineam, tertia in tergo ſedet. palliatus itaque medium altaris, uti & codicem evangeliorum ad id apertum, oſculatus, de acerra tus accipit. præfericulo prunarum pleno imponit, gratiſſimique odoris fumo, ſupra atque infra obiens, aram luſtrat, *Urſino* adjuvante; qui accepto de manu pontificis præfericulo; ſemel, iterum, ac tertium tureo eum fumo aſpergit, & præfericulo alteri tradito, cum cardinalibus aſſiſtentibus, malam ſiniſtram pectuſque pontifici oſculatur. hoc ritu expleto, in ſolium pontificale ſeſſum ſe quum recepiſſet Alexander; ſingulos cardinales; qui aderant, ornatu quique ſuo conſpicui; ad obedientiam accipit, pedemque eis & manum, & os ipſum quoque alteri poſt alterum baſianda exporrigit: prælatis aſſiſtentibus, & non aſſiſtentibus, pedem & genu, pœnitentiariis divi *Petri*, aliiſque, pedem, adoratione ad hunc modum facta: *introitum* & *Kyrie eleiſon* cum aſſiſtentibus, ſtans ipſe, & mitra liber, de libro *miſſali* recitat. *gloria in excelſis* cantione orditur, lectione abſolvit, vultu in populum verſo, pax vobis, inquiens, dominicæ poſt paſchæ tertiæ *collectam* clarè cantat: alteram pro ſe demiſſa voce legit. his factis, ſeſſum ſe recipit: apicem bicornem, porrigentibus eum ſacrorum adminiſtris in caput ſumit. ſedenti jam & apicato, *gremial[illegible]* ſericum latè longèque prætenditur. *Aſ[illegible]mo* aute[illegible]

Alexander pallium accipit pontificium.

Καὶ λέγων, Κύριε ἐλέησον μου τὸν υἱον. *Math. XVII. v. 15.*

ad aſſiſtendum reverſo: *Trivultius* ferulam quaſſans manu, cum hypodiaconis apoſtolicis tunicella ornatis, cum *auditoribus rotæ*, acoluthis, *abbreviatoribus*, (hi linteati omnes erant) cum *advocatis conſiſtorialibus*, *fiſci curatore*, qui *pluvialibus* corpus inſerant, lævo brachio *almuzias* gerebant, ad ſancti Petri confeſſionem (eſt is locus, in æde Vaticana, principis apoſtolorum honori atque venerationi ſacer) ſe transfert; deumque ac divos, ut pontifici Alexandro, propitii volentes, adſint, eumque adjuvent; iis precibus, quas *Litaneias* appellamus, vehementiſſime obſecrat; alta voce incipiens, *exaudi Chriſte*. qui circumſtant, in ſua quique loca ordinatim diſpertiti, eulogiam canunt in pontificem, his verbis: *Domino noſtro* Alexandro *ſeptimo, à deo decreto ſummo pontifici & univerſali papæ vita.* hæc eulogia bis ac tertio, ſub ipſum *Chriſte exaudi*, toties quoque repetitum, pari vocis intentione, amœniſſimè, iteratur. Cardinalis dein, tertio item cantatu, *Salvator mundi*, præcinit; cui illi, totidem reſponſionibus, ſuccinunt, *Tu illum adjuva*. ſemel iterumque præcinit cardinalis, *Sancta Maria*: illi toties ſuccinunt, *tu illum adjuva*. ſemel canit, *Sancte Michael*: reſpondentque clerici, *tu illum adjuva*. Litaneiæ decantatæ quum ſunt; in aræ principis ædiculam revertuntur; abſcedit loco *Ateſtinus*; *Trivultiumque*, cui legatione vicæria ſubditus fuerat, ſuum fungi munus patitur. *epiſtolam* tum canunt hypodiaconi, Latinus primum Latinè, Græcus dein Græcè. (*graduale* & *alleluja* ſymphoniacorum deproperatur modulis.) *evangelium* canunt diaconi, Cardinalis Virginius *Urſinus* Latinè, *Ferrarienſis Baſilianus* poſt id Græcè: acoluthis utrique cereos ad cantionem lucentibus; nec ſine turis fumo. cur autem hæc ad hunc modum fiant, ne diu in quæſtione ſit, audiendum eſt; non id propter Græcos fieri, qui huc veniant aliquando, aut venerint; ſed et Chriſtiani coetus univerſi, ſive is in Latio, alibive terrarum, ſive in

1655.

epiſtola & evangelium primo Latinè, dein Græcè canuntur.

quare hoc ita fiat explanatur.

1655. Græcia ſit, unum caput vice Chriſti cognitur. Græci quoque olim, quum, eccleſiarum orientalis & occidentalis nondum reperto ſchiſmate, pax durarET; in majoribus templis, cum *epiſtola* & *evangelio* idem fecerant, & Latinus in *Creta* inſula epiſcopus, majoribus feſtis, ita faciendum curat, quu Græci ritus homines facile habere ad Leiturgi poſſit. Romæ verò, licet Græcis, eorum ſerm atque cæremonia erudiendis, collegium cele admodum habeatur; monachi tamen *cryptæ ferrata*, quod in agro *Tuſculano*, Græci ritus, ordinis *ſancti Baſilii*, kœnobion eſt, Romam ad *epiſtolam*, *evangeliumque*, Græcè cantanda, his celebritatibus, evocantur. in concilio *Lugdunenſi* altero, quum *Gregorius*, eo nomine Papa decimus Chriſti oves paſceret; non modo *epiſtola* & *evangelium*, ſed *Nicenum* quoque ſymbolum, Græcè æquè ut Latinè, decantatum fuit, ac tertiò iteratum; *de ſpiritu ſancto*, *qui ex patre filioque procedit*. ſed unde huc digreſſa eſt, eodem redeat hiſtoria. evangelio Græcè decantato: oſculatur librum *Alexander*, & ſymbolum *Nicenum*, Latinè canendo, orditur. ea omnia, quæ ad ſacrificium peragendum pertinent, accuratiſſimè exſequitur. ſacrificii prece peracta; ita ut eſt ornatus in ſellam aſcendit; digitalia manibus, annulum digito inducit. eminentiſſimus Antonius *Barberinus* marſupium ei, filis argenteis contextum, in manum dat; in quo ſolitum, uti vocant, *presbyterium* ineſt, nummi veteris aurei quinque & viginti *Iulios*, qui Græcis hominibus *drachmæ*, Latinis *denarii* dicebantur, valentis; conficiuntque nummos ſeſtertios centum, id eſt, aſſes, ſive *bajoccos*, aut cruciatos ducentos & quinquaginta. hos, pro miſſa bene cantata, præbitos; *Vrſino* diacono tradit pontifex: tolliturque ſublimis in ſella per pediſſequos. uraniſcus, iiſdem ac paullo ante haſtilia regentibus, ſupra caput extenditur. pergitur ad aram *venerabilis* Chriſti *hoſtiæ*; nec mora; ſurgit è ſella pontifex, in genua ſe excipit, precatur deum, in eucharistiæ

ſacrificio miſſæ peracto presbyterium dat Cardinalibus pontifex; & in xyſtū benedictionis aſcendit.

charistia præſentem. ſurgit rurſum, ſellæque ſe commendat. ad benedictionis locum deportatur. ibi jam ſoli equites *Petrini*, uraniſcum octonis bacillis erectum ferunt. in ſuggeſtum ubi Pontifex aſcendit; populo, qui in area eſt Vaticana, conſpicuus; phonaſci capiunt antiphonam. *Corona aurea ſuper caput ejus*, & quæ ſequuntur. eo finito: Antonius *Barberinus*, epiſcoporum, qui præſentes erant, primus, *verſiculum* cecinit & *collectam*, *omnipotens ſempiterne Deus*! *dignitas ſacerdotii*! *& auctor regni*! *da gratiam famulo tuo* Alexandro *pontifici noſtro, eccleſiam tuam fructuosè regendi; ut, qui tuâ clementiâ pater regum & rector omnium fidelium conſtituitur, & coronatur, ſalubri tua diſpoſitione, cuncta benè gubernet. per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.* tum *Gabriellus*, ad ſiniſtram aſſiſtens diaconus, quum pontificis capiti mitram bicornem exemiſſet; primi Diaconi fungens munus, à dextra parte, Trivultius, pro mitra ei, in caput reponit, fulgens undique lucidiſſimis gemmis, ac ternis diſtinctum coronis, parteque ſumma in rotunditatem clauſum, diadema: verbis ad eum utens his. *accipe tiaram, tribus coronis ornatam; & ſcias, te eſſe patrem principum ac regum, rectorem orbis, in terrâ vicarium ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti; cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.* populi ingentis multitudinem nec tonans, pluviis & ventis turbide inhorreſcens, cœlum, areâ ſubbaſilicanâ exigere potuit; donec tribus crucibus, per totidem partes, manu deſignatis, à ſacrorum rege benedictum ſibi eſſet; indulgentiæque à principe diacono Latinè, ab altero Italicè publicarentur. ſub eo repentè in *Adriani* mole, fictitio è tormentis balliſtiſque tonitru, latè applauſum: & congratulantium omnis ætatis atque ſexus hominum exauditæ voces ſunt, vitam, imperium, omniaque fauſta & bona, *ad multos annos*, ſanctiſſimo viro precantium. *Alexander*, quum in ſacello *Sixti*, ornatû poſuiſſet; ſacri collegii nomine, ſingularibus etiam verbis, dia-

1655.

collecta.

tiara pontificius Alexandro imponitur.

in multos annos.

1655. dematis impoſitionem gratulatus ei *Barberinus* eſt: curille, actis humaniſſimè gratiis, in ſua diſceſſit. abiere & alii *horâ*, ut *Romæ* perque Italiam numeratur, *nonâdecimâ*. plus enim horis octo ad has omnes cæremonias peragendas inſumtum fuit. quarto Maij die in comitiis purpuratorum publicis Cardinali Heſſo rubentem petaſum Papa imp[oſ]uit, ſponſamque dato annulo aſſignavit. Et quidem ad eum modum in æde Vaticana perf[ectis] rebus atque cæremoniis; alii rurſum, ad palatii ædiſque Lateranæ poſſeſſionem adeundam, apparatus, tota urbe, ſtruebantur. eſt inde huc mille paſſuum iter; quo ſpatio nihil non ornati ut eſſet, diligentiſſimè ab civibus Romanis curabatur. *Conſtantinus Cæſar*, cui facta ingentia *magni* vocabulum indiderunt, anno poſt virginis puerperium, trecenteſimo duodevigeſimo, tingente eum *Silveſtro* pontifice maximo, ſalutaribus aquis expiatus, & impetiginis fœdæ morbo (elephantiaſin aut lepram vocant) liberatus fuit. ergo, ne ingrati animi vitio, poſt tantum beneficiū, veluti divinitus acceptum, corripi ſe pateretur, multa per urbem templa ædificanda, &, per *Silveſtrum* Papam, Chriſtiano ritu, dedicanda vero numini curavit. ſed unum reliquis omnibus in *Cælio* monte, ubi *Lateranorum Plauti Antoniique* palatium fuit, omni rerum atque elegentiarum copia celebrius, templum ædificavit, quod *Chriſto* Soteri, duobuſque unum *Ioannis* nomen obtinentibus divis, huic *baptiſtæ*, illi *evangeliſtæ*, conſecratum voluit. cenſus eo agroſque fructuarios, unde ſacerdotes alerentur, ſtructuraque conſervaretur, beneficentiſſimè impendit, auxit, ornavitque argenteis, maximi pretii ſtatuis, quas inter Chriſti redemtoris, libras pendebat duodeſeptuaginta; ac alia rurſus ejuſdem Domini ac Dei noſtri centum quadraginta; & duodecim apoſtolorum; quarum ſingulæ pondo librarum erant nonagenarum. tum quatuor juvenum alatorum, id eſt, angelorum, uti loquimur, totidem ſigna; quæ

Poſſeſſio ædis Lateranæ equeſtri pompa aditur.

librae

libras ducentas ſexaginta quinque pendebant. ad 1655.
hæc aras, quæ circumgeſtari poterant, ſeptem numero, ex auri puri puti laminis confectas; quæ ducenûm librorum ſingulæ erant. coronas, è ſolido auro, quatuor; vas præterea aureum, quinquaginta pondo habens *Iudaici* plenum *balſami*, unde *chriſma* conficeretur. tum *Ioannis Baptiſtæ* ſtatuam, argento, librarum centum, in baptiſterio reliquit. temporum verò ac malorum hominum injuriis, hæc ædes non ſemel affecta, compilataque licet in totum diruta non fuerit, multum tamen partibus funeſtata quum fuiſſet, *Nicolao* quarto & *Martino* quinto, aliiſque deinde ſecutis pontificibus, baſilicum in modum, reſtaurata, amplitudinem ſuam, atque decus facile nunc tuetur. *archipresbyter* baſilicæ hujus eminentiſſimus princeps Hieronymus *Columna*, titulo ſancti *Laurentii* in *Lucina* ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyter Cardinalis, ab Vrbano octavo, ſeculi hujus anno viceſimo ſeptimo, creatus, omnia auro, purpura, ſericoque, & peripetaſmatis elegantibus ſanè, exornandum curaverat: Canonicis, aliiſque eorum ſymmiſtis diligentem, hac in re; ubique, operam navantibus: idem in *Capitolii* vertice Romani populi magiſtratus fecerat. igitur nonus *Maji* dies, divo *Gregorio Nazianzeno* epiſcopo & confeſſori celeber ac feſtus, in quem, hoc anno, dominicus quoque, ſive primus hebdomadis, incurrit, adeundæ in *Lateranis* poſſeſſioni deſtinatus quum eſſet; pridie hujus, id eſt, ante diē octavum eidus *Maji*, omnibus illis, quos tantæ celebritati decebat intereſſe, ſignificatum eſt: adeſſent poſtero die, hora ſextadecima in *Vaticano*: inde, per notam ac ſolemnem viam, in collem *Cælium*, longis ordinibus inſtructi, mille paſſuum intervallo, progrederentur. venere omnes frequentes; ita, ut hora ſeptima decima, ante diem ſeptimum eidus Majas, tres pontificii cærimoniarum magiſtri, tunicis, palliiſque rubris, cucullis violaceis, induti, pileiſque & petaſis

9. Maji Lateranum aſcenditur.

 ſemi-

1655. ſemipapalibus capita velati, palatio Vaticano, prodierint; & rhedas omnes quadrigarumque & hexipporum currus, qui inſtitutum proceſſionis in *Lateranos* ordinem intercludere, vel morari poſſent, è plateâ *burgi* amoliti ſunt. tum tubicen flatu ſignū dedit, haſtatos præcedens equites; qui tunicis, ſagisve rubentibus, circumdati, ferro, per tantam multitudinem, viam faciebant. ingens aulicorum & curialium, qui principibus *Romæ* viris, ad miniſteria domeſtica, & quotidiana, præſto ſunt, numerus his ſucceſſit. *veſtiarii tonſoresque* patrûm purpuratorûm, ipſiuſque pontificis: hi clavas, ex argento, non rudi opere ſed ex arte factas, dominis ſuis, quando ſacrarium pontificis maximi, aut comitium ſolenne, cum honore publico, ineunt, olim præferendas, ante ſe, in equis, habebant. illi coccinei coloris vidulos, bulgas vocat Erythræus, holoſericos, opere Phrygio mirificè laboratos, excultoſque, in equorum, quibus inſidebant, collis depoſuerant, tenebantque. his interjectus erat *marchionum, comitum* non unius gentis, in generoſis maximè, decentiſſimèque inſtratis equis, manus: ubi velut eminere viſi ſunt Annibal *Rainutius*, Mutius *Marerius*, Paullus *Falconerius*, cum Franciſci, & Antonii, & Caruli de *Barberina* gente, Hieronymi de *Grimaldis*, Rainaldi *Ateſtini*, Virginiique *Urſini*, purpuratorum eccleſiæ patrum, aulicis. tum *ſcutiferi* pontificis quatuor, veſtitu rubeo: duo item cum palliis, *manuleatis*, rubentibus; qui vidulos holoſericos, acupictos, & pontificis agalma, ſuper equorum collis, deferebant. equæ albentes quindecim, quas eccleſiæ Romanæ, ab rege *Philippo* propter *Neapolitanum* regnum, *Innocentii* decimi temporibus, acceptas, atque etiamnum ſuperſtites, alebat, præ agaſonum manu, ſine ſeſſoribus, ducebantur. operimenta his erant holoſerica, phrygionum ſolerti filo inaurata, bracteis argenteis, miro artificio tunſis, & in eminentiam aliquam lentè ducendo ſublatis. ungulæ, argenteis affixum clavis aurum

Equeſtris pompa agmen in Cælium collem à Vaticano agitur.

aurum terebant. mulæ non paucæ itidem, ut equæ, à famulis ad habenas ducebantur; ſtragulis, ex holoſerico villoſo, purpureo, quæ aurum obibat, veſtitæ. lecticæ tres, binis mulis injunctæ, bullis aureis ac purpurâ lucentes; quas ex equis muliones regebant. tum equili præfectus, & equites, quos nobilitas ad ſui cuſtodiam alit, tubarum cantu inſignes & equitabant ſimul & canebant. cubicularii extimi ornatu rubro. Paullus *Sfortia*, *Caſtellus*, *Lomellinus*, alii. ante cubiculariorum intimorum haut parvum numerum equi portabant generoſi *advocatos conſiſtoriales*, fiſco Romæ præpoſitum, veſte, cucullisque eodem colore, ac flos eſt Lauraginis, quam Germani *mortuorum violam* appellant; *caſellani* quâ communes, qua interiores, habitu, cucullisque rubentibus ornati, equos habebant holoſerico villoſo atratos. cubicularii *participantes* quatuor, qui totidem, pileos, ex holoſerico villoſo, coloris coccini, clavasque pontificias, ex argento factas, portabant. *marchiones* iterum ſive demarchi, cubiculariique *honorarii*, & *inferiores*, tunicis, genuum fine decurtatis, amicti; quos inter *Octavius Maffeius* equorum domituræ ſummus præfectus; aliique, veſte cucullisque purpureis, atque ut jam populi Romani dignitas pateſiat, non prætereundum in hac equeſtri pompa eſt, quod *ſecretarium*, ſcribam, ærario Capitolino præpoſitum, unius denique omnium aliquando terrarum domini ſenatûs, non unius nominis ſcribas hic in equis ſpectandos exhibuerit; viroſque nobiles ad numerum quinquaginta, qui aliquando magiſtratum cum curâ fideque geſſerant, ſingularibus ornamentis, ad pontificis honori gloriæque velificandum, excoluerit, nempe hos: Ioannem *Vrſinum*, Cæſarem *Columnam*, Vincentium *Vrſinum*, Onuphrium *Marganum*, Curtium *Buccapadulium*, Lælium *Allium*, Stephanum *Allium*, Marcum Antonium à *Graſſis*, Ioannem Baptiſtam *Meroſpam*, Ioſephum *Carpineum*, Petrum *Cajetanum*, Vlyſſem 1655.

1565 *Bolongettum*, Franciſcum *Mareſcottum*, Valerium de *Maximis*, Iacobum *Berzonum*; Parentem *Vuſinum*, Hyacinthum Antonium *Vitalem*, Nicolaum *Baldeſium*, Angelum *Leoninum*, Laurentium *Iernium*, Andream ab *Actis*, Karulum *Euſtachium*, Tarquinium *Santacrucium*, Bartholomæum *Capranicam*, Petrum *Petrinianum*, Achillem *Maffeum*, Ioannem Baptiſtam *Vallatum*; Antonium *Griſonum*, Horatium *Capponum*, Antonium Mariam *Alterium*, Iulium *Florentium*; Cæſarem Valentinum de *Molara*, Marium *Boncompagnum*, Seraphinum *Cerceejum*, Ioannem Franciſcum *Albericum*, Ioannem Baptiſtam *Manfronum*, Ignatium *Petronium*, Pompejum *Roccam*, Laurentium *Martianum*, Valerianum *Mendaſium*; Camillum *Pallaggium*, Antonium *Motonum*, Andream *Fellium*, Alexandrum *Buzium*; Horatium *Speichium*, Vincentium *Lavajanum*. Romani hi omnes tam inſignes virtutibus, quam illuſtres genere, togis amicti erant ſive ſenatoriis, ſive conſularibus, ex holoſerico villoſo, nigro: hæ togæ manuleas habebant, longas. ex brachiis prope cubitos in extremam togarum ſuturam defluentes. paragia circum colla togarum uncinuli nectebant, Bæticæ ritu lactucæ criſpata; pilei rotundi, elati ex eodem holoſerico capita tegebant, ſpiris breviculum marginem ambitioſo circuitu æquantibus. equorum ornatus cum fratillis ad operimenta & phaleras his plane reſpondebat. *abbreviatores de parco majore*, acoluthi cum petaſo ſive pileo Theſſalico qui late marginatus eſt; in palliis cucullisque de panno hyacinthino. *auditores rotæ* cum palliis cucullisque nigris, pileos capitibus geſtantes ſemipontificios. reverendiſſimus Raimundus *Capiſucous*, è ſanctiſſimi *Dominici* familia, ſacri palatii magiſter, habitu ornatuque *prædicatorio*, palliolatus, cucullatusque; cui ad lævam ibat *rotæ auditorum* ſenior. poſt hos tympanotribæ quatuordecim, quibus è panno rubro tunicæ limbis aureis circumornatæ radiabant, ex eiſque manicæ, de holoſeri-

eo, raſo coloris flavi, dependebant: in petaſis magni paſſeris ſpolium volitabat; tympana ſecundum rotundationem illam è quernis tabulis ſuam leviori ſerico puniceo, *tafetatum* nominant, præcingebantur, in quo ſerico populi Romani, Alexandrique ſeptimi depicta inſignia exſtabant. ipſi **... minis tympana ropalis ex artis ſuæ præſcripto ...ientes, læto cœlum ſtrepitu, quocumque gradiebantur, implebant. nec minus officium fungebantur ſuum excellentiſſimi tubicines, argenteis canentes tubis; quæ pontificis maximi inſignia in vexillis parvulis depicta præferebant. curiarum magiſtri (quatuordecim *regionum capita* appellantur) in equis, hoc ordine, his nominibus apparuere: Angelus *Maximus*, Montium; & Gaſpar *Alberus*, Trivii; Hieronymus *Mignanellus*, ſancti Angeli; & Marcus Antonius *Incoronatus* campi Martii. Maffejus *Capponus*, Pontis; & Robertus de *Bolis*, Hyperionis: Rutilius *Specchus*, regulæ ſive harenulæ; & Pompejus *Mutus* ſancti *Euſtachii*: Flaminius *Picus*, pineæ nucis, & Franciſcus de *Vetera*, Capitolii: Mutius *Carpineus* Columnæ, & Carulus *Capranica*, ripæ: Franciſcus *Attaſantus*, trans-Tiberinæ, & Dominicus *Maximus*, Burgi, regionibus præfecti. his curiarum magiſtris pilei erant albentibus plumis, varioque gemmarum genere, ad Hiſpanicum morem exornati, de holoſerico villoſo, nigro. thoraces femoraliaque argenteis contextæ filis, non ſine ramentis auri. togæ, abſque dependentibus manuleis, holoſericæ, genua contingentes, coccineo, dilute rubenti; ſerico ſuffultæ. tibialia holoſerica, alba, faſciis pedalibus albis, quas aurea finiebant acanthia, illigabantur. gladii, ſtapedes, argento auroque lucebant. ſellæ equeſtres holoſericæ; operimenta, & quicquid phalerarum in equis fuit, quantivis pretii videbatur. his imminebant, pileis capita inte cti rotundis, brevi margine, rubentibus. in ima pedum defluentibus, togis ſuavi punici floris colore, induti, *cancellarii* populi

1655.

1655. Romani duo, ſupremus populi Romani vexillarius dux *Cæſarinus*; & quem ſupra ordine nominavimus, Flaminius *Picus* non modo nucis pineæ regioni præfectus, verum etiam inter capita regionum ſeu magiſtros curiarum præcipuus. tres urbis *conſervatores*, comes *Mareſcottus*, Marcus Antonius *Cittarella*; marchio Fabritius *Narius*: his cicũ pedes famuli erant duodecim, tibialibus, femoralibus atq; tunicis laneis, coccino infectis, indutum alii atque alii de principum virorum numero: hi illis pars juncti; pars interjecti equitabant. præfectus Vrbi, ſive prætor Vrbanus, (gubernatorem Romæ appellant) ex *Boniellorum* gente, oratorem *Venetum* ad lævam habebat. anteambulones & pediſſequi pontificii, femoralia, tunicas ex holoſerico villoſo atro, manicas è coccini coloris ſerico, & pallia violacea geſtabant, tibiarum amictu faſciisque rubentibus. pone hos in equis *clavatores*, pontificii bisſex duas in alas diviſi eminebant, faſcias ex holoſerico villoſo nigro, tunicas ex lana habentes. magiſtri cerimoniarum quatuor, ita, ut illos decebat ornati: hypodiaconus apoſtolicus violaceo pallio cum crambophyllidio & petaſo pontificali, in modum epiſcopi, exornatus mulæ inſidebat, eodem modo, & phaleris, & operimentis decoratæ; Chriſti de cruce pendentis ſignum, conto ſublime elatum, inter duos rubræ virgæ miniſtros, pontifici maximo præferens. ſed ſpectantium inprimis oculos amœnitate lætitiaq; perfudit quadraginta & unius Romanorum adoleſcentum nobilitas, nempe horum: Ioannis Baptiſtæ *Gottifredi*, Marii de *Vetera*, Leonidæ *Vrſini*, Marii *Patriarchæ*, Philippi Mariæ *Cardaccii*, Ioannis Paulli de *Gaſparis*, Pyrrhi *Alberici*, Mutii de nobilibus *Vitelleſcis*, Alexandri *Mareſcotti*, Lucæ Antonii *Euſtachii*, Ioſephi *Ferentilli*, Paulli Nicolai *Venieri*, Paulli Bernini, Ludovici *Tolomei*, Michaëlis Angeli *Tondi*, Francisci Antonii *Vitalis*, Gaſparis de *Annibalis Molara*, Franciſci Ferdinãdi *Capponi*, Clementis *Matthæi*, Antonii

Ephebi nobiles honoris cauſa ornati ab Romanis.

Cerri,

Cenzi, Alexandri de *Maximis*, Franciſci *Vrſini*, Laurentii *Velli*, Philippi *Gerlupi*, Iuliani *Buzzi*, Iulii *Vrſini*, Vincentii *Columnæ*, Eugenii *Muti*, Auguſtini Antonii *Fu[illegible]ei*, Gaſparis *Orici*, Ioſephi *Buccapatulii*, Angeli *Mandoſſii*, Fabricii *Vallati*, Ioannis Iacobi *Arigoni*, Dominici *Arigoni*, Iulii *Pinei*, Petri *Cremo*[illegible], Ioannis Baptiſtæ *Antaldi*, Antonii *Botticellæ*, [Fr]anciſci *Bonelli*. Hos populus Romanus pro e[qu]ebis pontifici exornaverat, veſte variâ, ex auro, ſericoque albo contextâ; ſubligar illis *femorale* cum *tibialibus* planè connexum conſutumque erat: hæc tamen holoſerica alba, iſtud argento & ſerico intextum, virgato lucebat auro; *calcei* ex aluta alba facti, corrigiâ niveæ roſæ, ſed centi foliæ, cum acanthiis aureis, florem præferente, vinciebantur. *paludamenta* eorum, ſive manicatæ chlamydes, ex holoſerico villoſo, nigro, fulturam habebant è ſerico argentoque contextam. gladii & pugiones inaurati vibrantes laminas ſuas vaginis pretioſiſſimis abſconderant, foris tamen ab ſe canebant, cujus honori inſerviretur; pontificis inſignia, *Stellam, colles, querbum*, oſtentando. capitum tegmina *pilei* erant, Hiſpanum in modum rotundi, holoſerici, nigri, circulari margine, curto; ſpiris auro gemmâque plurimâ radiantibus; plumâ nivibus candidiore. his tegminibus, dextrâ manu, præportatis non operiebant capita: ſed nudato vertice, pulcreque, ut in parectatis, comati comtique, ante Alexandrum, uno velut grege facto, honoris ejus gratiâ, pedibus ibant, latera euntibus tegebant curſores cum clavis, Fabius item *Celſus*, Franciſcusque *Gottifredus* magiſtri platearum, togis ex holoſerico villoſo nigro, ad genua pertinentibus, induti. Alexander ſeptimus lectica undique aperta, coccini coloris holoſerico villoſo, virgulis, fratillis, clavis aureis exornata, mulorumque albentium pulcherrimè phaleratis bigis injuncta vectabatur. caput pileolo interiori & galero hypeſotide, e[illegible] ſerico (*armi[illegible] raſum*) vocant)

onſe,

1655.

1655. confectis, petaſus ex holoſerico villoſo, puniceo, inumbrabat. calcei pro ſuperiore aluta albens *damaſcenum* habebant, aurea cruce, quam oſculatum itur, inſcripti. manus utraque digitalibus, auri, gemmarumque haut expertibus tegebatur; quarum dextra ſemper negotioſa fuit crucis formandæ in populum negotio, obviisque omnibus benè precandi. reliquum corpus, interulamque ac tunicam interiorem ſuperinjecta talari tunicæ niveæ coloris abolla (*faldam* nominant) & carbaſinum hyperendima contexerant; podere, ſive ſtola de collo in pectus decuſſatim commiſſa, quam aurum & uniones variè exornabant: in parte extima, ubi latior eſt, crucemque adſutam habet, agalmata pontificis fratillosque aureos præferebat. Papæ & cardinalibus interjecti ibant magiſter cameræ *Bonviſius* pontifex *Laodicenſis*, ornatu epiſcopali; pincerna; & epiſtolarum ad viros principes ſcribendarum magiſter; *medicinæ* artis Laurea decoratus ornatu rubeo. tum celſiſſimi ſenatûs purpurati patres, ad numerum triginta & ſeptem in mulis equitabant: quas mulas, operimenta lanea coccineo colore bis tincta, aureo circum fimbrias ornatu, veſtiebant. patribus cuculli erant punicei, petaſi pontificales: anteambulones eorum pars in *Lateranos* jam præceſſerant, pars aderant circum pedes heris ſuis, bacilla gerentes manu, ac bini procedentes. *patriarcha* dein & *archiepiſcopi*, *epiſcopi aſſiſtentes*, *protonotarii participantes* cum palliis, cucullis, petaſis pontificalibus, mulis pontificali operimento inſtratis. *referendarii apoſtolici* complures hyperendima, pallium petaſumque ſemipontificalia geſtabant; mulis inſidebant, atrato ſtragulo coopertis. equitatus, pontificii corporis cuſtos, in duas diſtributus centurias, loricatum pectus, caputque indutum galea; & dexteram haſta armatam habebat, ſagulis purpureis, quæ faſciis cæruleis coërcebantur, erat amictus. tribus vexillariis, uno tubicine conſtabat; duobus præfectis parebat;

bat; quorum præfectorum ſagula perpetuò auro ita conſerta obductaque erant, ut, unde contexta præterea eſſent, nemo homo poſſet perſpicere. aditus ſubmovebant interim; dum huc pompa ducitur, operæ nunquam parcebant ſuæ; alienis è via diſcedendum; ad pompam pertinentibus nunc gradiendum, nunc reſtitandum pauliſper eſſe, monſtrando: infractisque ad eam rem lanceis armati, & perſonas albas induti erant. equeſtris pompæ agmen finiebant nobiles Romani, aliique externi principes, quorum numeri ratio vix putari poteſt; rhedarumque & pilentorum aut quadrigis aut hexippis injunctorum copia maxima ſequebatur. viæ omnes fere è *Vaticano* clivo in Capitolinum, inde in *Cœlium* omni genere munditiarum cultiſſimiæ erant. palatium *prioratûs* Antonii *Barbarini* Cardinalis epiſcopi, & Baſilicæ Petrinæ archipresbyteri juſſu, coccini coloris holoſerico, per unius atque alterius tholi intervallum, ad feneſtras, ad oſtia, ad parietes, ornatiſſimum reddiderant elegantiarum arbitri. Hieronymi *Columnæ* Cardinalis ædibus, quæ ſunt in equi ſternacis equitem dorſo excutientis areæ poſitæ, tapetes, clariſſimam *Ioſephi* ejuſque fratrum hiſtoriam continentes, ad atrii portam, ad luminaria conclaviorum dependebant. aſcetæ *Carmelitani* eccleſiæ transpontinæ exteriorem faciem rubro & flavo *damaſceno* veſtierant: in hujus medio tabella viſebatur egregia pictura pontificem Alexandrum demonſtrans. è mole Ælii Hadriani, quod *caſtellum Angeli*, qui cælo armatus venerat, hoſtibusque, urbem irrumpere volentibus, fugam, adverſum ſtringens gladium, injecerat, nominatur, ſolita cum inſignibus *Chiſianis* atque pontificiis vexilla explicata, vento leni criſpa, in oculos ſpectantium velut undarum agmen incurrebant. muri erant pleni militum, militiæque muneribus præfectorum, de quibus non pauci excubabant in ſepto portis, ut ... dimittique poteſt. in *ſpecula benedictio-*

1655.

Viarum hinc ex urbe Leonina in capitoliũ, inde in Lateranũ munditia & cultus.

nis pneumaticorum chorus modulabatur. infra il- 1655.
los milites è mortariis, pilulariisque incenſo pulve-
re, exploſoque, tonitralem plauſum dabant. *Ælio*
ſive ſancti Angeli ponte Tiberim tranſmiſſis via ſe
aperit per forum argentarium trapezitarum, contra
Iordanum montem, perque *Hyperionis* in *Paſquini*
qui Alexandri magni pugnaturientis habitum l
certis vel detruncatis referre dicitur, ſignum verſ
his locis *Vrſinorum* principum regificæ domus o
currunt, peripetaſmatum, aulæorumque omni
cultu elegantiaque, foris atque intus cultiſſimæ. in
foro ſancti medici & martyris *Pantaleontis* eccleſia
eſt, domum ſibi adjunctam habens; quam *ſcho-* *Scholarum piarum ſacerdotes apud S. Pantaleo-nem.*
larum piarum ſacerdotes colunt, & Chriſtiano popu-
lo veræ pietatis, atque beneficentiæ pluſquam hu-
manæ, opus exhibent; ut egenorum hominum li-
beros, qui minerval dare nequeunt inopiæ cauſſa,
religione ac literis homine Chriſtiano dignis, nul-
lam, niſi futuri ſæculi, mercedem exſpectantes,
gratis inſtituant. inter hos Carulus quidam erat
Mazæus Anconitanus, qui ſe *Karolum* à *ſancto An-*
tonio Patavienſi nominabat, homo eruditus & Ioan-
nis Victorii *Roſcii* Romani, qui ſcriptis ſuis, im- *Carulus à S. Antonio Patavino.*
mortalitate dignis, Ianum *Nicium* Erythræum no-
men inſcribere maluit, neceſſitudine ac familiari-
tate clariſſimus. is ſtudium amabat *anagrammati-*
ſmum, tranſpoſitisque variorum nominum atque ſæ-
pe ſententiarũ literis, dictionem inde conflabat ar-
gumento facili & amœno, quod ſubditis ad acu-
mina *Catulli* & *Martialis* poëtarum *epigrammatibus*,
non minus doctè, quam clarè, interpretabatur.
hic pompæ huic equeſtri, præter ædes ſancti *Pan-*
taleontis ductæ noluit deeſſe, omniaque in hono-
rem Alexandri ſeptimi non minus boni poëtæ
quam optimi maximique pontificis *elogiorum*, *ana-*
grammatum, *epigrammatum*, aliarumque doctæ
mentis compoſitionum implevit, quæ hinc inde
ad parietes tapeteſque affixa, ſummo intellig
tium gaudio legebantur; atque per *vallis plate*

[illegible]no tenore, ad *Cæſarinorum* uſque palatium, per-[illegible]nebant, ex hujus palatii omni rerum venuſtate [illegible]natiſſimi luminaribus magnum coloris molo-[illegible]hini vexillum literas quatuor S. P. Q. R. in-ſcriptas gerens expoſitum viſebatur: feneſtrarum [illegible]fera limina ſericis, holoſericis, deuteromallis, [illegible]gulis, colore ſuaviſſimo imbutis planè ſuper-[illegible]bant. aulæa quantivis pretii, quæ & hiſtorias [illegible]ximillæ, *Scipionis, Romuli, Remi*, aliorumque ur-[illegible]is [illegible]um elegantiſſimè intextas habebant, mace-[illegible]iarum parietumque ruditatem celabant. in *Alte-riorum* foro *Societatis Ieſu* clerici habitantes templi [illegible]ui exteriora, quæ in oculos incurrebant, damaſ-[illegible]eno, calthul[illegible]inoque veſtierant, & Alex-[illegible]ndrum in tabula, depictum huic ornatui, ſub u-[illegible]aniſco, interjecerant, ipſique ſtantes in gradibus, [illegible]um prætervéheretur pontifex, in genua ſe raptim [illegible]xceperant; ut ſalutari dexteræ manus, quam pro-[illegible]ixè beneficèque circumferebat, decuſſi imperti-[illegible]entur. infra gradus autem Capitolii, ubi ſigna [illegible]unt ahenea duorum leonum, aquas clariſſimas a-[illegible]erto fundentium ore, ingens globus Romani po-[illegible]uli militū ſclopetis ſive pilulariis fiſtulis inſtru-[illegible]torum ſtetit, qui lætos, incenſo pulvere, plauſus [illegible]ederunt. *Capitolium* hinc jam contingi poterat [illegible]uod eſt in clivo poſitum inter parvi mercatus, ac [illegible]lud forum, quod antiqui boarium, nunc homi-[illegible]es *campum vaccæ* nominant; culmine aut ſaxo [illegible]arpejo, unde ſceleratis in mortem ſaliendum, o-[illegible]im, pro mulcta fuit, non apparente amplius, ſed [illegible]liis ædificiis aut complanationibus & ruinis ob-[illegible]ucto. prima clivi pars ab ara cæli, & Franciſca-[illegible]is ſoleis ſalignis utentibus occupata, ſcalas habet [illegible]armoreorum graduum ad centum & viginti poſt [illegible]ctonos gradus ſingula, ubi paullum quieſcas, ve-[illegible]ut veſtibula pavimentata continentes. hæ ſcalæ, [illegible]ive aſcenſoria hæc, de vivo marmore, machina [illegible]empore ſancti *Gregorii magni*, quum ingens peſti-[illegible] [illegible], de collectis ac ſtipe Romani po-[illegible]

1655. *Cæſarinorum magnificæ ædes.*

Capitolinus clivus aſcenditur.

1655. Ii, ad honorem virginis genitricis excitata fertur: aram cœli *Auguſtus Cæſar* ante Chriſti ſoteris ortum (id illi uti faceret, auctor & caput *Sibylla* Tiburs Albunea fuerat) naſcituro è virgine Deo ſtruendam, dedicandamque curavit. hoc templo, kœnobioque & ſubjectis hortis poſt ædes Vaticanas, nihil ſpectabilius tota urbe luſtrari meminerant. alterum clivi partem Capitolina area cum tribus curiis obtinuit. in prima, tribunalia ſua habent illuſtriſſimus *ſenator* Romæ ac duo *judices* primarii, alter ab læva, alter ab dextra, ſenatorem aſſidentes. rationes etiam, & quicquid inductum in rationes eſt, hic putari ajunt. in medio hujus curiæ turris eminet, alta, æs campano, quo magiſtratûs ad conſilia vocantur, inſtructa. primæ illi curiæ, veluti ob lævam, obverſatur palatina ſecunda cura; ab eximio architecto *Bonarota* conſtructa; in cujus porticibus ac periſtyliis artificum opificumque Romanorum conſules rem curant. in ſtegis & contignationibus, quò gradatim aſcenditur, conſiliorum & comitii conclavia ſunt; quæ ſigna marmorea, & picturas omni venuſtate conſpicuas oſtendunt. principi curiæ tertium palatium ad dexteram occurrens, domicilium eſt planè novum, in ejus domicilii medio *Marci Aurelii* imperatoris equeſtre ſignum, cui artis & æris elegantia, nulla alia ſive pedeſtris ſive equeſtris ſtatua comparari poteſt, collocatum eſt. in utrâque clivi parte omnia feſtivitate hominum & jocis abundabant. è *mortariolis* etiam pulvis non ſemel crepuit, vexilla autem regionum urbis, quorum auct capita ut magiſtratus nominatim ſupra recenſuimus, ex primi palatii luminaribus & feneſtris ſuſpenſa auram captabant lætiorem. regionis *montium* vexillum erat album tres, montes viroris herbarum ſtirpiumque amœniſſimi plenos exhibens. *Trivii* rubrum cum tribus gladiis. *Columnæ* varium in tribus repagulis, *campi Martii*, cæruleum cum ... à albente. *pontis*, phænicium cum ponte navec

Area Capitolina palatia ſeu curia tres.

1655.

[illegible]yprionis, niveum cum gryphe coccino. *harenulæ* ſive *regulæ*, cæruleum cum cerva lactea. *Euſtachii*, murice tinctum cum cervi capite aurato. *pineæ nucis*, miniatum cum ſtrobylo inaurato. *Capitolii*, ſplendens candore nivali cum draconis atrato capite. *ſancti Angeli*, cyaneum cum ſigno alati genii ſplendido. *ripæ*, ſanguineum cum rota alba. *burgi*, urbis leoninæ, album cum rege animalium [illegible]one aureo, qui armatio argenteo incumbebat jubatus. *Tranſtiberinæ* ſaturatè rubens cum capite leonis aureo. hæc auræ expoſita ex humili ſuſpiciebantur. aſcenſus in *capitolium* finitur inter par illud *coloſſorum*, equoſque marmoreos ac tropæa *Mariana*: quo dum aſpiraſſet pontifex, Fauſtus Salluſtius *ſenator* Romæ una cum conſulibus, aliiſque magiſtratibus, aureâ in togâ, Romæ ac ſibi gratulabundus, eum excepit. nummi argentei in multitudinem projecti; tubicinum atque ſymphoniacorum cantiones longè lateque exauditæ ſunt. deſcenſum deinde fuit in *Septimianum* arcum verſus, proximè ædem ſanctæ *Martinæ*, juxta forum *boarium* ſitam, cujus exterior facies ſignum habebat *Romæ* pictæ, unde haut procul aureis literis hæc inſcriptio legebatur. *Alexander ſeptime, pontifex optime maxime! ſi tua modeſtia triumphales apparatus & arcus reſpuit; non è marmore nec ex ære, ſed pictam Romam vides; antiqua tamen eſt, & temporis, humi, aquæ, injuriis ſuperſtes; feliciſſima, dum tu diceris pater & princeps. Lateranis è ruderibus prodit tuo auſpicio. quod picturæ, uti & bonæ artes, quibus excultus es, & quas excolis, te auctore vigent & exſultant: immò, quæ Romam circumſtant numina, virtus, honor, imperium ſub te auream urbem reddunt & perenniorem.* arcus ille *Septimianus* bina habebat inſcripta Alexandro ſeptimo elogia, quorum unum a ſe habebat, in Capitolium verſus. Senatus populuſque Romanus triumphalem Septimii Cæſaris molem, Alexandri ſeptimi pontificis optimi [illegible] virtutibus conſecrat: uterque in

Septimiani arcus inſcriptio.

1655. *Cæſare Septimio comparatio.*

legatione Germanica famæ ſatis cumulavit: ſed ea ſanguinem ille hauſit, hic purpuram. uterque mori didicit ante mortem, ut vivere docerent: unam ille ſepulcralem ſuam moriturus attrectans, *tu capies*, inquit, *quem orbis terræ non capit*: hic loculum ſibi ſtructum, apud ſe habens, et metitur magnitudinem ſuam: at ille ſero ſapiens nihil profecit: hic plurimum ſibi & aliis; quia maturè. Cæterum, in forum *boarium* verſus erat hujuſmodi: gratulare tibi Roma! in uno Alexandro ſeptimo plures redditos melioris notæ pontifices; *Benedictum tertium* dum adorabatur & flebat: *Innocentium nonum* mortis commentatione; prima curarum: *Pium ſecundum* virtutum ac literarum patrocinio: *Pium quintum* ſanctimonia vitæ: *Alexandrum ſecundum* mercaturam eccleſiaſticam exſecando: *Alexandrum quintum* propter egenos egendo: in his Dei vicarios ac Deum cognoſce, incapaciſſima intelligentia, memoria, ſedulitate, univerſa & ſingula complectentibus. ſubter fornices *Septimiani* perrectum eſt ad *Bellajorum* hortos; ubi nunc ſunt vireta *Farneſiana*, Parmæ ducis: qui dux non modo macerias fictiles atque marmoreas, quibus vireta illa ſepiuntur, peripetaſmatum, ſtragulorumque aureorum & ſericorum, *Abrahami* obedientiam ac fidem ob oculos ſtatuentium, omni genere exornandas, verum etiam ingens ſpatium, domiciliis atque ſepimentis vacuum, præaltis aſſeribus certo ordine poſitiſque humi defixis, ac ſupernè aliis transverſis trabibus, atque tabulis coagmentatis occupandum, atque interſepiendum curaverat: unde periſtromata, aulæaque regibus ipſis haud indecora dependebant. Arcus *Titi* & *Veſpaſiani*, qui *Solymis* fatali & ultima clade affecerunt, nobile par inſcriptionum ſuſtinebat: utramque lectori ſuggerendam exiſtimo. prima erat. Cedete Alexandro, ſupra *Cæſarem* pontifex: verè amor & delitiæ generis humani: & huic forti nihilominus auſteritatis, quàm [illegible]

Titi & Veſpaſiani arcus.

[illegible] rem geſſit ſumma induſtria, modeſtia, fama. 1655.
huic demum aptius, quam tibi, tuum illud elogium: *pontificatum maximum ideo ſe profeſſus accipere, ut puras ſervaret manus.* ſecunda erat. Alexandrum ſeptimum pontificem maximum diu ſuſpivit Romana reſpublica. tantæ molis erat, mundi caput imponere, cui ſeſe ſponte omnis humana majeſtas inclinaret, ut eligeretur deſideratus cunctis gentibus. ab arcu *Titi*, amphitheatrum uſque (Coloſſæum vocant.) *Hebræorum* natio parietes omnes murosque elegantiſſimis aulæis veſtierat, multasq; ex *pentateucho, baſiléwn, & paralipomenwn libris, pſalmis, prophetis* majoribus & minoribus, totoque canone ſententias ac dicta coll gerat, quæ *Hebraicis* literis, *Latinâ* interpretatione addita non ſine voluptate legebantur: agalmata, ſive, ut Itali loquuntur, *impreſa* ſcitè venuſtèque pictæ, non longo ab ſe intervallo ſeparatæ ſpectabantur; arboris, cum lemmate; *& erit folium ejus viride, & in tempore ſiccitatis non timebit:* trium montium, qui lucentiſſimâ deſuper ſtella radiabant, cum omine feliciſſimi carminis; *montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu: in manu ejus fines terræ, & altitudines montium ipſius ſunt:* arcus pluvii, ſive iris à monte ad mare progredientis, cum verſu ex *Iſaia* capite quinquageſimo ſeptimo; *pax pax longinquo & propinquo:* & ex pſalmo ſeptuageſimo primo; *ſuſcipiant montes pacem populo*: & ex Iobi capite vigeſimo ſecundo; *in viſu tuo ſplendebit lumen.* tandem kynoſuræ ſive urſæ minoris, quæ, in cauda eſt clariſſimæ ſtellæ polo ſeu cardini arctoo proximæ; cum indicibus ex Iſaiæ capite ſexageſimo: *non occidet.* ex Iobi viceſimo ſecundo: *vide ſummitatem ſtellarum, quia excelſa ſunt.* ſoliti ſunt Iudæi, veteris inſtrumenti libros kanonicos, ut quidem ſe illorum ſcripturæ [illegible]on habet, pulcherrime conglutinatos conve[illegible] [illegible] pontifici maximo, flexis genibus of[illegible] [illegible] [illegible]um ſit Alexandro affirmare non

Iudeæ gentis inſcriptiones & plauſus.

D poſſum

1655. poſſum referre, quia ſcire ſingula quæ contigerint, in hominis unius poteſtatem vix cadit. narrabo tamen, quid aliquando factum fuiſſe, libri docent. ad montem *Iordanum* pontifex quum pervenit; unus de numero ſabbathariorum Rabbinus totius gentis nomine volumen ſanctum offert, Hebraica voce legem deprædicabundus, ipſumque hortabundus pontificem; ut legem ſanctam venerari, & in honore habere velit. cui reſpondet pontifex his verbis. *ſanctam legem, viri Hebræi, & laudamus & veneramur.* utpote, *quæ ab omnipotenti Deo, per manus Moyſi, patribus veſtris tradita eſt. obſervationem verò veſtram, & vanam interpretationem damnamus, atque improbamus.* quia, *Salvatorem quem adhuc fruſtra exſpectatis, apoſtolica fides, jampridem advenisse docet, ac prædicat dominum noſtrum IESVM CHRISTVM: qui cum patre, & ſpiritu Sancto vivit, & regnat Deus, per omnia ſecula ſeculorum.* in læva ripa *Tiberis*, vicum Romæ habitat gens Hebræa ſingularem; quem portis infra, ſupraque velut oppidum quoddam, claudat, recludat; ne ad ſubita motuum domus illorum aut ſcrinia compilentur. *Ghetto* vocant, in regione harenulæ ſitum. & quum è vico ſuo in urbem, aliove ambulant, non rubentibus galeris & petaſis, uti per cæteram Italiam. ſed flavis, aut involucro certè, ſerico linteove coloris luteî confectis, capita operta gerunt: ut hoc argumento à reliquis nationibus internoſcantur. medicis eorum ad Chriſtianos ægrotantes venire, illiſque medicinam facere, eſt prorſus interdictum. in ſingula ſabbatha, unam poſtmeridiani temporis horam Chriſtianæ exhortationi, quam è Dominicanorum cœtu quidam cucullatus facit, audiendæ debent impendere, in ſacello, quod ſanctiſſimæ divinitatis Triadis xenodocheio injunctum eſt: ubi genus omne peregrinorum, ac ii etiam, qui hoſpitalibus, & valetudinariis valere juſſis, ad ſanitatem iter faciunt, recipiuntur. verùm de Iudæis hactenus. ab amphitheatro illo ſemiruto ...

in montem Cœlium Lateranos uſque non minus munditiæ ornative, quam in ſuperiobus plateis cernebatur. equeſtris ordinis pompæ initium ad Laterani ſe templi fines quum appelleret, campani æris tinnitus, non ſecus ac feſtâ & ſolemni luce, in ejus turri cœptus excitari, eatenus perduravit, quoad pontifex in baſilicam ædem pervenit. interim duæ iſtæ ampliſſimæ areæ templo ſubjectæ, aula, porticus, hominibus omnis ætatis atque ſexus complebantur. extra templum pars in equis, pars pedibus inter cardinalium aliorumque nobilium atque principum rhedas, quadrigas, hexippaque præſtolabantur. qui equeſtrem pompam duxerant, [illegible] um baſilicæ, ita utrimque diſpertiebantur, ut medium iter pontifici maximo, purpuratisque & aliis quibuſdam præcipuis viris vacuum relinqueretur. dum in porticum veniſſet pontifex, è lectica in ſubſtratum aulæis barbaricis, tapetibusque ſolum exſcenſionem fecit. ibi eum cum canonicis Laterani templi (hora erat vicesima altera) *Hieronymus Columna* purpuratus, & archipresbyter Lateranus excepit. Clerici eum tres ante ibant, quorum primus argenteam pelvim cum cruce ejuſdem metalli ferebat: ſecundus pollubrum ſimile ſuperiori, in qua claves binæ, altera ex auro, altera ex argento, confectæ adferebantur: clericorum tertius præfericulum dextra manu, acerram turis ac ſtyracis plenam læva præportabat. crucem tum è pelvi corripiens archipresbyter oſculatum præbuit Alexandro: Alexander continuo petaſum è capite ſuſtulit, genibusque ſe raptim excipiens oſculatus eſt in cruce redemtorem ſuum: eo facto pileum ſumſit holoſerici raſi, tranſiitque in ſeptum illud, ante portam ſanctam, & in ſolium aſcendit pontificale, toto populo è ſublimi ſubter lucentiſſimum ſtellis auroque uraniſcum ſpectabilis. heic *Trivultius* & *Gabriellus* protodiaconi adducte ſe in ſpatia, & pontifici appropinquantes po[illegible] ſive *ſtolam* exſuunt, pileum quadratum,

1655. pileum hyperoticum, ex panno rubente holoſeri-co factum, demunt; *amictum, albam*, cingulum, *ſtolam, pluviale* coloris albi cum cruce & fibula adamantibus radiante; mitram bicornem ſive epiſcopalem vittis aureis ornatam, ipſamque totam auro fulgidam ei reddunt. hoc ornatu ſedet in ſolio. circumſident eum dextra lævaq; ſed reverenter, protodiaconi duo, purpuratorum chorus in ſepto illo quod nominavimus, comparata ad ſedendum ſcamna cathedraſve occupat. præfectus urbis ſive *gubernator Romæ*, orator Venetus, antiſtites ſacrorū, præſules, magiſtratus Romani populi, tum principes nobileſque viri alii ſtantes, ut cuique copia eſt in tanta multitudine, opperiuntur & inſpiciunt majeſtatem Romanam. in throno ſedenti pontifici *Columna* archipresbyter pollubrum, ſeu pelvim, in qua claves inerant, poſitis ante eum genibus offert, additque orationem brevem, ſed appoſitam rei & elegantem. pontifex claves, unam poſt alteram quum attrectaſſet ſigillatim, intelligens duplicem illis poteſtatem, unam ligandi, alteram ſolvendi ſignificatum iri, reponit in pelvim ſingulas, breviterque orationi archipresbyteri, haut diſpari acumine, elegantiaque reſpondet. dum id fit, ornantur cardinales pro ſuo quiſque loco & gradu; mitras bicornes capitibus induunt. eæ cunctæ ex albo Damaſceno ſerico erant. archipresbyter vero in locum ubi ſe recepiſſet ſuum, ſenatus Kanonicorum, cunctuſque clerus ædis Lateranæ, pedem pontificis oſculatum adducitur. poſt oſculationem hanc in templum verſus è porticus ambulacrive ſepto progrediuntur, eo prorſus ordine, quem ſupra poſuimus. pedibus ivit hanc viam Alexander ad uſque aheneas baſilici templi valvas, unde haud longule inſcriptio, adfixa legi poterat. *Septicolli urbi ſex montes in Cœlio monte ſublimatos* Capitulum Romanum *gratulatur, quoniam ſuſcipient montes pacem populo, & colles juſtitiam*: & rurſum altera: *Alexandrum ſeptimum pontificem maximum, ſponſum à* [illegible]

[...]o ſancta ſua Lateranenſis eccleſia, univerſali urbis & orbis exſultans gaudio gratanter excipit, reſtitutorem ſuum tertii Alexandri in Lateranenſi concilio auſpiciis illuſtrata veneratur. in templi veſtibulo *Columna* purpuratus eccleſiæ ſuæ pontifi[c]ique rurſum præ[st]o erat; ac præfericulum & acerram tenens petivit pontifice, [t]us imponeret prunis, ac benediceret: [quo] facto; præfericulum attollens ac demittens ter[t]io pontificem gratis odoribus velut aſperſit, aquam deinde certis precibus procuratam, ut ſeſe irroraret, obtulit; & circumſtantibus aliis ex pura undâ ut levis ros implueret, fecit. pontifex autem portatoriam receptus in ſellam, famulorum ſuorum rubra tiara veſte ornatorum humeris in templum defertur. bini circum pedes famuli, alter ab dextrâ, alter ab ſiniſtrâ parte, ſingulum flabellum gerebant, ut æſtu in tanto ventulum ſudanti facerent. ipſe interim perpetuo ſacrum decuſſem dextera informans benè precabatur populo. uraniſcus octophorus ſupra ſellam expanſus erat, quem templi ejuſdem flamines deportaverunt. ubi ad ſacramentum altaris in aram verſus appropinquatum eſt, omnes in genua procubuerunt. pontifex è ſella continuò aſſurrexit, corpuſque poplitibus excepit, & preces fudit ardentiſſimas. mox, ubi ſellam repetiſſet, ad aram principem, cui maximorum orbis terræ principum *Petri & Paulli*, duas inter ſanctorum *Ioannis Evangeliſtæ*, & *Ioannis Baptiſtæ* quantivis pretii ex argento ſtatuas, capita ſunt incluſa, deportatus eſt. ibi exſcendit, ſubmittit genua, orat, accenſis lucernis divina illa capita ſpectandum illi, [qu]iſque exponuntur. quum vidiſſet ea, flexiſque [ge]nibus adoraſſet, in ſellam ſe denuo contulit; Ambroſii Auguſtinique laudatricem ſanctiſſimæ triadis cantionem, chorus muſicorum pontificius læ[tiſ]ſime incohavit, aureſq; hominum & animos implevit hilaritudinis. inde porrò in [Eu]chariſtiæ *ſacellum* reportatus, flexis genibus oravit in *orcheſtra* fla[...]li ſive in *choro Kanonicorum*, dignus 1655.

1655. gnus tanto ſacerdote erat, excitatus thronus huc per tholum ſive teſtudinem cameratam (*tribunam* vocant) è regione altaris maximi aſcendit; ibi, cardinales adorationem ſolitam quum perficerent, pleno cantatum choro eſt: *ecce ſacerdos magnus; qui in diebus ſuis placuit Deo, & inventus eſt juſtus, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio*: quod carmen divinæ literæ in Eccleſiaſtico, partim *de Simone Oniæ* filio, capite quinquageſimo; partim de *Henoch* & *Noë* capite quarto & quadrageſimo prædicant. inde ex throno deportatur ad altare maximum, ubi tot lucernæ lucent: ibi ſella degreſſus, in poplites dimittit ſe, deum precabundus; ut ſibi, ut populo Romano ſalutaria [illegible] pontificatus ſui initia; ſurgit, oſculum figit aræ medio, & ſolemne donum, crumenam aureis nummis, qui *gentilitia* ejus *ſigna*, & *Alexandrum nomen*, & numerum *anni*, quo factus pontifex eſt, impreſſa habebant, refertam aræ eidem quum intuliſſet, gravi canit voce: *ſit nomen Domini benedictum*, phonaſcorum ſubdente illi choro: *ex hoc nunc & uſque in ſeculum*. pergit ille cantabundus hæc verba: *adjutorium noſtrum in nomine Domini*. reſpondet chorus: qui *fecit cœlum & terram*: ſimulque crucis ſpecie ter ducta, bonis ominibus circumſtantes, veluti miſſos facit. canitur continuò tubis: pontifex ſellam repetit, in *palatium Lateranum* porta, quæ ex æde illuc recta ducit, infertur; venit in ſalutatorium conclave majus, paratum ibi ſolium inſcendit: ſecuti pontificem maximum alii pontifices, quos cardinales, epiſcopos, antiſtites, præſules, nominantus, ſedilia ſive cathedras ſibi poſitas occupant: *Aloyſius Caponius* presbyterorum è purpuratis princeps, cum *hypodiaconis* apoſtolicis, auditoribus *rotæ*, *acoluthis* ad ſolii pontificis maximi infimum gradum ſe deportat, ibique ſtans *Litaneias* præcinit: illi canentes quoque ſolemnia reſpondent. accedunt deinde purpurati patres ad ſolium, non facto grege; ſed ſinguli, in [illegible]

[E templo ſubeunt in palatium Lateranũ.]

1655.

[S]ummitris, ſed apertis, *presbyterium*, uti vocant, *ſolitum*, id eſt aureum & argenteum nummos injectos excipiunt, dextramque pontificis manum oſculati, iſtuc, unde venerant, revertuntur. quanto verò quiſque plura munia, & honorum perfunctiones ſuſtinet, tanto quoque crebriores in ſinum ejus nummi devolant. presbyterio ſive mercede nummorum acceptâ, in *ſpeculam* aſcendunt *benedictionis*, è quâ non modo bonæ preces, in circumfuſum ei moli populum, ſed antea etiam argenteaque numiſmata jaciuntur, id ab ærarii præfecto purpuratisque patribus fit. pontifex crucis ter iteratæ ſigno, miſſum facit populum. pœnarum omnium propter vitæ anteactæ commiſſa in flammis piacularibus alioquin exſolvendarū remiſſio indulgentiaque publicatur, atque impertitur præſentibus. id fecit Latinis verbis *Trivultius*, Italicis *Gabriellus*; domoſque cum gratulatione omnium maximâ & plauſu diſceſſum eſt. nemo enim dubitabat, quin iiſdem artibus geſturus pontificatum eſſet, quibus eum acceperat. inter tubas, tympanaque & æris campani non temerè tinnientis tota urbe ſonitum, exploſoria militum inſtrumenta balliſtæque majores nitratum pulverem ſæpe ſæpius crepabant. hunc verò tormentarius librator in caſtello ſancti angeli, quum auribus accepiſſet ſonitum, & ipſe plauſu tonitrali affremuit ex diverſis tormentorum fiſtulis atque tubis edito. pontifex in proximum ſalutatorio conclavi triclinium conceſſit. ibi ei ornatus, quem induerat antea, demitur. pileum hyperoticum, pileum quadratum, utrumque ex holoſerico, nudato ejus vertici reddunt cardinales. tum placuit ei ſecedere in aliud conclave, ubi amiculo byſſino exſutus lecto ſe commiſit; & ſopore paullo aut quiete feſſos irrigavit artus. id ubi factum, reſumto podere, id eſt ſtola, gradatim ſcalas deſcendit, & in ſellam geſtoriam denuò ſe retulit, ut per vicum *Longaram* [...] olim dicta fuit, domum reportaretur.

miſſiles nummi populum

1655. taretur. nobiles ac principes viri, nec minus po-pulus Romanus, quemadmodum ſuprà docui-mus, domos jam abierant. purpurati ſacerdotes, aliique antiſtites & præſules honoris causſâ in Vaticanum palatium proſecuti ſanctiſſimum pa-trem ſunt, dictâque & acceptâ ſalute revertêrunt in ſua; dimidio circiter horæ poſt quartam viceſi-mam. Dici verò non poteſt, quantum in gymna-ſiis atque ſeminariis, quorum plena urbs eſt, à Gregorio tertiodecimo pontifice, reliquiſque tum purpuratis eminentiſſimi ſenatûs patribus, tum ſacratis Deo ac doctis viris inſtitutorum, lætitiæ atque gratulationis inceſſerit. Ieſuitici, Nardini, Capranicenſes, Illyrii, Germani, Angli, Scoti, Græ-ci, Maronitæ, Armenii, Æthiopes; tum illi qui ex Hebræorum Turcarumque familiis in ovile Chri-ſti cotidie ducuntur, propriumque haut longè ab ſanctæ Claræ cœnobio, inſtar collegii, domici-lium habitant, maximis, Alexandro pontifice con-firmato, gaudiis implebantur. ut interim de *ſapien-tia* domûs (Romanæ hoc eruditionis diſciplina-rumque omnium, quà phyſicæ, ac civilis, quà Theologicæ & oratoriæ, Græcique & Latini ſer-monis emporium eſt) frequentatoribus nihil commemorem, Camœnæ, artesque liberis ho-minibus dignæ, linguæ omnium nationum, pie-taſque cuncta & religio, poſt luctûs ac mœroris a-tram hiemem, velut inito vere gratulari ſibi, ac refloreſcere continuo per urbem viſæ. Simul au-tem de *Fabio Chiſio* in Pontificis *Innocentii* locum ſuffecto in *Germaniam*, reliquaſque partes Europæ allati ſunt nuntii; erecti gaudio omnes congratu-lari invicem ac dicere, neminem hominem in Chri-ſtiana Republica fuiſſe, ad cujus curam ea digni-tas melius demandari potuerit. hunc virum im-mortalibus atque mortalibus æquè gratum, cun-cta in commune pacis bonum conſilia, negotia-que toto pectore converſurum, ſibi perſuaſerant. *Weſtphalici* nationes circuli mul[illegible]

Collegiorũ omnium ſodales lætantur de Alexandro.

[illegible]ius lætari, quod hunc Pontificem duodecim propè annos perpetuos, aut *Coloniæ*, aut *Monaſterio-poli*, aut *Aquiſgrani* commorantem, hoſpitio excepe-rint; patientiæ, integritatis, conſtantiæ ejus im-mortale ſpecimen oculis ſuis animiſque adhuc impreſſum retineant. Illos etiam, qui Romanæ Eccleſiæ ritus, Pontificiumque nomen horrentes, alienas rectæ fidei ſententias amplexantur: in con-feſſionibus, in circulis, bene de Alexandro & ſen-tientes & loquentes audire erat. Batavi præſertim qui politioribus literis, & morum facilitate capiun-tur, quod eorum legati in *Weſtphalia Chiſium* no-viſſe cœperant, initia Pontificatus ejus, carmini-bus & verſibus celebravére. *Adeò quidem virtus ho-ſtibus juxtâ, ſociiſque, ſi in conſpectum venerit, jucun-da mirabiles ſui amores excitat, eumque, in quo ineſt prædicabilem omnibus facit.* Egregiis munerum fun-ctionibus antea inclaruerat Alexander: *Ferrariæ*, prolegatus, pacis componendæ ad Rempublicam Venetam legatus à latere: *ad Rhenani tractus* Ca-tholicos Principes Nuntius extraordinarius. Pacis totâ Europâ componendæ Pontificis nomine ſe-queſter *Monaſterii* fuerat. His accedebant in geren-dorum omni genere negotiorum dexteritas & vigi-lantia: in providendo circumſpectio, in alloquen-do humanitas, in conſulendo integritas, in perfi-ciendo aſſiduitas, in exſpectando tolerantia, in pa-tiendo animi æquabilitas: ut ſingulæ univerſæ-que virtutes in hominis unius nutricatum ſe de-diſſe viderentur. Et revera tali opus eſt Eccleſiæ viro, qui diutiſſimam vicariatus Chriſti poſſeſſio-nem habeat, ut ſub unius fidei tutelam Chriſtia-num genus univerſum congreget, contraque Tur-cas debellandos hortetur. *Ioſeph Maria Sanfelicius Archiepiſcopus Conſentinus* (quem in Apoſtolica Le-gatione ad Rhenum *Chiſio* ſuffectum ab Innocen-tio X. fuiſſe alibi docuimus) quum patrum in con-clavi ſtudia diſtrahi, nuntiis, literiſque multorum [illegible] Chriſtianæ Reipublicæ deeſſe vide-retur.

1655.

Homines ab Eccleſia alieni, be-ne in Pon-tificem a-nimati.

Nuntius Apoſtoli-cus Rhe-nanus Vir-ginem [illegible] *trem* [illegible]

1655 pretrui retur; voti ſe damnatum ad *Aſprevanam Virginem* quæ in *Bratuſpanto* ſive *Brabantia*, prope *Sichamium* religioſiſſime colitur, ex Vbiis deportat. ibi vota ſua *Deiparæ Virgini* pro futuro Pontifice nuncupata perſolvit: ibi Chriſtum Deum parenti Deo pro Eccleſiæ rebus immolat. nec mora, dum Coloniam Vbiorum inde repetere cœpiſſet, in via literis fit certior, eum in ſummi Paſtoris locum veniſſe, cui ipſe in Germaniam ſucceſſor fuerat datus. accepit hunc felicem nuntium perinde ac debuit lætiſſimè, & Agrippinenſium redux in urbem lætitiæ ſigna per triduum edidit: feſtis ignibus ſub crepuſcula veſpertina collucere juſſis. ejus exemplum tota Colonia certatim ſequebatur: *ſacrati viri* hoſtiis votivis, canticiſque gratiarum; *literati* carminibus, libriſque Alexandri VII. inſcriptis ac dedicatis nomini, Magiſtratus publici, ac cives conviviis, lautè hilareque inſtructis, applaudebant. quibus profani atque ſacri æris concentus interdũ aſſonabat, & innoxia pyræ lætioris flamma per fora, per compita non parvæ urbis, gratiſſimum lumen jaculabatur. Sub idem fermè tempus (æſtas jam inita erat) Chriſti Servatoris tunica, quam illi puero virgo mater inconſutam fecerat, religionis ergô publicè ſpectanda in Treviris propoſita fuit. Diva Helena, imperatoris Conſtantini mater, tria dona in Treviros archiepiſcopo Agricio miſerat, *clavum*, quo pes dexter Chriſti in crucem acti confoſſus fuerat; *ſubuculam* ejuſdem textilem; & Mathiæ Apoſtoli corpus. *ſubucula* ſive *tunica* Domini ſervatoris interior multis ſeculis lucem non aſpexit, altari, quod in adyto templi metropolitani poſteriore eſt, incluſa: donec anno poſt ſeculum ab ortu Chriſti duodecimum nonageſimo ſexto, *Ioannes* primus eo nomine archiepiſcopus & elector Trevirenſis eam recluderet, populoque, & clero ſanctiſſimas reliquias venerabundo, venerabundus & ipſe exponeret. Cæſari Maximiliano primo, ejuſque aulicis, anno ſeculi ſuperioris de-

Tunica Domini inconſutilis apud Treviros Chriſtianis oſtenditur.

decimo, archiepiſcopus *Richardus* viſitandam eam oſtendamque præbuit. *Ioannes* eo nomine ſacrorum apud Treviros antiſtes ſeptimus, anno ab hinc octogeſimo idem aliis fecit. *Carolus Gaſpar Lejus*, qui nunc metropolim hanc gubernat, quum Chriſtophoro *Soterenо* ſucceſſiſſet, *ſubucu*[illegible]*amque*, ne Gallis, quorum amicus erat *Chriſtophorus*, traderetur, diligentiſſimè cum aliis ejuſdem collegii metropolitani ſodalibus, Cæſari dicto audientibus curaſſet, pace imperio reddita eam oſtendere tanquam non perditā voluit. verſicolor eſt, maximè ubi cœlū auramve ſubit, ut tamen veluti ſanguine tinctam purpuraſcere arbitreris. Immanis hominum omnis generis multitudo ex Gallia, Hiſpania, Germaniaque eò confluxerat, tanto ſpectatæ Chriſti veſtis operæ precio; ut multis lacrymis irrigati, humana & mortalia faſtidire, Deoque impenſius conjungi, omnes optarent. pluribus diebus hæc viſitandæ ſubuculæ cæremonia tenuit: Pentecoſtæ feriis, die natali Ioannis Baptiſtæ; Apoſtolorum Petri & Pauli feſtâ luce. Poſt ſolennes initi Pontificatus cæremonias, nihil prius *Alexander* habuit, quàm ut Chriſti regni cives, cum Chriſto rege per pœnitentiæ ſacramentum reconciliatos, Apoſtolicâ ſalute impertiret, omneſque ad precandum ſuperos invitarentur, quàcunque Chriſtianum nomen abſque hæreſi & ſchiſmate per orbem terrarum auditur, Paſtoralis officii literas circummittit: quibus certiores omnes facit: ſe nullo meritorum ſuorum ſuffragio, ſola Dei cuncta moderantis benignitate, & providentia Vicariam Chriſti in terris poteſtatem obtinere cœpiſſe: nihilque non pro ſalute ſibi è cœlo commiſſi gregis, & facere & pati paratum eſſe. *Verùm quàm humilitate ſuâ, viriumque imbecillitate, muneris hujuſce amplitudinem & præcipiendo antea, & jam nunc experiendo, longè ſuperiorem ſentiat: ac licet boni animi curas omnes, atque cogitationes in eo defigere velit; quo luctuoſus Reipublicæ Chriſtianæ aſſiduis bellorū motibus tot per annos agitatæ ſtatus*

1655.

Alex. VII Iubilæi literas divulgandas curat.

1655. ſtatus, in tranquillo ponatur: compoſitis inter Principes Orthodoxos diſſenſionibus amiſſa pax Eccleſiæ reſtituatur; tamen quod vani ſunt humani conatus, niſi gratiæ cœleſtis ope adjuvantur; ad conjunctas omnium Chriſti fidelium preces confugere ſe, decreviſſe confirmat; ut evidens Dei numen, hominum piiſſimorum poſtulationibus exoratum: & ſe in ſuſcepti oneris gravitate ſuſtinenda ſtabiliat; & univerſos optata cumulet lætitiâ tranquillitatis. Eum in finem Eccleſiæ theſauros, quorum diſpenſator à Domino ſit conſtitutus in promtu eſſe & in commune erogatos omnibus velle: ac jam nunc pleniſſimam omnium criminum indulgentiam, & remiſſionem (ut mos eſt jubilæi) concedere, elargirique. Eant igitur univerſi; & ſinguli bono animo: ſed qui Romæ ſe tenent, Sancti Ioannis in Laterano, principis Apoſtolorum, ſanctæque Mariæ majoris Eccleſias, cum ingenti ſpiritus ardore viſitent. Qui alibi terrarum degunt, alia templa ſuis locis per Epiſcopos ac Paſtores deſignata diligenter obeant: quarta & ſexta feria, Sabbatoque jejunent. Animos conſcientia ſcelerum confeſſionis arcano purgent: præſentiſſimo corporis Domini remedio contra peccati virus ſe refocillandos curent: pauperum neceſſitates pro ſuis quisque opibus, ac fortunis opitulando ſublevent. Deum conſervatorem precibus quantis poſſunt vehementiſſimis majorem in modum ſollicitent: ut per viſcera miſericordiæ ſuæ fidem Catholicam protegere, ab hoſtium conatibus, & inſidiis defendere, hæreſin exſtirpare, Magiſtratibus Chriſtianis pacem & veram concordiam donare dignetur. Alexandro VII. Pontifici Maximo copioſum gratiæ ſpiritum largiatur, quo imbutus inſtructusque, cuncta conſilia & actiones ſuas ad nominis Chriſti gloriam, fideliumque & animæ ſalutem dirigere valeat. Hæc ſumma precum, hæc jubilæi fuit. ſub literas ſcriptum legebatur: Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XIV. Maij. Pontificatus noſtri anno primo. Literarum Pontificis exemplaria, per orbis univerſi provincias, ubicumque recta fides & pietas colitur, miſſa ſunt. cunctis populis venia & pax cœleſtis nunciata eſt:

[illegible]tis, Germanis, Gallis, Sarmatis, Hiſpanis, Portugalenſibus, quique Africæ, atque Aſiæ immenſos tractus incolunt, veri Paſtoris vocem audientes. In Colonia vero Agrippinenſi (quæ eſt circuli Weſtphalici, ac totius propè Germaniæ ob fidem Catholicam præcipua Civitas) imperata Pontificis & obedientiùs, & majoribus cum ſtudiis fecerunt: quippe *Maximilianus Henricus Colonienſis Eccleſiæ Antiſtes*, quod à Fabio conſecratus & inunctus fuiſſet, omnia majore cum cura, ad hujus Pontificis honorem adminiſtranda paſſim curabat. Templa, quæ jubilæi cauſa inviſerent; *ædes Metropolitana, Sanctus Severinus, Sanctus Cunibertus* nominata ſunt, Feſto die Apoſtolorum Petri & Pauli; ſupplicatio ſolennis ex æde Metropolitana, quinque ſtationibus *(ad S. Pauli, ad Gereonis, ad Mariæ Indulgentiarum, ad Vrſulæ, ad Ieſuitici Collegii templum)* habita eſt. In hac ſupplicatione Chriſti corporis hoſtia, panis ſpecie lucenti cryſtallo incluſa, uranïſco ſuprà cœli æſtum pluviamque defendente, ab *Georgio Paulo Stravio* Archiepiſcopi Vicario, Benedictinorum Patrum Abbatibus, ſeniore Metropolitani ſenatus Presbytero viciſſim deferebatur. *Vinculorum & baculi S. Petri* aliorumque divorum in ſancta civitate capitum reliquiæ, miniſtrorum humeris circumlatæ oſtendebantur; nihilque omninò prætermitti ſinebatur, *quod Pontifici Alexandro ſuo quondam gratiſſimo hoſpiti gratum fore*, cogitando conſequi, aut præſumere Colonienſes poterant. In divæ Vrſulæ quum eſſet ventum, ardentiore multò quàm alibi in religionem itum animo eſt; ibi patrem ſanctum, cum Apoſtolicæ ſedis legatus in Vbiis degeret, ſæpe præſentem fuiſſe; ibi rem divinam puritèr feciſſe, facilè meminerant. Nuncupant igitur vota Superis, & divorum pro ſalutari Eccleſiæ rerum gubernatione patrocinia Pontifici flagitant: ſibi gaudent, Germaniæ gratulantur. Et mihi haud quoque longis inde temporibus *Folcmaropolim* Orientem verſus in Angrivarios Bructeroſque tendenti; maxi-

1655.

Colonienſium in Alexandrū amor.

1655. maximæ voluptati fuit: in oppido tot incendiis ruiniſque, per Heſſiæ ruſticanos ac populares; & hoſtium, per amicorum militum incurſationes, devaſtato propè, in buſtumq; verſo, *Alexandri ſeptimi* ad ſemiruti ejus templi fores, & *nomen & ſalutem affixa* intueri. quàm enim triſtiſſimum accidebat patriæ urbis cadaver aſpicere; tã vehementiſſimè exhilarabat, in medio nationis pravæ atque adulteræ, gentem ſupereſſe, quæ Pontificis Romani, eccleſiæq; ſanctæ decretis nuncium non miſiſſet: quamvis ob id poſtremum omni direptionum, & calamitatum genere, ſimul à propinquis, ſimul ab externis vexata eſſet; quòd Lutheri aut Calvini dogmatibus conſtantiſſimè repugnaverat.

Supplicatio Pragenſis.

Sub idem tempus, quo *Fabius Chiſius Pontifex* eſt renuntiatus, maximæ celebritatis ſupplicationes, *Pragæ* in Bojemia habitæ. *Sancti Ioſephi* (Chriſti infantis nutricius fuit, qui nupſerat *virgo mater*) ſolemnia peragebantur, eſurialibus ex feriis in *Aprilem* poſt reſurgentis Domini ſacros dies rejecta; quò feſtivius atque genialius celebrari ea fas eſſet. hunc divum, civitatis ſuæ cæleſtem veluti cuſtodem ac præſidem, comitiorum decreto colendum *Pragenſes* acceperant ut ſimul artem *Patroni*, ſimul nominis urbis ſuæ originem recordari, & nepotibus commemorare poſſent.

S. Ioſeph patronus Pragenſiũ.

Ioſeph dum vivebat morali vitâ, fabrilem exercendo, ſe alebat ſuſtinebatque. *Praga nominis* etymon ab artis ejuſdem opere deductum, liminis inferi, ſuperive habet ſignificationem: appoſitè in hanc rem à concionatoribus excogitata proferebantur, quæ Ioſephi ſtudioſam & amicam pro clientibus ſuis conſervandis artem, in cælo adhuc florentem oſtenderent; ut cæleſte limen omnibus poſt vitæ mortalis exitum ſine mora pateſcat. *eum communi prece adirent; per eum commendationis aditum, ad Chriſtum redemtorem ſibi quærerent*. ſexus omnis, & ætas, ſummi, infimi, rei ſacræ & profanæ dediti homines; ad litaneias frequentiſſimi affuêre; de ſceleribus [illegible]tiſque

ritè

confeſſi; divino corporis & ſanguinis Chriſti pabulo recreati, publicè ſupplicatum ivere; fortunas, opes, fœlicitatem, omnia ſua, ac ſuorum, *Ioſepho Patrono* in fidem, curamque permiſere. urbani, ruſtici, peregrini civibus immiſti, ad numerum multorum millium viſebantur. in principe urbis templo (*Sancti Viti* nominato) res facta eſt divina. Sub hoſtiæ ſalutaris in ſacrificio elevationem, ſingulæ minores armatorum civium ac præſidiariorum; tormenta quoque majora, iterum atque tertium nitrati pulveris ictu, incenſuque plauſum latè dederunt. Dum ſupplicando proceſſum in vias iretur, aræ complures opportunis in locis ac domibus excitatæ, divini cultus ardorem eximiè augebant. publicatum eſt ſubinde, ut idem quotannis dies viro ſanctiſſimo conſecratus, in perpetuum de hinc religioſus & feſtus Pragenſium civitati ſit. Nunc in eam veteris *Pannoniæ* regionem, quæ *Vngaria* nominatur hodie, paulliſper curſum flectamus; ut, quid ibi rerum hoc tempore geſtum ſit, memoriæ commendemus. Eſt Vngariæ *regni Provinciarum* ingens vaſtitas, in ſexaginta non unius ditionis pagorum ampliſſimos tractus diviſa; *comitatus* vocantur. quorum ſeptem & viginti *præſtantiores Turca* obtinet: quinque & viginti *Cæſar*, Auſtriacæ gentis columen: octo reliquos *Daciæ* ripenſis vel tetraches vel regulus, quem *Tranſſilvaniæ* principem vocant. indictis ergo *Piſonium* Comitiis, convenerunt illi ordines, qui Cæſari dicto audientes ſunt, pars *Lutheri* dogmatis imbuti, pars Eccleſiæ veteris ac veræ conſenſionem retinentes. Hi ex ante diem tertium decimum Kalendas Apriles, in poſtridie eidus Iunias conſultationibus intenti; *ne quid reſpublica, ne quid religio detrimenti caperet*; eò tandem rem inclinavere, ut *Leopoldus Ignatius Ioſephus*, Ferdinandi III. Romanorum Imperatoris filius, cui non ita pridem Auſtria fidem obligârat ſuam, *rex Vngariæ eligeretur*. ante diem ſextum decimum Kalendas Quintiles,

[Margin: 1655]

[Margin: *Piſonium* i. *Preſ-burg.*]

[Margin: *16. Iunii* *Leopold* *Ignatiu* *Ioſeph re* *45. Vng*]

1655. regni Vngariæ ſenatus, ac primores populi [illegible] quentes adfuerunt, *magnates* bene mane in hypocauſto, quod virideappellant; congregabantur. *ſociales, & confœderati urbium ac vicorum*, Provinciali in domo cœtus inibant. Cæſar in arce erat, ad quem legati mox ab utriſque ſunt miſſi, qui ejus voluntatem ſciſcitarentur: *ſe enim per cauſam eligendi regis conveniſſe: atque adeò, ſi cordi ſit Cæſari filium ejus natu majorem in Ferdinandi quarti fratris locum ſublegi, nihil [illegible] eſſe, quin ipſum patris voluntate regem ſibi [illegible].* Cæſar, quum paulum moratus, eorum poſtulatis annuiſſet; ad Leopoldum Ignatium adeunt, *ſi regio munere fungi in Vngaria non nolit*, quærunt. illo accipiente conditionem, legati ad ordines horâ duodecimâ revertuntur, omniaque ſalva & volentia renunciant. applaudentium è veſtigio voces exaudiri cœptæ ſunt, qui *Leopoldum, eo nomine primum*, à ſancto Stephano, qui primus numeratur, poſt fratrem patremque *Ferdinandos*, quintum & quadrageſimum Vngariæ regem, *vita, ſalute, imperio, diu ac feliciter florere, optabant*. inde ſtatim forenſi in turre, ænea tundi tympana, inflari tubæ, tormento è majore ſigno hilarioris crepitus dato per valla, propugnaculaque tonitrus læti, ac fulmina reboare, æs omne tintinnaculum commoveri, nihil totâ urbe muti eſſe. inter hæc ad arcem proficiſcuntur ordines, Cæſaremque & archiducem filium de proſpera electione certiorem quum feciſſent; convivium hilares ineunt; quod *Strigonienſis Archiepiſcopus* lautè inſtruendum curabat. plebs in foro ac vicis, grege multifariam facto conſidens ac læta, diem frangebat: largioribus poculis invicem poſcendo, *bene Regi, bene Cæſari* precabatur: peculiari tibiæ genere quod *Schalmeyen* appellant, aliiſque ludicris ac jocis oblectabatur. undecimo quàm regem elegerant die, alia eum pompa ad regni inſignia capeſſenda deduxerunt. templum eſt Piſonii in *Martini epiſcopi* honorem Chriſto Deo conſecratum; ibi non

[illegible] via eligitur.

Leopoldo I. Vngariæ [illegible] ponitur [illegible]. Iun.

non procul ara maxima, ubi divinas preces canentium chorus eſſe conſuevit, excitata contignatio eminebat, in quam binis gradibus aſcendebatur. ſedes ibidem poſita, holoſerico purpureo, auratoque inſternebatur, quam precioſiſſimi deſuper ex auro, argentoque operis umniſcus obumbrabat. à dextra ſolium *Cæſaris* majeſtati conveniens aſſurgebat; ternis gradibus adeundum. reliqua templi, ſanctorum hominum, quos ſua in cœlum merita vocaverunt, imaginibus & reliquiis adornata, ſatis lucebant: ut ſuus tamen cuique Ordinum per ſedilia, & ſcamna locus, tapetibus illatis, eniteſceret. pro templi foribus, duo ſacrorum antiſtites, unus *Colocia*, alter *Agria*, ſuis decorati infulis, cinctuque Pontificio incluſi, tantiſper manebant: dum veſtibulum attigiſſent ſummi Principes, & luſtrali rore leniter aſperſi, in ſanctioris chori penetralia ducerentur. pompam non pauci adornabant: ſecundum Vngariæ ordines ac proregem (*Palatinus dicitur*) externorum Principum legati ibant: Apoſtolicus Nuntius, aurei Velleris equites, alii. inſignia hæc præferebantur: *corona, ſceptrum, orbis aureus*, cui aureus decuſſis impendebat, quam crucem dicunt; ſancti Stephani (is *Pannonia* regum princeps Chriſto nomen dediſſe fertur) *gladius. pacis oſculanda ferculum.* hæc in aram illata ſunt. decem regnorum vexilla ad utrumque latus aræ maximæ explicata oſtentabantur, *Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Boſniæ, Serviæ, Galliciæ, Sandomiriæ, Cumaniæ, Bulgariaque.* Strigonienſis Pontifex rem divinam faciebat, aliis antiſtitibus in ſanctiſſimi operis miniſteria intentis. Decantatâ per *Hypodiaconum Epiſtola* & *Graduali* phonaſcorum modulis, uti mos eſt, procurato, ex ſede ad aram, ſuis eum ſtipantibus, rex ducitur. pontifex gladium *ſancti Stephani* ab ara deſumtum, regi ad latus accommodat: rex manubrio arreptum, vaginaque eductum adverſus aram vibrando, plus vice ſimplici circumagit, ac raptim in vaginam

1655.

Archiepiſco[pi] Strigo[nien]ſis ſacr[a] opera.

1655. ginam abdit; mox in genua ante *Pontificem* provolvitur. tum haud cunctanter *Palatinus* in ſupremos, qui in aram ferunt, gradus, aſcendere; & clariſſima voce, ſemel, iterum, tertio populum Vngaricum patrio ſermone affari: *Vultis, jubetis sereniſſimum Auſtriæ archiducem Leopoldum, Cæſaris filium vobis regem dari, aut non vultis? ſi quis eſt veſtrum, qui nolit, liberè vocem mittat nunc jam, ſi quid poſtea dixerit, præjudicio habebitur.* adhæc *uno ore populus*, acclamationibus crebris, volens ac lubens, affremuit, *non modo alterum, vivere eum regem ſibi, ex animo precari.* audita populi voluntate, *Pontifex* ab ara *coronam* aſſumit; ac juvantibus in partem aliis mitratis, regio capiti imponit. *ſceptrum*, ſolenni precationum genere adhibito, & *orbem aureum* dat in manus. hoc ornatu in ſedem, unde venerat, redeunti, gratiarum actionis carmen tubarum inter clangores, tympanorumque ſtrepitus lætiſſimè inſonuit. æreis tinnitibus ſacræ turres perſtrepuère: ex arce, è propugnaculis urbis, ultra citraque *Danubium* tormentorum tonitrus exauditi ſunt. *poſt evangelium ſub offertorio* nummos aureos aræ impoſuit rex. cæteris deinde ſacrificii partibus ordine perpetratis, ad *Synaxin* ducitur, & Chriſti corporis hoſtiam, catholico ritu, quum ſuſcepiſſet, in preces verſus, obſecrat cum Deo conjungi perpetuò, & fidei ſuæ populis obligandæ myſteria, rite obire. ad extremum, ubi *Diaconus ire juſſiſſet* populum, ac finito ſacro, ſancti *Ioannis Evangelii* initium Pontifex legiſſet, ſalutis ſigno communitos omnes dimiſit. Cæſar in arcem redit. rex in patrum *Carmelitanorum, excalceati* dicuntur, ædem digreditur: quò ex *ſancti Martini* baſilica pons ligneus pertinebat, rubeo, viridi, alboque panno conſtratus. eo ponte rex in templum deductus, equites gladio per humeros ducto creat. inde mox porta S. Michaelis egreſſus, cum primoribus Hungaris in contabulationem ibi exſtructam aſcendit, fidem ſuam illis obligat, *eorum ſe privilegia, queque in mo-*

Regni inſignia regi admovet.

Rex equeſtri dignitate quoſ ornat.

re apud illos poſita ſint, quàm optimè conſervaturum promittit eo facto tormentorum tonitrua conſecuta ſunt. inde rex ſe in equum ſubjicit, montem, *qui regalis* dicitur, aſcendit, ſtrictum ſancti *Stephani* gladium in quatuor mundi plagas decuſſatim vibrat: *nihil aliud* ſignificans, *quàm ſe & armis ſuis, & virtuti Chriſti, quæ crucis myſterio continetur, regni fines ab omni incommodo, periculoque tutaturum.* ſub hæc, ſemel, iterùmque, ac tertium è *canonibus* tubuliſq; tormentariis, congratulatoria pulveris fulgetra & fulmina mentientis, exploſio eſt facta. quæ dum fit, rex Vngariæ ordinum comitatu circumſeptus, in regiæ ſuæ palatium tetendit, epuloque magnificentiſſimè apparato exceptus eſt, convivis per menſas quatuordecim uno in cœnaculo diſpoſitis. ceterum habuiſſent omnia feliciorem exitum, ſi tumultus inter *Germanos quoſdam* ortus, eum diem nota, ignominiaque non affeciſſet. vino calentibus rixa gravis incubuerat, quæ aliquot nobilium ſanguine conſperſa vix potuit reſtingui. eodē die *Eleonora Mantuana*, quam Ferdinandus ſecundus ſecundo matrimonio uxorē habuit, vidua moritur, Flavianæ extremis procurata. apoſtolorum ſummis *Petro & Paulo*, ſacer dies ab omnibus ubique Catholicis ferventiſſimè, ſed Romæ in primis; novi Pontificis cura celebratus eſt. exhibuit eo die Alexandro ſeptimo Neapolitani regni vicarius albentem equam, cum ſeptem aureorum millibus. ea namque lege *regnum Neapolitanum* à Pontifice Romano fiduciarium *Carolus V.* acceperat; ut ipſe quotannis; & quicunque poſtea in *Hiſpaniæ* regno ipſi ſuccederent, idem munus, eodem die eccleſiæ exhiberent, fidelis obſequii cauſa. Alexander, ne legis contemtor videretur, neve ſuis in Pontificatu ſucceſſoribus quippiam derogaret, ſi de munere gratiam Hiſpano regi feciſſet, Eccleſiæ nomine libenter, & comiter ea dona accepit. ante diem tertium nonas Quintiles, (eæ ſeptimanæ ſunt) *Riſonio abiêre* Cæſar, Imperatrix,

1655.

Fidem ordinibus obſtringit; extra muros.

Mors Imperatricis viduæ.

rex

1655. rex Vngariæ Leopoldus. abeuntes eos ad mille paſſus Germanici itineris, officii cauſa deduxère magnates. crepuſculo veſpertino, *Ebersdorphium*, qui vicus eſt Cæſarius haut ignobilis, duo millia infra urbem *Flavianam* poſitus, palatio ac theriotrophe*i*o auguſtali memorandus, pernoctant. poſtera luce ſine tormentario plauſu *Flavianam* ineunt: ut Ferdinandi quarti obitûs anniverſarium diem ſtrepitu vacuum Chriſtianè, modeſtèque celebrarent & imperatricis viduæ, Catholico ritu, funus exſequerentur. *Eleonora* hæc fuit Mantuæ Dux, *Ferdinandi II.* glorioſiſſimi Imperatoris altera conjux, quæ liberorum nihil ei attulit, ab ejus obitu, continentiſſima fœmina & virtutibus multis orbi cognita; virginibus Thereſianis Parthenonem exſtruendum curavit: in quo mortuæ corpus depoſitum eſt: cor verò *Gratium*, ut ibi conderetur, & primæ Ferdinandi II. uxori, cui *Maria Anna* nomen fuit, jungeretur; eſt delatum. Curtii Comes detulit, quem honoris & cuſtodiæ cauſa prætoriani aliquot milites comitabantur. quatriduum ferme in rebus divinis, inferiarum ejus cauſa, per omnia templa, monaſteriaque abſumtum. interfuit iis quoque Cardinalis Erneſtus Adalbertus Harrachus, qui poſtridie *nonas Iulias Flavianam Româ redux appulerat*. Ab exſequiis ad Imperii curas reditum. Nuntius afferebatur de expeditione Suethica, quæ demum quocumque ſe inferret, tumultus ingentes excitatura videbatur, Cæſar etſi non ſperaret, *Carolum Guſtavum* contra pacis initæ leges quicquam aggreſſurum: ad ſubita belli tamen imparatus inveniri noluit. militum conquiſitionem habere ſuis mandat; arma, tela, comparari jubet; pedeſtrium copiarum, equeſtriumque, vim in promtu eſſe poſtulat. eò ex *Bohemiæ* civitatibus, hæreditariiſque ex provinciis pecuniæ imperatæ, datæque ſunt. *Hiſpanienſes ac Veneti*, Flavianæ militem ſcribere paulo antè cœperant; hos dilectu ſuperſedere, & quod juventutis eſt, ad

Vienna luctus & exſequiæ Imperatricis Eleonoræ.

Cæſar animique ad nuncium expeditionis Suedæ, militem conquiri iubet.

arma

arma tractanda habile, tympani ſtrepitu convocatum, ſub imperii ſignis militare imperat. nonis Auguſti mille *bombardas minores*, quæ à paſſeribus jaculandis, *müſchſcheta* ſive *paſſerarii*, dum inter Belgas primum, ejus tormenti uſus monſtraretur, nominatæ ſunt: *pulveris nitrati* vim immenſam, *pilarum & globulorum*, funiumque ignis, dum priſtina parte incenduntur, ſavillam foventium; ingentem multitudinem deportandam *in Sileſiæ urbes* curaverat. reliqui etiam *Romani Imperii Principes*, qui Romanæ Eccleſiæ legibus dicto audientes ſunt, trepidare & juventutem undique conducere cœperunt. qui nomina Viennæ dederant, in *Moraviam*, *Bohemiamque* diſtribuebantur. magnis interim exercitibus Poloniam incurſabant Suedi, omniaque in ditionem ſuam legitimo rege expulſo redigebant: quo de bello alibi dicemus. *Theodoricus* verò *Cleina* Suediæ regis Conſiliarius, exeunte Auguſto Flavianam venit; ſui regis nomine apud Cæſarem legatus futurus. Paullo ante id tempus, quo Neapolitani regni tributum Philippus quartus Pontifici ſolvit, *Princeps Thomas* Sabaudiæ reguli patruus, ex *Pedemontio* in Ducatu Mediolanenſem exercitum ducere conſtituit. *Mutinæ regulus* Gallicarum partium factus, propè *Vercellas ſuper Padi* ripa munitionem excitaverat; quæ tormentis quatuor, fortique militum manu infeſſa, Hiſpanienſium naves adverſo vel ſecundo flumine adigendas, tranſitu prohiberet. *Tobias Pallavicinus*, ut Gallici auxilii quatuordecim cohortes exciperet, in *Pedemontium* à Thoma ablegatur. hæ cohortes magno Etruriæ Duce non abnuente, in Inſubres facile penetrabant: *Alexandriæ*, *Dertonæque* civium agros populando, in tumultuaria prælia Hiſpanos quotidie vocabant, intuta omnia, infeſtaque circum reddentes. *Princeps Thomas*, cum luſtrato equeſtri pedeſtrique exercitu, armatorum undecim millium numerum effeciſſet; *Feliciano*-*Valentiam* verſus ducit, & ſupra *Baſſinianum* vado flumine

1655.

Sabaudienſes cum Gallis conjuncti,

1655. *Hiſpanos aggredi contendunt.*

flumine pontibus juncto traducit copias, alares quoſdam in *Lumellinum* dimiſerat, & novis è Gallia ſupplementis auctior factus, numerabat jam quindecim bellatorum millia: tormentis viginti inſtructus non longè à *Beragondo* flumen *Ticinum* tranſit. *Inſubrum*, qui morari graſſantem, & reſiſtere invadenti parabant, quingentos facile perimit; in ipſa *Mediolani* ſuburbia procurſationes facit. hoc metu occupati Mediolanenſes quatuor portas obſtruunt, ſacris juxta & profanis uſibus deſtinati homines arma capere ac mœnia tueri jubentur; matres, pueri, virgines, aliaque precio magis quam firmitate ac robore utilia defendentibus, *Laomiſiam* deportantur, ne hoſtium fiant. ſub nonas Iulii *Franciſcus Mutinæ* regulus ſex millia militum cum duodecim tormentis campeſtribus ad *Viadanam*, Padum trajicit. duo extorres *Marianus* & *Tuberna* cum alaribus quadringentis jungunt ſe Gallis; agros Inſubrum, turreſque & palatia igne, ferro, demoliri aggrediuntur. haud procul Ticino urbe cœnobium eſt Carthuſianis monachis cultum; ibi collocuti inter ſe princeps *Thomas* & *Mutinenſis*; duos flumini pontes quum injici curaſſent, urbem ſeriò aggredi, & munitionem, quæ *ſemiluna* dicitur, expugnando obtinere contendunt, obtinentque: ſed non diu. erant *Ticini* in urbe legionarii milites ad numerum trium millium, alarii ſupra octingentos; populares & ruſtici ad duo millia; & quod caput eſt, ſervandæ civitati magnis animis maxima pars intenti: quibus mori æquius quàm vinci videretur. præſidio præfectus, quem *gubernatorem* hodie nominant, erat *Galeacius Trottus* vir ingentis animi, ac perſpectæ fidei, is acie intra portam ſæpe ſæpius inſtructa erumpit, munimentoque recuperato, nunc *Mutinæ ducis* copias, nunc principis *Thomæ* legiones inſigni clade afficit; multis cæſis, pluribus captis. ſed jam tormentarios tumulos hoſtis excitabat, unde urbem mœniaque & turres jacularetur. hi terni erant duodenis

Papia, Ticini obſidio.

Galeacius Trottus Ticinum defendit.

nis inſtructa tormentis, è quibus tanto ardore pilæ ferreæ mittebantur, ut latæ murorum ac parietum ruinæ conſequerentur: ſed quæ improbo *Ticinenſium* labore rurſum oppletæ, ac novis operibus inſtructæ, adverſariorum conatus eluderent. ingens alacritas in repellendo hoſte fuit, magna virtus *Galacii*, cujus fidei, dexteræque urbem *Caracena* commiſerat. is centurionem etiam, qui prodendæ civitatis cum hoſte conſilia iniiſſe dicebatur, inſerto ad murum tigno extra urbem ſuſpendi juſſit. jam cuniculos treis diverſis partibus hoſtes fecerant: duo ex illis ſine effectu fuerunt, tertius ſtragem non parvam dedit, ædificiis magis quàm hominibus exitialem. perpetuæ in caſtra hoſtium per obſeſſos excurſiones factæ ſunt. verum ante diem octavum Kalendas Septembres, qui *Ludovico regi* Francorum dedicatus eſt, quemque religioſo in caſtris otio milites Galli peregerant; ſub noctis crepuſculum obſeſſi in *Mutinenſes* erumpunt, ducentis occiſis, prædaque hominum atque pecudum (inter quas ſeptem & quadraginta boves numerabantur) ingenti præ ſe acta, ad ſuos læti revertuntur. Aſſentaſiæ comes divi Auguſtini, cujus corporis reliquias *Ticinenſes* in eccleſia ſua conditas venerantur, ſolenni die alares ſuos legionariosque inſtruit, ac hoſtium caſtra aggreditur, opera eorum munimentaque dejicit, foſſas, latibulaque exurit; quod armatorum reperit, fundit, fugatque. centum, in quibus agminum & manipulorum ductores triginta fuere, interficit. ſed nullus infeſtior urbi hac obſidione, quàm *Franciſcus Mutinæ* regulus fuit; ut qui ante diem ſeptimum idus Septembres in lunatum ſuburbanæ munitionis opus eruperit; ſed quingentis ſuorum deperditis, ducentis ſauciis factis, ipſe humerum ferreæ pilæ ſtrictu cruente vulneratus diſceſſerit: ac quarto poſt die reſumtis viribus, eadem iterum aggreditur, nullo effectu. magno etiam tumultu ac pudore militibus injecto, qui *Trotto* [illegible] duabus partibus,

1655.

Mutinæ Ducis audacia.

1655.

tibus, *Ticino* ſe erumpente, ordines caſtrorum perturbari patiebantur, deperdiderunt uno octiduo hoſtes ſupra mille & octingentos, partim equites, partim pedites. Tandem ubi, pridie Idus Septembris, exploſiones è tormentis majoribus ad ſexcentas feciſſent; neque quicquam niſi tecta denudaſſent obſeſſorum: morbis quoque per caſtra vulgatis plerique militum incommoda valetudine afficerentur, poſtridie Idus Septembris, quæ *ſanctæ Cruci in altum erectæ* ſolemnes habentur, profectionem, fugæ [illegible] adornare incipiunt: tranſmiſſoque raptim *Ticini amnem Caſale* verſus iter capeſſunt. *Mutinæ regulus* à Mantuano ibi intromiſſus eſt, ut curationi vulneris accepti det operam; petiit verò ſecundum alios *Tobias ipſe Pallavicinus*. tormenta quædam, & ſarcinæ in caſtris relicta, Ticinenſium in poteſtatem venerunt: milites ad numerum duûm millium, vulneribus, & morbis confecti, magnam partem erant Mutinenſium ducis. hi, ut ſui eos miſericordia capiat, rogant *Ticinenſes*; quorum ea benignitas fuit, ut miſeros in urbem vehendos curarent, hoſpitaleſque in domos cum pietate ac fide, miſericorditer diſtribuerent, valetudinis cauſſa. Tanta verò non *Ticini* modò, ſed *Mediolani* etiam, & per Inſubres communiter lætitia fuit, ut propè triumphi adornata ſpecie, gratiæ ſuperis, & laudes, quod *Ticinenſes* conſervaſſent, per omnia divorum templa haberentur. Galli *Aſtam* ſe recipiunt; Hiſpani circa amnem *Seſithem* conſident, ne quid hoſtis incommodi creet, intenti, paratique. *Princeps Thomas*, quum Taurinorum Auguſtæ receptus eſſet, febri corripitur. Inter hæc, Alexander VII. omnia per orbem Chriſtianum animo intuens, quum Romæ, ita res adminiſtraret, ut otioſis & parum frugi hominibus ex aula Pontificia emigrare juſſis, nihil non ad moderationem, æquitatemque reduceret; *Protugaliæ regis* legato ſenatum dat, eumque tuto Romæ conſiſtere, quum feciſſet, omnia ad ſubſtituendos in Africa Epiſcopos,

14. Sept Ticinenſes obſidione liberātur.

Alex. VII. cura & labores pro [illegible]e Chriſtiana.

pos, jura concedit regi. ardentiſſimum pacis inter Catholicos Principes componendæ ſtudium aperit, & has quoquo verſus literas circummittit. 1655.
Venerabilibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Clero, Religioſis Viris, & omnibus Chriſti fidelibus Eccleſiæ Catholicæ. *Venerabiles fratres, dilecti filii ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. è ſummo apoſtolatus faſtigio orbem univerſum noſtras videlicet curas, ſollicitè circumſpicientibus nobis; miſera ſanè, luctuque plena ſe offert Chriſtianæ Reipublicæ facies. ſortem enim Domini, atque ipſius hæreditatem, veris ejectis filiis, alieni ſibi diripiunt. gentes, quas pro Pontificia charitate, in noſtrum, hoc eſt, in veræ fidei ſinum adducere, arctiſſimeque complecti voluiſſemus, hunc ipſum ſinum dilaniare conantur, & ruptis maris, atque ultimis terrarum clauſtris in Chriſti gregem effunduntur. malè denique concordes Catholici principes in ſe ipſos feruntur, & (quæ olim extrema minatus eſt Deus inimicis noſtris, atque iis, qui inſurgunt adverſus nos) ſe invicem depaſcuntur, & proprio ſanguine, quaſi muſto inebriantur. Hæc eadem jam pridem cum tacitè nobiſcum doleremus, viſum eſt ei, qui facit magna, & incomprehenſibilia, quorum non eſt numerus, invitos, trepidanteſque vocare nos ad eccleſiæ gubernacula, atque inclinare in nos onus immenſum, humeriſque quamvis firmiſſimis formidandum. teſtes autem mœroris noſtri ſunt publicæ ſupplicationes, quas, ubi primùm ſummo Pontificatui admoti ſumus, univerſis indiximus. teſtes literæ, quas ad chariſſimos filios, non ſolum Ferdinandum Hungariæ, &* Boemiæ regem illuſtrem, ac in Romanorum Imperatorem electum, *verùm etiam ad utrumque,* regem *dedimus, & quas iterum, cum importuniſſimum adverſarium perinclytæ Reipublicæ damna, toti Europæ funera, ac vaſtitatem inferre meditantem videremus, magno cum animi dolore ſcripſimus, ut eos à mutuis diſcordiis in nefarium hoſtem converteremus, & quas nunc mittimus, eos admonentes, ut dum hiemis interventu tantiſper bellorum impetus reſederit, ad pacem conſtituendam omni conatu, atque opera incumbant. teſtes hæc omnia, unum*

1655. *nam dies, noctesque obverſari animo ſollicitudinem, quoniam ad tanta, ac tam acerba mala ſedanda, nulla niſi in communi concordia reliqua ſpes eſt, hanc omnium cordibus ac voluntatibus inſerendi. verùm quia non hoc humanæ vires, aut terrena conſilia moliri poſſunt, ſed illius donum eſſe debet,* ſuper quem eſt diſciplina pacis noſtræ, qui aufert ſpiritum principum, atque increpat mare, & obmuteſcit; *quantum in vobis eſt* venerabiles fratres ac dilecti filii, *non modò opera, ſtudio, conſilio, officiis, auctoritate veſtra contendite, verùm etiam in oratione, in lacrimis, in jejuniis, atque eleemoſynis, ſcindite* corda veſtra, arripite turibulum, hoc eſt *preces Sanctorum, & medii inter ignem & arſurum populum conſiſtite. Vos qui ſtatuti eſtis cuſtodes* ſuper muros Hieruſalem, *noctu atque interdiu* clamate, *atque eſtote cœleſtis iræ, ac divinæ ultionis placamina.* exinanite *calicem furoris & ruinæ,* calicem, quo potati ſumus, doloris, & tribulationis *meraciſſimæ. Nobis quippe, quibus non prius, tutò creditas oves ſuas putavit Chriſtus, niſi poſtquam iterum, ac tertiò de amoris magnitudine admoniti fuimus* in Petro, *quibus ſolis* Sanctuarium ingredi, *& ante altare populorum preces Deo repræſentare conceſſum eſt, ſeduló elaborandum; ne iraſcatur Dominus, & dicat:* Quæſivi virum, qui interponeret maceriam, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra, ne diſſiparem eam, & non inveni, & & effudi ſuper eos indignationem. *hoc enim habet divina ultio, ut tum maximè altiſſimus ſit exorabilis, & ad lenitatem, clementiamque, hoc eſt ad ingenium ſuum redeat, tum in brachio forti, & manu valida gladium exſertat, ut feriat.* ſint pedes veſtri pedes Euangelizantium pacem, ut conterantur arcus & ſagittæ, atque imperet Deus ventis, & faciat tranquillitatem, *quam per vos præſertim aſſequi vehementer optamus, vobiſque apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur.* datum *Romæ* apud *ſanctam Mariam majorem* ſub annulo piſcatoris die vigeſimo Septembris M.DC.LV. Pontificatus noſtri anno primo. *Natalis Rondininus.* Hæ literæ opti-

mum

[ani]mum paſtoris maximi in oves ſuas animum, ſa-[t]is explicant. exſurgit interim, ex *Belgica* Hiſpanienſi CHRISTINA *Guſtavi Adolphi Sue-[ci]æ regis filia* : quæ ſuperiore anno regni pater-ni poſſeſſio[ne] [re]bus lubens ceſſerat, ut Romanæ ec-[c]leſiæ, qu[am] unicam Chriſti ſponſam agnoſcit, [c]onjungeretur : & ne bello injuſtiſſimo, quod con-[tr]a Polonos ſuus in regno ſucceſſor *Carolus Gu-ſtavus* nefariè coquebat, vel approbatrix vel ſpe-ctatrix intereſſet. illa hoc tempore per ſuperioris *Germaniæ* terras ad *Pontificem in Italia* ſalutandum cogitabat. è Svedia venerat Hamburgum ſub Ka-lendas Sextiles, & virili ornatu ſumto ; calcaribus ad ocreas additis ; petaſo verſicoloribus marginem plumis intecto ; equitis haud invenuſti ſpeciem præferebat. ita ut Ieſuitis ipſis Monaſteriopoli, a-liiſque per Weſtphaliam & Hollandiam impoſue-rit, donec Antvverpiam in Hiſpanienſes Belgas veniens perſonam exiueret. magno in honore fuit apud ſereniſſimum Belgicæ gubernatorem Leopoldum Guilielmum *Bruxellis* ; & illuſtriſſimo viro Antonio Pimentello Hiſpano, aliiſque rei tum ſacræ tum profanæ adminiſtris comitata, vi-ceſimo ſecundo Septembris die *Lovanium* attigit urbem tota Chriſtianitate clariſſimam, & literas ac ſtudia æmulantium altricem. Lovanio *Aſpretam* poſtero die ſub veſperum ad oratorii patres, qui fa-num illud tenent, venit. per *Beringam* deinde, *Bech-tamque* ac *Steinbruchium* vicos *Ruræmundam* urbem appulſa eſt. unde *Herculanum* oppidum Gugerno-rum ſive Iuliacenſium in confinio ſitum, profecta, municipium cœnobiumque *Kaſterienſe* non omi-ſit ; è quo Vbiis vicinior facta per *Coloniam* tran-ſiens pridie ſancti Michaëlis archangeli Rhenum flumen in Divitenſe municipium navi trajicitur, & à magiſtratibus populoque Vbiorum honora-rio è ſenatus cellâ, vino donatur. hinc progreſſa [b]idui manſionem *Sigeburgi* habuit. per ſilvam de-inde occidentalem perque *Altokyriaken*, & *Hache-burgum*

1655.

Chriſtina Svediæ re-gina ex Belgiis in Italiam iter.

1655. *burgum* in *Walmerodium* quum perveniſſet vicum, febricula eam corripuit: è quâ tamen miſſo ex venis ſanguine, brevi convaluit; perque *Limburgum* Trevirenſis ditionis oppidulum, iter cœptum peragens, cum comitibus & ſociis, [illegible]ionis Moguntinæ arcem, cui ab regio lapide [illegible]en eſt *Künigſtein*, invitata, honorificè & amplius excipitur, ante diem tertium nonas Octobris, ac ſequentem diem ibi manens ab Carulo ſecundo avitis Britanniæ regnis exſule, qui autumnales nundinas Francofordiæ viderat, viſitatur; abeſt *Konigſteina* duarum horarum iter ab ea civitate. nonis Octobribus per *Francofurtum* properans, plauſibili tormentorum fragore *Steinheimum* quum veniſſet, ibi [illegible] noctavit. altero & viceſimo Octobris die *Obern*[illegible] ſubſtitit, inde *Vindelicorum Auguſtam* intravit: atque cenſis eo veſperi luminibus, facibuſque curiam luſtrat. altero die, in eandem curiam revertitur, iterum luſtrat eadem, armamentarium quoque, & aquæ ductus miro artificio perfectos inſpicit. [illegible] cuniæ nō pœnitendæ vim, ædi ſacræ non ita [illegible] ædificatæ jam antè obtulerat, quæ *ſancta Crucis* [illegible] ejus ſtructuræ parietes, turriſque eminentiam, ſemel atque iterum prætervecta curru, argutiſſimis oculis emetiebatur; ſed in curia dum illi menſa oſtenditur, ad quam pater ſuus *Adolpus* aſſidens cibum & potionem ſumſerat; vix potuit lacrimas tenere, quas tamen raptim linteo exſiccatas, occultare nitebatur. Erat *Auguſtam* à Bavariæ Octavio *Ferdinando Maria* legatus, vir uſu rerum, & [illegible] ſcientiâ clarus *Rojer* nomine; qui eam *Monachium* invitaret, huic regina, de invitatione gratiam [illegible] facerct, in reverſione, Deo ita volente, *Monachi* [illegible] viſuram, ducemque allocuturam ſe, reſpondit. dum nuntii Romam perferuntur, Chriſtinam in via ad Italiam eſſe; Alexander VII. Pontifex Maximus, *Lucam Holſteinium* Græcis & Latinis literis eruditiſſimum hominem, Bibliothecæ Vaticanæ cuſtodem, Canonicum in S. Petri, & Protonotarium

Auguſtæburgi luſtrat propè ſingula.

Holſteinius Oenipontem mittitur.

1655.

...rium Apoſtolicum, Hamburgenſem, Româ in Germaniam præmittit; qui *Oeniponte* illam oppe...tiatur, ut ibi per pœnitentiæ arcana ab impiis erroribus, more ſolenni, abſoluta, in ſanctæ Romanæ eccleſiæ gre...m, publicè redeat. Oenipontem *Lu...nas* venit, die *Simoni ac Iudæ apoſtolis* feſto. Chriſti...na omnium ſanctorum pervigilio, quod eſt pridie Kalendas Novembres, magnificentiſſimè ibidem introducitur. *Oenipontani* principes duo, Auſtriæ archiduces, & fratres germani, (alter Auguſtanus & Gurcenſis epiſcopus; *Sigiſmundus Franciſcus* nomine, alter *Ferdinandus Carulus*, cum quo nupta eſt ...eniſſima princeps *Anna*, *Coſmi ſecundi* Etruriæ ...gni ducis filia, *Ferdinandi*, qui nunc rerum Flo...ntiæ potitur, ſoror:) advenienti reginæ obviam procedunt; ingenti comitatu, apparatuque honorario. novem enim ac decem tubicines habebant. equeſter provinciæ totiùs ordo; ephippiatis ...atè in armis collucebat. popularium ſupra non...tos fuère, ſub quinque ſignis, ſclopetaria ſu...ectile, uti par erat, honorificè inſtructorum. ad ...um *Cirellum*, qui altiſſimo ejuſdem nominis ...onti ſubjicitur, & duo millia Germanica abeſt *...Oenipotente*, conſtiterant. ſub veſperum, inter buc...inarum clangores, tympanorum crepitus, fiſtularum, tormentorumque tonitrus, hilariſſimè eſt deducta. *Kalendis Novembribus*, quas Kalendas ec...eſia, divorum omniũ honori, qui cum Chriſto in ...is vivũnt, conſecratas præcipuè colit, palam ...*dei Romanæ* addixit Chriſtina. nam per reliquam ...ermaniam diſſimulaverat in vulgus, cujus reli...onis potiſſimum eſſet; ne in tanta religionum varietate hominum oculos, animoſque ureret: nec ſuſceptæ peregrinationis alium finem dicebat, quàm ut ſummum Chriſtiani gregis paſtorem, alloqui & venerari præſens poſſet. *Lucas Holſteinius* binas ei ab Alexandro VII. literas oſtendit; unæ ad ipſum erant, quibus *abſolvendi copia, & in Romana eccleſia ſinum recipiendi reginam ...teſtas ipſi data*,

Quò & Chriſtina magnificè introducitur.

mon-

1655. monſtrabatur: alteræ ad *Chriſtinam* erant: quibus carisſimæ in Chriſto filiæ ſuæ pontifex, ſecundum apoſtolicam ſalutem & comprecationem, ſignificat, *ſibi, ut primum intellexerit, majeſtatem ejus Romanæ fidei candorem, licet non publicè, Bruxellis amplexam, è veterum eluvionum errore emerſiſſe, novamque ſapientiam, in quam nihil inquinatum incurrat, in ea per ſanctum ſpiritum creatam eſſe: tantum gaudii ad intimum animi ſui ſenſum permanaſſe, ut nulla ſit in verbis vis ac magnitudo, quâ id exſequi aut exprimere dicendo poſſit. hanc ſanè multò maximam, cui vix quicquam adjici poſſe videatur, lætitiam, vehementer augere, quod Romam iter ſuſcipiat regina, ut Apoſtolorum tropæa, & fidem apoſtolico ore laudatam, ac ſe etiam, quem licet immeritum Petri atque adeò ſuamet ipſius vice terris præeſſe Chriſtus voluerit, præſens veneretur. hac una re non modò clariſſimorum principum, qui faſces ac laureas triumphales ad piſcatoris, ejuſque ſucceſſorum pedes demittere, ſibi glorioſum duxerint, eam laudes exæquare: verùm etiam ab ipſa rectè ſentiendi, docendique magiſtrâ urbe, veræ ac cœleſtis doctrinæ præcepta facile hauſturam eſſe. at verò, quod non ſine aliqua eorum jactura, qui ſibi inanem ſcientiæ opinionem induerint, & apud ſemetipſos ſolùm prudentes ſint, tantum lumen adhuc ſub modio condatur, debere tandem excelſo è loco omnibus prælucere; quò & illis per exempla hæc, veſtigiaque rectum iter monſtretur. mittere ſe, ad majeſtatem ejus dilectum filium* Lucam Holſtenium, *qui ſibi eximiè carus, domeſtici victus ac menſæ quotidianæ ſocius, & Vaticanæ cuſtos bibliothecæ exſiſtat. hic fidem catholicam ex vetere inſtituto Romanæ eccleſiæ profitenti illi præſtò adeſſet. certiſſimam verò in ſpem ſe adduci ait pontifex, fore, ut regina ab eodem bono Deo, qui tam benignè in eâ ſalutem ſit operatus, inſpirata totis viribus oſtendere laboret, ampliſſimo hoc beneficio ſe non indignam extitiſſe, ſed eximiâ ergà ſanctam ſedem voluntate, atque obedientiâ, religionis Catholicæ ritus perſeveret amplecti, & flagrantiſſimo corde atq; animo comprehenſam veri Dei & eccleſiæ cognitionem perpetuò retineat. miſiſſe Lucam*

Epiſtola Pontificis ad Chriſtinam argumentum.

vel-

veluti alterum ſe, qui cariſſimam filiam paterna ſalute ſuis verbis impertiat, atque è luporum faucibus velut ereptam ovem, in ovile Chriſti reſtituat. ad extremum, *fœlicitatem à Deo impenſiſſimè illi precatur, ut quam in Chriſtina virtutem ipſe fecerit, immortaliter confirmet.* hæ literæ piſcatoris annulo ſubſignatæ fuerant, decimo Octobris die: quas ubi *Chriſtina* acceptiſſet, perlegiſſetque, incredibili modo affecta erga ſanctum patrem, eccleſiamque eſt: ac ſe omnia *fideliter, obedienterque facturam cum inæſtimabili gaudio recepit: Catholicam ſe ex animo eſſe; nihilque malle, quàm id profiteri, atque in oculis, ac ore hominum ponere; quod jam pridem cogitationibus divinitus datis, verum atque decens imbiberit.* Ergo dies huic rei conſtituitur quartus hebdomadis, incidens in ante diem tertium nonas Novembres. templum eſt *Oenipontana* in urbe, duraturi operis fornicibus & columnis obſcurum, ſed ſpectabile, quod Franciſcani *obſervantes*, monaſterio ſuo adſitum, religioſiſſimè colunt. eo in templo, *Cæſarum*, aliorumque *principum* atque etiam *matronarum* quarumdam *Auſtriaci nominis* æneæ ſtatuæ ingentes, corporis totius, atque veſtium & armorum ſpeciem, pro cujuſque dignitate & imperio, dum viverent, exhibentes, ad numerum duodetriginta conſpiciuntur. *divorum* ibidem reliquiæ, gemmis & auro incluſæ, cum debito pietatis cultu aſſervantur. hic locus tantæ rei perficiendæ aptus, habiliſque viſus. quare adventitio ornatu illuſtrior factus, inſignibus ad parietes utroſque tapetibus veſtiebatur. ſedes reginæ excelſior poſita, aræ omnes, pulvinariaque eminentiori ad tantum honorem luce circumfuſa niteſcebant. dum è palatio, in ſacram ædem iter fieret: à duobus archiducibus Oenipontanis *Ferdinando Carulo*, & Sigiſmundo Franciſco in mediū accepta Chriſtina, per contabulatam, & ſericis inſtratam pannis viam incedebat. pro templi foribus *duo abbates* præſtolabantur, qui reginæ luſtralis aquæ guttis conſperſæ, Chriſti ad crucem affixi eicōnem

1655.

Chriſtinæ reſponſum.

Templum Oenipontanū apud obſervantes.

1655. conem oſculandam præbebant. illa genibus flexis reverentiſſimé crucem baſiabat : *Lucamque Holſtenium* in ſecretiorem templi partem ſequens digrediebatur, ſub hymni cantu , quo ſancti Spiritus gratiæ præſentia poſtulatur. inter decimam, undecimamque horam erat, quum profeſſionis fidei verba, genibus nitens, ante ſedentem *Holſtenium*, clariſſima voce recitaret. ex decreto enim ſacroſancti œcumenici concilii, quod contra ſectas, ſuperioris ſeculi temporibus, ab Luthero, Calvino, aliiſque excitatas *Tridenti* habitum eſt, catholicæ fidei profitendæ condita eſt formula ; *quæ Nicæni ſymboli verbis traditiones apoſtolicas adjungit ; ſcripturæ ſanctæ non aliunde quàm ab Eccleſia matre interpretationes petendas docet ſeptem novæ legis, quæ ipſe dominus inſtituit, ſacramenta, cum eodem illa miniſtrandi, apud catholicos uſu, rituque retinet. de peccato , quod Adami crimine omnes naſcendo contraximus : de juſtitia, quam Chriſti virtute, & meritis in baptiſmo induimus : de Miſſa propter vivorum ac mortuorum ſalutem ſacrificio : de præſentia corporis & ſanguinis Domini, in ſalutaris hoſtiæ ſacramento : de ſanctorum veneratione ; de purgatoriis ignibus, de indulgentiarum eccleſiæ theſauro : de unico Chriſti gregis paſtore, Deique in terris Vicario Pontifice Romano : de aliis denique fidei orthodoxæ ſententiis, non aliter ſe ſentire aut credere, quàm ſacroſancti ejus concilii placita ferant, apertiſſimè profitetur.*

Profeſſio fidei Catholicæ

Hæc omnia ſyllabatim recitantem verecundiâ nullâ affecerunt. tam enim cordatè & clarè proferebat ſingula ; ut ab oratione ejus, mentem animi diſcrepare non appareret *Lucas Holſteinius* nihil tum cunctatus pontificali ex libro *Davidis carminum* dimidiatos aliquot verſiculos præcinit, quos canentium chorus, more ſolenni reſpondendo, ex dimidio altero abſolvit. omnibus deinde, ad precandum pro regina Deum invitatis, precatiunculas quatuor, quæ *collecta* dicuntur, recitat. ſumma erat: *ab ſummo Deo mortalibus eſſe omnia ; illum errantibus veritatis lumen oſtendere, ut in viam juſtitiæ redi-*

redire poſſint: illum corrigere errata, congregare diſperſa, 1655.
conſervare, quæ congregârit, illum ad imaginem ſuam, hominem mirabili modo condidiſſe, miſericorditer lapſum reſtituiſſe. daret igitur Chriſtianis omnibus Chriſto dignum in modum ætatem agere: charitatis & concordiæ gratiam ſuo infunderet gregi, ut vero Eccleſia Paſtori dicto audiens, divinæ legis imperata facere ſtudeat. ovem illam lupo ereptam paternâ reciperet pietate: ovili ſuo volens, reſtitueret; ne per cauſam familiæ ſuæ direptæ, inimicus exſultet; ſed è contrario de reddita ſibi filia, mater eccleſia gratuletur. Deus famulam ſuam reſpiceret, ut quod cæcitas & fraus calumniatoris antea detraxit, id ſua illi miſericordia & pietas redonet, quo redditâ veritatis ſuæ integritate, cum ſancta eccleſia conjungatur. hanc precum fiduciam non alterius, quàm *Chriſti* filii ſui nomine apud *patrem Deum* valere optat. tum, ut *parcat illi Deus, & ab omnibus peccatis ſuis eam abſolvat, ad vitamque æternam perducat,* ſolenniter precatus: verbis Apoſtolica auctoritate conſtitutis, in eccleſiæ Romanæ gremium eam recipit. His ita compoſitis, canticum pſalmi reſurrectionis in finem, qui pſalmus eſt quintus & ſexageſimus, tale initium habens: *Iubilate Deo omnis terra*; feſtivâ omnium voce, inſonuit: concio Germanica, per Ieſuitam eccleſiaſten archiducalem habita eſt: rem divinam *Holſteinius* perfecit, Chriſtum Deum in âra, panis & vini ſpecie præſentem exhibens, & epulari facrificio abſumens. eo peracto: hymnus eucharíſticus ſive gratiarum trino & uni Deo actionis, quem ſanctiſſimus *Ambroſius*, cum *Auguſtino* ad meliorem frugem converſo in ſimili prope argumento Mediolani, ex oraculi divini ſanctique Cypriani ſcriptis compoſitum, alternis cecinere, ſymphoniacorum voce ac manu deproperatus eſt. lætitiarum omne genus per valla, ac vicos urbis increbruit: ſexaginta muralium tormentorum tonitrali ad plauſum crepitu accedente. per averſam deinde conventus *Franciſcanorum* partem, in palatium rediere, publicéque epu-

1655. lati ſunt *regina*, & archiduces. Cæſar eodem, ut ſuis verbis regina ſalutaretur, *Strotium Comitem*, ablegaverat. poſtera die, in domo ſocietatis Iesu Patrum, poſt auditum in templo eorumdem, Hoſtiæ incruentæ, quod precibus fit, ſacrificium, convivio interfuit *Chriſtina*; eo ſobriè hilarèque peracto; ludos ampliter ab archiducibus inſtitutos frequentavit. hos ludos ut quàm amœniſſimè celebrarent, imperii hiſtrici è Venetiis præſides arceſſiti fuerant, qui eos ſumma omnium voluptate adminiſtrârunt. Hæc dum geruntur, duo præcellentes viri, ab Alexandro VII. *Tridentum* ablegati ſunt, qui ibi reginam, eo, quo par eſt, cultu ac honore excipiant. Veneti quoque per imperii ſui ditionisque terras inceſſuram officioſiſſimè deducendam curavêre, ac per ſuos verbis ac muneribus, ut dignum fuit, coluerunt. octavo Novembris die *Oeniponte* diſceſſit: in urbe Tridentina, quam ex ſeptemtrionibus Atheſis alluit, à *Carulo Emmanuele Madrucio* civitatis epiſcopo & principe, regalem in modum habita, deductaque fuit. Veronam deinde Mantuamque & ejus ducatus regionem ingreſſa, licet incognita quaſi haberi vellet, maximis tamen honoribus atque muneribus culta fuit. viceſimo altero Novembris die, quum in pontificis Romani terris pedem ponere cœpiſſet, apparatiſſimè, quàm quiſquam ullo tempore mortalium, excipiebatur, vehementer enim cordi erat *Alexandro*, omnia in illuſtri loco poni, quæ propter *Svediæ reginam*, non regiis animis, non muliebri ſpiritu inflatam, magnæque fortunæ poſſeſſione cedentem, opera adhibeentur: ut alii quoque exemplo hoc invitati, ab erroribus impiis revocati ad verum Chriſti ovile ducerentur. quatuor, & virtutibus inſignes, & cæteris eruditione præſtantes viros, ad eam allegat: primus erat *Bentivolius Ferrarienſis*, infidelium archiepiſcopus. ſecundus, Ravennæ archiepiſcopus, *Turregianus* nomine. tertius, *Caracciolus* Neapolitanus, apoſtolicæ cameræ decanus. 4. *Cæſarinus*

Tridentũ Oeniponte adit.

genera

genere & ortu Romanus, apoſtolicæ cameræ clericus. hi comitatu & pulchro & frequenti incedentes, *Padum* flumen navibus trajecti è Mantuano tractu adventantem reginam excipere feſtinant. locus, ubi eam primùm, ſalutârunt, *Melaſa* dicitur. ibi & donum & literas, à pontifice amiciſſimè ſcriptas, adferunt. donum erat ſella, eleganter admodum exornata, holoſerico roſeo cooperta, fimbriis aureis filatim dependentibus, ac mæandro ejuſdem materiæ, auratiſque encarpis picta: quæ à bajulis duobus ferebatur. adjiciunt deinde, id unicè velle pontificem, ut quàm poſſit & benevolentiſſimè, & optimè ab ſuis habeatur. In flumine Pado *Bucentaurus* (navis eſt apparate facta) cum celocium & lemborum ſanè magno numero, ſtabat, huc inſcendit regina, ac ſecundo Pado aliquamdiu vecta, inter obequitantium ripæ feſtivos plauſus, lætoſque *bombardarum* crepitus, ducebatur. Non procul ab *Stellato oppido* exſcendentem è navi, *Ferrariæ* prolegatus excepit, hic nobilium equis vectorum, turmam adduxerat, qui honoris cauſa lapſi ex equis reginam demiſſiſſimè ſalutaverunt. eminentiſſimus *Ioannes Baptiſta Spada* titulo ſancti *Marcelli* ſacræ Romanæ eccleſiæ presbyter, Cardinalis *ſanctæ Suſannæ* appellatus, aliquot millium ſpatio reginæ obviam *Ferrariâ* effunditur: eum circumdant frequentes viri genere illuſtres, in curribus, quos equi ſex trahebant. ut coràm ventum eſt, exſcendit confeſtim è curru *Cardinalis*, & honore verborum debito *Chriſtinam* affatus, ab eadem quoque pari affabilitate habitus, junctis ordinibus *Ferrariam* invecti ſunt. magiſtratus urbis ante portas, veſte *ſenatoria* adornati ſtabant: quorum princeps adventum ejus ſibi ac ſuis gratulabundus, verba fecit. auctorati mercede urbis milites & Helvetici nominis cuſtodes ubique præſtò erant, ac tantiſper exploſiones gratulatoriæ è tormentis, bombardiſque factæ ſunt, dum in ædes, quibus diverti eam volebant, introduceretur. primarium urbis tem-

1655.

Ferrariæ excipitur.

1655. templum primo petebatur, aulæorum omni genere ornatiſſimum; è quo effuſus obviam eſt reginæ; *Carolus Pius*, divæ Mariæ in dominica Cardinalis Diaconus, ſacrorum *Ferrariæ* antiſtes; cujus corpus aurato opere, & pictrice acu diſtinctum, *pluviale* circumdederat; infula precioſiſſima caput ornabat; ſiniſtra manus pedum argenteum præferebat. hunc medium duo *Canonici* complectebantur. *ita* totus in ordines ſuos diſtributus *Clerus*, cum prælato ſibi crucis vexillo præibant. ad crucis aſpectum genua ponit regina, eamque *ab epiſcopo* ſibi oblatam oſculo adorat. in templum euntibus, non longè ſenatus urbis fuit. ſenatorum enim præcipui quadratam, & auleis intextam filis umbellam prætulerant: ſub qua ad limen uſque templi regina proceſſit. muſicorum deinde chorus antiphonam ordiebatur: *Iſta eſt ſpecioſa.* legatus Cardinalis ex rheda quum exſcendiſſet, demiſſo capite, reginam venerans excipit, & ſe continuo ad ſacræ ſupellectilis conditorium confert: ubi veſtes itineris cauſa indutas, exſuit, tunicaque injectâ longiore hyperendima carbaſinum, & palliolum Cardinalitium aſſumit: & Cardinalis epiſcopi præſentiam exſpectat. pontificalibus cum ornamentis in templum reverſus, aſpergillum luſtrali aqua tinctum arripit, ac intrantem reginam eo aſpergit. ſub gratiarum hymni cantu ad aræ maximæ ſacellum, qui *chorus* dicitur, itum eſt. ſtabat in arâ principe, ferculo cryſtallino & aurato incluſa venerabilis hoſtia. ubi verò ad verſiculum iſtum, quo Dei filius compellatur; ut *famulis, quos ſuo ſibi ſanguine comparavit, ſubveniat,* cantus proceſſiſſet: omnes ingenua procubuere. *Chriſtina* pulvinar tapetibus ſuperjectum ponebatur. *Cardinalis epiſcopus* venerabilis hoſtiæ ferculum manibus tenens, populo benedixit: eaque re peractâ, epiſcopali ornatu ſe exſuit, eò loci, ubi antea induxerat: & *Cardinalitio* tantum habitu reſumto, ad *legatum Cardinalem* ſe adjungit: reginam illas in ædes, quæ hoſpitio illi

paratæ

paratæ fuerant, deducit. ad januam aulæ palatii mulierum præcipuarum chorus affuit, ut in sua *Christinam* cubicula deduceret. festa omnia vel in parietibus muriſque vicorum, per quos iter faciendum erat, relucebant. aurium oblectamenta ſymphoniaci, oculorum ſpectacula, hiſtriones ac mimi exhibebant: quos cultus, ornatuſque ad hanc rem, quam agere contendebant, appoſitiſſimus commendabat. *Ferrarienſium* omnis ætatis fœminarum decor, tam præſtinguebat oculos, ut ex ultimis Indiarum terris, uniones, carbunculi, ac quicquid eſt gemmarum, affluxiſſe ad eas videretur. ante diem decimum tertium Kalendas Decembres, *Bononiam* ventum eſt, urbem inter Italicas *doctrinarum ſeminario* clariſſimam, quam, ut *Patavium* Chriſtophorus *Longolius* Belga, & Reginaldus *Polus* Britannus, ſic Hieronymus *Oſorius* Luſitanus, utrique ſuperiorum eloquentiæ laude par, immortali gloria decoravit, quod excolendi ingenii cauſſa eo eſt profectus. *Vlyſſes* autem *Aldrovandus* rerum omnium à Deo conditarum explicator diſſertiſſimus, ibi certam ſedem fixit. in hac academia juris *Pontificii* atque *Cæſarii* interpretes, rerum humanarum, divinarumque profeſſores, ſanctæ linguæ magiſtri & floruerunt olim, atque etiam nunc florent. in hac urbe, ut refert *Iovius* hiſtoriarum libro viceſimoſeptimo, ante centum viginti quinque annos, *Karulus* quintus imperator, biduo ante quam *Romani* principatus aureum diadema ſuſciperet, ferream *Langobardici* regni coronam, à *Modoëtienſibus* iſthuc allatam, *Clemente ſeptimo* Papa imponente, in caput ſumſit. qui reginam hoc tempore ſalutaret, Pontificis nomine legatus fuit *Cardinalis Lumellinus*. quum diverſis rebus opera fuiſſet impenſa; ad choreas ſpectandas ducta eſt, quæ à ſexaginta virginibus agitabantur, omni artis amœnitate lepidiſſimè inſtructis, ornatiſque. equeſtre etiam ludicrum in foro, & accenſis facibus concurſatio fuit. *Bononienſes* cum comitati, ex 1655. *Bononia.*

in ſancti *Petri caſtellum* deduxerunt: ubi prandiſſet, *Imolam* perrexit. duo millia cum Cardinalis eam proſecutus eſt, & ſalutem annam dicens, milites corporis ſui cuſtodes, ad ejus obſequium tantiſper comitari jubet, dum alibi majore numero exciperetur. Ad *Imolenſium* fines præſto fuit Æmiliæ prolegatus, cum aliquot militum centuriis; *Ioannes Stephanus Dongius*, Cardinalis Diaconus ſanctæ Agathæ, idem *Imolæ* epiſcopus debitum honorem illi quoque habuit. inde *Faventiam* epiſcopus eam deduxit. *Forulum* ſubinde *Ceſenamque* ac *Piſaurum* nullo diſcrimine adducta eſt. *Senogalliam* poſt venit, ſed *Piſauri* comicis ludis honorificè culta, & jucundo ſpectaculo adeò exhilarata fuit, ut idem ludicrum repeti *Senogalliæ*, & ob oculos iterum ſtatui poſtulaverit. vir unus erat, cujus humeris alii quatuor, aut quinque impoſiti homines, ludicra exercebant. *Recinetum* inde haut longè abeſt, ex quo *Lauretana* ædes proſpicitur, hæc ut videri cœpta, omnia illi ad pietatis intimæ nutû ſigna exterius cõcordabãt: equis enim curribuſq; remotis pedib⁹ iter factũ. aſcendenti gradus, epiſcopus Lauretanus cũ ſenatu *Canonicorum*, cũ ſacerdotibus candenti lino velatis præſto fuit. ab his in templũ introducta eſt, quo vix ullũ toto orbe, religionis ac venerationis divinæ ſtudio, luculentius reperiri poteſt: cellam enim continet eam, ſive ædiculam appellare mavis; in qua redemtrix humani generis & nata olim, & in id ætatis educta fuit, ut Chriſtum conciperet. in qua archangelus Gabriel cœleſtem nunciũ virgini Mariæ attulit. in qua Verbum caro factum eſt. in qua poſt ſacratiſſimæ virginis illius è terris ad ſuperos abitum, *apoſtoli* rem divinam factitarunt, aram cum cruce ſacris initiatam poſuerunt; *ſacrificio Miſſæ* operati ſunt. in qua *Lucas* pictor monumentum artis ſuæ *virginem genitricem*, collocavit. quæ ſingula dum oculos, animumq; luſtrantis reginæ ſubeunt: gaudere in ſinu, ac gratulari ſibi non deſinebat: quòd, ea,

Ædis Lauretanæ ſumma religio.

ea, de quibus antehac audiviſſet modò, nunc viſu acciperet. matutinis ergò precibus intenta, duas horas facilè inſumſit. ſed ne indonatum eum præteriret locum; *Deiparæ virgini*, & viſitationis ſuæ, & pietatis *mnemoſynon* relinquere voluit. *corona* erat ex auro ſolido, ejuſdemque materiæ *ſceptrum*; illa trecentis ſexaginta & octo adamantibus adornata fulgebat: hoc verò carbunculis centum & ſexaginta totum ſcintillabat. ſtatuam ſanctæ matris, quæ ibidem in ſumma veneratione eſt, pluribus oſculis adoratam coluit. venit poſt *Aſſiſium* ad *ſancti Franciſci*, qui maximum Romanæ eccleſiæ ordine ſuo lumen intulit, viſendum ſepulcrum: eminentiſſimus *Paullus Æmilius Rondininus* divæ Mariæ *in Coſmedin* Diaconus Cardinalis, & epiſcopus Aſſiſias, *Fulginei* eam cum ſuis præſtolatus excepit. jam vero, ut quàm poſſet honorificentiſſime, *Romam* deduceretur, duos à latere legatos pontifex inſtituit, qui ad *Olgiatam* (vicus eſt millia Italica novem, urbe diſtans) ſubſiſterent. hi erant purpurati patres, *Ioannes Carolus Medicæus*, & *Fridericus Darmſtadia Heſſicæ regulus*. *Braccianum* jam pervenerat, & *Olgiatæ* eam prandere velle nunciabatur. comparaverant ſe ad omnia *Cardinales* antè, & nulli ſumtui in veſtiendis, ornandiſque ſuis, ac ſuorum corporibus pepercerant. *Heſſus ad Medicæi* palatium, in rheda proficiſcitur, & quum ad forum ſive aream muliebrem, vulgo *Madama*, ubi flores & plantas venum itur, à Medicæo ſibi obviam effuſo ſalutatus eſſet, jentaculo excipitur ab eodem, in montis Quirinalis eâ parte, cui nomen, *Paulli* ſenatoris cujuſdam aut civis Romani *balnea*, fecerunt. inter exeundum, hæc pompa ducebatur. ante-curſores duo præibant, quos equitum, toto corpore ferro protectorum, cum tubicinibus quatuor, ac duobus chalcotympana pulſantibus, holoſerico rubenti conveſtitis, centuria ſequebatur, his proximi equitabant, duo *Cardinalis Medicæi* tubicines, violacei coloris veſte, fimbriis

aureis

1655.

Sceptrum & corona Lauretanæ virgini dono relicta.

S. Franciſcum Aſſiſii colit.

Pagnanapoli.

1655. aureis adornatâ fulgentes & cum inſignibus heri-
ſui, è textili auro factis, tubas ori admoventes. Sex
alios artis ejuſdem viros, cum uno chalcorympa-
na utrimque ſecus ad equi armos ſuſpenſa tun-
dente, *Landgravius* præmittebat, punicei coloris
panno, & holoſerici violacei ſpiris, auratoque
mæandro circumeunte, amictos. ſecundum hos
Landgravius ipſe rheda vectus eminebat: quem
ephheborum atque circum pedes famulorum, aper-
to capite circumvolitantium turma, obſervabat.
hi omnes rubro veſtitu erant. femoralia brevi, ac
rotundo ambitu concluſa, cœruleis è ſerico liciis,
& latioribus ex auro fimbriis, coercebantur: tho-
races, atque chlamydes aureis per acum pictæ ra-
mentis, effulgebant. horum veſtigia, ephebi duo-
decim inſtitêre, quos *Cardinalis Medicæus* caligis,
tunicisque & palliis, plurimo hinc inde auro in-
ſerto rigentibus atque turgidis, exornaverat. tum
nobilium Italorum, Germanorumque honoris
cauſa ſimul equitantium globus, ſe inferebat,
gemmis, auro, argento, & purpura, diſcolori in
veſte, nitentium. Marchiones deinde Italicæ ſtir-
pis, *Tarquinius Sanctacrucius*, quem octo circum
pedes pueri honorabant: *Paulus Franciſcus Falcone-
rius*, cui octo à pedibus famuli ac totidem ephebi
in equis aderant: duces quoque *Salviatus*, *Lantes*,
Matthæus. nihil ibi obſcuri viſebatur, lucebant
omnia metallo puriſſimo, unionibus, plumis & o-
ſtro, velleribus. tandem *Cardinales* duo, niveis in-
ſidentes equis, progrediebantur; quos *antecurſores*
præibant, non alio, quàm ephebi illorum, veſti-
tu conſpicui, niſi quòd tunicæ manicatæ erant.
poſt hos octo *præſules*, habitu illis convenienti, in
equis apparebant. tum levis armaturæ equites è
pontificis maximi cuſtodia; pone quos, rhedæ ſe-
nis junctæ equis, ſed vectoribus vacuæ una & tri-
ginta, à ſuis quæque rhedariis agebantur. agmen
claudebant omnis generis clientes, & voluntarii,
qui honoris & officii cauſa, ſuum quique patro-

tium atque principem ſectabantur. hoc ordine, *Flumentana* (*populi* nunc dicitur) quum ſe ejeciſſent portâ, ac prope *hortos Iulianos* veniſſent; exequis dilapſi in rhedas ſe inferunt. vix unis Italicis millibus *Olgiata* vico aberant, quum *Antonius Queva* reginæ hipparchus egreſſis Româ obvius fit. hic, inter ſe, plauſibili verborum honore, ultro citroque congreſſi, *Olgiatam* ſimul ingrediuntur. *Cardinalibus* reginæ ipſius rheda, ad inſidendum conceſſa eſt: qua vecti ad illam uſque domum pervenere, ubi hoſpitio *Chriſtina* diverterat. vix nuntius erat allatus, adeſſe purpuratos Romanos: quum *regina*, è ſuperiore ædium parte, gradatim defertur: ſuſceptoſque ampliter *Cardinales*, iiſdem gradibus, in eam domicilii partem, in qua morabatur, ſecum adducit. poſteaquam conſidere, in ſella peculiariter adornatâ juſſi eſſent, ſedenti altrinſecus, ſub uraniſco textili, reginæ, legationis cauſam aperiunt, adduntque; *nihil ſibi in vita jucundius evenire potuiſſe, quàm pontificis maximi mandata implere, qui ſe ad principem, omni ſeculo memorandam, ablegaſſet.* rhedam ſimul adferebant à Pontifice miſſam, in cujus poſteriorem parem ſe *regina* injecit, ab utroque latere ad portulam, altero Cardinalium conſidentibus. fruſtratis eo modo aliis ſpectatoribus, per averſam partem *ſancti Petri in Vaticano*, portâ, quæ *pertuſa* dicitur, intromiſſi, per hortos Iulianos in pontificis maximi palatium ſubiêre. regina, à duobus Cardinalibus in medium accepta, ad *Alexandrum* in conclave ducitur, ſingulari ab eodem gratulatione & honore habita, ad pedum, & manus oſcula admiſſa. dextrâ pontificis parte, ſedes erat magnificè compoſiteque adornata: in eam ſeſſum *Chriſtina* perducitur, ibique horæ quadrantem circiter manet: ſed poſt ternam genuum incurvationem, verborumque honores expletos, à nobiliſſimo Cardinalium pari *Medicæ atque Heſſo*, in id palatii *Vaticani* adducitur: ubi eam hoſpitio diverti volebant; eo facto, & vene- 1655.

ratione

1655. 23. *Decẽbris init urbem.*

ratione debitâ reginæ perſolutâ, miniſterio Cardinalium finis impoſitus eſt, illique ſe ad ſua recepe-runt. dies verò Decembris, tertius ac viceſimus quum appeteret, (is enim ſingulariter excipiendæ in urbe reginæ deſtinatus fuerat) Cardinalium uterque, cum ſuis cubiculorum præfectis, ephebis, ante curſoribus, pediſſequis ad *palatium Vaticanum* in rhedis ſe deportant: quos omnes, iidem illi, qui ſuperioribus diebus in comitatu illorum fuerant, ſequebantur. Cardinales, quum in conſpectum reginæ ſe dediſſent, veneratione illi exhibita, unà cum pontifice maximo pontificiam in rhedam in-ſcendunt, ac per prata, ad *Milvium qui dicitur pontem*, invecti ſunt. Inter hæc diverſà parte, urbi præfectus, cum judicibus, cum publicæ rei admi-niſtris, *Capitolio* adequitant, ubi *magiſtratus Romanus* archaica veſte, ac veteri abolla conſpicuus; rotundis ſed paullum altioribus ex holoſerico teg-minibus, breviter marginatis capita operti, con-junxere ſe ad equitantes. præcedebat centuria e-quitum, majoribus pilulariis fiſtulis; *carabinos vocant*, armatorum. hos in equis tubicines, & mox centuriarum omnium primarii duces, cum nobi-lium turmis pone ſequebantur, tum Romani ſe-natus tympano-tribæ. vicorum magiſtri, judices. vicarii urbis ephebus cum ſcipione, magiſtratûs inſigni, ſenatoris item ephebus, & Conſervatoris puer, cum pileo & baculo quiſque heri ſui. *Vicarius urbis*, & *ſenator*, in medio *Conſervatorem* habe-bant, quos præcurſores, & pediſſequi circumde-derant, rubenti veſte, liciis circum oras, fimbriiſ-que ex auro textili, adornata, juncturæ & ſuturæ indumentorum, aureis mæandris tegebantur, ti-bialia, & maniceæ, coloris citrini erant. ſatellites bipenniferi, quos *hellebardarios* vocant, rubris tu-nicis, ſed licio nigro adornatis fulgebant. mune-rum diverſi generis [illegible]ratores, ad numerum octo-ginta, in vicis & plateis, per quas ducebatur *Chri-ſtina*, ab utraque viarum parte, armati ſtabant. in

areis

areis, in angulis, manipulatim diſtinctæ acies viſebantur. tapetibus elegantiſſimis, externi parietes velati erant. omnia civibus, hoſpitibuſque conferti ſſima, formicarum inſtar, quaſi trepidabant. *ad Milvium pontem*, quo ex ripa Tiberis dextera in lævam tranſeundum fuit reginæ cum ſuis, poſtquam pervenére: demittunt ſe ex equis, & curribus omnes, qui aut equitabant, aut vecti fuerant, advenientiq; Chriſtinæ, humillimis obſequiis obviam effunduntur. cæteris tantiſper ora tenentibus, unus urbis vicarius, reginam alloquitur. *Incredibile dictu eſt fæminarum fortiſſima, quanto animi triumpho, tuum ſibi adventum Romana civitas gratuletur: qua, ſi quid præterea ſplendoris externi afferre in te excipienda poſſet; omni ſtudio, negotioque attuliſſet. Verùm animi noſtri ſpeciem potius quàm aſpectabilem hunc apparatum intuere, & boni conſule. res, quam adducimus modica eſt, animus, quem afferimus, ac noſtra tibi gratificandi voluntas, maxima ſunt. ea accipe.* his dictis, regina gratias comiter egit: illi in equos rurſum ac rhedas inſcenderunt; rhedamque reginæ antecedentes, in vineta uſque *Iuliana* deduxerunt. ibi rurſus mutuis verborum honoribus acceptis, redditiſque, in ſuum conclave regina abiit. qui deduxerant, ad Capitolium ſunt reverſi. *urbis Vicarius* in ſuarum ædium palatia rediit. regina paulũ temporis quieti dedit; ut eo alacrior urbem inire ſtatim poſſet. inter hæc *Farneſius* pontificiæ familiæ & aulæ magiſter, cùm donis urbe egreditur: ea dona erant quatuor. *primum*, albens equa, ſpecioſiſſimis phaleris, & oblongo, è textili argento, ſtragulo circumdata; è quo ſtapedes utrinque argentei dependebant. *ſecundum*, *rheda* è cæſii coloris holoſerico facta, argento circumquaque adornata, ferro ad rotas deargentato, nodis eximiæ magnitudinis aureis, ſex equis juncta. *tertium*, *lectica* ſimili atque rheda ornatu, duobus mulis impoſita. *quartum*, *ſella geſtatoria*, ejuſdem ac ſuperiora dona, materiæ, ab hominibus bajulis, per faſ-

1655.

Urbis vicarii ad Reginam allocutio.

cias

cias è collo penſiles deportata. comitabantur ex
1655. pontificia familia, epiſcopi, archiepiſcopi, proto-
notarii apoſtolici, auditores rotæ, clerici; levio-
rum item equitum centuria, lanceati corporis cu-
ſtodes, *Helvetii.* quum ad *Iulii* hortos veniſſent, deſ-
cendit ex equo *Farneſius*, rectaque in conclave ad
reginam adductus, quærit, *ſi Majeſtati ejus placeat,
ſe cum tota familia pontificia, cuſtodiaque, paratum eſſe,
ut intranti in urbem ſit præſtò, ipſamque in Vaticanum
palatium deducat,* hæc dum fiunt, ornant ſe Cardi-
nalicio veſtitu *Heſſus ac Medicæus* legati; tunicisque
talaribus, linteis amiculis, *pluvialibus* violaceis, *ga-
leris* purpureis ornati, ad ſcalas uſque reginam co-
mitantur. ibi *Farneſius* munera obtulit, *ſellam geſta-
riam, equam, lecticam, & rhedam,* equam ſibi ſtatim
admovendam curat, eamque non divaricatis cru-
ribus, ſed uti matronarum eſt mos, junctis pedi-
Portâ populi urbem ingreditur, bus quum inſediſſet, à duobus cardinalibus in me-
dium accipitur, & *Flumentana* aut *Flaminia*, quæ
nunc *populi* dicitur, adequitat portæ. hanc portam
Alexandri ſeptimi benignitas, celebriorem multò
reddiderat: clariſſima inſcriptione in marmor ad-
dita: quæ FELICI, FAUSTOQUE *Chriſtinæ* jam *catho-
licæ Romanæ,* in urbem INGRESSUI dedicaretur. ex-
tra portam eminentiſſimus purpuratorum eccleſiæ
patrum ſenatus, reginam opperiebatur. ſeniores
propius portam conſtitère. *Antonius Barberinus*,
qui præſidis collegii vices, in ſalutanda regina im-
pleturus venerat, mulo invectus, ei obviam pro-
ceſſit. ingredientis urbem *Chriſtinæ* hæc pompa, hic
ordo fuit, præibant *nuntii reginæ*, quos equitum
centuria ferro undique protectorum, cum iis, qui
tuba canunt, ſequebantur; *legati militares*, *cohors
equeſtris* reginæ corporis cuſtos, cui veſtitus ruben-
ti ex panno, nigris faſciis, aureis circum ſuturas
fimbriis adornato erat quaterni equitabant, &
carabinos dextra manu erectos præ ſe in equis tene-
bant. ſarcinarum deinde; ac impedimentorum
complures currus & muli, quos rubri coloris ho-

loſe-

lo*erico circumdederant, & auro argentoque in- 1655.
textis inſtraverant aulæis, trahebantur. ſuccedẽ-
bãt his, tympanotribæ, ſarcinatores, cubiculariiq;
cardinalium, vidulos ex auro textili confectos,
cum inſignibus herilis imperii præferentes, pala-
tina deinde, domeſticaque nobilitas, *clavatores*,
cum argenteis clavis, tubicines populi Romani,
ingens manus Romanorum equitum, externo-
rumque principum, ac regulorum. in his erant
Carboniani, Gallicanique dynaſtæ, dux *Onanus*, *Ne-
rulanus*, *Gregorianus*, *Prenestinus*, *Strozza*, *Pamphi-
lius*, aliique heroum atque principum filii, novo
veſtis genere, gemmis, auro, purpuraque diſtinctæ,
omnes induti collucebant. ſic enim in excipien-
da una muliere, multi viri concordabant, veluti ſi
omnium communis honos ageretur. juncta ſex e-
quis rheda, mulis duobus impoſita lectica, nullo
inſidente onerata, pompæ magis & decori, quam
neceſſitatis cauſa, poſt viros principes, deporta-
bantur. tum cardinalium *clavatores* in equis, heri
cujuſque famulitium peculiari veſte prodentes,
galeris violaceis incedebant. *ſcutiferi apoſtolici* to-
gis rubentibus; *rei ſtabulariæ miniſtri*, cum plica-
tili cono in equos aſcenſuris comparato, *cubiculo-
rum præfecti*, *advocati conſiſtoriales*, *nobilitatis Roma-
næ, quæ in leviori equitatu cenſetur*, *tubicines*: digni-
tate equeſtri præditi, quorum partem in comitatu
ſuo regina habebat. alios externi dynaſtæ addu-
xerant. *Capitolini tympanotribæ*, *levium armorum
præfecti*, *centuriones Helvetiorum*, *clavatores Pontificis*,
magiſtri cæremoniarum. haud longè à porta aberant,
quum tantiſper ibi moratur Chriſtina, dum *Barbe-
rinus* eam verbis quàm potuit honorificentiſſimis,
excipit. in medio duorum cardinalium, *Virginii
Urſini* & *Vincentii Coſtaguti*, urbem invehitur. *Me-
dicæus* & *Heſſius*, quod ſuæ legationis finem attigiſ-
ſent, debito inter *cardinales* loco & ordine repoſiti,
cum purpuratis fratribus ſubſequebantur. inter
ingrediendum, hic tubicinum cantus, ibi tympa-
norum

1655. norum ſtrepitus; alibi tormentariæ ſupellectilis feſtivi plauſus audiebantur. nec mutum erat campanum. congratulationes hoſpitum, civiumque inuſitatos fœminæ incomparabilis inceſſus admirantium, parietibus; anguliſque reſonabant. à porta Flumentana, curſorio viro præter ædem Iesu nomini ſacram, uſque ad divi Marci, itum: inde rectà *Tiberis* ponte ſuperato, in Vaticani montis clivum, trans flumen atque ædem ſancti Petri perrectum. ad pontem Ælium, *ſancti Angeli* vocant, læto machinarum tonitru ex mole Hadriani ſalutatur. ante fores templi Petrinæ ædis vicarius cum pluviali ac mitra; hierodulo crucem præferente præſtò fuit. ubi planicies clivi deſinit, aulæum ſuper terram injectum erat cum pulvino, in quo genua cruci poſuit, eamque oſculandam accepit Chriſtina. Vaticano in templo non diſpari habita ritu, quàm *Ferrariæ*, *eſt*: ubi in primo excepta fuit, ſub Ambroſiani hymni cantu, ad aram principem ſupplex venit; in qua Chriſti corporis arcanum, ſolemni & illuſtri ferculo, venerationis cauſa propoſitum ſpectabatur. ibi in genua ſe demittit regina, ac non dubitanter; ſed fide quam quiſquam certiſſima, honorem Deo ac homini *in eucharistia* debitum ſolvit. hoc facto, *ſanctæ Trinitatis* aram verſus progredienti, obvii Chriſtinæ fiunt duo cardinales diaconi: quatuor epiſcopi aſſiſtentes: totidem protonotarii apoſtolici, & ſancti hoſpitii magiſter. his comitata, *conclave cardinalium* quum vidiſſet, ac pontificis throno inſidentis pedem oſculata eſſet, ab eodem perinde, ut à patre, excipitur. poſt paulò in hoſpitium ſuum deducta eſt, à ſex diaconis cardinalibus. & jam dies in veſperam inclinabat, quum feſtis ignibus collucere tota *Roma* cœpit, Neronis votum pro incendii Trojæ ſimulacro, ſine noxa, & fraude impletura. vigeſimo quinto Decembris, quo die natalem Chriſti eccleſia celebrat, confirmationis Chriſtianæ myſteria ſuſcepit, & diviniſſimæ hoſtiæ pabulo refecta

eſt,

eſt, ipſo Alexandro ſeptimo ſacrificium canendo peragente, & ſacramenta miniſtrante. rex Hiſpaniarum *Catholicus*, confirmationis ejus fidejuſſor invitatus, per literas fuit. eo abſente, *Ioannes Carolus Medicæus* cardinalis, reginæ præſtò fuit, ipſique *Chriſtinæ, Mariæ, & Alexandræ* nomina ſunt adjecta. erant adhuc inter eos, qui è *Svedia, Germaniaque* Chriſtinam honoris & officii cauſa ſectati fuerant, Lutheranæ hæreſi addicti: hos ab ſe comiter *Neapolim* dimiſit, quòd in ſuo famulitio neminem verſari vellet, qui acceptæ jam, ac datæ ab ſe *Chriſti eccleſiæ* fidei adverſaretur. Priuſquam Roma egredimur, ſilentio prætervehendum non eſt, *fanum genitricis dei*, quod *Paſchalis* ſecundus, exciſa nucis arbore, oſſibusque *Neronis*, quæ ad radices ejus defoſſa erant, ac tumulata, erutis ac in *Tiberim* dejectis, ædificandum olim curavit, dedicavitque, ſanctæ *Mariæ de populo* appellatum, inſigni renovatione hoc anno inſtauratum ab Alexandro fuit. dum cardinalis factus eſſet, ædem hanc ei Innocentius anulo dato deſponderat; ac licet tempore ab illo nihil non ornamentorum & ſacræ ſupellectilis in ſponſam contulit ſuam, partim eo nomine, quod ſponſa erat, partim, quod gentilium ſuorum *Sigiſmundi & Auguſtini* ante centum ac triginta quinque annos viventium, refricare memoriam cum laude poterat; qui ſacellum, quod ædem intrantibus ad lævam manum obverſatur, in virginis Lauretanæ honorem eleganter, magnificenterque excitandum atque inſtruendum apparatu ſuo curaverunt; ut ab eis *Chiſium* vocetur. hoc ſacellum opere muſivo egregiè exornatum, & gentilitiis *Chiſiorum* imaginibus cū leti effigie decoratū eſt, anno, quem gnoma exprimit: Mors aD CœLos Iter. ſacro vati Danieli in eo quoque ſtatuta eſt ex ære novo ſtatua: quam *Fabius* locaverat faciendam. is nunc *Alexander* univerſam templi molem ad ſymmetriam, ad lucem, ad æqualitatem, uti *Ioannes Laurentius Berninus* eques, architectandi maximè peritus

1655.

ædes S. Mariæ popularis renovatur.

1655. tus redigeret, fecit. amplioribusque ad latera feneſtris inditis; columnarum exæquatis baſibus & ſcapis; epiſtyliis ita, ut virginum ſanctarum ſuſtinere ſtatuas poſſent, inſtructis; monumentorum è medio ſublatis tumulis (eorum tumulorum monumentorumve una parte in minores templi ejus cellas; alia in cœnobii Auguſtinenſis, quod templo injunctũ eſt, periſtylium transportata ſunt) ſolo ad ichnographicam regulæ circinique rationem, ex decore, atque eurythmia pavimentato, conſtratoque. in ſiniſtro navis tranſverſæ muro, ubi ſacella ſunt *Ceraſiorum Theodulorumque*, non erat ratæ partis in dexteram reſponſus. ibi ædificati ſunt chori duo, cum fiſtularum plumbearum machinis excellentibus, quæ *organa* vocantur. hemiſphærium, (*copula*) pilæq; in quas incumbit, picta ſunt ab *Raphaele Vanno Senenſi* pictorũ noſtri ſeculi eminentiſſimo. uti verò interiora ædis perfectûs habent oppidò quam elegantes, ita nec humiles aut inhoneſtos aditus inſignes valvæ aperiunt; ſupra quarum veſtibulo conſpicitur hujuſmodi elogium. *Alexander ſeptimus pontifex maximus Fabii Chiſii olim Cardinalis titulari æde ornata, ſui pontificatus primordia, antiquæ pietati in beatam virginem conſecrat.* anno Domini M.DC.LV. Aliud Romæ delubrum fuit, primum *Fortunæ* viriliſ; dein pudicitiæ; id poſtea Dei matris, nunc pœnitentis ab *Ægypto Mariæ* nomen occupat; *genti Armeniæ* ab ritu Katholico non abhorrenti aſſignatum, ubi ſuis ſibi cærimoniis rem ſacram peragit. Pius quintus anno ſeculi ſuperioris ſexto & ſexageſimo diverſorium ſive hoſpitalem domum hic viciniæ *Armeniis* attribuit, in quo peregrini eorum nationis curarentur. in eo diverſorio ſacellum eſt, ubi res divina adminiſtratur. protector ejus cardinalis *Vrſinus Virginius* hoc tempore exſiſtit, qui quantum ejus facere poteſt, juvat gentem; ſed *Nicolaus Oregius* Virginii ſororis filius, quem Cæſarino mortuo, velut alterum ſe in curanda hac natione Cardinalis ſubdidit

Maria Ægyptia tẽplum Armeniis tonent.

ſibi,

ibi, hoc anno maximè illuſtrem hanc domum reddidit, *Martino Longo* celebri architecto adhibito. legitur ibi lapidi inciſa, quæ monumenti ſit vicem, inſcriptio hujuſmodi: *Hoſpitium hoc, quod cum templo ſanctæ Mariæ Ægyptiæ Pius Quintus pontifex optimus maximus*, Katholicis excipiendis *Armeniis* donavit: quodque *plurimorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium patrocinio illuſtratum*, eminentiſſimi principis Virginii, ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis, Vrſini patroni *gloriatur auſpiciis*, *pietate regitur*, *munificentiâ augetur*, Nicolaus Oregius primicerius, utriuſque ſignaturæ *referendarius*, & majoris *præſidentiæ* de numero *participantium* abbreviator, *arâ principe in abſidis medium translatâ*; *balauſtino columellarum ôpere præcinctâ*; *lateritio pavimento ſubſtructo*; *ſacrario condito*; *quietis nocturnæ domiciliis*, *altero pro nobilibus*, *pro pauperibus altero*, *inſtauratis*; *januis in utramque viam patefactis*; *ſcalarum cochleâ*, *ab imo ad ſupremum uſque perductâ*; *cænaculo*, *locíſque aliis peregrinorum commoditati inſtructis*; *ampliorem in hanc formam reſtitui curavit*; publicæ ſalutis anno M.DC.LV. gens verò dicta ex *minoris Armeniæ* regionibus, Aſiæ majoris parte, hoſpes eſt. & *Piromalus* quidam è prædicatoriâ Dominici patriarchæ familia viginti quinque annis in minore Armenia *miſſionarii* titulo moratus fuit, Latinam, Turcicam, Arabam, Perſicam, & Armeniam linguas, præter Italicam, in qua natus eſt, percallens, unà cum *Chryſô* quodam, homine *Armenio*, ſed erudito, cultoque Romam advenit, & hic quidem *Antiverienſis*, ille *Naxivanus*, archiepiſcopi à Marco Antonio Franciotto cardinale in Armeniorum divæ Mariæ Ægyptiæ templo conſecrati hoc anno ſunt. cui conſecrationi divinarum aut humanarum rerum nihil abfuit. Exitus anni ſtatim aperuit, quantopere in utramque partem exempla valeant, nam ut alibi in pejus invitant mala, ita hic ad meliora, Chriſtinæ exemplum, non paucos adduxit. eſt quidem *Italia*, quaqua verſum patet, omnis hæreſeos

1655.

Nicolai Oregii in Armenios benignitas.

Franciſcus Card. archiepiſcopos duos conſecrat in æde Armeniorũ.

Chriſtinæ

1655. Exemplum alii ſequuntur in Romana fide amplectenda.

vacua, ſed tamen dilectuum habendorum, & militandi cauſa, alienæ etiam à Catholica fide communionis homines, in præſidiis urbium, caſtrorumque, ſed *Neapolitano* maximè in regno, tolerantur. ad hos, ubi fama & nuntii perlati eſſent, de Chriſtina è *Lutheraniſmo* ad catholicæ Romanæ fidei doctrinam converſa; novi iſtius, ac perverſi ab hæreticis euangelii, faſtidium & contemptio, eorum complures cepit. quippe, exiſtimationem apud evangelicos pleroſque, *Chriſtinæ* prudentia & virtus tantam fuerat nacta: ut ejus judicio etiam in vera, & germana Chriſtianæ pietatis cultura, vel amplectenda, vel rejicienda, ſtari oportere judicarent. *Neapoli*, triginta ſupra centum inventi fuerunt, qui abjuratâ hæreſi, in eccleſiæ Romanæ fidem, cum gaudio ſunt recepti: horum alii pedeſtria, pars equeſtria ſtipendia ibi faciebant. apud Germanos, in *Palatinatu ſupero* idem fecit, illuſtriſſimus princeps, *Chriſtianus Auguſtus*, filius *Auguſti* comitis Palatini Sulsbachienſis, cui frater fuit *Wolfgangus Withelmus* Iuliæ ac Neoburgi dux. cum Chriſtiano hoc nupta eſt Amelia *Ioannis Naſſovii* comitis filia, aliquot liberorum fæcunda parens. hic ergo quum paulo antè in ditionis, imperiique ſui terris, *Amberga* ſcilicet *Sulsbachiaq;* & alibi, *Gregorianos* faſtos, eccleſiæ catholicæ convenientes, obſervandos curâſſet; ab archiepiſcopo Moguntino, Würceburgi in ſacello arcis eſt abſolutus; & hilari catholicorum animo, in ſocietatem ſacramentorum Chriſti acceptus, trigeſimo Decembris die, proximo vero Ianuario *Neoburgi* in æde clericorum ſocietatis Ieſu, publicè profeſſus eſt catholiciſmum, euchariſtiamque ſumſit. Per idem fermè temporis, compoſitâ jam, quæ difficilis admodum, *Carulo Emmanueli* ſecundo Sabaudienſium ſive Allobrogum duci, cum vallium Pedemontanarum hæreticis inquilinis interceſſerat, controverſiâ: tumultuatum in Helvetiis eſt. libertatem hæc gens, ab annis trecentis, & undequinquaginta inconcuſ-

Chriſtian. Auguſtus Sulsbach. fit Catholicus.

ſam

ſam illibatamque retinere ſe gloriatur ; ac licet *Zvvinglii* erroribus imbuti ſint ex illis complures, tamen initam inter ſe ſocietatem , pro libertate communi tuenda, diligentiſſimè obſervant. ex tredecim *Cantonibus* , in quos jam olim tributa fuit *Helvetiorum* publica res, à catholicis inſtitutis & legibus, *ad Sacramentariã hæreſim* hi quatuor deflexêre *Baſileenſes, Tigurini, Bernates, Scaphuſiani. Glarona* & *Abbatis-Cella*, partem Catholicos, partem *Reformatos* incolas patitur. antiquæ, & germanæ religionis integritatem conſtantiſſimè defendunt, & ſanctiſſimè amplexantur, *Lucernates, Friburgenſes, Solothurii, Tugienſes, Vrini, Subſilvani ſive Vndervaldenſes*, *&* *Svitii* : ſedis apoſtolicæ nuntius, qui ad Rhætos Helvetiosque populos, ad *Conſtantienſem, Baſilienſem, Sedunenſem, Curienſem*, *Lauſanenſem* epiſcopos mittitur, *Lucernæ* plerumque moratur: quæ civitas epiſcopum habet catholicum, ſeptem pagis ſacra dantem. hi ſeptem pagi, quum *Romanæ Eccleſiæ* obedientiam ſemper coluerint, etiam inter ſe aliud, extra ſuperius cum *Reformatis* & Proteſtantibus fœdus, ante centum & eo amplius annos, pro *Catholica religione*, mutuis conſiliis, auxiliisque ſemper conſervandâ pepigerunt. quo fœdere expreſſum fuit; ut, quicumque ex illis, eo tempore vitam degentibus, vel poſtea naſcituris, poſteriſque eorum, ab Romanæ & catholicæ eccleſiæ , extra quam nulli hominum ſalus venit, inſtitutis & ritibus transfugeret; non modò corpore, & fortunis, verùm etiam vita plecteretur. proxima hujus anni æſtate *Aretenſium* quidam, ad *Sacramentarios*, quidam verò ad *Anabaptiſtas*, à Catholicis transfugæ facti fuerant. Eſt autem *Areta*, opidulum Svitiorum ditionis , *Lucernenſi* non ita procul ab lacu poſitum. Svitii igitur, in quorum poteſtate ſunt *Aretenſes*, indignitate ejus facinoris icti, ut ſe antiquo fœderi quàm convenientiſſimè gererent, manus injiciendas his transfugis, & ad animi ſanitatem revocari non paſſis, mortem inferendam cu-

1655. ravère. ſuperſtites aliqui ut vim exirent, contra jus, faſque ad *Tigurinos* perfugère; inde retrahi qui non poſſent, quod *Tigurinorum* umbrâ tegerentur, bona abſentium publicata, ærarioque communi addicta ſunt, & in præſentes animadverti perſeveratum. Sed *Svitios* inter, ac *Tigurinos* occaſione hac bellari cœptum eſt. reliqui undecim pagi, uti bello & controverſiæ intercederetur, *Hiſpaniæ & Galliæ* regum legatis operam dantibus, Novembri ac Decembri menſe conventus *Badæ in Argovia* inſtituerunt; quibus quid geſtum effectumque ſit, inſequens annus aperiet.

CHRISTIANI ADOLPHI THVLDENI,

HISTORIARVM DE REBVS TOTA EVROPA GESTIS,

ENNEADOS PRIMÆ LIBER QVINTVS.

EOdem anno, quo regina *Svediæ* è *Belgica*, *Germaniaque* adveniens, maximâ omnium in *Italia* gratulatione, excepta fuit: res *Poloniæ* regni vehementer attritæ ſunt. quod uti contigerit, antequam ordine commemoremus; regni Sarmatiæ fines, ob oculos poni; gentisque *Polonicæ* inſtituta, & mores, atque regimen cognoſci, omnium intereſt. id breviter facere conabimur. *Sarmatia Européa* regnum his terminis continetur: ad orientem ſolem ubi ſpectat, *Scythas Præcopenſes* ab una, & *Roxolanos* ſive *Moſcos* ab altera parte affines habet, quos ab *Lithuanis Boryſthenes* flumen ſejungit. Ad meridiem à *Moldavia* partibus, *Tyra* amne; ab Vngariæ finibus *Crapacio* monte ſeparatur. quà in occidentem vergit, *Moravia*, *Sileſiaque*, & *Marca Veteris*, ac *Pomerania* terris imminet, *Viadro* dumtaxat flumine interlabente: quod flumen, non procul *Olimutio* natum, *Sedinenſem* in lacum effunditur, ac inde rurſum puriores aquas colligens, *Balthico* demergitur mari. Septemtrionis latus *Venedico* incohatum ſinu, per *Curonia*, 1655.

Situs Poloniæ regni.

Samo-

1655. *Samogitiæque* finem pertinet, ubi *Memel* amnis, qui & *Chronius*, & *Nemenus dicitur*, meridianam *Livoniæ* partem orditur. In hoc ſatis amplo terrarum tractu, hæ inſunt regiones, & provinciæ: *major, minorque* Polonia; *regalis & Ducalis* Pruſſia; *Mazovia*; *magnus Lithuaniæ Ducatus*, *quo Ruſſia alba comprehenditur*. *Ruſſia rubra* ſive *nigra*. fluvii rigant has regiones præcipui & veluti regii, *Vandalus* qui & *Viſtillus* & *Viſtula Juſtulave*, cui Donajecius, Sanus, Vipreſſa, venter ſive Bugus, Oſſa, ripis dexteris; Korſenica, Goſtinia, Nida, Pilcæſa, Ezura, Bromius aliique ſiniſtris incidunt. *Chronius* qui & *Memel* & *Nemen*, in quem Scara, Piaſcus, Merecius, Vilia, Iura, hinc & inde influunt. *Duvuina ſive Duina*, qui & ſuos habet ſtipendiarios amnes haut paucos. *Boryſthenes* omnium ſuperiorum maximus, ac regiorum rex, pontem habet non longè infra Smolenſcum, cujus partem dimidiam unam Poloni, Moſci alteram, ſi opus ſit, reficiendam curare debent. in eum labuntur amnes rapidi altique Ros, Tribuſſa, Ziſna, Sos, Pripetius, Berezina, Drua. Hypanis demum (Bog nominant) ac Tyras aliis quoque receptis, æquè ut Boryſthenes, ponto junguntur Euxino. Ante regiam, in *Polonia* terris, adminiſtrationem; duodecim ibi *Satrapæ* quos *Palatinos* vocant, exſtitère. hi, pro ſua quiſque ſapientia, res moderabantur ſuorum: donec regii nominis auctoritas, magna tamen libertate nobilibus relicta, ad eam, in qua nunc eſt, eminentiam aſſurgeret. manet etiamnum *Palatini*, ſed majori numero, re tenuiori; ſunt enim toto regno *triginta quatuor*. *archiepiſcopi* verò duo: *epiſcopi* quindecim. majores & minores *Caſtellani*, ad numerum ſeptem & octoginta. *archiepiſcopi, epiſcopique*, cum *Palatinis*, & *majoribus caſtellanis*, regni ſenatum conſtituunt. hi ſummæ libertatis ſunt, & mortuo rege, ſub archiepiſcopo Gneſnenſi interrege, de republica ordinanda deliberare ſolent. rex illis non naſcitur; ſed ipſi eum ſibi faciunt, & ſuffragio cooptant,

Palatini ſive Vaivodæ in Polonia.

Gneſnenſis Præſul interrex Po-

opinent, quem viderint tanto faſtigio tota Europa omniorum, rarò tamen quemquam virilis ex regum ſuorum ſtirpe ſexus prætereunt. *Iagellonici* enim generis maſculum decus, plus annos ducentos id regnum communi procerum ſuffragio tenuiſſe, conſtat. ea ſtirps in Sigiſmundo ſecundo, qui & Auguſtus dicebatur, extincta atque eradicata fuit, anno ſuperioris ſeculi octogeſimo. cæterùm, ut nobilitatis, procerumque regni, magna eſt ſub regibus libertas; ita lentis inter ſe vinculis omnes conſtringuntur, ad ſalutem reipublicæ manu, conſilioque defendendam: quippe ſi hoſtis alicunde impendet, in armis eſſe, regem in caſtra ſequi, ejuſque non aliter, quàm *dictatoris* imperio, morem gerere debent. ſemel, iterum, ac tertium à rege convocati quum ſunt, nemo illorum unus, deeſſe reipublicæ poteſt: ad convocationis regiæ tertiam quaſi buccinam, conglobatim ſe afferunt. ejus, qui domeſticæ rei implicitus, deſidere in poſſeſſione ſua; quàm arma reipublicæ neceſſaria tractare maluerit, bona ærario addicuntur. illi, qui morbo tenetur, aut ſenio laborat; è familiaribus aliquem aut ſervis, operæ ſuæ vicarium ſubornandum uti curet, permittitur. integri valenteſque, ab anno ætatis quinto decimo ſe ipſos apportare in armaturam debent. ſiſtunt igitur ſuo ſe quiſque turmatim *palatino*, & ære ſumtuque proprio in militiam equeſtrem communiter vadunt: quod expeditionis belli genus, *Poſpoliti Riſzſtunec* ab illis dicitur: ad martem pedeſtrem, externis ut cumplurimum gentibus utuntur, ſed maximè *Pannonibus Germaniſque*, ipſi pro ſe quiſque equis gaudent, cum arcubus pharetrati, & incurvis accincti gladiis. ſacrorum antiſtites, & quibus armatis eſſe non licet, quod ordinibus divinis initiati ſint, conſilio, prece, pecunia juvant rempublicam. alit vero & alium reſpublica, honoratiſſimum pro rege, ac regno militem; quibus, quia ſtipendium & pecunia, ſtatis quatuor anni temporibus, [illegible] vectigalium

1655.

Nobilium uſus & opera in regni tuitione.

Poſpolite Riſzſtunec.

1655. galium parte, conferri ſolet, *Quartianis* eſt nomen. flos & robur Poloniæ in his præcipuè conſiſtit. Ita perpetuò in armis ſunt; & limitibus regni cuſtodiendis, noctes & dies invigilant. horum numerus ad decem plerumque, ſæpè etiam ad quindecim milia excurrit, ex nobiliſſima totius Sarmatiæ juventute delectorum. nec quicquam ſibi glorioſiùs ducunt Poloni, quàm ſi dicere poſſint, equeſtria ſe, inter *Quartianos* vel feciſſe aliquando, vel etiamnum facere ſtipendia. iis enim acuendæ virtutis materia, & campus in quo excurrant, ad militarem laudem deeſſe non poteſt; quum ſui ſemper regno hoſtes impendeant, *Quartianorum* virtute repellendi. Linguâ, ſecundum Polonam, quæ *Illyrica* ſive *Slavonica* dialecto affinis cenſetur, Latinâ præcipuè utuntur. ab literis, hominibusque Græcis planè averſi ſunt. Primus *Poloniæ* regum, è Chriſtiano Principe *Micislao* progenitus, *Boleslaus* nomine ſub annum Chriſti nongenteſimũ, ab *Othone tertio Romanorum* imperatore diadema regium accepit. Chriſti fidei ſemina propagavit. *archiepiſcopos* duos Gneſnenſẽ, & Cracovienſem cũ aliis quibuſdam epiſcopis, & ſacerdotibus evangelii cauſa magnopere veneratus eſt; & quò illis otium ſuppeteret, ad *Romanæ eccleſiæ* diſciplinam populis infundendam, foris à tumultu, domi ab ſeditionibus eos defendit. Pruſſos virtute ſua domitos, ad cognitionis Chriſtianæ myſteria adducere laboravit. ſucceſsêre huic in regio munere adminiſtrando, intra ſeptingentos & viginti ſeptem annos, clariſſimi Principes, & Romanæ fidei omnes, ad numerum unius, ac triginta. excelluerunt inter hos diverſi *Boleslai, Micislai, Caſimiri, Vladislai, Sigismundique.* Ioannes Caſimirus, qui hac tempeſtate regnum gubernat, alter ac trigeſimus à *Boleslao primo* numeratur. hujus *Caſimiri* pater, *Sigiſmundus* tertius fuit, regni Svediæ legitimus hæres; quippe, qui *Ioannis* tertii, ex Catharina Iagellonia *Sigiſmundi Auguſti* Poloniæ regis ſorore, filius exſtiterit. verùm à

Reges Poloniæ.

Ioannes Caſimirus Vladislai IV. frater.

patruo

patruo *Carulo*, importuno homine, regni ejus poſſeſſione deturbatus, adverſiſque aliquot prœliis fuſus, fugatuſque, intra Poloniam ſe continere, ſatis habuit. quamvis illum Svedi coronatum ſolemni ritu, pro rege acceperant, ei ſacramento dixerant. res verò Polona publica, poſt *Henricum Valeſium* exauctoratum, *Sigiſmundo* huic Svediæ regis filio liberis ſuffragiis ſceptrum detulerat, vivo adhuc patre *Ioanne*, quo mortuo hæreditarium Svediæ regnum adiit. ſed eum, ut diximus, patrui ſui ſcelus hinc furore, inde hæreſi tumentis, regno exſuit, anno hujus ſæculi octavo. Sigiſmundus tertius, poſt quinque & quadraginta annos, quàm regnare cœperat, mortalitatem reliquit, anno ſoteris poſt mille & ſexcentos trigeſimo ſecundo, pridie Kalendas Majas. is duas uxores habuit. decennio poſt *Annam Auſtriacam* uxorem mortuam, ſororem ejus Annæ, *Conſtantiam* nuptum accepit. ex *Anna*, *Vladislaus Quartus*, ex *Conſtantia*, hic Ioannes Caſimirus Sigiſmundo natus fuit, & quia uterque ſe regni Svediæ legitimos hæredes ferebant, ideo ad Poloniæ titulum, Svediam adjiciebant. id facinus *Carolus Guſtavus*, cui regnum Chriſtina tradiderat, indigniſſimum ratus, omne armatorum, quod *tota Svedia* ac è parte magnâ *Germaniæ* conduxerat, & porrò conducendum curabat, in Poloniæ corpus invadendum demittere ſtatuit. hujus conſilii neminem participem fecerat, niſi quem fideli ſilentio ſibi commendatum habebat; ne, dum militum conquiſitio fieret, quò evaſurus eſſet armaturæ ejus impetus, vulgo ſciretur. *Konixmarcus* in *Pomerania*, *Bremæ*, *Pherdæ*, & quibuſdam *Saxoniæ* civitatibus, ac vicis delectum habebat. eo confecto in *Svediam* ineunte hoc anno proficiſcitur. neque ibi minus fervebant regni ſenatores, in tironibus armandis, ordinandiſque. auctores habeo non ſpernẽdos; à quibus fando accepi, *Chriſtinam* id belli, quo Polonia nunc uritur, conſenti Carolo, multis rationibus diſſuadere laboraſſe. *Induciarum enim*, quas

1655.

Conquiſitor militum Conixmarcus.

1655.

Christina auctor bellandi non fuit Carulo.

quas cum Vladislao rege Stumdorfi pepigerint, nondum exiiſſe tempus. Caſimirum nihil interim, contra pacta feciſſe: & aliis porrò implicitum bellis eum teneri, ut miſericordiâ verius & ope, quàm irâ & incurſatione dignus, haberi poſſit. ſed ubi diſſuadendo, parum profici intelligeret, regni ejus finibus exceſſiſſe, ne re, tam fœdâ inceptu, tam periculosâ exitu, pacis amantes oculos contaminaret, quos Catholicæ fidei myſteriis uſurpandis, purius atque religioſius per Germaniam, Italiamque paſceret. ſui *Carulum* mores & contemtor animus, credo, ut eum aliquando pro meritis ulciſcerentur, ad hoc bellum vehementiſſimè hortabantur. *ſic enim Dei maximi diſpoſitio cernitur, ut quum lubidini, atque animo ſuo imperare homo detrectat, ab animo & lubidine victus agatur in præceps. nimiò lubrica fortuna eſt, quam temeritas, & confidentia conſequuntur.* efferebant Carolum Svetici nominis bellica facinora, *Lutherani dogmatis inſania* in eccleſiæ Romanæ gregem ſtimulabat. utraque eum dies, aut noctes conquieſcere non patiebantur. & jam ante in Germania, dum pacibus in Weſtphalia perfectis, novi *Noribergæ* conventus agerentur, immodici animi habitum ſpeciemque nudaverat: ubi inter epulas, majora obducendo pocula; *Arphredo Leucori* vulgo Witenberg, ſimilium facinorum heroi, aliiſque compotoribus, pontificii nominis excidium propinavit. multa ibi, comeſſabundum jeciſſe fama eſt, quæ ferociam hominis, arrogantiamque arguant, nefaria, dictu indigna. anni hujus principio, quum intentiſſimè omnia in bellum expedienda curaret: conſilium ſuum, quem bello peteret, uſque ad veris exitum, arte plus quàm *Svedicâ*, ſtudioſiſſimè occultavit. dum ferè omnes communiter, ſibi ab illo reges atque principes timent, nullus totâ Europâ inventus eſt, qui juſtam ejus belli cauſam præciperet animo, cognoſceretve, cur alterum præ altero potius aggreſſurus eſſet. nemo enim erat his tempeſtatibus, qui ſe ejus hoſtem apertè profiteretur. *Cæſar* ad incerta belli ſe conſtanter parabat,

quam tamē pace defenſū iri ſperari poterat, niſi in- 1655.
t‹r›ptus, & inæſtimabilis animus Caruli, ſpei metum *metus omnium communis à Karulo.*
inſinuaſſet. *Danus*, quum non ſciret, cur à propinquo laceſſendus eſſet, in omnes caſus armabatur. *Hamburgenſes* fortiùs muniebant ſua, & peregrini militis delectum in agris, oppidiſque ſuis fieri prohibebant. *Brunovicenſis*, & *Luneburgicus* duces, quod aris, focisque ſuis timerent, militum præſidia comparabant; nec minus trepidare viſus *marchio Brandeburgicus*; qui intentiore, quàm unquam delectu inſtituto, ducalis Pruſſiæ fines tutari laborabat. *Polonus*, quòd ſibi ſatis negotii, ac tumultus cum rebellibus *Coſacis*, hoſtibuſque *Moſcis* erat, meliorem de cognato rege ſpem, animo induerat: neque tamen vacabat metu, ne tanta belli apparatuum in ſe necopinantem inclinarentur. ſed is regali *Pruſſiæ* vehementer timebat, eò namque vis inimica ſe primùm ingrueret, metuebatur, ut ſcilicet per ejus latera *Poloniæ* corpus peteretur. mittit igitur, Eccleſiaſtici ordinis legatum, *Coſſam* nomine, ad Gedanenſes, qui ſecundo & viceſimo Martii die, in curiam eſt intromiſſus *Dantiſci*; & tribus civitatis ejus ordinibus, ducis ſui ad illos mandata aperuit: *munirent ſibi à Svedicis armis, munitionem ad Nogati ac Viſtulæ divortia poſitam*, quæ Caput dicitur, *diligentiſſimè reparatam, validioribus cingerent operibus, cinctam mille virorum præſidio firmarent; Electridis inſulæ aditum ſexcentis equitibus cuſtodiendum, & aliquantum pecuniæ, in belli, quod præ foribus ſit, neceſſitates, dandum ſibi curarent.* Gedanenſes petitionem, & juſſa regis ſui, curæ habuerunt: quod eventus belli magis ob oculos poneret. *Gallo* verò & *Britanno*, amicitia ſociali cum *Svedo* junctis, omnia ab illo tuta fore, nemo dubitabat. ſed magno tamen armorū motu, non parvum aliquem *dynaſtam* peti apparebat. tenuit fama paulisper, *Moſcopolitanum* eum eſſe *ducem*; qui *Livoniæ*, ab *Svedis* regnatæ, finibus quum imminerat, abſiſtere cœpto cogendus ſit armis. hanc famam initio *Svedi* ſparſerant, & multi

mox

mortales ita vulgò credebant eſſe, quos eventus rei falſos habuit. interea loci *Karulus*, luſtratis regni ſui provinciis, concilia ſenatorum *Holmiam* indixerat, quæ tubæ cantu promulgata, ſub idus Martias initium ceperunt. in iis magna concordia deliberando, conſtitutum à proceribus eſt: ut pro finibus regni, contra hoſtium quorumvis pericula tutandis, & militum intentior conquiſitio, & pecuniæ amplioris collatio fieret. quæ ſancita fuerint aliàs, obſervarique juſſa, uno, eodemque tenore obſervarentur. nec mora fuit conquirendi militis, aut præſtandæ pecuniæ. multi ſenatorum & dilectum ipſi habebant, & centuriis de ſuo ſtipendium ſe largituros promittebant; omni re, atque ope, terra ac mari, gerendus mos *Carolo* videbatur. leguntur milites veterani cum tironibus, equi, arma, naves, machinæ, commeatus comparantur. nec quidquam erat hujus rei, quod cupientiſſima plebe, & ſumma regni procerum voluntate fieri non appareret. legationum principes declarantur, Ioannes Oxeſtirna enſifer regni *ad Cæſarem* in Germaniam, Chriſtophorus Bondius *ad Protectorem* in Britanniam, Bilcas ad *Moſcorum Imperatorem* in Lithuaniam, Bannerius & ... declavius ad *regem in Portugaliam*; alii ad alios. horum ſingulis curant ſignificandum, nihil eſſe, quod ſibi metuant ab hoc novo tanti belli apparatu; amicitiam enim ſocietatemque initam cum illis, minimè omnium violatum iri. comes *Guſtavus Adolphus Leonhauptus*, qui in Phinnonia exercitum ſcripſerat, in Livoniam jubetur contra *Moſcos* ire. hi enim, niſi manibus temperent, belloque in *Svedos* cœpto abſiſtant, primam vim ejus martis experturi dicebantur. ſed legatio *Svetica*, & animus in illis ad reſiſtendum comparatus, ne quid hoſtilis rei Moſcus in *Livoniam* tentaret, effecit. *Leonhauptum* paulò poſt, comes *Gardiaus*, cui Magno prænomen eſt, cum amplo aliquot millium equitatu, eodem ſequitur. ea res cordi atque animo fuit *Rigenſibus*; & vo-

1655.

Conventus Holmiæ.

Legatos circummittunt Svethi.

& voluntariorum urbanæ juventutis plus quam ducenti ſeſe in hanc militiam obtulêre. ſed *Moſcus* per legationis principem præmio corruptus mutavit animum, ac ſuis in mandatis dedit, ne quem omnino illorum, qui *Svedi* partium eſſent, infeſtarent, neu infeſtari ſinerent. *Livonicus* Leonhaupti, & Gardiæi exercitus ad quatuordecim millia militum, eſſe dicebatur. Dux magnus, peſtilentibus morbis occupata *Moſcopoli*, cum uxore & filiolo principe in Lithuaniæ fines *Viaſmam* conceſſerat, & *Smolenſco* mille equites, cum ſeptendecim millium peditatu, quum præſidio impoſuiſſet; ad veſcendum, quæ uſui ſunt, in tertium annum urbi providebat. in hanc urbem, paulò poſt cum ſuis familiaribus, ac domo immigravit. aliàs plerumque ad exercitus ſuos hortabundus ipſe aderat; ſed rem turbidè incompoſiteque, ut in tanta multitudine, adminiſtrari fermè patiebatur. plus vaſtitatis ac ſolitudinis, urendo tecta & agros, excruciando homines, necique dedendo; quàm diſciplinæ & regiminis adferebat. formidinis omnia complebantur. *Denhovius*, vir fortis, & præſidio *Dûneburgi* à Polono impoſitus, mille Moſcorum equitum adeptus in campo, partim cecidit, partim fugavit. *Ianus Radiphilus*, penes quem Lithuanæ militiæ poteſtas & cura erat, cum *Scythis Præcopenſibus*, contra Coſacos atque Moſcos, nitebatur. & *Sultanus Galba*, à Mahometo Tartarorum Chano ſubmiſſus, ingentem ſuorum manum ad Lithuanos adjunxerat; ut quidquid *Hypanim inter ac Boryſthenem* ſitum eſt, Polono reſtitueretur: ſed Marte ſemper dubio pugnabatur: ut ſuperioribus modò *Coſacis*, modò *Lithuanis*, nihil niſi cædes, fugaque hominum, agrorum atque urbium evaſtatio exſiſteret, victoriæ uſu, & fructu apud hoſtes, plerumque majori. obſidebant Lithuani *Mohiloviam*, ripæ Boryſthenis dexteræ impoſitam urbem, & à Moſcis occupatam; ubi cuniculorum, aliiſque expugnationum operibus fruſtra adhibitis, ingens

1655.

Moſcopolitani ducis vigilantia.

Mohilovia obſidetur.

H[illegible] incom-

1655 incommodum exercitui acceſſit: quippe in caſtris victus inopia laboratum eſt, & Moſcorum aliunde auxilio obſidentibus allato, Lithuani caſtris exſuti, & fuſi, fugatique ſunt. urbs hoſtium poteſtatis manſit. mos eſt Poloniæ, ut per intervalla nunc hi, nunc illi nobiles, vicariam opem regni finibus tutandis, armati præſtent; quibus proprium tempus trimeſtre eſt, quem anni quadrantem appellare ſolemus, id tempus ubi exiit, ſuccedentibus aliis, priores decedunt, ſuo tempore reverſuri: niſi tanta univerſos retinendi neceſſitudo impendet, ut continuatam opem reſpublica flagitet. eorũ plerique in excercitu Lithuano erant, qui nullo reſpectu ad reipublicæ neceſſitates, imperatoris etiam injuſſu neglectuque, trimeſtre ſuum quum explevilent, domos dilabebantur; nihil penſi habentes, quid republica fieret. adeo neque animus neque fortuna pro depellendis regno hoſtibus, exercitui reſpondebat. In Pruſſia regali, per hos dies, prodigium ſe obtulit, vix duûm ab *Gedano* milium, ſpatio duæ inter ſe aves, loci hujus inſolitæ, cruento prælio decertabant. aquilæ erant; quarum utriuſque plumæ violaceæ, roſtra & pedes buxei, pennæ in caudis albentes, corpora, magnitudinis paulo ſupra mediocrem. eo vero ferociæ, & animorum, inter eas pugna raptim increbruerat; ut roſtris unguibuſque implicitæ, & vellerint invicem alas, & corpora cruentarint, ac veniens de vulneribus in terram ſanguis, agro ſubjecto impluerit. multis hominibus ea res ſpectaculo ruri fuit: donec una, veluti victam ſe confeſſa, ab humano genere, contra vim cognatæ avis, opem imploraret, in agrum pugnæ ſubjectum demiſſis alis fugiſſet. ibi eam altera non deſtitit vellicare, uſque dum crudelitati ejus homines ſupervenirent, qui utramque ceperunt: ſed illam, quæ victrix fuerat, quum victæ alteri nunquam, niſi eam confeciſſet, parſura videretur; bipalio in corpus adacto ſtatim occiſam, pertulere *Gedanum*: ubi exenterata

aquilarum duellum 20. April.

& ma

& materie, ad exprimendum vivæ corpus, effulta in domo consulis *de Linda*, ad memoriam ſpectaretur. alteram militis, qui apud Svedum meruerat aliquando poteſtatem, ſaucia quidem ſed tamen viva quum pervenisſet; in Pomeraniam, ut ibi ſervetur, alaturque humaniter, eſt deportata. id contigit ante diem duodecimum Kalendas Majas. nec deſuêre, qui duellum hoc inter aves regias, belli Polonici ſimulacrum & imaginem prærogativam eſſe dicerent. ut is regum proximè exitium ſit futurus, qui modum victoriæ neſcierit. rex Caſimirus eo tempore, fratris morbo *Viſcoviam* excitus, morienti illi præſtò fuit. erat is *Carolus Ferdinandus* nomine, Sigiſmundi tertii è Conſtantia Auſtria filius, *Oppelarum & Ratiboriæ princeps, Plocenſis & Nyſſenus* epiſcopus; ſed lethargo diſſolutus eſt, ante diem ſeptimum eidus Majas. Chriſtianæ pietatis, ac patientiæ omnibus exempla ſemper dedit; quamvis & morbi longinquitate, & rebus Poloniæ afflictis, angi eum ſatis apparebat. extrema ſacrorum catholico ritu ſuſcepit, & principatus ſuos regno Poloniæ legavit; quos, ubi Cæſari Ferdinando tertio de iis ſatisfeciſſet, Caſimirus retinuit, & *Culmenſem Epiſcopum* fratris loco *Plocenſem* epiſcopum deſignavit, qui ſub idem tempus ad Pontificem maximum Alexandrum ſeptimum ablegatus eſt. rex ubi morienti fratri adfuiſſet, ad conventus, quos *Varſoviam* indicendos curaverat, proficiſcitur, eò ut venit, diſcordantes inter ſe animos regni Procerum conciliare vix potuit: tantum enim confuſionis ac rixæ inter *magnates* agebatur, ut manibus vix temperatum in concilio fuerit: ſed quid non facit neceſſitas? in anguſtum undique cogebantur, & niſi finem ſimultatibus facere, ſibique & regno, cui tot hoſtes ad ſe rapiendo invigilabant, conſulere maturarent, actum de republica certò erat. principio horum conventuum, lectus eſt *nunciorum provincialium tribunus*, *Embaſſutius* quidam nomine, genere *Lithuanus*. in palatinum ſno-

1655. *Rex Polonus morbo fratris avocatur Viſcoviã.* *Comitia Varſoviæ.*

1655. lenſcenum animadverti nuncii volebant, quod tanti urbem momenti, adeò temerè in hoſtium poteſtatem venire anno ſuperiore permiſiſſet. ei ſenatus datus non eſt, neque in poſterum dandus erat, niſi ſuſpicionem fidei atque diligentiæ in illa urbe ſervanda parum adhibitæ effugiſſet, purgaretque ſe rei male geſtæ. De Svedico Marte ita diſſerebatur ab ſenatoribus, veluti ſi nihil incommodi ab eo vel ſperarent, vel timerent: induciarum enim, quas cum *Chriſtina Vladislaus* pepigerit, anni hujus ſæculi altero & ſexageſimo, demum exire tempus. *ducalem* tamen *Pruſſiam* præſidiario milite confirmandam arbitrantur, ne incuſtoditus regni aditus hoſti non ſperato, feneſtram aperiat irrumpendæ Poloniæ. ad hanc rem triginta millium equitatus, & ſeptem millia peditum imperanda decernunt. Si Svedus (ad eum legatos pacem petentes mittere in animo erat) negata pace omnino bellum ciere velit, vim depellendam viribus eſſe, æquum cenſent: *Moſcoſque & Coſacos*, qui ad preces, ac præmia obſeratas aures non habeant, ex hoſtibus amicos atque ſocios faciendos; ut extrema patientibus opem ferant. evangelicæ religionis (ita ſeceſſionem vocant ab eccleſia Romana *Lutheri* furto introductam) non pauci libertatem requirebant, & niſi propediem danda promitteretur, res quantumvis magnæ, majori diſcordia dilabi videbantur. Ianus Radiphilus Lithuanici exercitus prætor (*campi ductorem vulgò dicunt*) cum Gonſievo ejuſdem exercitus proprætore, in concilium intromiſſus, de afflicto rerum Lithuaniæ ſtatu verba fecit: & regis pedibus ſe advolvens, *ſigna militaria* hoſtibus ademta ſexaginta, duos & quinquaginta Moſcorum captos adduxit. extrema ejus oratio fuit, *nullo modo fieri potuiſſe; ut contra innumerabilem hoſtium equeſtrem, pedeſtremque vim exercitu non admodum numeroſo pugnans vinceret; regiones urbeſque amiſſas recuperaret: uti concilio adeſſet, imperio fratri Boguslao in exercitum tradito, ſe iter maturaſſe Varſoviam; quæ res ne ſibi*

Comitiorũ decreta.

Evangelii novi libertas Poloniæ permittenda proponitur.

Radiphilus Varſoviæ recipitur, verùm in Senatu fa-

ſibi fraudi ſit deprecari, aliam enim fortunam non fuiſ- 1655.
ſe, quàm ut ſe cum hoſtibus conflixiſſe oſtenderet, ideò & Suecorum aliquantum, quos captivos fecerit, & militaria iis erepta ſigna attuliſſe, quæ regi, & reipublicæ offerat. rex, & cum rege Gneſnenſis archiepiſcopus, nomine ſenatus; nuntiorum provincialium tribunus, nomine nobilitatis, principi Radiplulo gratias agunt; eique adventum gratulantur. nec ſibi difficile cogitatu ajunt; quantum laboris, ac moleſtiæ, contra tantam vim hoſtium, exſudare debuerit. nunc, ſi novus hoſtis à *Septemtrionibus* premat, aliò convertenda eſſe conſilia, & illos ab orientis regione, ad inducias minimùm ſi pax omnis infecta maneat, bonis conditionibus alliciendos. his dictis, cœtus (& jam veſper diei erat) diſſolutus eſt. poſteris diebus, de communi totius nobilitatis ad arma convocandæ apparatu, ita pars melior ſcivit, juſſitque ut convocatio illa penes regem maneret, eaque ſimplex, re dilationem non ferente, triplicis continuò inſtar haberet; ſic enim puncto temporis, ad quinquaginta millia equeſtris generis armatorum, in promtu ſe habituros; quorum qui ex majore Polonia, & ſub tribunali *Petricovienſi* convocati aderunt, majori Poloniæ, Pruſſiæque regali, auxilio venire poſſint. qui ex Polonia minore, & ſub tribunali *Lublinenſi*, ad arma exciti convenient, *Lithuaniæ* laboranti opem ferre queant. hæc, taliaque in diſcordi animorum habitu, à melioribus audiebantur. at verò convocationis regiæ, ad communem expeditionem tuba, ut primum auribus nobilium inſonuit, pro alacritate ſocordia, pro ſpe diffidentia, pro fide obedientiaque perfidia & neglectus regis, animos inceſſit. adeò *miſerum imperium eſt, quo non gaudent mortales.* metum & ſocordiam faciebant, hoſtium ab omni parte, regni fines incurſantium, non falſi nuncii: opinionum in colendo Chriſto varietas, perfidiam & neglectum pariebat. magna pars horum, advenienti Svedo obviam effundi, & portas aperire, ſuas

Diſcors animorũ habitus in Poloniæ regno.

1655. illis res dedere, quàm juſſa *Caſimiri* exequi mallebant: quos pudor tamen, & metus in officio paulisper continuit. comitia *Varſoviæ*, viceſimo quinto cœpiſſent die finita ſunt, id eſt à d. xii Kalendas Iulias, & legatio cum plena potentia in Svediam expedita eſt; cujus princeps fuit [illegible]*nus Lencicienſis, Ioannes de Leſna*. hæc inter, Konixmarcus in ſuos Bremenſes è Svedia quum reverti ſſet, quod militum è *Weſtphalis*, *Saxoniaque* finibus conſcripſerat, in unum conducere cœpit: iis luſtrandis locus ericetum *Orlingenſe*, *Stadam* inter & *Boxtehudam*, haud procul *Bardevico*, in confinio *Lunæburgi* fuit, ubi equitum decem, peditum quinque circiter millibus numeratis; qui recenſuit, *Stadam* reverſus eſt. ſupremus vigiliarum magiſter *Wurtius* nomine, à Leucori ſubmiſſus, copias omnes ſibi traditas, è regione *Haddeburgi* oppidi in Laoburgicis, *Albim* traduxit: ac inde minores fluvios, qui occurrebant, pontonibus, aut vado tranſmiſſus, per *Meclaburgicum finem* in *Pomeranos* ante Kalendas Iulii pervenit. dum traducuntur milites, ut maleficio in agris atque oppidis temperaretur, *Chriſtianus Ludovicus dux* operam diligentem navavit; & eo, quem centuria verat ſcriptum equitem, peditemque, ſuas ac ſuorum poſſeſſiones tutatus eſt. cæterum populares panem & cereviſiam benignè tranſeuntibus præbuere. citerioris *Pomeraniæ* ordines, qui *Anclami* concilium habuerant, quadraginta millia *imperialium* nummum contribuebant, equos ad commeatus, bellique inſtrumenta ſubvehenda obedienter abique ſufficientes. Svethici generis milites pars *Calmariæ*, alii *Holmiæ* congregabantur. imperator exercitus *Arphrudius Leucorus* præcipiti in æſtatem vere, navibus è Svedia *Bolguſtinum* in portum appulerat: ubi compoſitè, magnificèque exceptus quum eſſet, *Sedinum* dein ac *Berlinum* petiit, ut *Brandeburgico* multam ab rege ſalutem nunciaret, ejuſque verbis peteret, ne militem à conquiſitore *Conixmarco* in *Saxonibus*, *Weſtphaliſque* conſcriptum,

Luſtrantur copiæ à Konixmarco ſcriptæ.

ſcriptum, & in Poloniam porro deducendum, adi- 1655
tum per ſuos intercludi patiatur publicas liberi com-
meatus literas ab eo haud gravate quum impetraſ-
ſet: cum *Hieronymo Ratiavo* Poloniæ regni procan-
cellario, ſed extorre, & Poloniæ regis inimico, in- *Ratiavus*
eundæ *Sarmatiæ* conſilia communicat. hic *Ratia-* *Poloniæ*
vus Polonorum proditionis apud Svedos conci- *proditor.*
liator, à Pomeranis *Wiſmariæ*, *Daminii*, & *Anclami*,
eo nomine liberaliter habebatur, quod *Caſimiri*
gratia exciderat, & quidquid in Sarmatiæ regnum
exſilii cauſa, moliturus videbatur. ejus in comita-
tu, alii quoque erant Sarmaticæ nobilitatis equi-
tes; quibus rex ſuus non erat ex ſententia. ſed *Ar-
frudo* Svethici exercitus ſupremo duci, *Hieronymus*
apud *Sedinenſes*, hoſpes facile gratiſſimus advenit;
ut eo monſtratore, & comite facilius in Poloniæ
viſcera ſe inſinuare poſſet: ab eo diſcit, qui ſint
commodiores in regnum acceſſus, qui ſitus agro-
rum atque urbium, qui habitus animorum. tertio
decimo Iulii die, exercitum ſuum novis è Svedia
ſupplementis auctum in conſpectu *Sedinatium* ur-
bis recenſuit *Arphrudus*. reperta ſunt militum ſu- *13. Iulii*
pra octodecim millia; pars melior equites, agmi- *copiæ re-*
num equeſtrium ductores, Pontus *Gardiaus* Magni *cenſentur*
frater, *Konixmarcus* junior, *Chriſtianus Bretlachius*: *circa Se-*
pedeſtrium, *Wurtius*, *Horna*, *Thonavius*, *Pherſa*, *dinum.*
Oxeſtirna, tum animi, tum corporis flore, præſta-
bant reliquis. jumentorum ad vehendum belli ap-
paratum plus erat ſeptingentis. lixarum & calo-
num haut parvus numerus. *Sedinum*, urbs opulen-
ta, ripæ *Viadri* ſiniſtræ aſſidet, quinque millia iti-
neris infra *Randoum* amnem, *Viadro* ſe confunden- *Sedinum*
tem. hanc per urbem traducitur exercitus cum re *Stettin.*
omni tormentaria. *Epidamni* verò ſive *Damnæ* ſta-
tiva habuerunt: quò dum veniſſet *Arfrudus*, miſſo
ad Polonos tubicine, qui eos commonefaceret de-
ditionis, paulisper ſubſtitit, ut quum duplex ſe via
in *Sarmatiam* oſtenderet, eam ingredi exercitum
juberet, quæ ipſi traducendo accommodatior eſſet.

 una

1655 una erat Epidamno via, *Zantochiam* verſus ad *No-teſſam* flumen; altera item *Epidamno*, in urbem fe-rebat, qui *Friderici ſylva* dicitur. illâ priori omiſſa, hac ire placuit: non quod illa longius abduceret, ſed quod pons, qui transmittendus erat iſta via miles, prius faciendus, plus moræ injiceret feſti-nantibus. quinto decimo Iulii die, ſub auroram caſtra movent, *Hintio* ponte *Inam* trajiciuntur, ibi in pratis aquæ vicinis, caſtra locant. poſterâ luce *Vchtenbuga* propinquabant, & inſequentis diei ca-ſtris ultra *Freienvaldiam* pervenêre. ibi quietem ca-pere milites; & corpora curare Imperator jubet; vocatiſque ad ſe paulò pòſt agminum ductoribus, legatis, centurionibus; orationem hujuſmodi ha-buit. *Brevi commilitones in ejus terræ conſpectum ve-niemus, quæ hoſtibus noſtris, ſuis incolis ludibrium, nobis victoriam ac triumphos debet; niſi rem auſpicatò, vel ut potius Chriſtiano verbo pronuntiem, Evangelicè inchoa-tam, ſocordiâ & imperitia militandi, deſœdamus & corrumpimus noſtis ipſi, quæ ex debellata Germania, & in libertatem communis pacis reſtitutâ, Svethico nomini gloria acceſſerit. viget eâ pace ac floret Evangelii, per Imperium Romanum, Svediamque ac Daniam prædica-tio; nec Polonia illam horrebit nobis conciliatoribus, & rege noſtro in regnum, quod auguror non procul eſſe, intro-miſſo. & quamvis de virtute veſtra non dubito, com-militones optimi! duo tamen admonendi eſtis mihi, u-num, ut milites veſtros, quibus ætas & ſapientia ex tiro-cinio nondum exceſſit, militari & veterana conſtantia adhortemini, ne Polonorum inconditis, quos initio pugnæ ingentes tollunt, clamoribus perturbati ordines deſerant; ſed contra audentiùs obſiſtant; & armis, non tumultu vincant. alterum, ut poſtquam in Poloniæ terras forti-tudine ſua iter aperuerint, non ſæviant in populares ter-ræ ejus, neque latrocinari & prædas agere, id demum mi-litare putent; ſed clementia & obſequio graſſentur in ci-ves, in ruſticos, in nobiles. ita facient, uti facilius, om-nia nobis in manum, poteſtatemque veniant.* Hæc ille. poſteaquam fama accidit, tanto cum exercitu Wit-

Præfectos militum hortatur. Witteber-gius.

tebergum.

Wittebergum Poloniæ imminere, conſternatis metu pleriſque omnibus, trepidatio & fuga eſt exorta. majoris tamen Poloniæ nobilitas ad arma generalem convocata prope *Vſtiam* & *Mylotomen* (*Sneidemuhl*) caſtris poſitis; quindecim millium numero conſiderat. ei quatuor palatini imperabant, *Poſnanienſis, Caliſſinus, Potlachius, Iunjuladislavienſis.* Wittenbergus vigeſimâ Iulii *Trachum* cum exercitu prope *Trachiburgum* trajectus, campeſtri loco & pratis, quæ *Falcoburgum* euntibus occurrunt, caſtra metatur: miſſoque ad ſpeculandum, quid hoſtis agat, cum equitum quadringentis Phorgele legato; poſterâ die, hora ante meridiem octava, *Poloniæ* fines ingreditur non procul *Templiburgo*, in agris maturâ cerere flaveſcentibus, caſtra locat. quingentos inde paſſus *Trachopolis* abeſt (vulgò *Trahcim*) arce munitum oppidum; cui è Poloniæ popularibus, quadringenti pedites impoſiti præſidio fuerant; hi ſimul famâ, ſimul numero hoſtium appropinquante profugi, locum deſerunt. opportunum id Svedis accidit, qui ſtrenuo duce, cui *Saxo* nomen, cum annona & machinis arcem frequentârunt: & *Belgardinum* præfectum, *Croophelſam* nomine commiſſorum curatorem addiderunt: ut *Tragopolitani, Coronai*, & *Vſtinè agri accolas* vectigales continuo faceret: indeque *Wencelmanno* legato ad novam equitum, velitumque centuriam comparandam pecunia ſubminiſtraretur. rediit eo die, quem *Epidamno* miſſum ad Polonos anteà docuimus, tubicen: binas literas à palatinis Latinè ſcriptas apportans: unæ erant ad exercitus imperatorem *Wittenbergum*; alteræ ad *Ratievium* procancellarium. argumentum fuit: *Poloniæ regis, totiuſque reipublicæ verbis ac nomine, cum plenâ poteſtate legationem ad Svediæ regem dimiſſam eſſe; ejus Holmia reditum ſe exſpectare, atque ea ſpe vivere, nihil ſibi hoſtilis rei tantiſper, dum redeant legati, à Wittenbergici imperii ductoribus importandum fore.* tubicen amicè & ſocialiter habitus, inſuper & decem

1655.

Intrat Poloniam cum exercitu Leucoris.

1655. ducatorum dono donatus, remittitur. ſed literæ ab eo allatæ moram nullam ducibus intulêre, qui, pergerent, uti cœperant. ante diem octavum Kalendas ſextiles, ſuper *Grocium* & *Machlinum*, patenti in campo prope *Voſſſtettam* dimetantur caſtra.

Caſtra Svedorū.

Coronæ oppidano ſub meridiem obſidione circumveniunt. pridie hujus diei, aliquot equites eo præmiſerat imperator, qui fugam hominum ſiſterent, non enim cauſam eſſe, cur ſibi timeant à *Svedis*, quòd non diripiendi, ſed protegendi gratia ad eos veniant. hi equites in arcem *Ludovici Veiheri* Pomercliæ palatini, ſe contulerant: quos inde Polonorum quidam expellere tentantes, adgreſſi ſub noctem ſunt. ſed octo ſuorum occiſis, majore vi ab hoſte repulſi retrò flexêre. tres velitum è Svedicis deſiderati ſunt eo prælio, & alius quidam nobili ortus genere ex pediſequis *Wittebergi*, acceptâ vulneris notâ, ad herum eſt reverſus. poſtero die motis caſtris *Vſtiam* recta contendunt: nec niſi paſsûs quingentos Polonorum ſtativis aberant, quum aciem inſtruere imperator militum cœpit, æqua camporum, ſed ſpatioſa planicie locum præbente. rem totam ita ordinaverat *Wittabergus*, ut quinquageni pedites ab ſingulis turmis equitum, in medium accepti, & in ampliſſimè expanſam aciem quinquageni diducti, procederent. hic vexilla apud equites, ibi ſigna apud pedites volitare; hic tundi tympana, ibi tubis cani: animorum peditiq; equitiq; ſatis eſſe. incredibile memoratu eſt, quantum illa acies, & opportunitate ordinum, & æquabilitate loci adjuta, ſplendoris è longinquo ſpectantibus ingereret: maximè, quum impedimenta eſſent longius, quæ lixis atque calonibus commendata, novam caſtrorum ſpeciem eminus referre videbantur: & aciem coruſcam, omnis generis tormenta, ex intervallo ſequerentur. his ordinibus inſtructas equeſtres, ac pedeſtres copias, adverſus Polonorum ſtativa *Noteſſam* traducit. non concurſum eſt totis caſtris, neque aciebus, ſed carptim

Stativa Polonorum.

Acies Wittebergica.

Noteſſam ſe tranſmittit.

partes

partes aliquot præliis invicem congredientes, Mar- 1655
m communis aleam ſubière: o eventu, ut *Svethi-* minus cæderetur, *Polono um* plus, & caderer, & fuga etu , & captivum f et. *Noteſſa* flumen eſt, è lac adislavienſi ortum, quod *Warſtæ amni*, *Lanſpergam* in *Sverinū*, influens, *in Viadrum* incidit dextro ejus ere, è reg ne *Caſtrini*. tormenta jam opportuno fixa erant lo o; & ferreis pilis, pyrioq; pul vere farta, ad mo o rapim igni exonerabantur in *Polonos*. tum fuga peditum, qui emiſſi adverſum erant, effuſè fieri cœpta. & propinqua nox omne opus formidoloſius reddidit. ut primū diluxit, caduceatorem tubicinem, cū literis ad *Wittabergum* Poloni deſtinant, qui colloquio fidem petat, ut legati partis utriuſque, decem numero ad paciſcendum conveniant. non abnuit *Wittabergus* colloquium. ſecundum *Ratiavum*, & *Wurtzium*, alii octo à Svethicis nominati ſunt: è Polonis quatuor *Palatini*, ac totidem caſtellani fuerunt. dies *dominicus* forte erat, quo, concione Lutherano ritu peracta; conveniunt. *Ratiavus*, ubi videt à Polonis rem initio proferri, extrahique dictis; de *Caſimiri* in equeſtrem *Sarmatiæ* ordinem injuriis, multa queſtus dicitur, & quum antemeridiano conventu, inter eos nondum convenire poſſet, meridianum ſub tempus, iterum coière. tum his conditionibus res convenit. duo *palatini*, *alter* Poſnavienſis; *alter Caliſſinus, ex hoc temporis articulo, in Svediæ regis tutelam ſe permitterent; ei fidem ſuam, uti Poloniæ regibus antea, non cunctanter obligarent. Svedus regalia. quæ vocant, omnia, nempe, ſacerdotiorum proventus, portoria, vectigalia, cæteroſque reditus obtineret.* ſuper hæc, *urbes* Poſnaniam, *Galiſſiam, Meſerinum, alioſque commodiores locos, qui in bonis regiis cenſentur, ſicut animo illius collibitum fuerit, poſſideret. imperium omne in pedeſtres utriuſque palatinatus copias; illi daretur. quo quiſque genere prognatus, in quam conditionem vel ſtatum promotus, qua religione imbutus fuerit, in iis maneret: ſacra illi ſua noxæ, aut fraudi non fierent. templa*,

Caducea-
tor à Po-
lonis ad
Svedos
expeditus.

&

1655. *& ſcholas quibus aſſueti eſſent, ſine impedimento retinerent. nobilium quiſque in illa ab tot regibus jurejurando, à tot legibus juſtiſſimo decreto ſancita libertate conſervarentur. in ſecularia nobilium bona, nemo militum hibernandi cauſâ, nedum incommodandi, vel infeſtandi, ullo modo immigrare permitteretur; ſi quem militum aviditas prædæ, aut immodicus ſumptuum animus eò impuliſſet, digno ſupplicio mactaretur. judicia non aliùs, niſi Caroli nomine exercerentur, ab eo jura & functiones munerum peterentur. ſi cui obſervare has conditiones, ut Caſimiri adhuc ſtudioſo non libuerit; ejus bona in ærarium Carolo referrentur.* ſubſcripsêre his pactis die vigeſima quinta Iulii, *Arphrudus* pro ſuo rege, *Chriſtophorus Brinnus Opalinſcius* Palatinus Poſnanienſis, *Andreas Carolus Grutzienſcus* palatinus Caliſſinus, aliique pro ſuis in eo tractu Polonis. hæc ubi facta; ea, quam olim Ioanni Caſimiro ſacramento dixerant, ejurata fide, in Svethici regiminis formam ſe transferunt: deſertis caſtris, domos plerique nobilium dilabuntur. quos animus bellandi cupidus, vel ſtipendium in armis retinebant equeſtribus, *Radievi* imperio regendi tradebantur: illi tormentorum, illi equitum commiſſa fuit cura, ne proditæ patriæ laborem & curas, abſque præmio & honore ſuſcepiſſe queri poſſet. catholicis ſacris operantium poſſeſſiones ac reditus, prædæ ac diviſui principum continuò facta: in his morabatur miles, hinc alebatur. mirum dictu eſt, tantillo tempore tantum urbium atque agrorum, quantum in *majorem Poloniam* per millia paſſuum quadraginta patet, hoſti propè incruento cedere potuiſſe. *Viden? ultio divina quid poſſit, ſi mortalibus incumbere cœperit.* nec otiari tamen Wittæbergus; *Poſnaniam* rectà ducere, novos milites, novas legiones ſcribendas curare; omnia ad reliquum *Poloniæ* ſubigendum impigrè & providere, & peragere. Per

Legatio Poloniæ in Svedia excipitur. hos dies extraordinariæ legationis principes *Ioannes de Leſno, palatinus Lencitienſis; Alexander Naruſcephucius* Lithuaniæ ducatus ſcriba. *Holmiæ* accepti comiter

comiter auditique ſunt; ſed pace infectâ, & multâ 1655.
contione per ſeptem dies, nempe ex pridie nonas Julias, in ante diem tertium idus pro nihilo abſumtâ, *Svedium* amandati ſunt, quo regem Svediæ proficiſci volentem præcederent, eumque, dum adveniſſet, ea de re convenirent. licet munera ac dona *Hedvigi* reginæ acceptiſſima tuliſſent, tamen contemni videbantur; quod rebus omnibus ad bellum apparatis, de pace nimis ſeram interpellationem eſſe, diceretur. adfuêrunt iis per vices *Roſehan, Bannirius, Gardiaus, Brahe, Bilcas:* Iulii nonis, hora diei undecima ſenatum eis rex tandem dedit; ubi *Narpſcephutium*, hujuſmodi verba feciſſe, accepimus: *regiæ majeſtati tuæ, Carole Guſtave, dominus, & rex noſter clementiſſimus, hac legatione extraordinariâ, fraternam ſalutem nuntiari iterum voluit: omniaque in regni adminiſtratione fauſta, fortunataque tibi ut eveniant, optari; arctiſſimâ tecum ſocietate, amicitiaque copulari poſtulans; & omne id, quod vel controverſiarum loco eſt, vel eſſe poteſt, omni ſtudio componendum offerens. induciarum, quæ ſuum tempus nondum exierunt, incolumitas hactenus eſt ſervata, & fides; quæ porrò ut conſerventur, & pax æterna, Polonos inter ac Svedos fiat, opere maximo expetit.* hæc, taliaque dum pronuntiantur à legato apud regem; & ſe pacis cupidiſſimum oſtentat rex, & legatos honorificentiſſimè exceptos, familiariter affatur: ut, niſi tantis apparatiſumtibus, odiiſque belli in mentem veniſſet: in quæſitam cum *Polono* ſocietatem, ejus animus inclinari poſſe videretur. etiam regni curatores, quos ſupra nominavimus, rem pacis exorabilem ſanè, & ſperatam, in contraria vertêre. publicati enim ſunt repentè codicilli (*manifeſtum* nominant) qui, exeuntem Svedia, & in Polonica proficiſcentem bella Carolum, veluti antecurſores præcederent; ne cuiquam in Europâ hominum, qui machinamenta Svedica, in Sarmatas fieri, tanta inaudiſſent, latêret: quàm juſtâ Carolus, in Polonos irâ inſurgeret. multa codicillorum archi-

1655. tectus, quiſquis ille tandem fuit, ab Vladiſlao quarto & Ioanne Caſimiro in Svedos meditata, vel deſtinata animis facinora, commemorat: quæ Carolo ulciſcenda ſunt armis, Polonia regno illatis. hos codicillos cauſarum nomine conſcriverant; quæ, quàm juſtæ ſint, primum ſtatim harum verbum ex Mimi Publii ſententiis, juſtum declaravit: *læſam non ſemel patientiam, furorem fieri ad extremum.* ſi Svediæ regis patientia, furor jam eſt factus, quid æquabilitatis? quid clementiæ? quid juſtitiæ ab eo ſperare Sarmatæ poteſtis? quo minùs etiam poſteà mirabimur, ſi aliena ad ſe rapit, ſi Caſimirum regno exſuere, ſeque regem facere contendit Carolus: cui patientia jam non, ſed furens animi impotentia, dominetur? putabunt Svedi hoc dicto, ſe orbi Chriſtiano ſatis purgatos eſſe, quod Sarmatiæ regnum ad ſe avertere moliti ſint; cum revera, nihil gravius in illorum vecordiam, vel ab hoſtibus dici potuiſſet. ſed ſinamus illos furere hunc antè furorem, quàm hiſtoriæ filum rumpamus. ergo ante diem ſeptimum Kalendas Auguſti, maximo jam ante peditum, equitumque numero in naves congeſto, apparatuque belli, & re tormentariâ in claſſem undique comportata, vela fecerunt ante diem ſeptimum Calendas Sextiles, oram *Griphiſvvaldicam* prætervectus in *Bolgaſtinos* rex venit, ac ſeptimo poſt die, ineunte jam nocte *Sedinum* iniit. effuſa obviam, honoratiis in armis civitas, à ponte *Viadri* ſuperiori, ad urbis portam ſub octo ſignis conſiſtebat, quæ regem nobiliſſimo comitatu circumdatum in hoſpitia deduxit. altero die ab *ſyndico* urbis compoſita oratione ſalutatus quum eſſet, donis magnificè colitur. decem millium peditatus, cum ſeptem millibus equitum, non longè ab *Sedino* in hoſpitiis erat: tormentaria omnis generis, & majoris formæ ſupellex ut traduci poſſet, equos mille & ſexcentos oppidani inſtruxerant. *Sedino* profectus Epidamnum eſt. ibi (dies erat domino ſacer) divinis rebus Lutherano more per-

Carolus Guſtavus à Svedia in Pomeraniam mari traducit exercitum.

perfectis, luſtrare exercitum incepit. die ſecundo hebdomadis iter in *Sarmatiam* cum omnibus copijs, reque tormentariâ inſtituit. literæ namque & nuntii frequentes, à *Wittebergio* ad regem venerant; qui bene rem geri, ſed Polonos omnia parte quietos eſſe non poſſe referebant: niſi regis præſentia ſollicitudinem animis inſitam, omninò eximeret. 1655.

rex, magnis itineribus cum equitatus maximâ parte *Taupitium*, ac dein *Caſarnicoviam* præceſſit: cum pedeſtri manu, Capricornus (Steinbock) rei tormentariæ prætor, per [illegible] eum ſequebatur, & modicis quidem verſus *Naculam* itineribus; ut machinarum vis gravior ſimul traheretur. regi Carolo, paſſim honoribus effuſiſſimis itum, eſt obviam. *Rogoſnano* duo milia itineris aberat, quum ibi primum *Oſſophius caſtellanus*, & mox *Grudſinius Vaivoda Caliſſinus*, magno comitatu, nec minori cum lætitia, exceperunt eum. Grudſinius etiam ad epulas invitatum luculenter ac lautè habuit *Bugginaviæ* in arce ſua. viceſimo altero Auguſti die, exercitus regius cum *Wittenbergicis* legionibus, in agro Gneſnenſi conjungitur. *Coninum* deinde prætervecti haud longè à *Colo* oppido ſtativa collocant. dum feſtativis tenerent, miſſus à Poloniæ rege, ad Carolum Guſtavum orator, *Chriſtophorus Praziniſcus*, in caſtra venit: qui poſteaquam in regium tabernaculum fuit introductus, orationem Latinam æquitatis, & judicii plenam, coram rege habuit. ea ne hic repeteretur, Politicorum ſingulari libro incluſa eſt. *omnem promittendo, Poloniæ regis nomine, ſatisfactionem pacem petere, bellum deprecari ſe Chriſtophorus ajebat; orans, obteſtanſque majeſtatem regiam, ut ibi ſaltem gradum ſiſtat, infeſtum armis exercitum in ulteriora Poloniæ duci ne patiatur.* oratori Polono, Biorniclavus Latinè reſpondit: *pacis amantiſſimum ſemper vixiſſe regem ſuum, nec unquam prætermiſiſſe aliquid eorum, quibus ad eam comparandam opus: verùm quia tam neglectim, tamque præfractè hactenus in pace facienda ſe geſſerint Poloni, ut ea ſemper inſe[illegible]*

Taupitiū & Caſarnicoviam venit.

Oratio Chriſtophori in Politicis legitur ad verbum.

[illegible]

1655. *manſerit, cogi nunc jam, clementiſſimum alioqui regem iis uti remediis, quæ Deus, & jura ſtatuerint. neque tamen adhuc alienum à pace animum gerere, modo æquæ conditiones proponantur.* rex ipſe *lingua Teutonica,* blandè magis & comiter, quàm ſeriò legatum affatus: *Si,* inquit, *nimis longinquum regi veſtro videbitur, uti & prioribus illius ad me impediam legatis, ut conciliandæ pacis cauſa Sedinum conveniamus: alium aliquem ipſe in propinquo eligat locum censeo, in quo perfici queat, quod hactenus infectum eſt. ad hæc legatus ex animi, & regis ſui ſententia, nihil factu melius videri ait, quàm ſi inter exercitus utriuſque caſtra, aptus ad hanc rem locus deſignaretur, qui non plus millibus duodecim utrimque abeſſet.* tum *Carolus* diſſimulantiam illam comem, quam vultuoſæ majeſtatis nube texerat, ſubridendo totam expromens; *Quia,* inquit, *tam propè regum alter ab altero diſtamus, liberabo fratrem Caſimirum illa ad me adeundi moleſtia; conveniendi eum, amplectendique, brevi, ſpero, copia mihi fiet.* ita legatus è regis tabernaculo dimiſſus, in rhedam inſcendit; rem omnem ſine effectu ad regem, proceresque Sarmaticos relaturus. *Lovicii* (urbs eſt *Ezura* amni ad ripam dexteram appoſita) paulo ante *Caſimirus* fuerat: ſed ibi relicto duodecim feremillium contra Svedos exercitu, *Varſoviam* ſe recepit. auditoque mox, omnem legationem ſuam, à Carolo prohibitire contemni, cariſſimam conjugem ſuam *Aloyſiam Mariam Gonzagam*, ab ſe amittere *Cracoviam* ſtatuit. admodum triſte id reginæ accidit; neque enim diſcedebat aliter, quàm ſi poſt id locorum nunquam viſura eſſet regem. & quum ſalutem ultimam, conjugi ſuo in ſenatu diceret, animo defecta, ac ſopitæ ſimilis labebatur in ſolum; donec à viris nobilibus excitata ſibi redderetur. ante abitum, precibus quàm potuit maximis, pro Dei amore, pro Chriſti fide, ſenatores obſecravit; ne deſciſcerent ab rege: animam prius, quàm regni ſui, & regis curam deponerent. ſenatoribus obſecrantem reginam

Caſimirus uxorem mittit Cracoviã.

corda-

1655

cordatè miſeratis, animo incidebat; fortiſſima quæque pro ſalute regis facinora edere: ſuſtulerunt in præſentia digitos, & jurejurando confirmarunt, fortunas potiùs & opes, vitam denique & quæ conſervandæ vitæ neceſſaria ſunt, ſibi paſſuros eripi, quam fidem optimo regi datam violent, aut Svedorum tyranno, induciarum teterrimo ruptori in deditionem & jus abeant. his dictis arrecta *Aloyſia* Maria ſenatu exceſſit, & nigri coloris impoſita rhedæ, cum nobilium pediſſequarum comitatu, *Cracoviam* iter flexit. ſed neque præſidium equeſtre illi aberat, quò tutiùs, in *Poloniam* deduceretur. ut ventum Cracoviam eſt, ad arma convocati ſunt nobiles; aliique externi partim *Teutones*, partim *Vngari* mercede ſollicitabantur. rex *Varſoviæ* manens finem comitiis impoſuit, hac ad extremum oratione ſenatores regni allocutus: *Non ignari ſumus malorum, quæ nos hac fortuna manent,* sed tamen bono animo, qui in re malâ dimidium eſt mali, fortunam feramus oportet, ſi viri eſſe volumus. alii ſuper alios legatos à nobis ad Carolum Guſtavum iêre, quos omnes quaſi per ludum infecta pace ad nos contemtim remiſit. niſi eum fœlicitas ſua nimis inſolentem adverſus miſeros faceret, aut fortaſſe dii nobis irati, proſpero inæquntis belli curſu, ad majora pro ejus feroci ingenio ſupplicia perferenda inéſcarent; non potuiſſet illum noſtri miſericordia non capere. triumphet ille nunc, inſolens caſuum humanorum ruptorque induciarum, ut ea, quam habet, fortuna ebrius, violati fœderis ultorem Deum etiã ſecum facere arbitretur. manent eum (ſit fortunatus quàm volet) ſua fata; & quis ſcit, an non ſub hoſte graviore quàm mortali? non ſic, mihi credite, non ſic auferet. nos verò, quod in hominibus parum auxilii ineſt, divos omnes, qui cum Chriſto immortaliter vivunt, bonis Catholicæ fidei operibus, volentes nobis atque propitios, reddere ſtudeamus. eos enim ſi diſſidiis, lubidinibuſque noſtris adverſarios non haberemus, nunquam tanta nos diripiendi, vexandique poteſtas quaſi provincia prætori, tyranno Svediæ obveniſſet. cæleſtium iris, ac noſtris

Oratio regis Poloniæ ad Senatores.

facinori-

1655. *facinoribus premimur, quibus exanclatis expiatiſque, omnes refloreſcere incipiemus, fortis in præſens mihi animus, aut retinere decus regium, aut pro ſalute regni mortem oppetere non dubitat. qui hanc mecum voluntatem habetis, ferrum expedite, arma capeſſite, fidem obligatam ſolvite.* hæc ubi dicta dedit, ad rem divinam, à ſocietatis Ieſu patribus faciendam, in quorum ſodalitio, & ipſe olim ſub Innocentio decimo Romæ fuerat, proficiſcitur. ibi pranſum; cœnatumque, ibi dormitum it. altera die, convocatis *Mazoviorum* aliquot centuriis, in caſtra ad *Lovitium* revertitur, ut ſuorum contra hoſtes fidem periclitetur. Carolus autem poſtridie Kalendas Septembres, *Gneſnam* archiepiſcopalem urbem, cum pompa ac triumpho penè, init: *archiepiſcopus* urbe abſens apud regem Polonum Varſoviæ erat. metropolitani ſenatus collegæ (canonici Græco nomine dicuntur) in fidẽ *Carolo* ſe ac ſua permittunt. *Poſnanienſis* & *Caliſſinus palatini*, præſto ubique adſunt: Sarmatas ſuos cum equeſtribus armis obedienter exhibent. novi regis & prudentiam ſimul & benignitatem, non ſine adulatione, ſuſpiciunt atque prædicant. *Vladislao* quarto amabiliſſimo principi, cujus mortui deſiderium etiamnum eos teneat, *Carolum* æquiparant. adeo ſolenne eſt nunc hominibus, iſtuc vela vertere, unde flatus oſtenditur; qui tamen ſi nimius eſt, carbaſa non modo implet, ſed etiam phaſelum ſubruit: ut ſæpe tutius habeatur non extendere vela, quàm immodico prægravari, atque ſubmergi, vento. Quibus diebus, hæc per majorem Poloniam, incruento adhuc Marte gerebantur; nimia crudelitate, ſævitum in Lithuanos à Moſco eſt: is *relictâ Duneburgo, Vilnam* invadere conſtituerat. miſſus eò, cum quindecim millium exercitu *Radiphilus*, ubi appropinquare urbi hoſtem, cum numero virorum centum millium, famâ accepiſſet; in montes proximos fugam capeſſit. urbis *Gediminus dux Magnus Lithuaniæ* fundamenta jecit, annis abhinc triginta tribus

Moſcus Lithuaniam incurſat.

ſibus ac trecentis; qui tum forte, quum venatu feſſus, è ſupercilio montis, ubi urum venabulo confecerat, ſub noctem rediiſſet Svintorôhô in campo arctiorem ſomnum cepit. ibi, per quietem, alia fera obverſabatur animo. lupus erat, immani granditate corporis, vel ſolide ferreus, vel ſaltem ferro undique protectus. in eo illi ejuſdem generis feræ, ſupra centum ineſſe videbantur, quas ululatibus quàm unquam validiſſimis, & aperta camporum, & ſilvarum invia complentes, exaudire ſe putabat ſigillatim. ſomno excitus, quid imago hæc portenderet, è magiſtro divinæ rei (ethnici adhuc erant) ſciſcitatus intelligit, *imaginem eſſe eam arcis, urbiſque ab ſe, eò loci fundandæ; tam enim celebri famâ futuram, ut multarum gentium aures nomine impleat ſuo; principumque Lituaniæ ſedes, ac magni ducatus metropolis audiat.* cordi fuit hæc interpretatio duci Gedimino. nec mora: montis verticem arci deſtinat. *Svintorohum* campum, qui ambitioſè ad radices ejus montis, *Vilnâ* fluvio circumfunditur, ſubitariis operibus, & loricâ muniendum curat: inde, quod ſuperabat loci, ædificandis civium domibus, concedit. ſurrexit urbs celeritate incredibili; & ne ſuam ex ſomnio fundatoris, in poſteros originem taceret, *Vilna*, id eſt *lupi* nomen accepit. eſt hæc civitas noſtra memoria inter *Sarmaticas* facilè princeps, magnitudine, opibus, civium frequentiâ, convenarum uſibus & mercimonio, rebus omnibus qua ſacris, qua profanis. primi in ea Chriſtianæ fidei cultores Franciſcani, pro veritate vitam ac ſanguinem jam olim profuderunt: horum ſucceſſores cœnobium incolunt, & religione templi, & hominum ſanctimonia illuſtre. judiciale in ea forum eſt, & literarum ac diſciplinarum *univerſitas*, in qua optimi doctorum humanas, divinaſque literas interpretantur, civilis & canonici juris prudentiam explicant, Phyſicen & Medicinam tradunt; ſacrorum ceremonias epiſcopus adminiſtrat; nihil ornamentorum, nihil rei neceſ-

1655. *Vilnæ urbis fundamenta, origo nominis.* *Vilna, lupus.*

1655. neceſſariæ, huic urbi abeſſe videtur, niſi quòd muro & propugnaculis deſtituta, pacis artibus aptior, quam ſubitis hoſtium incurſionibus defendendis opportunior ſit. quæ res effecit, ut ab incondita Moſcorum multitudine brevi caperetur. hi enim, *Radiphilo* cum exercitibus, ex urbe in montes profugiente, omnia crudelitatis exempla, in *Vilnenſes* certatim ediderunt. capta eſt urbs, direptaque horrendum in modum ante diem ſextum eidus ſextiles. cives lacerati ſunt hoſtium furore, atque excarnificati tam barbarè, ut in feras beſtias, aut lupos inhumaniùs agi non poſſe appareret: ſupra quatuordecim hominum millia, eo tumultu periiſſe traditur. tantum verò trepidationis ac fugæ iis, qui *Vilnam* incolunt, incuſſum eſt, ut dum naves, ac lembos, majori numero, quàm qui illis tolerabilis eſſet, inſcendunt, onere mergerentur ſuo. alii, quibus copia navigandi non fiebat, quum nare inſueti, indoctique, flumen ſe trajicere laborarent, profundo haurirentur. ſimilem ac *Vilna* fortunam alia ſubiere Lithuaniæ oppida: *Meretium, Breſcia, Grodna, Slonimum, Zurovicus, Niſevicus, Slucum*. *Kaunam* ubi ventum eſſet, quod muro ſatis firmo parcere, immanitas cogeretur, ſepulcra mortuorum effoſſa, ac templi honor omnis deſolatus. dux *Alexius Michaelovicius* Moſcopolitanus (*Cæſarem* ſui vocant) cum liberis & conjuge *Vilnæ* ſedem poſuit. *Radiphilus*, cum parte magna Lithuanici exercitus, in Svethicæ manſuetudinis tutelam, *Gardiæ Magno* ſe permittere ſtatuit: proditione an metu, in medium relinquo. *Magnus* ille, rerum *Livoniæ* prætor, ab rege Carolo ſecundùm *Leonhauptiũ* conſtitutus fuit. is poſteà Lithuanis in fidem acceptis, oratorem ad Moſcum allegavit, qui ab eo peteret: ut jam nunc Lithuanos bello imperturbatos eſſe pateretur; quod ſub tutelâ Svediæ regis acquieſcerent. ſunt in *Lithuaniæ* tractu undecim omninò palatinatus: *Vilnenſis, Trocinus, Breſcianus, Novogrodienſis, Miciſlaicus, Vitepſienſis, Minſcôus, Polocinus*,

Fugiente Radiphilo Vilna diripitur.

Alia quoque Lithuaniæ opida.

Lithuaniæ Palatinatus.

vinus, Smolenſcenus, Kiovienſis, Volhinius. Radiphili 1655.
Principes in *Breſcianis* Palatium *Bialæ* habent. majorem hujus terræ partem, imperio ſuo Moſcus premit, Græcanicis ritibus occupatam. alii, quibus Latina eccleſia mater adhuc manſit, niſi ubi eam Lutheri evangelium novercam fecit, ſub Caſimiro erant; quos belli Svethici tempeſtas aliò transferre cœpit. autumni ferè tempus erat, quum Svediæ rex Carolus *Piateckim* inter & *Lovitium* ſtativa habentes Polonos aggreditur. erat ibi Maſoviçæ nobilitatis, cum rege Caſimiro, equitatus: ſed qui pugna infœliciter pugnari cœpta, in fugam averſi, alius aliò eruperunt. rex Caſimirus per noctem ſilenti agmine profectus, re adhuc incruenta, *Pilceſam* flumen tranſiit, & *Cracoviam* ſe deportavit, majora, è palatinatibus reliquis, auxilia coacturus. *Mazovii ſe Viſtulam*, qua cuique proximum fuit, tranſmittunt. eorum poſtremam partem Svethici antecurſores adepti, impedimentorum parte exſuunt. Carolus *Varſoviam urbem*, *caput Mazoviæ*, recta petiit, potituſque eſt, nullo repugnante. hoſpitium in arce *Iaſdôa* minus trecentos paſſus ab urbe diſtante, accipit; ubi ordinatis rebus, ac forti præſidio ſub *Nereno* duce urbi captæ impoſito, paulisper ſubſtitit. ſed Wittenbergum, cum exercitu præmiſſum Polonos inſequi jubet, qui novis copiis è palatinatu *Sandomirienſi* ſubmiſſis, inter *Opocinum* & *Cæſarnoviam*, dextris *Pilceſæ* ripis, caſtra metati erant. hos; *quia rebus deſperatis, animorum ſæpe quàm alias impetus eſt vehementior, generoſiorque*, moturos inde non apparebat; niſi maximis viribus cedere cogerentur. igitur Svedis advenientibus, in graviſſimam dimicationem res adducitur, plurimum ſanguinis utrimque exhauritur. multitudine armatorum, & ſucceſſu rerum ſuperior hoſtis erat; *Polonus* animo propè non impar, ſed apparatus bellici, & virorum non ſatis habens; quum aliquamdiu pugnam ſuſtinuiſſet, ſupra mille *Svedorum* vulneraſſet, occidiſſetque; *Wit-*

Svedi Polonos fundunt circa Lovitium.

Acre Svedos inter & Polonos prælium.

1655. *tabergum* ductorem ſauciatum, prælio egiſſet: aliis ſuper alios, auxilio *Suedis* venientibus, caſtra deſeruit, commeatum omnem, impedimenta que poſt ſe reliquit. multi illorum capti, plus duo millia occiſi ſunt; pars melior tergis opportune datis *Cracoviam* iter ad regem intenderunt, ante diem quintum decimum Kalendas Octobris. eodem die in *Culmigeria*, Pruſſiæ regalis parte, opprimebantur Maſovii quidam, à *Caſartio* Chelmenſi caſtellano, ad intercipiendam ex inſidiis *Bromiobergam* ducendi. *Leucolithus* (*Bromiobergæ* à Svedis inſeſſæ præſidio præerat) mittit ſpeculatum è ſuis, quid *Caſartius* moliretur: compertoque eum trans *Viſtulæ* ripam, circumducta ſibi curruum mole, vix mille viros in armis equeſtribus habere: duobus locis, uno pedites, altero equites, flumen trajiciendos curat; ac diverſos caſtra aggredi jubet. certamen acre exoritur. *Caſartium*, adverſo pectore in Svedos euntem, plumbeus fiſtula pyria emicans globus, ſtatim conficit. ſeptuaginta circiter deſiderati ſunt. alii in fugam ſparſi, ad ſuos ſe receperunt, meliori tempore in prælium redituri. ſed jam fata ſua urbi *Cracoviæ* impendebant. eſt ea *minoris Poloniæ* caput, regum ſedes, ad ſiniſtram *Viſtilli fluvii*, quem & *Viſtulam* nominant, ripam ſita, duplici muro, valloque regitur. arcem habet natura, & operibus validam; quam eminentior ſcopulus (*Phavel* nominatur) ſibi inædificatam ſuſtinet, regis palatium, ſanctique *Michaelis* ac *Stanislai* templa complectens. ſuburbia circum tria ſunt, *Caſimiria*, *Stradonia*, *Cleopardia*. *Stradonia* poſitus inter *Caſimiriam*, & urbem intercedit, proximè Viſtulam. campeſtribus locis *Cleopardia* imminet. obſideri cœpta Cracovia ante diem ſeptimum Kalendas Octobres. tum enim *Viſtulæ* pontem, *Caſimiriámque* & *Stradoniam* ſuæ poteſtatis fecerunt Svedi: & aliquot levis armaturæ equitibus (palatini Sulsbacchi erant) proxima urbis porta in urbem evaſiſſent, niſi fortibus præſidiariorum dexteris repulſi forent. tria

Cracovia obſidio.

millia

millia armatorum, *ſub Stephano Caſarnecio, Chriſtophoro Pracimſco*, & *Lupo* ſeu *Wolfio* præſidii cauſa Poloniæ *Cracoviæ* reliquerat, quos non victum iri opinio erat, ſi modò aliqua ſubſidii ſpes affulſiſſet. hi immittunt ignem ſuburbiis, *Stradonjümque* exurunt. animorum & commeatuum obſeſſis affatim erat. Guſtavus, qui longinquam obſidionem videbat futuram, ne operam luderet; ſpem auxilii præcidendam obſeſſis ratus, ad reliquas exercitus Poloni copias, proſternendas, properat. relicto, quantum ſatis erat ad *Cracoviam* in obſidione retinendam, peditum equitumque; dat negotium *Duglanti*, *Viſtulam* cum equeſtribus aliquot cohortibus tranſeat; & *Lanscoronam* aliaque Pannoniam verſus, in montanis oppida, tentare moliatur: ipſe cum alariorum delecta manu, & quadringentorum ferme peditatu, *Bochniam* contendit: ibique nullo repugnante, facilè recipitur. *Duglas*, conceſſa in deditionem *Lanscorona*, præſidioque arci & mœnibus impoſito, ad regem per literas *Bochniam* excitur, quò, dum eluctetur, ſat operis habet. agreſtes enim, numero aliquot millium conglobati, cum ferramentis & ſecuribus exierant, infeſta circum itinera facientes: ut viarum cavis multa ad morandum injecta materie, tranſitu prohiberetur. tandem *Duglas* turma equitum una, alterave deperdita, agreſtium pleroſque interfecit. ad regem denique, itinerum difficultatibus explicatus, poſtridie Kalendas Octobres evaſit *Bochniam*. *Phiſnice* hinc abeſt unis paſſuum millibus, quam *Sarmaticum* præſidium tenebat. mittitur eò ad præfectum, Svedis ſe ut dederet; ſed ille primum abnuere, ac tormentorum fulminibus circumjectum arci agrū, hoſtiliter quatere cœpit. poſt paulū; ubi *Svedi regis* præſentiam comperiſſet, imperium accipit; & voluntate in deditionem venit. machinæ bellicæ triginta quinque ibi repertæ ſunt; & aliquot menſium cibaria. poſtero die *Bretlacus* & *Roſa* cum equeſtribus turmis exploratum ire jubentur, cinane,

1655. (margin)

Phiſnicem deditione accipit. (margin)

1655 ne, an ultra *Donajecium*, Poloni exercitus reliquiæ ſe teneant? *Donajecius* fluvius eſt, qui ad *Sandeſſæ* mœnia dextro latere *Pripetium* recipit, eoque auctior factus aliquot infra *Bochniam* ſtadiis incidit *Viſtulæ*. dum id maximè ſpeculatores agunt, quod juſſi erant; falſo nuntiatur à neſcio quibus, tranſiſſe flumen *Polonos*, ulterioriq; accepto ſ ripa tendere. id quod credunt *Svedi*, & pergunt porrò, ac in hoſtium caſtra, cis *Donajecium*, necopinantes inferuntur; neve ſubito caſu inſectos appareret, in audacter commiſſo perſeverant, & Polonorum equites prælio laceſſunt. mox per ſeſqui mille paſſuum effuſe fugantur à Polonis, & velut adverſis tempeſtatibus rejecti in littus, unde ſolverant, ad conſecutum eos regium agmen relabuntur. Poloni, ſupra cavam viam, in plano, caſtris locum ceperant, ſed quæ, emerſus difficiliori via *Svedus*, facile incurſabat, & milite, & ferocia promtior. rex *Smalandici* & *Wittabergici* equitatus robur ductabat. dextrum latus *Bodoacer* cum agmine ſuo tegebat, ſiniſtrum *Iſraelis* & *Sulsbacchi* copiæ tuebantur. inter Polonos *Quartiani* erant, *Huſſarique* & *Valachi*, cum deſultoriorum equitum legiuncula. Svethicorum ordinem *Valachi* primum incurſando perturbare nitebantur, dextro latere: cui ſubſidio & ſaluti fuit ala ſiniſtra, quæ perturbatis *Valachorum* ordinibus, multiſque occiſis caſtra nudavit. tum fuga circum, & ſtrages latè fieri, nec flumen quemquam retinere à fuga poſſe. ſupra centum in fuga occiſi: dimidium ejus, inter quos *Denkovius* velitum præfectus, capti traduntur. reliquos, ultra *Donajecium* palatos, uſque *Tarnoviam* inſecuti ſunt. paucis pòſt diebus, ubi rex ovanti ſimilis, per *Bochnitas Cracoviam* reverti ſſet, *Alexander Conſtpolius* regni Poloniæ vexillifer, ſe & Quartianos ſuos in fidem Carolo permiſit. hæc pugna ſatis fœliciter ab Svedis pugnata, ingens ad potiundam *Cracoviam* telum fuit. Caſimirus, regno extorris per Vngaricum finem in *Sileſiam* non maximo ſuorum comitatu circumdatus,

Miſſi exploratum Roſa & Breslacus.

Proſperè pugnant Svedi ad Donajecium.

tus, Oppelam venit. *Chmnelnicius* eo tempore, in *Podolia* apud *Cameneciam* oppidum, vel ut alii tradunt, in *Russia* apud *Leontopolin*, Potocianum fugavit, fuditque exercitum: id quod literis regi Svediæ ſignificandum curavit: adjiciens, vehementer ſe gratulari illi ſucceſſus ſuos, quibus Poloniam intrarit, domuerit que; his enim auditis obſidione *Camenecia* deceſſiſſe, ac *Leontopolim* cum copiis tranſiiſſe, ut quid regia majeſtas ab ſe fieri velit, cognoſcat, omniaque ad nutum ejus, imperiumque tranſigat. idem *Ragotius Tranſilvaniæ* dynaſta feciſſe dicitur. Per eos forte dies, novos rex Poloniæ ad Svedum legatos miſit. legationis ejus princeps *Leſcinius* in *Caſimiria* (eſt id *Cracoviæ* ſuburbium) ad regem introductus fuit; is verba fecit de pacis negotio, ſed quæ nihil profecêre apud animum victoriis occupatum. dimiſſus eſt cum reſponſo: *indignum facinus eſſe, eum qui regno exſutus ſit, de pace regni inter exſulandum agere. obliviſcendum Caſimiro propediem dignitatis ac fortunæ regiæ eſſe. conventum ab rege victore in pridie Kalendas Novembres Varſoviam indictum, ibi illum cum ſenatoribus regni, quæ in rempublicam videantur, ſocialiter ac ſine Caſimiro amicè pertractaturum.* dum hæc, taliaque apud *Cracoviam* geruntur, tumultuoſis hinc inde per majorem Poloniam certaminibus concurſum eſt. *Staroſta Bomſtellinus Coſtianiam* ſecundo aſtu interceperat, quod in oppido armatorum fuit, *Phorbuſa* præſidii præfecto, interfecerat. venit ſub idem tempus, *Fridericus ex Heſſia* Landgraviis, Principe quodam *Naſſoviorum* gentis, aliiſque comitatus, & recta *Coſtianiam*, illorum opinione adhuc ab *Svedis* inſeſſam, progreditur. aliquantum itineris adhuc aberat, quum duos (hic aulæ, iſte ſcripturæ ejus magiſter erat) præmittit, qui ſe adeſſe nuncient. neutro illorum reſponſa referente (uterque enim vita privabantur) oppido ipſe appropinquare cœpit. ibi præmonentem, ut ſibi caveat, fœminam habet, *nihil tuti eſſe*. neglecta mulieris præmonitione, ad

1655.
Chmnelnicius Potocium fundit.

Coſtiania recepta.

 repagu-

1655. *Fridericus Heſſus jaculo fiſtulari trajicitur.* repagulum, quod viæ publicæ in oppida, urbeſque prætendi ſolet, adequitat; tū exonerata in eum continuo fiſtula, glande confoſſus, ex equo præceps datur. ex caſu verò aſſurgere quum pararet, defectis ex templò viribus, manus & pedes in mortem diriguerunt. vita meliori fato, ſi Poloniam viſitaſſet, debita ſub umbras fugit. hæc res acerbitate ſua, movit hoſtem, qui propinquis præſidiis collecti, palatinum *Iunjulam Vlavienſem Volnôa* oppugnatum, in deditionem adegerit ſub veſperum (profugerat inde jam *Staroſta* cum Landgravii cadavere) *Coſtianitas* aggrediuntur, & in muros, portaſque debacchantes ſumma vi, capiunt oppidum. qui in armis reperti (ad trecentos fuere) gladio confecti ſunt. In Pomerellia *Sveſſa* eſt oppidum, quod nobilitatis Poloniæ præſidio tenebatur. hi, ut fieri ſolet, hoſte non procul agente, per occaſionem multa tentabant. decimo quinto Octobris die *Styrumbia* comes, cum *Horna* ſuas conjunxerat copias apud *Bromiobergam*. ad quadringentos per cauſam prædandi exierant; ſeptingentos vix progreſſi paſſus in hoſtem incidunt, venitur ad manus; vulnerantur, cadunt promiſcuè Svedi, Poloniqque. ad poſtremum in fugam adiguntur nobiles, ac *Sveſſanam* in arcem ſe recipiunt. ibi animus ad reſiſtendum opportunitate loci rediit. ergò tormenta in hoſtem expediunt, exonerantque. hoc animadverſo *Hornes*, ædificia ſuburbana, quæ adverſus arcem erant, incendit. ignem ventus adjuvabat, qui turbido flatu ſcintillas & flammas in arcis tecta impulit: nec tormentorum, quibus muros *Sueſſa oppidum deditur.* continenter quatiebat, ab hoſte quies erat. ad expugnationem comparata erant omnia. obſeſſi metu portas aperiunt, & ſe obſidentium arbitratu, nullis conditionibus acceptis, dedunt. idem terror & alia oppida in poteſtatem hoſtium dedit: *Tauchellas, Coniſſam, Neoburgum.* Carolus ex *Bochnitis Viſtulam* trajectus, ut ſupra docuimus, fortunam Cracoviæ miſeratus dicitur; miſſoque iſtuc *Denhovio,*

hoſpio, quem captivum habebat ex Polonis, de victrice pugna obſeſſos monet, ut quia in ſpem auxilii venire non poſſint, clementiam potius, quam vim ſuam experiri, animum inducant. Polonum placuit mittere, ut facilior nuntio fides conciliaretur. *quid enim præmii capto foret, ſi falſa retuliſſet ad ſuos?* Denhovii in urbem adventus, & rerum adverſarum ab eo narratio luctu quosdam, admiratione alios ſupra modum defixit. *Cæſarnecius* & *Præſcimcus*, (præſidio urbis præerant) pro caduceatore, *Wolfium* in caſtra miſere, qui ad colloquendum cũ Svedo inducias poſtulet, ut honeſtæ conditiones dentur, accipianturque. vires enim hoſtium intolerabiles apparebat eſſe, quæ ſi pertinacia defendendi ſe nequicquam irritatæ forent, excidio cuncta & ruinis involverentur. duobus locis cuniculi ſub urbem effecti erant, quibus nitrati pulveris cados immitti, & cuniculos obſtrui, ac tantum cavi relinqui mos eſt, quo ignis ad corripiendum pulverem irrepat, cadosque incendat. ſuccenſi dein vis pulveris, inenarrabili fragore, ſuperſtantia, & quicquid obviam datur, in ſublime projicit, proſternitque; non ruina tantum, & ſtrage, verum etiam deformi incendio, & aduſta caligine formidabilis. extremum id homines perdendi, urbesque & mœnia proruendi, tormentum eſt; quo ne *Cracovia* periret, ante diem quartum decimum Kalendas Novembres, in jus, ditionemque *Svedi* conceſſit. leges, in quas deditio fieret, hæ fuerunt. *prima. Libertas religionis Catholicæ Romanæ, ejuſque ſacramentorum adminiſtratio, & pietatis illius publicum exercitium, in urbe Cracovia imperturbata, & plena permitterentur. eccleſiæ, parœciæ, collegia, monaſteria, conventus, Xenodocheia, omnesque aliæ domus, quæ ab ſacratis Deo viris, aut mulieribus, habitantur, inviolatæ permanerent. non hoſpitio militum, non equorum ſtabulo, niſi id maxima & evidens protegendi urbem conſervandique neceſſitas imperet, delegarentur, neque militibus prædæ darentur; ſed cum omnibus hominibus fortunisq; eorum & ſupel-*

1655.

Conditiones deditæ Cracoviæ.

1655. *& ſupellectile, ab hoſtili direptione, injuriaque arcerentur. eccleſiaſticis omnibus, tam ſæcularibus, quàm regularibus ex utroque ſexu, ſine ullius rei violatione ibi vivere pacatis, ac liberis liceret; proventibus, privilegiis, villis, ac prædiis eos frui, & gaudere paterentur; cùm hac additione tamen, ut ipſi, quietè vivant, ac debita cum obedientia, & fide in regiam Svediæ majeſtatem animati ſint; neque tumultus quicquam aut contentionis, contra regem, regiumque præſidium & regimen, vel meditentur ipſi vel exſequantur, neque moliendum aut exſequendum curent, ſive publicè, ſive privatè id fieri poſſit. ſi de fortunis ſuis, cenſibuſque ac reditibus, ſimiliter atque laici alii, in palatinatibus, & provinciis, vectigalium impoſitorum onera perſolvant.* ſecunda. *præfecti equitum, militumque in arce Cracovienſi, ac tota nobilitas, qui in præſenti obſidione ſunt, plenam ſui capitis, ſuorumque ex utroque ſexu libertatem haberent: bonis omnibus ſuis, ac donativis, ſive moventium ea ſint rerum, ſive agrorum atque urbium, dignitatibus, munerum civilium aut provincialium procurationibus perpetuò fruerentur. ſcripta item ac tabularia communitatis, caſtellorum & provinciarum, integra, & illæſa conſervarentur. ita tamen, ut ipſi ſine tumultu & contentione in Polonia regno degant, fidemque Svediæ regi obligatam liberent. ſi cui verò magis placuerit, domum ſuam dignitatemque & munus hactenus uſurpatum deſerere, regnique finibus emigrare; id illi facere liberum & integrum eſſet cum omnibus bonis ſuis, quæ ferri, agique poſſunt. nobilium urbe abſentium relicta in urbe bona, clementiæ & arbitrio regis permitterentur. is, pro merito cujuſque, ea diſpenſaret, vel retineret.* tertia. *Cracoviæ civitas, omneſque ejus incolæ & cives ſis legibus & prærogativis, atque immunitatibus, quas à regibus Poloniæ acceperunt, viverent: eæque illis perpetuæ manerent, ac defenderentur.* quarta. *Cracovienſis academia gymnaſium, omnibus itidem prærogativis, quæ comitiorum regni publico conſenſu illi delatæ ſunt, gauderet: proventibuſque ſuis, ſine impedimento frueretur.* quinta. *perilluſtri, & generoſo domino Stephano, heredi*

in

in Cæſarnea Cæſarnicii caſtellano Kiovienſi, hodierno gubernatori arcis, & urbis Cracoviæ: ſicuti & Fromoldo Luttincuſano, nomine Wolphio capitaneo Duneburgenſi, commendatori Cracoviæ, & præfecto ſereniſſimi Poloniæ regis cohortium prætorianarum, aliiſque tribunis equeſtribus, cujuſque ordinis, quemadmodum & manipularibus, ac turmalibus eorum quibuſcumque, præſidio Cracovienſi decedere permitteretur cum omnibus ſuis inſtrumentis militaribus, majoris & minoris formæ ſignis, vexilliſque explicatis; funiculis extrema parte ſcintillantibus; tympanorum ſonitu perſtrepante. his, ſimul avehere ſecum duodecim minoris formæ tormenta, quæ ultimi præſidii cohortes, in urbem invexerunt, liceret. emigrationis dies, nonusdecimus Octobris eſſet, hora octava antemeridiana. interim ſimul hæ deditionis leges, ratæ invicem, acceptæque fuerint, urbis Cracoviæ porta, è regione ſuburbii Stradoniæ, ſicut & proximè hanc ſita turris, cum univerſo partis ejus tractu, qui in arcem ducit vallum item ac duo aggeres, è ſuburbio Stradonia, Caſimiriam ſpectantes, libera & vacua, confeſtim regiæ majeſtati Svedicæ traderentur, cohortibus ac turmis ejus inſidenda. ſexta. *pro alimonio, ac hoſpitio illorum, qui ex hoc præſidio decedunt, ſed præcipuè cohortium; jam dicti gubernatoris domini caſtellani Kiovienſis; & ſtrenui viri domini Volphii, regii corporis cuſtodum, præfecti, & capitanei Dunaburgici, bona quædam & prædia regis; quæ Sileſiæ finem adjacent, aſſignarentur, uſque in Kalendas Novembres; ac nominatim, & propriè ex proventibus Capitaneatuum, & bonorum Eccleſiaſticorum* Zatoriæ, Oſviciniæ, Sclaucoviæ, Koſzugloviæ, Poſziniæ, Severiæ, *ut alantur & procurentur. hac tamen lege, & conditione adjunctâ, ut tempore hoc durante, in Svedum regem, exercitumve ejus, nihil hoſtile tentent; ſed pacati, quietique ſint, ſine arreptione, ſine incommodo popularium & incolarum, aliorumve iter facientium, & exterorum, ibi verſentur ac vivant: ac ſe ita facturos, regi ſatisdent. ſi id tempus exierit, poteſtas illis erit, cum ſuis turmis & cohortibus proficiſcendi, migrandique, eo quò velint; cum hac tamen adjunctione, ut Sereniſſimo Poloniæ rege-* 1655

rege-

1655. *rege illorum opera diutius uti nolente, præ aliis omnibus, regi Svedo eam præſentent.* ſeptima. *pedeſtres copiæ, è palatinatibus ad hoc bellum conquiſitæ, cum præfectis earum, & armis, uti moris eſt militum, in palatinatus ſuos liberè reverterentur, ſine motu, in pace ibi agerent. nihil hoſtile adverſus regem machinarentur, omnique maleficio temperarent.* octava. *ſereniſſimi Poloniæ regis conſiliariis, aulæ regiæ miniſtris, tutus ad regem ſuum tranſitus concederetur; & publicæ fidei causâ, tubicen comitaretur.* nona. *carpenta omnia, & carrus onerarii cum equis & bonis, quæ militum Polonorum ſunt, à regi Svediæ auctoratis militibus, abſque incommodo & noxa, in locum deſtinatum perducerentur.* decima. *omnes captivi in urbe & arce Cracovienſi liberarentur, & rex Svedus, totidem turmales & gregarios, ſicuti & eorum præfectos pari numero in libertatem reſtitueret, quot ſcilicet eorum gubernator dimitteret. Moſcorum capitum ibi quod eſſet, in urbe & arce relinqueretur. quod ſi rogare velit regiam majeſtatem gubernator, ut Polonorum, qui apud Moſcum ſunt captivi, ac nominatim* Ioannis & Paulii Petoliarum, Balabani Machonicii, *liberatio fieret, in eo ſuam operam rex pollicetur.* undecima. *archivum ſereniſſimi regis Poloniæ, tam in tabulario, quàm in quæſtura; tabularia item omnia, ſcriniaque actorum & documentorum, regaliaque, ubicunque locorum in urbe, in arce, ſunt, vel abdita jacent, delegatis ab Svedo rege, bona fide, ſine dolo, integra & incorrupta traderentur. omnia majoris formæ tormenta, quæ conditionibus his incluſa non ſunt, commeatus, apparatuſque belli, cum iis, quæ hic vel ille, in urbe vel arce depoſuit, ibi permanerent: neque quicquam, excepto quod gubernatoris, belli, & aulæ præfectorum proprium ibi eſſet, exportandum curaretur. quod nihil cuniculalarii cum fomite pulveris in urbe vel arce lateat, obſides ſatis locupletes gubernator daret.* hæ leges, à Wittæbergo & Cæſarnecio ſubſcriptæ, conſignatæque, per Svediæ regis diploma confirmarentur. datum Caſimiriæ apud Cracoviam Octobris die ſeptimodecimo. his conditionibus datis invicem, acceptiſ-

que,

quæ. & ab rege *Svedo* ſubſcribente confirmatis, ex- 1655.
ceſſere *Cracovia Sarmatæ*. migrationis eorum dies, ante quartumdecimum Kalendas Novembris fuit, ex hora decima in tertiam pomeridianam. hoc enim temporis intervallo, præſidium omne deductum eſt; ſignis explicatu libero volitantibus, pilulis ori inſertis, funiculis imâ parte ignem foventibus, tympanorum ſtrepitu, cumquaque perſonante. princeps equitabat Caſtellanus Kiovienſis, *Stephanus Cæſarnecius*, latus illi claudebat *Chriſtophorus Pracimſcus* primus ad regem Svedum in *Polonia* legatus. hos, peditum *Wolphii* cohortes, Germanici nominis, ad mille capita ſequebantur, quibus imminebat *Grocinii* pedeſtris chilias, ex *Polonis* præcipuè & *Heiduccis* conflata; tum phalanx *Poloni* regis, corporis ejus tutela & cuſtos; cui ſagulo villoſiſſimo cinctæ, cruda ferarum pellis ad colli priorem ſubſtricta partem, ſcapulas & terga contegit. dexteram armat pilularius, & ex cingulo ſupra umbilicum circumacto, gladius *Vngaricus*, atque ſecuris dependent. poſt hanc phalangem, alii præterea *Heiducki*, eodem propè armatu gradiebantur, ad numerum ducentorum. ſub hæc impedimentorum, & commeatuum, tormentorumque ſelibrium carri, pluſquam trecenti trahebantur. agmen cogebant *Cæſarneciani* velites, levi equitatu conſpicui, numero ſupra mille, quos draconarios appellant. egreſſi *Cracovia*, in Sileſiæ fines amandantur. quò ventum quum eſſet, pars *Vratislaviæ* recepti, pars *Oppelus* ſunt: quidam etiam in ſua dilapſi, domos redierunt. acceptæ in poteſtatem *Cracoviæ*, octo & viginti legionariorum centuriæ, cum aliquot alariorum cohortibus, præſidio imponuntur: quibus rex duos ſum imperio præfecit, *VVurtzum* & *Pherſam*. *Leworis* enim ægritudine ad vulnus adjecta, militiæ munerum vacationem obtinuit, cui *Sandomiriæ* poſſeſſio dabatur. idem ab *rege* impetravit, ut novi exercitibus, & caſtris prætores, atque duces nominarentur. nominavit rex *Karulum*

1655. rulum Magnum Badæ Marchionem, & Burchardum Mullerum, ut ſupremi equeſtrium copiarum legati eſſent. Philippum palatinum Sulsbachium, & Totta Comitem, ut majores peditum ſtatores legionibus imperarent. & quod jam de tumultibus in *majori Polonia* concitatis, nuncii adferebantur, miſſus eſt cum quatuor millium equitatu *Mullerus*, qui nobilitatem in tumultus pronam, in ordinem cogerent, in officioque continerent. *Cracovia* ſtatim à Svedis cœpta eſt communiri undique. operarum quatuor millia in ſingulos dies, cum rutris, aliiſque inſtrumentis, in operibus faciendis continebantur. laboratum quoque, ut novo alveo effoſſo inductus *Viſtula*, urbem circumiret, & his tempeſtatibus reperto, ac uſitato propugnacula extruendi more, inexpugnabilis arx fieret. hæc opera, ante hiemem adhuc, in effectu apud *Cracoviam* fuére. Per quos dies *Cracoviæ*, in urbe Carolus rex fuit; minoris Poloniæ nobilitatis Principes, qui *Lublinum* in arcem profugerant, literas ad eum perferendas, generoſo viro *Vladislao Lubomirio* dedêre: *quibus tantillum moræ, uti injiciat ſuis Karulus ſucceſſibus, petunt; donec itineris, quod ad regem Caſimirum inſtituerint, eventus renuntiari ad eum poſſit: ſe quidem eo animo non eſſe, ut fatis urgentibus obluctari, perque abruptam contumaciam, novos patriæ motus concire velint; ſed tamen, in alterius heri jus abire non poſſe, niſi priorem, cui ſacramento dixerint, conſuluerint. adornaſſe igitur ad ſereniſſimum regem Caſimirum profectionem, ut ibi cum cæteris collegii ſui primoribus, qui apud ipſum adſint, deliberent, quibus legibus pax fiat, aut quo pacto fidem illi obligent, qui repugnantibus imperare jam cœperit. nemo enim invitis imperat diu, niſi qui jure quoque victor, imperii legitimi conſcientiam à ſubditis extorſerit. Vulgi in obſequium ruentis plauſus, grati Carulo eſſe haudquaquam debere: ut regni procerum numeroſæque ac fidæ nobilitatis auctoritas, & judicia vi ſint negligenda.* qui ſuum literis nomen ſubſcripſerunt, hi fuére: *Vladislaus Dominicus dux Oſtrorogia, palatinus Cracovienſis.*

Poloniæ minoris nobilitas mittunt ad Svedū.

[..]enſis. Ioannes Tarlo, Palatinus Lublinenſis. Georgius Lubienius ſupremus regni tribunus. Lubomirius, qui has pertulit *Cracoviam*, ante diem undecimum kalendas Novembres à Carolo Guſtavo alias literas impetravit; quibus, illis præter alia, & hoc reſpondit: *inutile ſibi hoc mora tantillum, quod petant, adulto jam autumno, eſſe. neque ſegnes medicos hæc tempora poſtulare. proinde, ſi laſſanti regno manum dare, conſiliiſque & voluntatibus afflictam rempublicam juvare, & reſtituere in animo habent: moras omnes in aliud tempus extrahant. neque ſibi probroſum ducant, inter primos, qui patriæ bene velint, ad concilia indicta conveniſſe.* his acceptis literis, magna nobilium pars, *Lublino*, ad Caſimirum *in Sileſiam* ſe deportant. defertur & ſecundum alia, regni Polonici regium diadema, quod *Lubienius* diligentiſſimè aſſervatum, Caroli cupiditatibus religioſè ſubduxerat, ne regno potitus, coronam quoque regis, capiti ſui induendam curaret. hæc dum aguntur: *Adamus Brochovius, caſtellanus Sochalovienſis*, compertæ fortitudinis, & magnæ eruditionis vir, *Cracoviam* venit ab rege *Caſimiro*, ad *Carolum* legatus. is vel tempore excluſus, vel itinerum ubique infeſtorum latrociniis retentus; quum *Varſaviâ* potitum Carolum, & cum ſuis de ulteriori Polonia concionantem interfari debuiſſet, hoc tempore circiter, ad regem eſt admiſſus *Cracoviæ*, ubi eum verba feciſſe accepimus, in hunc modum. *Scit utique regia majeſtas veſtra legationem hanc meam non nunc primùm veluti ſub manu natam, quæ dicere Varſaviæ debuit, intra portas urbis hujus in medium afferre. quod ſit ſerum & præpoſterum quibuſdam videatur, nondum tamen meo quidem judicio, terras iſtas tot fatis exercitas adeo profligata deſtituit pietas, ut litigantibus inter ſe cognatis principibus, & exitiô ferro cædes mutuas ferentibus benigno numine intervenire dedignetur. arrexêre fugitivâ ad novas ſpes, præclara utrimque regii ſanguinis indoles, & raro in privatis quoque nota naturæ humanitas: non in exitium, uti reor, generis, ſed in quæſtum gloriæ tan-*

1655

Caſtellani Sochalovienſis ad Guſtavum Legati Oratio.

1655. to impetu nitentibus. Nec alienum ab imperatoria laude ſereniſſimus rex meus exiſtimat, ſi nec dum decreto [illegible] armis pugnans, claſſicum tantiſper ſiſtere jubeat, reluctaque à capulo manu, jungat dextras, & ex caſtris per me oratorem ſuum regiam majeſtatem veſtram precatus, alloquatur. fuerit hæc aliquando temporum, locorumque injuria, (nam & Deos & fata, & quidvis potius quam mores veſtros. quotquot eſtis, ô Reges! accuſare maluerim) quod tanto terrarum pelagique ſpatio disjunctos, ſeculares controverſiæ tenuerint, neque opportunè per legatos expedita remedia tam luctuoſo, ac, ut ita dicam, inceſtuoſo bello modum finemque ſtatuerint. nunc, quum utriuſque partis capita in proximo ſint, quid vetat, integrâ belli famâ, poſitis tantiſper armis morbi hujus fibras ſcrutari, ut ſanitatem quæramus, belliquæ tractatus ſerio innovari? quid enim exſpectamus, ut ſolitudo & vaſtitas belli finem faciat, & gladiatores toto orbe collecti, non ſine horrore diſcrimineque, quod abſit, etiam victorum, ad tumulum exſpirantis patriæ noſtræ decertent? errat enim vehementer, quiſquis putat tam luculentam ſibi hæreditatem quietè obventuram! ſcilicet tot competitores æquis oculis alienam ſpectabunt felicitatem? & non magis quivis finitimorum principum ſcenam hanc ſuo commodo claudere volet? reſpice ſereniſſime rex, duo ex adverſo imperia, quo Turca, Germanique gloriantur, tertiumque Septemtrionis horridi jam non minores ſpiritus noſtris cladibus gerens. Quid deinde maritimæ potentiæ hinc & inde amici? num ſinent majeſtatis veſtræ res jam antè formidatas tam in immenſum creſcere, & non magis uſitato Chriſtianis gentibus more, æquilibrii ſtatera contineri omnia volent? credat majeſtas veſtra, quantum virtuti bellicæ propior, (pateret hæc fiducia moderationis regiæ dici) tantum periculo inter conſpirantes æmulos eris; & ſi nos perimus, tu periclitaris. collidentur inter ſe factionis capita, & bella ex bellis ſerie infinita naſcentur. utor iterum beneficio tuo, ô rex, & amplius dico hæc eſt victoria, quæ fructum victoriæ perdit. at illa quantò pulcriora, quantò certiora ſunt, partâ jam gloria acquieſcere, cogitare ſe hominem eſſe natum, &

largien-

largiendo potius quàm eripiendo hominibus beneficia, 1655.
regnum imperii? duæ legitimæ quidem bellorum cauſſæ cenſentur, ſui defenſio & tutela ſociorum. his adde, uti politicis noſtris placet, gloriæ & proferendi imperii rationes. Quantum ad nos, certè neque offenſas concupivimus, qui miſſis legationibus ultrò amicitias petivimus; neque alienarum rerum hactenus quicquam attrectavimus. porrò majeſtati tuæ, ſi proferre fines placet, ſi gloriam venari, quanta illa, ſi per cauſſam tecum amicâ gente fœderibus contra fœdifragum Moſcum cauſſam noſtram agendam ſuſceperis? neque ad laudem hanc minor fieret potentiæ acceſſio, dum arma Septemtrionis junctis cum Polono manibus, ſceptri Suedici legibus nullo negotio parere continenti terrarum filo docueris. hæc noſtra, invicto Neptuno, quam malè & quibus ex cauſſis cohæreant, pro innata prudentia, sereniſſime rex! cogitabis. nec pro magno putaveris, ſi ita fato viſum, inſignem belli fama populum invaſiſſe. ſcient utique ſecula, feſſis & ſauciis, & nihil minus quam Suedorum arma meditantibus, improviſum, & integrum ſupervenisse te, magnanime princeps! nonne Dominus exercituum Deus eſt? nonne Dei noſtri eſt tam in paucis, quam in multis ſalvare? & licet nova Politico-Statiſtarum commenta ſæpius bella eventu æſtiment, quod ad cauſſam tamen hanc pertinet, raro inter dividi poſſunt. annon etiam Mars communis eſt, ut quum vires noſtras probavimus, ſimul fortunæ cogitemus? lubrica Dea eſt: non illi minus quàm optimè creditur. rerum quoque humanarum ludibria toties docuerunt, inter ſolium & aliena genua, momentum intereſſe. vis fortunam tuam, propriamque facere, ô rex, moderatam effice. nam & magna navigia mergunt ſæpius, quam regunt. præterea quatenus omnes ſervos facere non potes, elige, quos amicos habeas. noſti fidam & candidam gentem, fraudium ignaram: non dedecores erimus, qui ſocii vocemur. ſecundis ornamentum, adverſis præſidium. ego verò majeſtati veſtræ gloriam citra obtrectationem, acceſſiones fortunæ ſine rixa apprecor, præcipue quum non deſint occaſiones aliæ, in quibus ſe regia armorum voluptas exerceat; & inſuper in hoc regno niſi

1655 omnia tanquam ex victis concupiſcas. Quod ſatis ſit, amicis jure ſociali feres. idque comitiali autoritate deſignati legati, qui jam Varſaviæ majeſtati veſtræ præſto ſunt, ubi viſum erit telam hanc ordiri, certius expedierint: quos ego allectitius collega totis campis ſerenitatis veſtræ veſtigia relegens ibidem præſtolantes reliqui. libeat modo brevem moram, dum civiliter ea diſceptantur, ab armis largiri, ut Chriſtiano ſanguini, cujus apud optimos princeps ſemper honeſta eſt parſimonia, aliquid indulgeat. verba literarum ſerenitatis veſtræ, quibus locum tempuſque continuandis tractatibus judicio domini mei clementiſſimi permittit, humanitati regiæ ſereniſſimus rex meus imputat, & viciſſim optionem defert, ubi commodum viſum, hoc præſertim rerum ſtatu, ſine ulla proteſtatione aut ex propinquo, ubi ubi, ſive ubi legati noſtri literis majeſtatis veſtræ provocato negotio attendunt. hic ipſe locus, Cracovia, urbs dominatrix, domicilium regum Polonorum, nunc exercitibus Svedicis inſeſſus, hic ipſe locus, quo fragilitatis humanæ partes utrimque admoneantur, limes odiorum & pacificationis mutua in diſceptando, terminus eſto. quod uti ſincerâ benevolentiâ agi, fidem faciat, captivos omnes, quot quidem ego abiens in caſtris reliqui, miſſos facit, & liberos pronuntiat ſereniſſimus rex meus, tuus naturâ cognatus, & conſortione dignitatis frater. his ad regem peroratis, benignè magis, quàm ſincerè, dimiſſus orator eſt. licet enim lautia illi hoſpitiumque præbita ſint, re tamen, quam perficere laborabat, infectâ, ad Caſimirum ſuum rediit. Carolus Guſtavus ad Ferdinandum tertium, Romani Germanorum imperii moderatorem ſummum literas miſit, ſecundo & viceſimo Octobris die: argumentum erat. *Non dubitare ſe, quin ſua Majeſtas ea, quæ de bello ab ſe in Polonos gerere cœpto, à miniſtris, procuratoribuſque ſuis nunciata ſint, literiſque multorum commendata, perceperit. Dei maximi numen juſti belli cauſam evidenter juviſſe, ut hoſte non ſemel fuſo fugatoque, & rege Poloniæ profligato, maximam ejus regni partem ſuæ poteſtatis fecerit: multas urbium, & in his Craco-*

viam,

pican, regni caput ante paucos dies ceperit. & jam por- 1655.
ro bona ſpei plenus, confidat, conſilia Deum ſua, facino-
raque proſperaturum. hujus gaudii rivos ad Cæſaris
majeſtatem emanare ut faceret, hanc epiſtolam ſcripſiſſe;
& quum rerum ſuarum ſucceſſibus, Cæſari factus pro-
pinquior ſit, ita quoque curaturum ſe cum fide, ut propin-
quitatis jura ne violentur. ſimilia his commiſiſſe orato-
ri ad Cæſarem ſuo, cui majeſtas Cæſaria uti credat, etiã
atque etiam petere ſe ait: ac Dei optimi curæ Cæſa-
rem commendans, proſpera ei, lætaque omnia comprecatur.
datum ex Caſimiriâ apud Krakoviam ante diem
quartum eidus Octobreis, poſt annum quàm Chriſtus
natus eſt, milleſimum ſexcenteſimum quintum
& quinquageſimum. accipienti has literas
Cæſari Ferdinando tertio, quid animi fuerit, non ego
hic ediſſeram, neque animo expromam meo.
illud indubitatum eſt, propiùs luctum quàm lætitiam
fuiſſe illum, qui legatos ſuos pacis causâ ad
Carulum præcoci victoria elatum dimiſſos, negligi
videret. pridie kalendas Novembres, relicto, ut
ſupra docuimus forti præſidio, Cracovia Carolus
exceſſit; cumque victoris exercitûs reliquiis, ad
quas adjunxère ſe quatuor millia Quartianorum,
Varſoviam iter inſtituit: ut indicto illuc Polonæ
gentis concilio intereſſet ipſe, quæque in rempublicam
eſſe viderentur, cum proceribus conſultaret.
quadraginta millium ſpatio urbs hæc abeſt
Cracoviâ. Per quos dies, Carolus rebus Cracoviæ
ordinatis, Varſoviam iter intendit: Lublinum, Poloniæ
minoris opulenta civitas, quæ ſeptem ac triginta
millium intervallo Cracoviâ diſſidet, in Petri
Ivannovicii Moſcorum præfecti poteſtatem accipitur.
præter Moſcos milites & Coſacci erant velites,
quibus Daniel Viovicius imperabat. hi ex Lithuaniæ,
ac nigræ Ruſſiæ finibus progreſſi, populando
omnia, exurendoque magnum hominibus
metum incuſſerant. & jam Samoſciam eos pervaſiſſe,
fama Lublinum attulerat: ut multi nobilium, ac
negotiatorum, pretioſiſſimis rerum convaſatis, in
tutiore

Lublinum à Petro Ivannovicio impetitur.

K

turiorem locum se deportare contenderent. horum
1655. partem à tergo oppressos diripiunt Mosci, Cosacique: & positis contra *Lublinum* castris, ad numerum quindecim millium paulisper consident, usque dum quarto & vicesimo Octobris die, suburbanum *Lublini* oppidulum (*Cracoviense dicitur*) insana vi irrumperent, & Iudaicum in primis vicum depecularentur. cives qui urbem tenebant, arma subitò arripere, portas & mœnia tueri conantes, quum ob muri debilitatem armis parum confiderent, albi coloris vexillum erigunt, ac mansuetudinem eorum, quam vim experiri magis optant. missi continuò in castra duo, primæ nobilitatis viri, *Franciscus Bodzinus*, & *Pomtusus Poborca*, quibus alii tres additi, unus ex collegio Iesuitico, bini ex civibus. hi simul urbe vix egressi, tantis ululatibus, tamque inhumanis & efferatis militum clamoribus excipiuntur, ut prius exanimati prope fuerint, quàm civitatis postulata ad exercitus ducem perferre possent. ubi in ducis conspectû legati venere, civitati modò suæ parceretur petunt, se ac sua omnia in ejus potestate futuros. ad hæc respondens *Ivannovicius*, bona omnia nobilium, & ecclesiasticorum sive ea libera sint, sive pignori opposita, sibi postulat; & cives omnes jusjurandum adactos; in ditionem Cæsaris Mosopolitani concedere imperat. si id sine mora fecerint: civibus atque tectis parsurum se. hoc responsi quum altero die ad civitatem legati retulissent; effunduntur omnes portis, ecclesiastici, nobiles, religiosi, cæterique oppidani; & in castris, præeunte illis verba scripturæ magistro, fidem suam *duci magno* obligant. hac re perfecta propius urbem castra metantur. sed *Petrus Ivannovicius* Moscorum ductor, quum ad amniculi, qui præter urbem lapsus, in *Vipretium* flumen editur, pontem venisset, substitit; omnesque rursus eodem sacramento, quod in castris dixerant, adegit. superato verò ponte in superioris portæ concamerationem ubi ascendisset, duo tormenta (alia autem

[Lub]linates [Mos]cis [obli]guntur [sac]ramento.

tem

 165

rem defoſſ[illegible] erant) quæ ibi [illegible]perit, educi in caſtra jubet. Hebræorum nationis, quæ in ſubmœnianis habitat, opulentiam omnem, & ſupellectilem carris evehendam curat. ſed Lublinatium civitati, ne diripiatur, millia florenorum trecenta pecuniæ imperat: currûſque non paucos holoſerico villoſo, aliiſque bombycinis onuſtos: omnis generis, at Hollandici cum primis & Anglicani, tam carbaſini quam lanei panni, mille volumina: aromatum aliquot & vini plauſtra: ac ſpeciatim peregrinæ *Sinenſium* ab oriente ultimo radicis, pondo ſexaginta: *Rhei barbari* totidem libras: bellici apparatûs, inſtrumentique omne, quod in urbe foret, ſibi præberi poſtulat. Hebræorum aliqui in urbem è ſubmœnianis profugerant. hos ut primum conſpexêre Moſci, vix manibus temperavêre, quin omnes derepente neci deditos quaſi ad victimam immolandam ſibi depoſcerent; ægrè tamen civium prece ſervati ſunt. Germanici nominis milites, negotiatoreſque idem fortunæ ſubiiſſent, niſi Curonicus inter *Moſcos chiliarcha*, & quidā vigilum ex Pomerania præfectus cædi illorum interceſſiſſent. interea, dum *Lublinates* Moſcorum ductoris poſtulato ſatisfacere laborant, direptionibus urbis incendiiſque temperatum eſt. & ſexaginta ex ſuis auctoratis urbi præſidium *Ivannovicius* impoſuit, qui Coſaccos mœnibus arcerent. illi enim abſente Moſcorum tribuno ac ductore ſuburbana *Lublini* opida quum invaſiſſent, Hebræos in ſua reverſos ex improviſo obruunt, alios obtruncant, multos, qui ſabbatharium in templum religioſius confugerant, circumdatis latè ignibus ambuſtulant, exuruntque. *arcem* deinde incendunt; cujus inflammationis contagium, per continua lignearum domuum in *urbem* permanaſſet, niſi præſidii *Moſcici* virtus urbi relicta, & mercede in laborem auctorata lymphatis exſtinguendis ibi flammis liberaliter aggerens, *Coſaccos* cœpto revocaſſet. ceterùm in arce nihil Vulcano intactum fuit, ſed ejulatus inde puerorum,

 plo-

1655. ploratuſq; fœminarū in omnino miſerrimus exaudiebatur, multo crudeliori per quatriduum ſpectaculo: quum & Dei ſimulacra homines ore atque naribus flammas bibere; & ſuo intinctos pingui, aſſatoſque, inter extrema dolorum exſpirare, cernendum erat. inter hæc, Iudaici quoque arx oppidi eſt inflammata: præſentiſſimo urbis periculo, quum nemo ex urbanis eminus tela mittere, aut mortifero, è bombardis atque fiſtulis, jaculo ferire hoſtem auderet. ſunt in ſubmœnianis *Lublini* Bernardinorū, Carmelitanorū, & Brigidenſium cœnobia: in quibus alibi, viri alibi virgines cœleſti ſponſo famulantur: in hæc quoque atrociter ſævitum. moniales aliæ raptæ, aliæ abductæ, pars obtruncatæ ſunt. in monaſterium *ſanctæ Brigidæ*: (id munitius habebatur) ſuburbani quidam ſeceſſerant, ut ibi ſe contra vim *Coſaciam* tuerentur: ſed monaſterii ſeptis, portiſque effractis, omnes in mortem dati. & jam in urbe quoque annonâ laborari cœptum, & aquæ penuria conflictatum eſt: ut vel ipſis *Coſacis*, qui omnia prædæ acceperant, per muros pecunia transderetur, & viliſſimo pretio, ea quæ ad veſcendum uſui ſunt, obſeſſis ipſi viciſſim traderent. ante diem tertium kalendas Novembres, tandem in unum collecta erant, quæ *Moſcus* ſibi dari poſtulaverat: quibus acceptis, in urbem venit *Ivannovicius*, exercitumque ſubmœniana compilantem, ex oppido Cracovienſi, aliquot millia itineris *Viſtulam* verſus educit. ac biduo poſt, novo in urbe magiſtratu prius conſtituto, in *Lithuaniā* ſe receptur⁹, Lublinatium obedientiam, & fidem laudat. eorumque, apud *Cæſarem ſuum*, cum gratiâ meminiſſe velle ſpondet, ne quid urbi in poſterum ab ſuis noceatur. ita diſceſſum eſt, in fidem accepto prius, ac poſtea expilato Lublino. *Carolus Guſtavus* interim *Varſoviæ* excipitur: ubi eum Teutonico ritu in convivis, pro regni, quod ceperat, incolumitate, largius perpotantem, dapes & vinum hautquaquam enervârunt. ſic enim genio indulgebat, ut conſilia, facinora,

Carolus Varſoviæ ...

cinora,

raque belli, è poculis ab eo duci, non exſtingui 1655
crederentur. octodecim dies circiter *Varſoviæ* manſit
ut comitiis regni, quæ Octobri menſe inito indicenda
curaverat, ſub kalendas Novembres inchoandis
ipſe præeſſe poſſet. multi *Sarmatiæ* procerum,
Caroli Guſtavi literis, & clementiæ ſimulatione
invitati eo venerant: ſed *Quartianorum* exercitûs
duces, præcipuo in honore habuiſſe dicitur,
eoſque ſingulos militaribus donis donatos ab illo
eſſe. hi fuere nominatim: *Alexander Koniecpolius*,
ſacri Romani imperii princeps, ſupremus regni
Sarmatarum vexillarius. *Demetrius Georgius*, Zbaraſii
& Wienovicii regulus. *Ioannes Sapieha*, ſummus
belli commiſſorum in Poloniæ regno curator.
Ioannes Piaſecius, Novogrodiæ præfectus. *Ioannes
Sobieſcius Pulcopbnicus* Kvarcianovæ dominus.
Stanislaus Wyzicus, pocillator Noviogradenſis, &
Samueles Lojovius, prætorianæ cohortis decurio. inter
hæc *Ruſſiæ* nobilitatis equites ad numerum quatuor
millium, in viam ſe dederant; quorum animus
& conſilium quum ab Svedis ignoraretur *Varſaviæ*;
obviam illis mittuntur, qui ſciſcitatum
irent, quæ cauſſa itineris eorum eſſet. ubi ad eos
ventum eſt, auditur; veniſſe eos regis videndi gratia,
de quo tam multa inaudiſſent. neque Carolus
indignum ſe exiſtimavit aſpectabilem & victoriarum
curſu lætam faciem ſuam illis in campo exhibere.
ferro itaque totum ſibi corpus induit, & in equo
ſpecioſiùs quàm alias inſtrato caraphractus,
urbe effunditur. ſtipant eum honoris & cuſtodiæ
gratiâ lectiſſimorum equitum ſex chiliades. *Ruſſi*
conſpecto rege ex equis deſiliunt, ſtapedem ejus
manibus contrectant, fidei ejus ac tutelæ ſe credunt,
voces gratulatorias mittunt, *vivere Carolum*,
& ſibi regnare optant. rex, galeæ bucculam aperiens,
comem ſe illis & conſpicuum viciſſim præbet,
alia, quæ in rem ſuam atque rem ſint, benignè promittit.
quo facto, diſceſſum ab utriſque domos
eſt. Ante tempus captæ Cracoviæ, novum aca-

 demiæ

1655. *Nova in Clivenſibus Academia Ducisburgi 14 Octobr. erecta.*

demiæ Calvinianæ gymnaſium, in Weſtphaliæ ad Rhenum circulo, eſt inſtitutum. Fridericus enim Guilielmus Brandæburgi Marchio, ut reformati Evangelii pomœria latius in imperio Germanico proferret, *Ducisburgum* ſuæ poſſeſſionis in *Clivia* urbem huic rei accommodare volens, univerſitatis privilegium ab Ferdinando tertio Cæſare extorserat. hujus gymnaſii inſtitutio magnis cærimoniis peracta eſt à principe Mauritio Naſſovienſi, Brandæburgici electoris in *Clivienſi tractu* vicario, qui duodecim buccinatores, & unum chalcotribam ſcholæ huic, & profeſſoribus inaugurandis magnificè adhibuit. lætitia ibi major fuit, eâ gratiâ, quod Svedus in Sarmatia rem feliciter aggreſſus nunciabatur, & evangelii cauſam per ipſum ſtabiliendam porrò in Germaniæ terris apparebat. Brandæburgus interim, qui in Pruſſia ducali Regiſmonte erat, ingentem vim equitatûs, & pedeſtris militiæ hominum comparabat, quibus pro defendenda Pruſſia uſurum eum fama referebat. dum recenſerentur hæ copiæ; alariorum ſive equitum numerus milia duodecim & quingentos implebat: ferentariorum ac velitum, quos ab alato ſerpente, propter velocitatem ſuam *dragonarios* vocant, duo milia & ſeptingenti erant. legionariorum, ſive peditum chiliades undecim, & ſexcenti numerabantur. ſumma univerſorum ducentas, & ſexaginta centurias efficiebat, id eſt, ſex & viginti milia humanorum capitum, cum viris octingentis. equeſtris imperii curam, ad *Georgium Fridericum Waldecia Comitem*, Brandeburgi marchio delegaverat. homo enim fortis, & expertæ fidei cognitus illi ſæpè fuerat. peditatûs imperator *Otho Chriſtophorus Sparrius* conſtituebatur: qui miſſilibus ignium ab ſe excogitatis inclaruerat, & poſtremo *Heſſico* bello dum *Euskyriacam* in agro Colonienſi liberare ſtudet, propoſum ab ima nate femur, gravioris tormenti globo abreptum, felicem operam dando medicis, *Embiæ* receperat. hoc armatu, his pedeſtris & equeſtris

[illegible]eſtris mi[illegible]tiæ cultoribus, m[illegible]ltum incommodi [illegible]du[illegible] acc[illegible]pere, & Brandæburgus fidei conſerva-[illegible] immortale decus ad poſteros emere potuiſſet; ſi primo in Poloniam aditu *Wittenbergum* ducem ar-[illegible]cuiſſet. nunc fortunam belli reſpectanti Brandæ-burgo religio eſt, victori *Svedo* in diſcrimen ſuas copias objicere. Carolus autem *Varſoviæ* receptus, quum ad comitia indicta ſenatorum Poloniæ animi non reſponderent, neque corona donatus eſt, neque Poloni regis, pacem iterum petentis legationem admiſit. & *Caſimirus in Quadorum* provincia exſul, contrario Caroli edictis diplomare regni ſui ſenatum *in Sileſiam* advocandum curavit, ut ibi, quæ in rem ſint publicam, decernantur. his ita in ambiguo poſitis, ne bene gerendi ſeries, à fluctuantibus comitiorum aſtu Polonis, interturbari ſineretur; res Poloniæ regni, quantum ejus poteſt, *Varſoviæ* componit Carolus; & *cancellarium Oxaſtirnam* Ericum nomine, adminiſtrationi quum præfuiſſet, novam expeditionem in *Pruſſias* decernit. regalis prius impetenda illi videbatur, cujus ordines *Mariæburgi* conventum incerto exitu habuerant. nam, litigantibus invicem Brandæburgicis atque regiis, concordari non poterat; niſi cura omnis rei, & militiæ gerendæ poteſtas uni *Brandæburgo* crederetur: quod ubi *Gedanenſibus* minime placeret, ſyndicum ſuum ad ſe revocant infecto negocio: ſed reliquas civitates tamen in pacta quædam adegiſſe *mariæbio* dicitur, de quorum fide, quum nihil certi habeam, hic non reddo. ante kalendas Decembris, in Pruſſiæ regalis confinia præmittitur re[illegible]tormentariæ præfectus, cui nomen *Steinboccus*. is [illegible]enturia equeſtri, (quæ Brandeburgici copiarum erat) & ad *Trebinſſam* obſiſtere Svedis parabat, fuſa [illegible]gataque, fluvium ſe traſicit; ac regionis totius [illegible]auſtris oppido potitur, quod *Stratiobuurgum* vocant. exin ad reliqua ejus terræ facilior aditus, *Ratievo* etiam h[illegible]c proditionis operam navante, comparabatur. is cum trium millium equitatu ad Thoru-

1655.

Stratioburgum capit.

1655. Thorunates appropinquat, eamque civitatem, regi Svediæ ſtipendiariam & vectigalem ſe faciant, magnificè perſuadet. exſutus autem exercitu & regno *Caſimirus*, & *Caroli* tam propè abſentis fortuna animos civium inclinaverunt; ut fidem priùs datam ejurent *Caſimiro*: & novam *Carolo* obſtringant. pridie nonas Decembris urbem *Thorunium* Svedus iniit, maxima civium congratulatione ſalutatus. intromittebatur in *divæ Mariæ* templum, inter feſtivos ac hilares machinarum, pilulariorumque crepitus, tonitruſque: ubi concione, per Lutherani evangelii præconem peractâ, ſymphoniacorum modulamen, & Germanicis verſibus cantilena inſonuit: *ut jacit nobis nitorem luminoſum phoſphorus!* è templo in *curiam* perrectum: in qua rex epulo exceptus, regiiſque cultus muneribus ab ſenatu, *Mardæfeldum* urbi præſidio imponit. ſexcentos dein milites veſte, armiſque adornatos ei obtulerunt. fuère ſimul apud regem honoris & comitatûs ejus causâ, dux *Adolphus Ioannes*, qui non ita pridem ex Italica peregrinatiône redierat; *Anhaltinus quidam, & Heſſius, Sulsbachuſque*, proteſtantis Germaniæ principum filii; *Otho Steinboccus, Ericus Oxeſtirna, Hieronymus Ratievus*. exterorum quoque legati, *Galliæ regis, Transſilvani principis, Moſcopoleos monarchæ, Angliæ protectoris, marchionis Brandæburgici, & Coſaccorum ducis Chmielnicii*. dum hæc geruntur, *Quartiani* quoque in *Pruſſiam* effuſi, tumultuoſis hinc inde præliis in Brandæburgicos invadunt, ac ubicumque eos adepti forent, in fugam aut mortem præcipitant. ingens ubique *Polonorum & Pruſſiæ civium* inſectatio & ſtrages edebatur, niſi in fidem ſe Carulo permitterent. Livonicæ copiæ *Grudento* potiuntur, aliaque opida ad ſe rapiunt. ſed dum hoc tractu temporis Cracoviæ ſperaretur, fore, ut Stephanus *Caſarnecius* Kiovienſis Caſtellanus, ac Dunæburgi olim præfectus *Wolphius* nomine, qui in Sileſiæ fines diviſi hoſpitiis fuerant, ad Svedos tranſitionem facerent: aliter res contigit. conſilia

Thruoniū deditur

Quartiani Svedo militantes Pruſſiam divexant.

filia enim inter ſe inierant, ut qua illis proximum erat, ad regem Caſimirum ſeque ac ſuas copias transferrent. de his conſiliis aliquid *Burcardo Mullero*, qui equeſtribus centuriis legatus præerat, ſuboluit. quare dat negotium *Sadovio*, ut Quartianorum quingentos, & Germanorum ducentos equites, ad finem *Sileſiorum* deportet, qui aditu ejus terræ *Caſarnecianos*, *Wolphianoſque* primum prohibeant, deinde in jus ac ditionem Svedorum accipiant. non plane fruſtra *Sadovius* hac expeditione fuit: Wolphianos enim explicatis jam ſignis, in iter accinctos, extra quem, neſcio, vicum reperit, quos ita derepente ſuo circumfudit equitatu, ut nulla effugiendi poteſtas fieret, ſed veniam petentibus, jurare in *Svedi* verba permitteretur: *Wolphium* ipſum in vico *Sadovius* obvium habet, pilularioque in pectus ejus intentato, non exonerato captivum facit; cumque aliis *Cracoviam* abducit. ſed Cæſarnecii ad Caſimirum Poloniæ regem tranſitio feliciorem exitum nacta eſt; prius enim quàm ad eum tranſitu prohibendum hoſtis aggredi poſſet, expeditiſſimi equitatus cohortes *Viadrum* traduxerat, lætuſque & ſoſpes ad regem *Oppelis*, in *Quadorum*, quos nunc *Sileſios* nominamus, terris exſulantem penetraverat. nec regi cætera afflictiſſimo, regniſque & exercitibus exſuto quicquam hilarius accidere potuit, quàm fidiſſimi ſibi pectoris hominem, ad ſe juvandum, per tot adverſa incolumem, & aſpicere & amplecti. regina etiam, quæ cariſſimis ex mundo muliebri venditis, & aliunde quoque comparato auro argentoque, ad novos exercitus conquirendos, noctes & dies nummos conflandos cudebat, boni ominis loco accepit; quod *Cæſarnecius* eos primos dare poſſet, quibus ad hoſtium vires infringendas impenſius auctoraretur, digniſſimus omnino inter *Sarmatas* heros, qui non tantùm hoc doloſo virtutis genere, libertati patriæ ſtuduerit: ſed frequentiori dehinc arte & Marte Svedos feriat. ſub hæc in regali Pruſſia *Elbingenſium* civitas, vigeſimo ſeq-

1655.

Wolphius capitur.

Cæſarnecius cum ſuis ad regem evadit.

1655. ſecundo Decembris die in *Svedorum* poteſtatem partim metu, partim proditione concessit. conditiones, quibus adacta eſt, ut ſe dederet, has acceperat.

Elbingenſium deditionis leges.

Elbingenſium civitas, & illi, qui ejus ditionis ſunt, ejuratâ Ioanni Caſimiro fide, Carolum Guſtavum, cum omnibus ſuis legitimis ſucceſſoribus, pro naturali, ac legitimo domino, agnoſcerent. regiæ majeſtati civitas fidem ſacramento, quando regi ipſi placebit diceret: quod tamen ante ejus adventum non fiat, quem eo uſque differet, dum omnia circum tuta tranquillaque reddiderit. *Immunitates, & privilegia, quibus civitatem hanc reges, principes, domini condecoraverunt, non modò conſervarentur, verum etiam, ut ratio temporis exegerit, amplificarentur. belli hujus tam gravis causâ, regem ope nummariâ, ita, quemadmodum commiſſorum curatores eam nominabunt, civitas juvaret. neque in poſterum tali onere gravaretur; quum aliæ civitates & provinciæ id regi præſtare poſſint. ut civitatis hujus mercaturæ & negotia, apud exteros dynaſtas, atque principes, in majus provehantur, rex curaret: omnibuſque rebus oneroſis, quibus gravarentur, quantum ejus facere poſſet, civitatem expediret, abſolveretque. ſuburbium, vetus, & nova urbs, regio præſidio frequentarentur*, locus verò in urbe à granariis nomen poſſidens, *Elbingenſium civitatis militibus, permaneret. vetuſtæ urbis cives, ab hoſpitio excipiendis militibus, domos ſuas liberas haberent*, quod novæ incolis haut ita placuit, quin ſtomacharentur, & res propè ad tumultum ſpectaret. *Opificibus, qui militarem operam, inter urbis præſidiarios navârunt, liberè abire quocumque vellent, ſi vellent, permitteretur. Homines, ac bona eorum, quæ ſervandi causâ in urbem ſunt allata, inviolata & illæſa conſervarentur iis, quorum eſſent; niſi fortaſſe quidam rebelles, ac duræ cervicis obſtiterint*: hos enim regiæ majeſtatis judicio, tradi oportere. *mercatorum obligationes, & chirographa ſarta tecta ſervarentur, neque irrita fierent. Valla, muri, portæque urbis ut reſtaurata perſeverent, collapſa redintegrarentur, à civibus opera, & impenſa fieret. ſi quid novi operis ad vetera adjiciendum*

curare

curare Sved[i] vellent, id non fieret, niſi conventâ, conſid- 1655.
[..]vit[..]. apparatus belli, tormentaque urbis, ad ej[us] tuitionem ibi permanerent: quorum uſus, tam intus in urbe, quàm foris extra urbem, pro tuendis civibus eſſet. his conditionibus illigata *Elbingenſium* civitas, in jus ditionemque Svedicam venit. iniêre urbem ſtatim *regni cancellarius* comes *Ericus Oxeſtirna*, ut regalis Pruſſiæ præfectus; & legatus generalis *à Linda*, ut præſidio *Elbingenſium* civitatis præpoſitus. quadringenti ejus urbis militum deducti ſunt ad regium exercitum; ſed mille *Svedicorum*, (pars equites, pars pedites erant) rurſus ad præſidium intromiſſi. haut longè pòſt, venit eôdem rex ipſe, nequè hic minus plauſibiliter, quàm anteà *Thoruni* eſt conſalutatus. Per hos dies nuncii & literæ ex *Svedia* ſunt allatæ, quæ triumphantem peregrè *Carulum*, novo ad res proſperè geſtas gaudio cumulaverunt. *Hedvigis* conjux regia, quam *Holmiæ* gravidam reliquerat, noctis ejus medio, quæ eſt pridie nonas Decembres, quo die *Thoruni* fuerat receptus, filiolum ei peperit lepidulum, elegantem, valentulum. decimus nonus Decembris nominalium ejus, & baptiſmi dies fuit, quo *Carulus* eſt nominatus. qui eum Chriſtiani fontis cærimoniæ admoverent, invitati ſunt *Proteſtantium eccleſiæ* principes viri: in quibus tres Germaniæ octoviri, *Saxo*, *Brandaburgus*, *Heidelbergenſis*; tres item alii ſereniſſimi duces, *Wittenberga*, *Slesvvici*, *&* *Holſatiæ*, *Adolphuſque Ioannes* Caroli frater. ſuſceptorum, quibus ipſis, tempore & via excluſis, adeſſe non licebat, perſonas ad fontem geſsêre illuſtres viri: *Petrus Braha*, *Guſtavus Horna*, Gabrieles *Oxaſtirna*, E[r]icus (Chryſoaſter) *Guldeſternius*, Sebethuſque *Boots*, & Hermannus *Flemminga*, regni Svediæ ſenatores. doctor *Lenæus*, Vbſalienſis antiſtes baptiſmi ſacramentum contulit. paſtor Emporagrius, verba illi evangeliorum aliquo verſiculo præeunte, vel[..]ante, concionem habuit Lutheranæ rei congruentem. nihil ibi ſacræ, profanæque lætitiæ prætermiſſum,

Holmiæ naſcitur novus Carulus.

1655. miſſum, ſed baptiſmalibus epulis, magnificentiſſimè, apparatiſſimèque inſtructis, nec opinatus interfudit luctus. regni quidam ſenator, nomine *Paullus Kephenhuller*, dum in cœnaculo poſt dapes, ad ignem brumali tempore excitatum, unà cum aliis proceſſiſſet, omni parte membrorum captus, ſubitò corruit; ac ſine reſpectu, ſine voce, reliquis rerum ſuarum trepidis, exſpiravit. *quæ res; mirum ni ominis cauſa, accidit; ut Sarmaticis Caruli Guſtavi triumphis; cui & hæc gaudia agebantur, injicienda proximo anno ſecuris, prodigiosè prænuntiaretur. illo namque anno Svethicæ potentiæ nullus unquam funeſtior fuit, neque plures neci dedidit; ut mortualem hunc ex natali faceret diem.* acceptâ in poteſtatem & jus *Elbingâ*, bipartitò exercitum *Carulus* diviſit: unam partem, obſidendo *Mariæburgo* admovendam curat; alteram, ſpecie movendi Brandæburgico belli, in ulteriorem Pruſſiam Montemregis verſus ducit. ſecundis caſtris *Meliſaccum* attigerant, decem ab Regis-monte millium intervallo. ibi *Livoniæ* exercitus, cum regiis conjungitur copiis, qui millium quindecim armatorum dicebatur numerum implere. miſſi inde confeſtim, alii ſuper alios ad *marchionem ab Svedo* rege, tubicines: qui eum præſentis mali, ſi neget ſe in poteſtate regia futurum, præmoneant. *eſſe jam ingentes copias, in cervicibus eorum, quæ totam facilè ad ſe ducalem Pruſſiam avertant; ac ſi diutiùs tergiverſando, rem extrahere conentur, magnum & maturum malum datura ſint repugnantibus.* ſpecies reſiſtentis erat Brandæburgici, ne ſcilicet fide, quam Caſimiro dederat, decedere ſua ſponte, ſed coactus videretur. non enim certo ac fideli bello regem Polonum juvabat; ſed vario, ad fortunæ blandientis initia, circumſpectu diſtineri videbatur, fluctuanti ſimilis: ut ejus in poteſtate, auxilioque ac fide regis eſſet, non cujus debebat; ſed quem belli, quamvis non ita legitimi, plauſibilior eventus maneret. vere hujus anni præcipiti propè, finitus Brandæburgenſi octoviro,

Monetur Marchio à Svedis.

Berlini erat natus. quem, ut Chriſtiani baptiſmatis ablutum ante, primi parentis culpæ eximerent, ante diem ſeptimum eidus Majas, honorificentiſſimo comitatu in templum adduxerunt. tempus erat pomeridianum, hora tertia; quum ex arce in eccleſiam cathedralem itum eſt, & ritu Calviniano, honoris ejus causâ, concio habita. infans byſſino, & holoſerico ſpecioſiſſimè circumdatus, per viam ſub uraniſco deportabatur. *Marchiani, Pruſſici, Klivienſes, Mindinii, Halberſtadienſes*, & *Pomerani* nato ſibi hero per legatos plaudebant. *rex Svediæ* Carolus Guſtavus, & Amſtelodamenſium civitatis principes, divinæ cognationis affines facti cum Brandæburgico, filiolo ad fontem renato nomen *Karulum Æmilium* imponunt. hinc verò, non prorſum obeſæ naris homines, facilè ſubodorari potuêre: Brandæburgicum *demarchum*, & Svedum regem, inter ſe diffidere haut velle; qui ſecundùm Evangelicæ conſortionis utrimque nexum, Chriſtianæ etiam ad ſacrum fontem cærimoniæ vinculis, alter alterum innectere ſtuduêrunt, ut non ſine cauſa *Gedanenſes*, Pruſſorum noſtra tempeſtate & fideliſſimi, & fortiſſimi, de Brandæburgici fide luculenter dubitaverint; non tutos arbitrati ſe fore, ſi ejus tutelæ aut arbitrio ſe permiſiſſent, qui *Svedo*, amicitiâ & armis, quàm *Polono*, conjunctior futurus credebatur. Pruſſia certe regalis, non alia fraude capta, & hoſtium potita eſt: quàm, quod ejus civitates, præſidium una ex parte *Brandæburgicum*, & ex altera *Pruſſicum*, recepiſſent. ſic *Thorunum*, ſic *Braunsberga*, ſic urbes aliæ poteſtatis Svedicæ in *Pruſſia* factæ ſunt: quod vix fieri potuiſſe credibile eſt, ſi propria & Pruſſica virtute, ut Gedanenſium civitas fecit, hoſtilem ab ſe impetum amolitæ fuiſſent. latuit quidem ea conſiliorum inter Marchionem, & Svedum conjuratio; ſed victoriæ in *Polonos* opportunitas, ante Novembris exitum, omnia patefecit. jam enim in vulgus relatum erat, has ad Brandæburgum ab rege Carolo,

1655. *Carulus Æmilius naſcitur Berlini exeunte Aprili.*

1655. ambabus de Pruſſiis conditiones, quas ille neutiquam pro ſua fide repudiaret, eſſe tranſmiſſas. *ut videlicet Pruſſia, ab Sarmatiæ diviſa regno, in clientelam Svediæ regni abiret: cui Brandeburgici Marchiones, ex deſcendenti linea tantum progeniti, clientes, ab rege Svedo præponerentur. Mariæburgum, Mariæverdra, Hollandusque* civitates, *regum Svediæ eſſent: quarum vice Brandeburgicus, alia in regali Pruſſia Polonis brevi extorquenda, reciperet. porta omnes, portuſque maritimi Svethicis paterent. Pillavia, Memmeliaque partim* Svethicos, *partim* Brandæburgicos *præſidiarios, obtineret. nullum ex Polonis Brandeburgicus armis ſuis aut favore tegeret: imò etiam, factæ nuper cum Batavis amicitiæ & confœderationi nuntium remitteret: junctiſque cum Svedo armis, ac viris, eos devincendos, opprimendoſque uno animo ſumeret, qui alterutri bella movissent, aut Svethicæ dominationi reſiſterent.* cæterùm, de Pruſſia dum inquiro, ita reperio; *Vlmicaviam* ante dictam fuiſſe, quàm ſuum illi Bithyniæ rex *Pruſias* nomen daret. Vedenetius verò Pruſſiæ dynaſta, in duodecim principatus, totidem filiis heredibus eam tribuiſſe dicitur: quorum hæc nomina recenſentur: *Sudinus, Natangius, Sambius, Nadrôus, Salavus, Barthonius, Gallindus, Warmio, Hageronicus, Pomeranus, Culmenſis, & Michalôus.* Diu ſub imperio Germanico hæc natio floruit, & ordinis Teutonici equites primi eam ad Romanæ eccleſiæ ritus perduxere; quos equites *crucigeros* etiam dictos audio. hi, annis compluribus dominati in *Pruſſos*, tandem ejecti ſunt; & Poloniæ regum fides, ac tutela à Pruſſis implorata, liberiores illos ac lautiores præſtitit. non longis inde temporibus, Luthero animi virus in Germaniam exhalante; ut linguæ Germanorum Pruſſia erat conſors, ita & evangelii eorum facta eſt particeps. his autem finibus continetur: ab *oriente ſole* in Lithuaniam, à *meridiano* in Mazoviam, Poloniamque majorem, & Cujaviam, ab *occidente* in Germaniæ ultima vergit; in ſeptemtriones verſus, mari Balthico, ab

Pruſſiæ terræ deſcriptio, & finis.

Daniæ,

Daniæ, Suediæque regnis, ſed longiſſimo aquarum alveo, dirimitur: eſtque duplex, una ducalis, altera regalis. in regali ſunt, *Culmigeria*, ubi antiqua metropolis *Culma*: à qua Culmenſes nominantur, epiſcopus, palatinus & caſtellanus: *Warmia*, ubi alter eſt Pruſſiæ regiæ antiſtes *Warmienſis* nomine, quam epiſcopen ſuperioris ſeculi anno ſeptuageſimo tertio ſub pontificatu Gregorii tertii decimi adhuc adminiſtrabat, divino & cœleſti vir ingenio, Stanislaus Hoſius cardinalis presbyter, & pœnitentiarius Romanus, Oecumenici concilii Tridentini olim præſes; & cum Ambroſio Auguſtinoque in catholica doctrina comparandus. *Pomerellia*, in qua Palatinus & Gedanenſium viget præpotens civitas, cum ſeptem aliis præfecturis. *terra* & *Satrapeia Mariaburgica*, ubi eſt Palatinus Mariæburgicus, civitaſque & Caſtellanus *Elbingenſium*, & quatuor præfecturæ, *Stumma*, *Gneovia*, *Meva*, *Starigardia*. *territorium denique Michalovia*, à quo propè abeſt *Thorunatium civitas*, cum aliis octo præfecturis. in ducali Pruſſia numerantur illa omnia, quæ *Curonia*, *Lithuaniæ*, *Mazoviæque*, & mari Balthico appropinquant. princeps illius civitas *Mons Regius*, in quo viget academia, totius famâ Europæ celebrata; ſed Lutheri infecta labe, ducis ejus, & clientelaris heri ſedes ornatiſſima, tam operibus, quàm viris munita, & faciendis apta mercaturis. Lithuaniæ affines *Nadravii*, & *Sudavii* ſunt. ad mare pertinent *Natangi*, *Sambiique*. Culmenſes inter & Mariæburgicos, *Pomeſania* intercedit, nec *Hageronia* indidem abeſt longius, ubi oppida florent, *Hollanthus*, *Oſteroda*, *Morunga*, *Lubenicium*. *Gallindia* Mazovios adjacet, in qua *Soldavia*, *Gilgaburgus*, *Liecum*. *Barthonia regio* umbilicus eſt Pruſſiæ ducalis. fluminum, ac paludum, lacuumque affatim eſt utrique Pruſſiæ; & quia ad naturalem ſitum opera hominum acceſsère, longè munitior habetur, quàm ambæ *Polonia*: in quibus vix munitionem aliquam videas, niſi hoſtium exem-

1655

1655. plo, aut manu fundatam. *Regimons*, contra quam urbem duxiſſe copias *Svedum* antea diximus, omni genere commeatuum & munitionum refertus fuit, & humanorum capitum, quæ poſſent urbem defendere, ſupra triginta millia ex convenis, & civibus numerata ſunt. vigiliæ, noctes & dies per ſtationarios in mœnibus, in propugnaculis, circumque urben, viciſſim agitabantur. neque viſum eſt Svedo, *Regimontanos* obſidione aut maleficio tentare; quod lenitate & clementia, in ſocietatem potius alliciendi viderentur. equeſtribus Brandæburgi copiis, Ioannes *à Landavio*, è *Waldecia* comitibus Lutheranus, conjugem habens katholicam, præpoſitus erat. peditum ejus manus, & cohortes, cum ſummo imperio, *Sparrius* (*Otho Chriſtophorus*), moderabatur. uterque horum, de fœdere cum Svedis ineundo, nihil ſcivére, ſed Martio pectore, pro utraque *Pruſſia*, reque *Polona* publica, cum exercitibus ſuis, adverſus hoſtem ire geſtiebant. donec miſſus, ab *Carolo* ad Brandæburgi demarchum, *Slippabacchus comes*, undevieeſimo Decembris die *Regimontem* veniſſet, cum petitione; ut filio, nuper *Holmiæ* ſibi nato, per aquam, qui mos Chriſtianis eſt, renaſcituro, manum accommodet, nomenque cum aliis ſuſceptoribus imponat. tum enim continuò, ut ſupra docuimus, inducias pacti ſunt, exercitibuſque & præfectis eorum imperatum eſt, ne digladiarentur cum Svedis, neque Martis aleam, pro Polono rege jam debellato, infelici & miſero exitu, ſubirent. *Gedanenſes*, qui Brandæburgicum præſidium non receperunt, grande pietatis & fidei monumentum, in regem *Caſimirum præbent* hoc tempore: nam terra & mari propè concluſi ab hoſtibus, tantum abeſt, ut libertatem ſuam *Svediæ* regi violandam permitterent: ut etiam, cum pernicie operum, quæ uſui obſidentibus eos poterant eſſe, fortiſſimè illi reſiſterent; aliaque propius antiquam urbem ædificarent munimenta. *Caſimirus*, licet regni terris exſul in *Sileſia* degeret, multos ad

Dantiſcani Polonis fidi.

ſe ſuo-

ſe ſuorum, qui animum & fidem hac fortunâ hautquaquam mutaverant, attrahebat: cum his de recipiendo regno deliberat: & præcipui rei ſacræ antiſtites, cum nobilium ingenti manu exſulem conſecuti *Glogoviæ*, quicquid uſquam theſauri eſt ſuper, ad conquirendos equites, exercitumque cõparandum, haut gravatè impertiunt. Alexander ſeptimus, quadringenta milia coronatorum, in eum quoque finem expromiſerat: dignum eccleſiæ principis ad afflictum regem munus. neque Auſtriacorum illi beneficentia principum defuiſſe creditur. verùm quia ab ſuis deſertus maximè fuit, qui in proximo habitant, veluti à *Brandeburgico*, *Quartianis*, *& Sarmatis*, *& Pruſſis*: hoſtiumque potentiſſimi, *Svedus & Moſcus* eum opprimebant; auxilia Tartarorum Crimenſium à *Chano* ſibi quæſivit; *uti videlicet, bonus ethnicus defenderet, quem mali Chriſtiani oppugnabant*. ivit legatio ejus per nigram *Ruſſiam*, in Tauricam Cherſoneſon, ubi Scythiæ minoris, quæ *Tartaria Præcopitarum* & *Crimiſcorum* dicitur, moderator habitat regiâ in urbe (*Bacca-Saram* ſive *Bagthe-Seraiam* nominant) *Mehemetes Kerius* ſive *Gerrius*, ad quem *kamo* priore vivis exempto, *Hamaxobitarum* regni gubernacula venerant, legationem Caſimiri amiciſſimè audivit; & ſecundùm ſuperiora, quæ ſubmiſerat auxilia, nova quoque promiſit, vehementer ejus vicem dolens, & ſimul admirans; quòd ab illo incurſetur Polonia, cujus pace, amicitiâque ſuſtineri eam æquius foret. ſed quia Carolus *Guſtavus* lubidinem animi, & regnandi in alieno cupiditatem, honeſto & juri, antepoſuiſſet, paratum ſe cum *hordis omnibus*, Caſimiro indignè oppreſſo ſubvenire. deficientibus verò ſenſim ad *Svedos Polonis atque Pruſſis*, magnum ſibi facere viſus eſt *Caſimirus*, ſi impetraret, ne *Gedanenſium* civitatis animi, à fide diſcederent. confirmat illos itaque & ingentibus promiſſis levat, benè ſperarent; ſe affuturum propediem cum ſubſidiariis cohortibus, periculoque impendenti erepturum

1655.

Tartaria Europea rex juvat Polonum.

Gedanenſes confirmantur a Rege.

1655. rum omnes; mens illis modò & manus fidelis in opere cœpto perſeveret, neque terriculis hoſtium aut pollicitationibus illaqueati ab recto ordine deflectant, quod pomœriis inædificatum vel annexum eſt, hoſtium irruptionibus, quam urbis præſidio commodius, id omne demoliantur, exurantque, jubet. eſt GEDANVM urbs, alio nomine *Dantiſcus*, maris potens, regalis *Pruſſia* caput, horreum non modò, verùm & arx & fidiſſima regni *Poloniæ* cuſtodia, emporium Europæ ditiſſimum, ac totius orbis famâ celebratum. ab ortu ſolis, flexuoſi Viſtulæ alveo, qui ſupra *Mariaburgum* ac *Dirſaviam* bipartitò diremtus, ibi inſulam, hic peninſulam, efficit, ac mille infra *Dantiſcum* paſſibus in mare editur, impendet. ad regionem meridianam, ubi *Pruſtus* eſt vicus, agri, ac læta camporum planities illi occurrit. ab occaſu montes, ac ſilvæ *Carthuſianorum* non procul cœnobio aſſurgunt. ad Aquilonem, proximum illi Balthicum pelagus, inexpugnabilem reddit, portu inſtructam clariſſimo, & nonaginta navium claſſis capace, quem portum *Viſtula* mari conjunctus, quæſtuoſiſſimum urbi præſtat. dextro fluminis lateri propugnaculum adhæret, naturâ & genio loci, arteque & manu firmatiſſimum; *Viſtulæ-ſtoma* dicunt, quòd, ad ejus fauces amnis in mare ſe volventis, eſt ſitum. urbs in veterem ac novam diſtinguitur. in veteri curia conſiſtit, cujus magiſtratus trium eſt generum, *Conſularium, Scabinorum, Centumvirorum.* in conſularibus ſunt novem & decem clariſſimi viri, è quibus unus in ſingulos annos *Burggravius*, ab rege per litteras conſtituitur; & quatuor *præconſules* præcipuæ ſecundùm *Burggravium* auctoritatis habentur. unus item *ſyndicus* in iiſdem numeratur, homo plerumque doctus, & eloquentiæ non vulgatis orator. *Scabinorum* ordo, juris ac literarum conſultos homines continet, ac duodecimviratu abſolvitur. *Centumvirali contubernio* prudentiores civium inſeruntur, hoc magiſtratu, civitatis *Gedanenſium* jus

Weixel-münd.

atque

atque regimen, pacatiſſimè peragitur. academiam 1655
non habent, ſed eos, qui literarios honores expetunt, *Regi-montem* ducalis Pruſſiæ metropolim, gymnaſio Lutherano claram ablegant. in antiquæ urbis pomœrio, ſub primi orbem muri, alia ſunt ædificia non parum multa, quæ novæ urbi vocabulum dederunt. heic præter ædes profanas piorum hominum domicilia, & *Ieſuitarum familiæ* cum templo collegium, ſunt poſita. magiſtratus enim, qui *Auguſtanæ Confeſſionis* placita mordicus retinet, *Catholicos* intra veteris urbis pomœria ægrè patitur. quatuor extra urbem inſulares regiunculæ, in totidem Præconſulum dominatione conquieſcunt. quarum *Electris*, ad orientem Balthico litori prætenditur; *Hela* occaſum inter & Aquilonem, *Putiſcanum attingit ſinum. major inſula Nogato & Leniunca, Viſtulæ* diremti brachiis, circumvenitur, ad *Habum*. *Hechtis* in montana & campeſtria pertinet. de origine *Dantiſci* ita accepi. *Viſimarum* quemdam, ex *Lechi*, qui primus omnium Polonos in aciem duxit, *poſteris* exſtitiſſe: & nobiliſſimâ, in hac *Pruſſiæ* regione, adverſus *Danos* victoriâ potitum fuiſſe; cujus memoriam uti ſequentibus ſeculis propagaret, *Gedani* urbis fundamenta, ad ſiniſtram *Viſtulæ* in pelagus defluere properantis, ripam locaſſe. & profecto, ipſum nomen Germanico ſermone *Danzigh*, victoriam *Danis* extortam loquitur, tam clarè, quàm ſi, ab devictis eo loci Danis, urbi nomen veniſſe, audias. fauſtiſſimi ominis monumentum! quod ne Svedi hac tempeſtate diruant, *Gedanenſium* in regem ſuum conſtantiſſima fides eſt curatura: uti proximo anno clarius in luce ponetur. ſit illis pro hujus temporis gloria, ad poſteritatis laudem ſatis, invictiſſimi tot adverſis *Caſimiri* monita non repudiaſſe, fidem obligatam liberare cœpiſſe; *Phrangelis* è *Svedia* claſſiarios, in Balthico mari illis, & vim & inſidias molientes, litorum ſuorum appulſu feliciter arcuiſſe: ut glorioſus in alto miles, autumnum fermè totum inaniter trive-

Gedanum, Dantiſcum vulgo Danzigh.

1655. rit, & hiemis aſperitate in maris extrema ad litus meridianum ſæviente, omniaque nivalibus illigante compedibus, claſſem retrò, *Viſimariam* adegerit. *Phrangel* enim claſſis imperator, ab rege in mediterranea *Sarmatia* penetrante, *Gedanenſium* portui inhiare juſſus, in alto manſerat; multa conatus fuerat, ut litorum potiretur; tormentis è navibus atque cercuris, ædificia & villas incendio corrumpere inanem ſumſerat operam; quòd *Gedanenſium* vigilantiâ, omnia illi infecta eſſent. mora deinde & nautea, aliaque maritimæ conflictationis incommoda, morbos in copias navales vulgaverunt; ut compluribus contagione illa deperditis, fruſtrà eſſet imperator, & *Viſimarienſem* in portum longiùs recederet. ubi collectis viribus, rediit Decembri menſe & Gedanenſibus omiſſis, *Putiſcum* litorale Balthici ſinûs opidum tentare conſtituit. *Veiherus* enim, cujus hoc eſt opidum, prælio adverſo cum Svedis ad *Bytoviam* conflixerat, ut inde fugatus *Putiſcanas* in domos recipere ſe cogeretur. majori etiam per hos dies damno accepto Svedi, in Lithuaniæ provincia, quam *Vkrainam* dicunt, à Tartaris opprimuntur. Coſaci enim, quorum pars major in Svedi jura conceſſerat, in *Vkraina* dum ſunt, à Tartarorum Crimenſium ingenti manu debellati, ad Svethicorum tutelam confugerunt; ſed Svedi, eâ Coſacorum ſtrage irritati Scythas inopinantes aggrediuntur, funduntque. Scythæ, quos *Tartaros* eſſe alibi diximus, ut Svedis reponant acceptum maleficium, numero quàm unquam maximo iterum ſuas cogunt phalanges, & Svethici exercitûs aciem in campo aggreſſi, ita circumdant ſuis *hordis* undique, ut nemo erumpere; ita omnes occidione occidunt, ut nemo vivere ſitus fuerit, & in corpora mortuorum quoque barbaricæ manus ferro deſævierint. ſed hoc loco præteriri non debet, *Czeſtochoviam* quatuor millium ſpatio à *Cracovia* diſtantem, & in alto monte poſitam urbeculam à Svethico exercitu decem jam hebdomadas obſeſſam,

Phrangelis irriti conatus in mari Balthico.

Svedi à Scythis in Vkraina vaſtatur.

bſeſſam, capi non potuiſſe. Eſt ibi, virginis genitricis noſtra magna ſtatua, quæ æquè ut illa in *Antuſpanto Aſpreti*, religioſè ardenterque colitur. olennes eo quotannis à Pragâ ex Bojohæmis, à Vratislavia ex Quadis ſive Sileſiis, pietatis cauſſa eregrinationes fiunt. rexque & regina Poloniæ, hoc rerum æſtu non ſemel ibi divinitus recreati, reectique animo ſunt. cæterùm Svethici, qui *Czetochoviam* obſidebant, quum plerique omnes *Lutheri* labe infecti ſint, ac divorum opem implorantes rideant, viceſimo ſexto Decembris die, quo *Stephani Levitæ* martyrium eccleſia veneratur, ingenti pavore conſternati cœlitus fuére. quippe lux inſolita crucis vel decuſſis ſpecie, *Claromontano* è templo mirificè effulgens caſtris eorũ neſcio quid minitabunda, ſe conſpicuam præbuit, formidiniſq; tantum & fugæ injecit omnibus, ut obſidionem derepente ſolventes, plus vice ſimplici nomen virginis cum ſtupore ac metu fugientes inclamarent *Maria*! ô *Maria*! interim obſidione ſolvuntur *Czaſtochovienſes*; virgini Matri ad ſuam imaginem gratiæ perſolvuntur, per virginem Deo referendæ. 1655.

Exitu anni, quum Lithuaniæ urbibus *Vilnâ* & *Smolenſco* relictis, in *Roxoloniam* ſuam *Alexius Michaelovicius* revertiſſet, maximâ omnium ordinum congratulatione *Moſcopoli* excipitur. peſtilentiæ enim tempus deſierat, & re fœliciter adminiſtratâ, Deus illum reducem urbi fecerat. *Strelicii* quos vocant, cum Patriarcha & Clero, primi obviam portis effuſi, munera illi hæc exhibent; in quinque ex auro ſcutellis rubenti opertis holoſerico quatuor milia *ducatorum*. carcheſia ſive pocilla ex argento deaurata, viginti numero. aurati panni quatuor & quadraginta volumina. Zœbellinarum pellium paria centum. & poſtremò, quod maximum eſt inter Moſcos erga Cæſarem ſuum reverentiæ atque fidei argumentum, repoſitum in malluvio, cui gutturnium non abeſt, panem & ſalem ineunti Moſcopolim Duci offerunt. tonitruum deinde

Czar cum donis Moſcopoli excipitur.

1655. ex tormentis omnibus hilaria acceſsere, & ſacrati æris per bis mille templa ſonitus latiſſimè increbuit. paucis pòſt diebus legatio Svedica Moſcopolim intromittitur: cujus principes Bilcas, cum Alexandro Erskene, & Philippo Cruſeſtirna plus quàm octoginta homines comitatûs cauſa circumduxerat. rex Svediæ, qui eos mittebat, non abſque inſignibus donis, Alexium Michaelovicium Cæſarem Moſcopolitanum ſalutari voluit. hæc dona pleraque ex argento, quod fabrilis operæ miniſterio eductū variè, reductumque, mirifici generis cœlatas effigies complectebatur, ac tota inaurata erant. in his fuere præcipui duo globi, ad unguem facti. unus terrarum orbis poſituram & regiones exhibebat, alter cæli oras, & ſyderum contextus non minori artificio referebat. erat & concha triplicis ordinis, ejuſdem, ac ſuperiora dona, materiæ, quibus ſecundæ menſæ delitias, una alteram ſuperſtantibus in cœnam inferri, mos eſt. legatis Moſcopolim intromiſſis, ædes propriæ hoſpitio conceſſæ ſunt: è quibus non ſine Priſtaphis ad Cæſarem ſalutandum proficiſcuntur. altero die quàm venerant, in arcem Cæſaream invitati ſunt ſed Priſtaphi, ut legatos inducerent, tria ſine rotis perorita, (vehicula ſunt ad ſeptemtrionem populis maximè familiaria, quibus hieme per nives, ad itinera conficienda velociſſimè utuntur) purpura, auroque inſtrata adducunt. his tres legationis principes, quos ſupra nominavimus, ad ſanctæ Sophiæ templi gradus honorificè deducti ſunt. aſcendentibus inde in arcis aulam, duo principes ex imperii Moſcopolitani miniſtris, obviam facti ſunt legatis. ornatus eorum hic erat: vulpina pelle nigro colore prædita, & æquali rotunditate, propè turrita, vertices tegebantur. reliqua corporis pretioſa ex auro textili veſte coruſcabant. hi legatos ad Cæſarem perduxére, quem argenteæ in ſede inter crucem & aquilas magnificentiſſimè conſidentem, quatuor cubicularii circumſiſtebant, quorum humeris argenteæ ſecures innite-

Cæſar ſive dux magnus, vulgo Czar.

innitebantur; ſtabat inde non procul ab dextra conſidentis parte, argenteum in malluvio ejuſdem materiæ gutturnium; cui mantile ſuis ordinibus & plicis adhuc involutum, ad lavandas *magni ducis* manus impendebat; eſt enim moris, ut poſtquam externi manum *ducis* oſculo non manu contigerunt, lavandas manus præbere ſuis, ne quid contagionis peregrinæ, quod afflari oſculo manibus poſſet, in magni *ducis* nares, ſpiritumque ſe inſinuet. comiter audita legatio eſt, & in ſpem amicitiæ inter *Svedum & Moſcum* firmioris, pleraque convenire videbantur. legatis deinde lautia præbita, & mulſum omnis generis in convivio propinatum. Et hæc à *Svedis in Sarmatia*, & *Moſcovia* hactenus geſta ſunt. *principio* anni hujus, contra dominationem *Cromvelis* adhuc in *Scotia* certabatur: nec minus *Presbyteriani*, qui *Calviniani*, quoque & *Puritani* dicuntur (magnus verò illorum in Anglia numerus eſt) *epiſcopos*, quos Iacobus ſextus inſtituit, exterminatos plane volebant; & novi hujus *principatus* imperium non aliâ quam tyrannidis appellatione dignabantur. inter hæc factio regis *Caruli ſecundi* recreſcere & animum ſumere viſa eſt, quæ niſi maturato *protectoris* & vigilanti conſilio foret oppreſſa, maximum ipſe *Cromvel* fortunarum ac vitæ diſcrimen adiiſſet. nam uti eum *Londinates* præcipuè venerabantur, nec modo *celſitudinis* titulo, verum etiam *majeſtatis* nomine ipſi eum appellabant, & porrò apud alios appellandum curabant: ita magnates quidam ſecretis inter ſe colloquiis & conſultationibus vehementer agitabant, quâ ratione *protector* ille è medio tolli, & legitimus rex, cujus patrem indigniſſimo ſupplicio nefarii in Anglia homines ſuſtuliſſent, in *Britanniam* reduci poſſet. conjurationis haut mediocris telam, pluribus in locis ſimul contextum ibatur; quæ ſemel, iterum ac tertio multos præcipui nominis ac rei viros, quæſtionibus inſtulit, quæſitoſque & publici carceris cuſtodia affectos

1651

Reſ tan.

Conſpiratio in Crõvelem eſt ſine effectu.

1655. ctos capitis damnavit,& vel ſecuri,aut laqueo,& ignibus ſubjecit. rex *Carulus* cum *Henrico* fratre natu minimo, *Claudioceſtriæ* regulo, in *Colonia Agrippinenſi* apud Vbios eo tempore degebat; & privatus adhuc ſuoque ſuperſtes regno, in *ſanctæ Cæciliæ* platea, illuſtri *Calviniano* domûs hoſpitio utebatur : ubi ſua eum ſacra ad avitæ patriæque leithurgiæ normam peragenda curaſſe, fama eſt. hic nón deerat ſibi, ſed per ſuos monitus, ineunte Februario de nocte, *Coloniâ* emittitur, & in finitimos maritimæ *Angliæ Belgas*, parvo comitatu circumdatus, fratre etiam *Coloniæ* relicto, expeditiſſimis in equis properat: uti ſcilicet extemplo in regnum, ſi motus, quorum haud ignarus erat, ſibi ac ſuis ex voto proceſſiſſent, magno cum nobilium plauſu, & favore omnium reciperetur. ſed hæc omnia *Cromvelis* vigilantia infecta reddidit. clandeſtinæ militum, armorumque omnis generis conquiſitiones per *Anglium* factæ fuerant, conſtitutumq; erat, ut pro rege pugnaturis militibus vir ſtrenuus præficeretur *Norvodes* nomine. *Lidleton* deinde Vorceſtriæ *Seriffus*, & *Pecington* eques, *Edvarduſque Verneames*, honeſtiora ſecundum *Norvodem* militaris imperii adverſus *Protectorem* obeundi miniſteria procurare, & gerere debebant. ſed hos omnes cum non paucis aliorum, injecta manu apprehendi, & in jus rapi *Cromvel* ſtatim juſſit: ut, quum defenſioni locus non eſſet, pro læſæ majeſtatis reis, publico ſupplicio mactarentur, *Cromvel* ipſe *Parlamentarios* (quinque menſium ſpatio in concilio *Angliæ* fuerant) in aulam, quæ ab inſignibus picturis nomen habet, convocandos omnes curat; quò dum duodecimo Februarii die admodum frequentes conveniſſent; aſcendit eodem die in curiam *protector*, & meridiano tempore ſub horam duodecimam, orationem habuit hujuſmodi. *Niſi me, patres conſcripti, & meum debitum officium, & univerſæ reipublicæ ſalus, ut vos hodie in hunc locum arceſſitos digna hoc loco, digna hoc munere oratione alloquerer, invitaſſet* : *ne ego labori huic*

Protector ſolvit Parlamentũ.

ri huic parcere maluiſſem. non enim libenti animo huc in ſenatum Angliæ ſum adductus. veſtra mihi taciturnitas hoc oneris invito impoſuit. perpetuos quinq; menſes, quibus in ſenatu de republica ordinanda ſecretis inter vos conſiliis, colloquiiſque congreſſi eſtis, tantum vos de me, tantum ego de vobis inaudivimus, quàm ſi numquam nati, aut eo tempore mortui eſſemus, quo Parlamenti initia ſumſiſtis. ſicut lubido vobis & animus fuit, ita me inconſulto atque inſciente omnia decreviſtis, omnia geſſiſtis. nec poſt educatos in Anglia homines, ullum concilium hoc veſtro licentioſius fuiſſe compertum, vero eſt ſimile. ſed neque mihi cordi erat interpellare quemquam veſtrum, niſi tempore trimeſtri jam abſoluto. peropportunum id mihi nunc accidit, ne conſpirationis illius flamma, qua ſilentio veſtro, & prope conjuratione multorum ex vobis, gliſcere inter adverſarios & jam emicare cœperat, majus incendium faceret. non dicam ex ſenatoribus noſtris hujus rei tam nefariæ conſcios & conſortes fuiſſe: immò nec illud præ me feram, exſtitiſſe in hac urbe, qui vos, ut me & muneris mei formam acrioris judicii lima ſubigeretis, quæque in Rempublicam ordinavimus, quaſi rudem & indigeſtam lanam aculeatis dentibus carminis depectenda traderetis, inflammaverint. initio ſtatim, dum vos gubernationi huic novæ ſubſcribere ſum paſſus, omnes monui, ut qui ordinatæ ad hunc modum reipublicæ ſuccenſerent, vel pro deliciis animi, & mollitie teneræ mentis acquieſcere nec poſſent, nec vellent, illi ſe protinus ad ſua, unde veniſſent, rurſum proriperent. id verò minimè omnium intelligo, quo pacto ſenatores meos decuerit, ut ea in dubium, in quæſtionem vocetis, quæ nominum veſtrorum ſubſcriptione vobis placuiſſe teſtes non dubii eſtis. meliorem ego de vobis cogitationem ſuſceperam, quàm ut dominos meos de retractatione miniſterii illius mei, quo ſervandis tribus regnis, noctes atque dies ad omnium ſalutem exeubo, acturos, mihi in mentem venire potuerit: quum planè perſuaſum haberem, vos potius pro humanitate veſtra ac fide, quid mei conſilii eſſet quæſituros, veſtra mecum conſilia communicaturos fuiſſe. nihil iſtorum factum, reſpectum ad me nullum 1655

lum

1655. *lum habuiſtis. nec ego magis veſtrâ causâ, quam eorum, qui vitâ exceſſiſſent, ſollicitus videri debui, aliqua tamen exſpectatio animum meum obtinebat, fore, ut in tanta conſiliorum veſtrorum reticentia, atque occultatione utiles reipublicæ leges, & ſalutaria minimis, maximisque decreta cuderetis. nunc verò, ubi rem propiùs intueor, egregium, ſi Deo placet, ſapientiæ veſtræ laborisque ſpecimen edidiſtis hoc ipſo, quod rei militaris tam terreſtris quàm navalis dignitatem ac florem infringere, auctoratis pro veſtra ſalute excubitoribus mercedem attenuare; belli nervum, ut verbo abſolvam, incidere laboraſtis. exercitus noſtros, quorum virtute & meritis, poſt Dei maximi benignitatem res Anglicana præcipuè ſubſiſtit, imminuere, ac propè funditus delere conſtituiſtis. hæ deliberationes veſtræ, hæc fuêre conſilia. & hos patres conſcriptos patimur in hoc ampliſſimo ſenatus maximi cœnaculo conſidere!* O tempora, ô mores! *quid ſi me veternus interim corripuiſſet, ut evoluto conſultationum hujuſmodi ſpatio non evigilaſſem, nihil ſubodoratus fuiſſem, nihil animo ſagaci præcepiſſem? quid me, quid republica, quid vobis nunc fieret? ſed magnam Deo Maximo gratiam habeo, qui non eſt paſſus me dormiente, ſed omnia velut è ſpecula proſpiciente, incommodi quicquam rempublicam capere. quum vos, neſcio quid moliremini, & re vera & ſi ſcio, indignum puto iterum proferre, curas omnes meas & cogitationes eò vertebam, ut vos, qui in hunc à me ſenatum lecti eſtis, reliquis gentibus univerſis non gloriâ minùs, quàm fœlicitate præſtantes facerem. ſed dum aliqui ex vobis, ut mihi, credo, glorioſo homini ſubparaſitarentur, Protectoris munus non eligendi poteſtate, ſed ſuccedendi jure, in domum meam veluti hereditatem tranſmitti voluerunt, illi hercle non vident, quàm hoc adulandi genere, nulla apud me gratia inita ſit. nam quid hoc aliud erat, niſi populum Anglicanum inter ſe committere? diſſenſionum ac civilium bellorum ſemina ſpargere? exercitus verò tam navales, quàm terreſtres, pro libertate communi in vulnera etiam & mortem expeditos, contra meum unius genus, ſanguinemque armare? quare ejus placiti auctoritatem, uti*

neque

neque auctor ulli mortalium unquam fui, ita nunc defugio: & dum hanc mihi mentem Deus eſſe patietur, ſemper defugiam. nolo enim familiam hanc meam dominationis perpetuæ in Anglia ſedem conſtitui: ſcio, id neque mihi integrum, neque vobis conducibile futurum. novi ego noſtros; neque ignotius ipſe mihi vivo. niſi Dei clementia ſub onere tanto hos humeros prope fatiſcentes fulciret, me ſuccumbere jam pridem oportebat: ſine illius ope, qui me ad hunc laborem excitavit, impar oneri deficerem. de alienis vero, deque meo genere id promittere non auſim. nam quid Deus velit, quidque faciat, niſi experiar atque ſentiam, prorſus ignoro. ſæpenumero fieri poteſt, ut pater neque malus, neque imprudens, filium ſibi quàm diſſimilimum aut habeat, aut faciat. quam ob rem de ſententiâ meâ, quam dixi, decedere non eſt animus: ac de integro quaſi de roſtris clarâ voce pronuncio: electionis, non hereditariæ ſucceſſionis hoc Protectoris miniſterium eſſe debére: omneſque leges illas, quas ſuper hac re condidimus, obſervandas eſſe ajo. multorum poſtulata & preces, non modò civium optimorum, verum etiam belli experientiſſimorum ducum, eò me & reluctantem impulerunt; ut Protectoris dignitatem & nomen caperem. hac dignitate publicè ſum inauguratus, ejuſque inſignia in occidentali monaſterio ad Hallam ſuſcepi. applauſores ſuſcepti muneris, magni ſigilli cuſtodes, judices terrarum Angliæ, Conſul atque Magiſtratus Londinatium civitatis, pluréſque alii tam genere illuſtres quàm belli facinoribus clari homines exſtitêre. hoc itaque confiſus ampliſſimæ dignitatis miniſterio & jure, ſenatu vos omnes moveo, Parlamento exire, magiſtratu abire jubeo; neque enim video vos in republica gerenda eſſe tolerabiles. de cætero mihi, & concilii mei ſenatoribus cura erit, ne quid perturbationis & motuum conjuratio illuſtrata jam & patefacta conciliet. his dictis *Parlamentum* ſolvit protector, & cum collegio duodecimvirali, quod ipſe inſtituerat, de reipublicæ adminiſtratione ſecurius agere conſtituit. ſuſpirat inter hæc inenarrabili gemitu populus, & de onere, cui ferendo nō quit eſſe par, lamētando queritur. de fidei religionisque 1655.

1655. niſque negotio ſimul definitum ante diem [sextum] nonas Maii eſt, & hæc formula profeſſionis ab omnibus in Anglia hominibus faciendæ, præſcripta; quæ ſanctiſſimo & inviolabili ſacramento, ac jurejurando confirmaretur. Primùm; *jusjurandum do, bonâ fide me profiteri, nihil auctoritatis, nihil juris in eccleſiam catholicam, nec generatim, nec ſpeciatim Romano Pontifici convenire, aut eſſe.* deinde, *ſanctè affirmo, atque indubitatè pronuntio: conſecratam Hoſtiam, quiſquis tandem hominum aut ſacrificulorum eam conſecratum iverit, nihil ampliùs poſt conſecrationem, quàm ante conſecrandum obtinere; id eſt: manere perpetuò, ut priùs, ita poſteriùs panis ſubſtantiam, nec aliud quicquam eſſe.* Tertiò: *indubitatè credo atque profiteor: neminem prorſus exſtare mortalium, qui bonis operibus æternæ ſalutis præmia mereatur. ad hæc enim adipiſcenda ſufficit, animo recolere ac nôſſe; amantiſſimum noſtri dominum Chriſtum, ſuis cruciatibus ac morte, de omnibus peccatis noſtris Deo parenti ſatisfeciſſe.* Quartò, *jurejurando affirmo: nullius in cœlo ſanctorum pro nobis poſtulationes aut preces, ulli hominum ſaluti aut ſubſidio eſſe poſſe: neque illorum imagines aut ſtatuas in honore & cultu aliquo habendas; quas ſi honoraremus, eidololatræ efficeremur; neq; enim hoc venerationis genus juvare nos quicquam poteſt.* Quintò, *juro & in hanc ſententiam: purgatorium ignem, qui peccata deleat, nuſquam exſiſtere. nec aliò quoquam locorum immigrare ſolutum corpore ſpiritum, quàm alterutrò de his duobus, inferno & cœlo.* hæc in Romanæ religionis odium, & *ſynodi Tridentinæ* ludibrium facta, decreta, publicataque ſunt, & à peſtiferis Puritanæ ſectæ præceptoribus in vulgus relata. nihil enim continent, præter infitias atque negationem eorum, quæ à ſanæ fidei doctoribus, Chriſtiani orbis cōſenſu & ſedis Apoſtolicæ oraculo cōprobata, in hominum animos quotidie inſtillari & audimus & videmus, maximo omnium verè Chriſtianorum pietatis & concordiæ fructu. & Anglia quondam ante captum amoribus, ac legitimo connu-

Anglicanæ fidei profeſſio.

connubio emancipatum Henricum octavum Catholica tota fuit : quæ poſt ejus inſaniam in tot hæreſes incidit, atque per centum & triginta ſeptē annos alia atque alia ſemper dogmatum portenta genuit: ut, qui his temporibus omnium peſtilentiſſimè de religione & ſacris Chriſti ſentiunt, pro abſolutè piis habeantur, & judicio ſuo cœlum vertice attingant. additum quoq; peſtilenti decreto fuit, ut, qui eam jurisjurandi formulam jurare nollet, pro ſuſpecto conjurationis in carcerem compingeretur; & qui juraſſet, jurijurando quoque ſubjungeret, imperatum, *omnia ſine dolo malo, abſque omni amphilogia, neque aliâ mente, quàm quâ ſcripta, & prælecta ſint, ore ſuo edita, jurataque eſſe.* Judicibus deindè & prætoribus omnium provinciarum, qui *Cromveli* maximè probabantur, datum eſt negotium, ut quàm celerrimè in eos inquirerent, atque animadverterent, qui rempublicam ita ordinatam cavillati, ad revocandum regem ſuum oculos atque animum adjeciſſe, in ſuſpicionem venire poſſe putabantur. multi illorum ex Catholico grege, plures è Lutheranis, qui epiſcopii vulgò dicuntur, horum conſcii, aut ſuſpecti facinorum in cuſtodias, quæſtioneſque abrepti ſunt. *Salisburiæ* inprimis, *Excetræque* & *Chardiæ* ea conquiſitio incaluit. cogebatur *Londini* judicum cœtus, qui, quid ſupplicii quemque ferre & pati deceat, quum præcipiti ſententiâ decreviſſent, citatiſſimis in reliquas urbes, ubi capti eſſent conjurationis ejus populares, equis deportabantur. hi nulla interjecta mora in ocreis, in calcaribus, ex equo, ſententiam ferebant, & magiſtratui, ut in rem conferri ſententia adverſus reos poſſet, in mandatis dabant. quàm celerrimè omnia perficerent; nihilque prætermitterent eorum, quæ ad carnificandos, excruciandoſque in mortem homines pro meritis eorum, ipſi judices imperaſſent. vidit *Salisburia* ejuſmodi ſupplicii ſpectaculum omnis carnificinæ, ac tyrannidis plenum. quinque fortes militiæ ac domi [illegible] exqui-

1655

Quæſtiones in conjuratos

1655. litis anteà tormentis, quòd *Cromvelis* adminiſtrationem tollendam cenſerent, crudeliter ſatis habiti; ſed ab animi ſui ſententia non amoti, jumentorum caudis per pedes alligati in publicum raptabantur; per æqua, per iniqua viarum aliquamdiu raptati quum eſſent, è patibulo ſuſpendebantur, laqueis colla incluſi. ſuſpenſis ad hunc modum & animam adhuc agentibus funes raptim ſolvebantur; ſed ne ſimplici morte defungerentur, quatuor in diverſa trahentibus equis, horribilem in modum diſcerpti, pedeſque & brachia diſtracti, ſpiritum Deo reddebant. Alii octo, quibus judicum ſententia hoc ſupplicii erat conſtitutum, ut ſuſpendio vitam finirent, incredibili pectoris confidentiá ad crucem ibant; & quia iſto leti genere pro regis ac regni ſui, cujus incolumitatem ſemper ſpectârint, gloriâ, è medio tollendi eſſent, immortales judicibus gratias habuerunt, cum adjunctione iſtâ, ut mortem famoſam haut fugere molientibus, priuſquàm in furcæ contignationem abriperentur, odén alteram & viceſimam *ex Davidicis*, ultima voce decantare ſibi liceret. quod ubi negatum haut foret petentibus, cycnea cantione ora ſolvunt concorditer, & pſalmum patrio carmine, à quo, neſcio, poëta illorum venuſtè redditum, amabiliſſimè concinunt. ſtupore defixi ad cantilenam ſunt audientium turbæ animi, & lacrymæ ſpectantium ſiſti non poterant, qui animo tam præſenti, tamque læto hos viros, pro regis Caroli honore, mortem oppetere & mirabantur, & indignabantur. fuêre etiam, qui ſupplicio eos prohibere aut prece aut pretio niterentur: ſed miſericordia ſpectatorum, judicibus verecundiam non impoſuit. cantu ſub ipſis patibuli gradibus conſtanter finito, laqueis induti, & ex furca penſiles facti ſunt. dum quæſtiones toto regno habentur, dum ſupplicia in reos conſtituuntur; militum etiam nova ibidem conquiſitio diligenter haberi cœpta eſt, qui equo mereant, ſuoſque in ordines ac turmas centuriati, circum

Cruciatus & Conſtantia damnatorum.

In virtute ſua lætabitur rex.

Milites conquiruntur.

cum *Angliæ* provincias diſponantur, ut parati intentique ſint ad incerta motuum, ab regiis concitandorum: his non, veluti caſtrenſibus, de victu habituque proſpiciendum, ſed certa ac nominata vis pecuniæ in ſingulos annos danda ut curetur, decretum eſt. præfectis eorum ac ducibus centena *Sterlingiorum* pondo, legatis quinquagena, vexillariis vicena quina, hoſpitiorum deſignatoribus dena terna cum ſolidis quaternis, equiti demum octona. ſed illi, qui præcipuam in motibus adverſum *Cromvelem* compeſcendis operam navarunt, muneribus affecti, & honoribus cumulati ſunt, Ioannes Capleton, *Devonenſis* prætor *provinciæ*, *Rainoldus* item commiſſorum curator; in equeſtrem ordinem ſolenni cærimonia cooptati *à Cromvele* gladio humeros leviter contacti, eo ſtatim donabantur, perpetuo ad poſteros in opprimenda conjuratione fortitudinis ac fidei monumento, *Vpton* centuriæ præfectus & *Crocca* eques, cenſu anniverſario ducenarum Sterlingii ponderis librarum aucti ob eandem vigilantiam ſunt. In Scotia paullatim feroces *Hypſichtonas* loci eorundem altitudo & acerbitas domabat: nihil enim campeſtribus è locis, quæ *Cromvelianí* tenebant, ſubmitti ulterius quum ſineretur, & graviſſima in repugnantes ſupplicia decernerentur, æquius viſum eſt in *Cromvelis* dominatum ſe vel certò vel ſimulatò transferre. Protectoris filius *Henricus* Dublini in *Ibernia* magnificentiſſimè ſalutatur ac recipitur. miſſus enim eò fuit, ut prætor eam provinciam obtineat, ſeu patris nomine potius *proregem* agat Iberniæ. ejus in inſulam adventu nihil motuum, nihil tumultûs, omnia tranquilla fuerunt. dum hic ſtatus rerum his in inſulis vigeret, externa quoq; *Protectori* curas variè injecerunt, niſi quod Svecicis adverſus Polonum in Sarmatia ſucceſſibus effusè lætaretur. Chriſtianus *Bondus* Svedi regis ad *Cromvelem* legatus convivium ampliſſimum vigeſimo ſeptimo Auguſti die inſtruxit, in quo *Franciæ & Batavi* oratores unà

1655.

Scoti domantur.

Iberni Prætorem habet Cromvelis filium.

1655. cum Britannis amiciſſimè epulati perhibentur: nec vulgus eorum lætitiæ expers fuit, dum ſub veſperum feſti per *Londinatium* viarum ſtrata ignes luxere, ac majoribus è vaſis duobus vina largiter manavêre in publicum. quis enim tali fortunâ Svediam in regno alieno propagatam non plauderet? Sed valleſtres *Pedemontii* incolæ, qui *Sabaudienſis* imperio ſubſunt, *Angliæ Protectori* digni cura miſericordiaque videbantur. multa enim & inhumana prorſus pati eos à *Catholicis* fama afferebat; non alio nomine, quàm quod purioris evangelii cauſam deſerere, neque tormentis affecti paterentur. exſui eos re familiari, pelli ſedibus paternis, ad mortem, ad ignem rapi innoxios; *Cromvel* hac ſuper re, ad regem Ludovicum decimumquartũ in *Franciam ſcribit*, ac divite verborum copia immanitatem hanc Sabaudiæ Ducis in Chriſtianam gentem, ejuſque ditioni ſubditam, apud eum queritur. ni tanto malo cis paucas tempeſtates obviam eatur, numquàm ſe cum illo, quàm tantopere petat, pacem perfecturum. ſimul alteri filio, qui nomen *Ricardum* habet, cum aliis triginta quinque viris *Londini* imperat, ut qua ratione & modo evangelii ſui in *valle Pedemontana* popularibus, afflictis indignè oppreſſiſque ſubveniri commodius queat, inter ſe deliberent: pecuniâ enim & ſtipe collata juvandos eos eſſe, quod & factum eſt. ſimilis curæ proviſio *Cromvelem* in duarum claſſium imperatores *Pennum*, & *Venablen*, propè concitavit; quorum neuter ſuum in America feciſſe officium arguebatur, dum inconſultu, injuſſuque Protectoris novam inſidiis atque vi Hiſpaniam aggreſſi ſunt. uterque Londinum arceſſitus in cuſtodiam datur. *Pennus* facilem purgando veniam, libertatemque apud eum obtinuit. *Venables* negotii amplius habuit, quàm ut ſe purgare poſſet, miſſus e cuſtodia, militari imperio quoque motus eſt. *Blacus* vero qui tertiam Anglicanæ reipublicæ claſſem in mediterraneo mari Turcarum piraticas perſequentem ductabat.

Protector valleſtres hæreticos juvat.

Pennus & Venables in Turrim dati.

ctabat accuſatione multum diſſimili in jus voca- 1655.
batur. nam quòd argentariam Hiſpanorum claſ-
ſem aditu non prohibuiſſet aut ea potitus non fo-
ret, peſſimam à *Cromvele* gratiam iniiſſe, ferebatur.
ſed adversâ tempeſtate, & commeatuum eo loci
penuriâ circumventum ſe *Blacus* Protectori quum
oſtendiſſet, prudentius eum hoſte neglecto, in *Bri-
tanniam* ſuas direxiſſe naves judicatum eſt. Bellum
interim cum Hiſpano in Anglia decernitur, qui Hi- *Anglus Hiſpano bellum indicit.*
ſpanus negociatoribus Anglicanis, earumque in
Belgis propè *Dunkyriacam*; in America item; Hi-
ſpaniaque propè ſanctum Dominicum & Olyſip-
ponem navibus, impedimenta injicienda curave-
rat. orator ejus *Alphonſus Gardenas* Ledæ Marchio,
qui Londini erat, intra quatriduum Angliæ fini-
bus excedere jubetur. is *Dunkyriacam* ſe ſtatim ve-
la faciendo proripuit, ne, dum contra Hiſpanos
claſſicum canunt Angli, aut ignominia aut carce-
re afficeretur. duæ autem claſſes ornabantur: una
quinquaginta navium in Americam ducenda: al-
tera centum & viginti navibus frequentata in Hi-
ſpanum, cui octodecim millia bellatorum ſint im-
ponenda. his alendis exeunte jam Decembri boum
ſex, porcorum viginti millia mactabantur, ut ſale
durata in tempus opportunum condi primum ac
dein promi poſſent. Franciæ regis legatio *Crom-
veli* eò gratior accidit, quod *Hiſpano* bellum in-
dixiſſet. procliviter itaque de fœderibus inter ipſos
jungendis conventum eſt. ſexto Decembris die, *Pax Anglo facta cum Francis.*
colloquium oratori Galliæ à *Cromvele* datur, ubi
ſocialiter admodum amicèque compellatus ora-
tor, omnia benevolentiæ in regem ſuum ſigna ex-
peritur. pacis factæ publicatio ſtatim conſecuta
eſt, per tubicinem: qui optatiſſimũ inter *Anglicanam
rempublicam*, regnumque Franciæ ictum eſſe fœdus
longè l[illegible]que p[illegible]clamavit. tertio poſt colloquium
die p[illegible]um [illegible] jejunii dies fuit à Cromvele & ſui
[illegible]cilii hominibus in *Withalla* hab[illegible], ut paci
cum Gallis, belloque cum Hiſpani[illegible], proſperos

1655. Deus optimus ſucceſſus daret. hoc tractu temporum nulli per Europam pacatiores, quam *Batavi* erant; ſed neque *Danici* regni populares quicquam tumultus habuere. Germani vel pace Weſtphalica gaudere luculenter poterant, niſi ab *Svedo* rerum Poloniæ potibundo, ſuis quoque iterum timere cogerentur. In *Galliarum* regno initium anni à comœdiis & ſaltationibus fuit. ſed neque pietas neglecta in Deum, aut belli in *Hiſpanum* remiſſæ curæ, cogitationeſque ſunt. *Iulius Mazarinus* ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis diaconus, regni adminiſter, ſine cujus arbitrio rex Chriſtianiſſimus nihil animo volvit, nihil in effectum adducit, pro ſuâ ſapientia vigilantiſſimè cuncta diſpenſabat, domi, foris, pace, belli, ne paci, quam cum *Anglo* coquebat, obeſſe poſſet, quod ſereniſſima *Henricaa*, Caruli Angliæ regis ab ſenatu Anglicano mortis condemnati vidua, alterius *Caruli* regno ſuo aliena in terra ſuperſtitis mater, *Ludovici* decimiquarti Galliæ regis amita, *Henrici* quarti, qui magni nomen factis apud ſuos meruit, filia, *Pariſiis* aut alibi gentium in *Gallia* degebat, excedere eam regno natali, cum Anglicanis omnibus, officii & honoris causâ eam ſectantibus, jubet. illa *Brugas* in Flandriam ſeceſſit, Hiſpanienſium, quàm conſanguineorum ac popularium ſuorum armis tutior contra homicidas mariti futura. militarium in Gallia miniſteriorum curatores Lutetiam vocantur; veniunt vocati, ex *Lalatania* Franciſcus Borbonius Contius, Condæi frater, Aquitaniæ procurationem ſuſcepturus; Henricus *Turenius* vice-comes & caſtrorum metator, exercitibus Gallicis contra Hiſpanienſes in Belgicam ducendis imperaturus, homo belli facinoribus, & fide in regem inſignis, at Calvini dogmatum ſectator: Henricus *Seneterus*, Caroli frater, baro *de la Ferte*, vir ſtrenuus Romanæ religionis cultor: Franciſcus Antonius *Magiczanus*, aliorum commutatione captivorum ex Hiſpanienſi cuſtodia in libertatem aſſertus. ſed

Res Gallicæ.

dux

dux Rohanæus, qui non ita pridem in Andes ſuos reſtitutus fuerat, dum eſt in profectione Lutetiam verſus, morbo moritur in *Franciæ* inſula. corpus mortui quarto Martii die in urbem eſt deportatum. Andium dein procuratio *Harcurtio* eſt promiſſa. navales in mediterraneo mari ad *Tolonem martium* copiæ *Vindocinenſis reguli imperio* committuntur. altera in oceano claſſis *Fontalto* ducenda datur. his, ad utramſque claſſem majores aliæ ſeptem naves cum octodecim actuariis, & *galeonibus*, quos vocant, ſex, uti paratæ ornatæque ſubmitterentur, decretum fuit. nuntiatur inde mors *reginæ Svediæ* Mariæ Eleonoræ, Ioannis Sigiſmundi electoris Brandæburgici filiæ, Guſtavi Adolphi viduæ, Chriſtinæ ejus, quæ catholicis ritibus acceſſit, parẽtis. ejus mortis cauſa per octiduum atræ in aula veſtes aſſumtæ quum eſſent; eques *Therlonus*, orator in Svediam mittitur, Carolo Guſtavo initia regni, totius Galliæ nomine, gratulaturus. at verò terreſtris in Belgicam Hiſpanienſem commovendus exercitus, omni cura diligentiaque procuratus, treiſque in parteis diſtributus, duûm ac triginta millium armatorum implere numerum dicebatur. una pars, *Turenii Calviniſtæ* imperiis dicto audiens, quindecim millium erat. altera *Seneterai Fertæ*, millium duodecim. tertia *Faberti* quinque chiliadum. hi ut ali, conſervarique in officio poſſent, magna vis pecuniæ provinciis imperata. ſolus *Clerus*, in quo rei divinæ *antiſtites* eminent, novies millena millia nummorum poſtulatus eſt. cujus ſummæ ut quam maximam partem poſſent repræſentare poſcenti, laborarunt, & conciliũ eccleſiaſticũ indixerũt. *Gondii etiam Radeſiani Cardinalis*, qui in Italiam profugerat, literæ ab regiis Lutetiæ Pariſiorum interceptæ, animum *cleri à Mazarino* atque rege alienaſſe ferebantur. cui rei ut prævorterent, data eſt ab aulæ miniſtris opera. præmiſſis item in Belgii ſive *Picardiæ* fines belli, exercituũ que ducibus; rex cum patruo *Aurelanienſi* duce, itemque *Cardinale*

1655.

Duorum ac triginta millium exercitus in Belgas ducitur.

1655. rerum arbitro eodem ſe conferre parabat. ante diem quintum decimum kalendas Iunias vesperi cœnaverunt unà Pariſiis in *Luparia*. medio ferè noctis *Cantillum* perveniunt. tota ſimul cum rege aula deducebatur. nonis Iunii *Compendium* inierunt. ubi nuptiæ *Alphonſi* Mutinenſium reguli, cum Cardinalis Mazarini cognata *Martinocia* celebratæ ampliter ſunt, novaque nupta poſt dies aliquot in Italiam cum marito conceſſit, qui *principi Thomæ* ſupplementa daturus contra Inſubres acriùs inſurgeret, ac *Ticinum*, ſi diis placet, obſidendo Gallorum poteſtatis faceret. ſeptimo Iunii rex *Feram* appulit, ubi ſacrificio miſſæ audito, venationi dat operam; præſto illi adeſt ubique veluti genius cuſtos Mazarinus. Diverſa parte Hiſpanienſes Belgæ, quorum imperio & gubernationi *Leopoldus Guilielmus Auſtrius*, Ferdinandi tertii Romani Imperatoris frater, Vngariæ regis Leopoldi patruus, adhuc præerat, magnam ſibi hoſtium reſiſtendi conatibus, impoſitam neceſſitatem ſensêre. conveniunt illi ſæpè, conſultantq; nunc *Tornaci*, nunc *Origiaci*, nunc *Valencenis*, nunc *Martianis*, *Duacique*, nunc ad *Quercetum*, quæ urbs cincta ab iis obſidione erat. ſed *Ludovicus Borbonius* princeps Condæus, regii Gallorum ſanguinis invictus heros, conſilia eorum, operaque fortiſſimè adjuvabat. dum *Turenus* adhuc in Belgio ſive Picardia eſſet, Luxemburgicis *Fabertus* imminere cœperat, ſed Chimaci princeps urbi præpoſitus, cuncta vigilantiſſimè ſervabat. poſtridie eidus Iunias *Lauduni* ſunt unà, rerū Galliæ arbiter *Cardinalis*, ac *Turenius*, faciuntq; ut exercitus commodè tranſportentur in Belgas. *Summam*, *Serramque* fluvios pontibus conſternendos curant. biduo traducti ſunt milites Galli, ac tertiis dein caſtris *Landrecejum* pervenêrunt. eam urbem coronâ cingunt ante diem tertium decimum kalendas Iulias. [illegible] circumvallationis ducunt. [illegible] ſibi deditionem fieri poſtulant. urbis præſidio impoſitus *Colebrandus* nomine, quod frequentatum omni

Belgarum Præfecti vigilãtia.

apparatu

apparatu bellico *Landrecejum* tenebat, bis mille & quingentorum præſidium inerat, quinque propugnacula ſubmœniana, *ſemilunis* ſingulis opere interjecto, mœnia tegebant, animorum affatim ſe tulit, ac per dies aliquot nunc telorum omnis generis è parvi magnique modi tormentis jaculatione de muro, nunc eruptionibus ex urbe, hoſtium caſtris vehementer incommodavit. ſed virtute, ut numero, potiores tandem obſidentes fuêre. quatuor enim partibus obſidebatur oppidum. unâ, *Turenus* equitatu omni in campeſtria pertinentes locos circumdederat: aliis tribus, *Ferta Seneterius, Vxelliusque* demarchus, & comes *Gramondus* obſtabant; caſtrenſia ſingulorum hoſpitia commodiſſimè locata erant, ut *Peronâ* & *Quintinopoli* è Veromanduis commeatuum ſatis ad exercitum convehi poſſet, niſi ab Hiſpanienſibus aditu prohiberentur, rebus in caſtra devehendis interceptis. hoc ictus metu *Cardinalis* regem, matremque reginam ... in Sueſſiones deportat. *dux Vindocinus* cum ...centis Italis, ut *Feram* defendat, *è Provincia maritima* erat evocatus. ei cuſtodia *urbis* creditur. *Quintinopoli*, quam ad ſe *Condæus* & *Wirtabergus* rapere ...debant, Gramondus è caſtris auxilio venire debuit: qui Helveticorum tria millia eò dicitur introduxiſſe. at verò ante diem quartum eidus Iulias impreſſio in *Landrecejum* facta eſt omnium graviſſima. tribus partibus diverſi in mœnia Galli irrumpunt, ſed repulſam ter quoque quum tuliſſent, cuniculis ſub urbem actis pulverem ignemque immittunt, eo incendio tantum ruinæ ac loci mœnibus factum eſt, ut viceni equites uno ordine intromitti poſſent. ſed reſiſtunt adhuc præſidiarii cum civibus, ac ruinam implere contendunt; eam contentionem inſultatio nova hoſtium prorſus minuit; in colloquio tempus petitum, acceptumque ... conditiones: ut præſidium Hiſpanienſe cum armis impedimentiſque, at ſine majoribus tormentis pridie eidus Iulii *L*... deduceretur.

1655. *Obſidio Landreceji.*

M... id...

1655. id factum die dicta. centum & mille deducti ſunt. Ita poſt quartum & vigeſimum obſidionis die *Landrecejum* Gallis traditur, quod nono abhinc anno *ſereniſſimus Leopoldus Guilielmus* Hiſpanorum poteſtatis fecerat. capto *Landrecejo* *Guiſiam* Turenus properat, inde mox cum rege & Cardinale *ram* abit, ut exercitus iiſdem inſpectantibus recenſeretur. inventa ſunt equitatûs duodecim, peditatus tredecim millia. recenſitis pecunia viritim data. ſeptem ex his chiliades trajectæ *Sabim* flumen ad Moſam excurrere. Namurcum peti videbatur ſed ſancti *Amoris Comes* Hiſpanienſis militiæ adminiſter, equitatu ſuo, urbis præſidio impoſito eas repulit. hinc repulſæ *Bovimacum* in ſiniſtra fluminis Moſæ ripa ſitum, tentant, & in poteſtatem redigunt ſed Hiſpanienſium territi adventu Galli, vini aliquantum in terra defodiunt vaſis incluſi, & fugæ ſe mandant. at Hiſpani *Boviniaco* rurſum, per cauſam Gallorum fugæ, potientes vina effodiunt, que ſe onerant hilaritudine. præfecturæ Belgii imperator *Leopoldus Hannoniæ*, quantum poteſt, conſulit, nunc eſt *Montibus*, nunc *Valencenis*, eas confirmat loca præſidiis, armis, annona. inter *Bochanium*, in Nerviis *ad Scaldim* læva in ripa ſitum Galli obſidere contendunt. iis *Condæi*, & *Lignier.* reguli virtus mature oppoſita eſt. vulneratus in conferta hoſtium multitudine princeps *Condæus*, duas chiliades tamen fuderat prius, fugaveratque ſed à reliquis continuò circumventus, ne capi ſe fineret, pilulario atque enſe viam ſibi per hoſtilem aciem liberè aperuit. *Bochaniotas* poſt biduum obſidionis liberavit. Gallos incurſationibus in agros ſubjectos, populationibuſque eorum, prohibuit. dum hæc in Belgis geruntur, homines *Radeſian.* *Cardinalis* rerum ac fortunarum ſtudioſi, litteras publicè Pariſiis ad valuas eccleſiarum affigunt, quibus collegia ſacratorum Deo virorum, Canonicique omnes, & clerici admonebantur: ne alium pro epiſcopo Lutetiano agnoſcant aut habeant

Boviniacũ recipit Hiſpanus miles.

Condæi virtus.

rant, quàm Joannem Franciſcum Paullum *Gon*- 1655.
um Radeſcanum, indignè urbe, indignius regno, ex-
P are coactum. hæ literæ ab *ſenatûs Lutetiani* pa-
bus conſcriptis, ne in tumultum exirent, refigi
r & obliterari juſſæ, ſed fœdus cum *Portugaliæ*
contra *Hiſpanum* facilius percutitur, quàm A-
xandro ſeptimo pacem generalem ſuadenti mos
rendus videatur. literas enim vir ſanctiſſimus,
on unas modò; ſed alteras quoque & tertias ad
ranciæ regnum curaverat mittendas: quibus ut
m cum *Catholico rege Chriſtianiſſimus rex* com-
 de bellandi cauſis conciliari vellent, hor-
tur & petit; ſe ejus rei adjutorem & adminiſtrum
enter futurum. certaminis Belgici fortuna, u-
iuſque & item alterius in *Hannonia*, oppidorum
editio, nimis inefcare viſa eſt *Galliæ* pædagogum;
t legationem Pontificiam audiret quidem, ſed
dicto audiens nō eſſet, niſi fortè ſerius, fortuna re-
ante. Quarto quàm obſidere cœperant die, *Con*-
um in poteſtatem Galli accipiunt, ſequuntur &
 oppida ſimilem conditionem, inprimis *Fanum*
cti *Gisleni*, quod eſt in Cameracenſis antiſtitis
ceſi poſitum. id munitiſſimis operibus circum-
re ac vallare incipiunt, quò diutiùs retineri, de-
dique, ſi Hiſpanienſis procella ingrueret, poſſit.
munitur eadem diligentia *Condatum*. Condæus
utem perſanato vulnere ſuo *Tornaci*, nihil quietis
allo reliquum facit. *Mortaniam*, *Binſam* adit ac
 vat. *Marolliam* & *Peronam* ex inſidiis tentat.
ndria ordines in partem belli vocantur ab archi-
ce Leopoldo, & equitum, peditumque ad quin-
uaginta centurias, pro ſalute terræ patriæ, inſigni-
bus armis inſtruunt, commeatu omni juvant. re-
iqui Hiſpanienſium eo contenti eſſe videbantur, ſi
illis *Valen*[illegible] modò & *Montes* impoſito illic præ-
ſidio d[illegible] Gallis, ac tueri daretur. hinc
me[illegible] operaque feliciter adhibita eſt. ſed Lotha-
ingicorum numero mille ac ducentorum equita-
tus; per eidus Novembres ad Gallos tranſiit. ma-
giſter

giſter equitum *Avancurtius* nomine, tranſitionis ejus, non ſine *duce Nicolao*, conciliator, facilè eos traduxit; & hilariter Galli acceperunt. Nicolaus Franciſcus Caroli ducis apud Hiſpanos capti frater, imperium in *Lotharingicos* habebat: is, quaſi de ſuorum tranſitione inſciens, apud archiducem Leopoldum purgat ſe admodum, ac dolenter nuntiat, ſeceſſionis ejus ſive tranſitus aliam ſibi cauſam non videri, quàm quod hactenus obſidionis nullius facta iis poteſtas fuerit. *obſidendi urbes hoſtium tempus nondum exiiſſe, principemque Ligni[illegible]ſem jam in mandatis accepiſſe, ut Condatum obſi[illegible]* archidux reſpondit; *huic jungere ducem ſu[illegible] copias poſſe.* dux comiter ſimulans, exercitum ſuum *Ligniensi* conjungere, ad ſuos adit, & horarum viginti quatuor confecto itinere, *Montes* inter & *Namurcum* conſidentes copias ſuas, *Landrecejum* ad Gallos tranſportat. equitatus trium millium, peditatus decem & quinque centuriarum, fuiſſe dicitur. abſtulit unà ſecum diverſi generis *cimelia*, quæ fratris fuerant, & eximii operis peripetaſmata, octo equos denique ex ſtabulo archiducis pulcherrimè inſtratos, qui honoris cauſa ad manum duci ſolent, & ſub Decembres kalendas *Guiſiam* ſe attulit, non magni facturus, ſi archidux literas evulget, &, ni intra quinque & decem dies ad ſe poſtliminio transfugæ redeant, læſæ majeſtatis reos abſentes peragat. exceptus eſt deinde Lutetiæ Pariſiorum, *Peronâ* iſtuc regem conſecutus. Hieme appetente in hiberna deducti omnes ſunt, milites Galli per *Campaniam, Lotharingiamq; & Belgium ſive Picardiam hoſpitiis* diſtribuuntur, Hiſpani per *Hannonios [illegible], Flandroſque, & Atrebates, & Brabantos.* equeſ[illegible]anus vicatim collocatæ, pedeſtres oppida[illegible] ſunt. reverſum in Pariſios regem Carulus *Gon[illegible] Mantuæ dux*, Harcurtius Comes, transfuga [illegible]tharingus, aliiq; principes conſalutaverunt; re[illegible]umque ad comica & choreas eſt per hiemem [illegible]titiæ non parum e magna *Britannia, Sarmatiâ-*

que

Lotharingici tranſitionem ad Gallos faciunt.

que acceſſit, inde factæ cum tyranno pacis, hinc 1655.
proſperi ſucceſſus cauſſa, quo rex Svedus Galliæ
fœderatus, adverſus Caſimirum gaudebat. nummus
fuerat excuſus novus, unâ parte *lilium*, alterâ ſcu-
tum complexus hac epigraphâ: *Deo protectioni &
cura eſt lilium.* is, quia veteribus abjectis ut ſolus
valeret, conſtitutum fuit, cauſam tumultus præbe-
bere videbatur: quam uti præciderent, veteres unà
cum novo valere numos, & in uſu manere, Parla-
menta petunt. Priuſquam libro finem damus,
[illegible]bo res Thraciæ ut commemorem animus me
[illegible]. *Byzantium* (Conſtantinopolis hodie di-
citur) [illegible]ajoribus ab *Ibrahimi exitu*, quam anteà
fieri cœperat, aliquamdiu tumultibus exagitatum
fuit. nam Alcorani profeſſoribus diverſo inter-
pretationum genere inter ſe diſſentientibus, diſcor-
diarum ubique ſemina ſpargebantur: quæ velut
agro minimè ſterili credita, in belli civilis ſegetem
luxuriavêre. *Ibrahimo* enim annô hujus ſeculi
octavo & quadrageſimo ad plures abeunte, impe-
rium Turcicum per vicarios & purpuratos, qui *Ve-
ziri* & *Baſſa* nominantur, adminiſtrabatur variè
pro avaritiâ aut virtute cujuſque purpuratorum.
Ibrahimi filius natu major, cui nomen fecerunt *Ma-
hometo quarto*, octo annorū patre mortuo puer erat.
ut eò liberius, quæ libido imperaret, facere purpu-
rati poſſent, quò minus puerilis ætas imperatoris, à
ſuis illos cupiditatibus avocabat. natus kalendis
Ianuariis fuit hic *Mahometus* anno Chriſtiano
quadrageſimo ſeculi hujus; ſed præſentis anni
menſe, qui Majus dicitur, imperii Turcorum in-
ſignia *Conſtantinopoli* ſuſcepit, annorum quindecim
& quatuor menſium adoleſcens. ad hanc inſignia
capiendi cærimoniam apparationes factæ ingen-
tes, immodico propè ſumtū, & barbarico planè
luxu, [illegible] *Mahometi* eo nomine quarti [illegible]
rationem, tumultuari deſitum *in Thracia* non eſt,
niſi purpuratorum avaritiâ impotentiaque re-
gnandi caſtigatâ. plurium inde capitum [illegible]

1655. cationes factæ, eaque capita principibus muneri miſſa. morbi etiam peſtilentes graſſabantur. & armatorum toto imperio ad *Venetos* debellandos conquiſitio inſtituta flagrantiſſime fervebat: *Spahiis & Ianizaris*, qui magna pars civilis motus fuerant, locupletiori ſtipendio ad bella externa auctoratis; ne *maris Ægæi* inſulæ in *Venetorum* poteſtate & manus pervenirent. hi *Veneti* non mediocria quotidie damna, ubicumque poterant, mari, terrâ, *Mahometanis* illatum ire parabant.

CHRISTIANI ADOLPHI THVLDENI,

HISTORIARVM DE REBVS IN EVROPA GESTIS,

ENNEADOS PRIMÆ LIBER SEXTVS.

FOrtuna certaminum & fama ejus belli, quod turbulentè magis, quàm proſperè in *Sarmatia Svedus* gerebat, *Europæ* hominum voluntates variè nudaverat. Qui dogmatibus parùm Chriſtianis imbuti, nihil niſi *libertatem & Evangelia* crepant, vix ipſi ſe capere præ gaudio poſſe; Evangelio ſuo plaudere, katholicæ religioni, velut occentu ſoricis, interitum augurare, immò ſoricinam eam næniam, ut verbis utar Sarſinatis Plauti, conſeſſiorem & magis conclamatam dicere. victorem *Karulum Guſtavum* ſummis laudibus in aſtra ferre, quaſi nō modò deſitum bellari, ſed, nullo adverſus triumphantem Svedum in arma rurſum aliquando conſurrecturo, perenniter debellatum eſſe videretur; ita inflabantur animis, & juſtam belli cauſam ex primis ſucceſſibus æſtimabant. neque hæc tantùm uno in angulo increpare, ſed per Imperii liberas urbes, per omnes Germaniæ circulos, per Franciam, per Britanniam longè latèque exaudiebantur. *Dano* tantum 1650. *Res Polonicæ.*

& *Ba-*

1656. & *Batavo*; quorum utrique, vim Svedicam armis extendi, non admodum cupiebant, animi ſui effigiem moderatè celantibus. catholici verò, qui veteris eccleſiæ conſenſionem cum Alexandro ſeptimo, vero germani Chriſti gregis, per apoſtolicam in terris ſucceſſionem, paſtore conſervant, ad ſolenne miſſarum ſacrificium & preces ardentiſſimè confugiebant. meliora à Chriſto ac divis & petebant, & ſperabant. cœleſtibus inter ſe monitis, ac divinis allocutionibus animati, ad ſuperos mentem erigebant; freti, *non tam res ſecundas potientibus bono fuiſſe, quàm adverſas patientibus documenta & ſaluti futuras.* rex Poloniæ *Ioannes Caſimirus* anni hujus, qui eſt poſt natum ſotera Chriſtum milleſimus ſexcenteſimus quinquageſimus ſextus, kalendis Ianuariis pietate Chriſtianâ commodum tranſactis, *Luboviam* ſe contulit. ſequebantur eum honoris, & obſervantiæ, & fidei promiſſæ cauſsâ, nobilium atque ſenatorum Sarmatiæ regni complures; quibus alieni regis imperata facere, haut æquum videbatur. nam, uti libro ſuperiori docuimus, dum *Carolus Guſtavus*, qui proditione atque vi Sarmatiæ regnum ad ſe rapuerat, ſenatores Polonos *Varſoviam* convocabat. *Ioannes Caſimirus* contraria evocatione ſenatores eoſdem ad ſe per diplomata in *Sileſiæ & Hungariæ* confinium arceſſendos curaverat. ſecundum rei divinæ adminiſtros, qui *archiepiſcopi, & epiſcopi* Græcis nominibus in Latina eccleſia vocantur, affuêre frequenti numero ad regem ſuum *Palatini*, præfectique & *caſtellani* & centuriones. Stephanus in primis Czarnecius, & Lithuaniæ copiarum, quæ ſexies cum phalangibus Moſcorum ſecunda fama conflixerant, ductor *Gonſievius*. hic enim, *Radziwilis Ianuſſio & Boguſlao* ad Svedi partes contra Polonum euntibus, in fide & officio manſerat, regemque *Caſimirum* per ingentia rerum diſcrimina cum exercitus integri parte ſoſpes & validus, ad *Pannoniæ* fines erat conſecuturus. millium decem equitatus illi

Ioannes Caſimirus in Vngariæ confinio ſuos expectat.

Veniunt ad eum agminatim.

præ

præ manu fuit: quem pro aſſerendo in libertatem & regnum Caſimiro cum Scytharum & Coſaccorum innumera multitudine, animi ſatis itaque in Svedos habiturum apparebat. ſed neque regi ſuo longè aberat Grocinius, triginta millium peditatu, & Martia omni ſupellectile, pro uſu copiaque belli, inſtruendus. Quartianorum etiam duces Potocius & Lansceronius, qui neceſſitate magis quàm voluntate ad Carolum receſſerant, cum rege legitimo facere, illique copias ſuas iterum ſiſtere conabantur. Cui dum eſſet rex Caſimirus, quòd ſciret nihil [illegible] & feliciter geri, ſine divini numinis invocatione, & abſque cœlitum, qui cum Chriſto immortale ævum degunt, amicitia cultuque: nihil antiquius habuit, quàm ut ſanctiſſimæ religionis obſervantia, ſacra & preces catholici ritûs frequentaret. ſenatores regni, procereſque Poloniæ certatim aderant, archiepiſcopi aliique antiſtites divinæ rei, tum majores, tum minores miſſarum, perennia ſervabant, ſacris ad populum, ad proceres, exhortationibus pro fide in regem, pro officio debito in regnum, eloquentiſſimè excitabant. venerabilis Chriſti hoſtia, candidiſſimi panis orbiculo repræſentata ac perlucenti incluſa cryſtallo, adorandi cauſſa in aræ principis tabernaculo extabat. in Chriſti Dei præſentia, ante ſacramentum altaris, fidelitatis & obedientiæ in regem, defenſionis & conſtantiæ in regnum, ab omnibus non perfidum ſacramentum dicebatur. duo item legati ab exercitu Lithuanico, qui Ianum & Boguslaum Radiphilos non ſecuti, in officio perſeveraverant, miſſi ad regem Caſimirum, exercitûs ejus verbis ac nomine, fidem illi ſuam denuò obligabant. & vir excellentiſſimus Polonicæ nobilitatis Szumovius, ad Hamaxobitarum, qui Tartari & Scythæ appellantur, regem à Caſimiro ablegatus, maximo in precio habebatur. rediit enim paulò poſt cum amiciſſimis Mahometi Gierеii Crimenſium Chani ad regem ſuum literis. Chanus in eo ſe totum eſſe dicebat, ut Coſaces

1656.

Croſni fidem regi denuo obſtringunt Senatores & Nobilitas.

Chanus Tartarorũ ſcribit Caſimiro amiciſſimas literas.

1655. ſacos in gratiam Caſimiri reduce[...]et, & *Chmielnicium* una cum ſuis Crimenſibus in aux[...] ei maturaret. ſi tamen id perficere non poſſet, ineunte vere, certò ſuas copias miſſurum, in quibus ii viri delecti ſint, qui in bellando & prudentiſſimi habeantur, & exercitatiſſimi. *Gedanenſes*, ut fidei obedientiæque adverſus regem ſuum ſpecimen dare inciperent, audax & jacturæ non mediocris facinus per hos dies aggrediuntur. poſtquàm enim cum *Ioanne Caſimiro* facere animo imbibiſſent, omnia, quæ in ſpeciem damnoſa, ſpe atque re tandem utilia e[...] futura, peragere non detrectant. ſuburb[...] nia ædificia, quorum tantum eſt ſub veteris urbis pomœria, ut civitati novæ præbeant nomen, dejicere ac demoliri contendunt. quod in civitate ſuburbana moventium rerum erat, omne priùs tutum in locum deportabatur: quæ ſolo affixa, impoſitaque tam arctè hærebant, ut refigi ac revelli ea fas non eſſet, ignibus tradita conſumebantur, ne uſui hoſtibus fierent. *divæ Agnetis* natali, qui eſt ante diem duodecimum kalendarū Februarii, ex veteri urbe in novam *bajuli* ſe eruperunt, ſtramento, pice, flammaque armati. hi *bajuli* inter opifices tribum habent ſuam, & à magiſtratu in mandatis acceperant, ut ſuburbanæ civitatis ædium tam ſacrarum quàm profanarum incendia impunè facerent. primæ faces thermopolio, quod *Nobis Krugh* dicunt, injectæ reliqua huic ganeo continentia domorum facilè corripuerunt, & quia diverſis partibus uno tempore ignes immittebantur, ventuſque paullò vehementior, ut hieme, flammarum globos acriùs diducebat, *Miſericordiæ fratrum* kœnobio, temploque pari concinnitate & elegantia conſtructis eveſtigio inciderunt: ut puncto temporis in vicum *Modlevienſem* diſſeminatus ignis, obvia quæque conſumpendo, ac pervorando graſſaretur, donec in ſuburbani vici partem, quæ *Scotiæ* dicitur, ventū eſt. horâ undecimâ circiter, omnem *Scotiam bajuli* incenderunt. *Ignatiani* ſive *Ieſuitæ* inde non pro-

Dantiſcani novæ urbis domos exurendas curant.

cul

cui domum [illegible]mque ſacram poſſidebant, magnificentiſſime exſtructam, cui ſaltem ut parceretur ab ignibus, deorum atque hominum invocatâ fide, petebatur. ſed vertendi in cinerem etiam iſta nec religio, nec miſericordia *bajulos* capiebat. communi cuncta incendio miſcebantur. veſperi nihil non æſtus dejecerat in ſuburbanis oppidulis: unâ *Petrisbagâ* exceptâ, ſed non diu incolumem eam ſtare patiuntur, uti ſcilicet ingruentes per noctis obſcu[illegible] tenebræ, inſolitis ejus modò inflammatæ lumi[illegible] pellerentur. durum ac triſte ſpectaculum non amico ſolum, ſed hoſti quoque! verùm quid facias? ut fidem ſerves, commoditatem & lucra ſæpe negligas oportet. ad hos de *Gedanenſium civitate* nuntios mundus obſtupuit; multi quum non crederent ſincerè & fideliter, ſed potius odio *Catholicorum*, quibus non erat niſi in ſuburbanis habitandi locus, ea fieri, factum criminabantur. alii, quum exitum rei ſpectandum dicerent, magna, ſed credibili haut majora ab iis exſpectabant. fidelitas *Gedanenſium* in regem omnia ſuperavit. adactis enim ſacramento per tribus & centurias civibus, obedientes *Caſimiro* ſe præſtiterunt regi. *Carolus* autem, ut ſupra docuimus, junctis ad ſuum exercitum Livonicis *Magni Gardiæi* copiis in Pruſſiam ulteriorem conceſſerat: eaſque ibi copias habebat: ut Brandæburgicum, qui cogi velle videbatur, ſuæ ditionis & clientelæ non ſine armis faceret. conſtitit paulisper ad *Allam* flumen, eoque demum ſuperato, caſtra ab *Regiſmonte* millium quinque intervallo poſuit, pacatè cum urbanis, modeſtè cum ruſticis militem ſuum agere præcepit. ſed quum *Regis-montanorum* animi ad reſiſtendum, quàm ipſe *Carolus* opinaretur, obſtinatiores apparerent, & ipſe de Brandæburgici erga ſe fide amicitiaque minimè omnium dubitaret: ut metum iis incuteret, poſitis ſuper flumen *Pragulam* caſtris, *Velaviam* (forte eſt & munitum eo loci oppidum) vi in ſuam poteſtatem accipit. præſidio ejus præpoſitum inter

1655.

Svedus trahit in ſuas partes Brandæburgicum.

Velaviam capit.

1656. ter captivos abducendum curat; velites atque ferentarios, qui ad numerum trecentorum in oppido fuerant, ſuis immiſcet. capta *Velavia Pragulam* continuò trajicit exercitum, eumque *Tappiavia* admovet: ut *Regismontanis* vicinior partim metu, partim clementiâ ad ſe arcem *Pruſſia* paulatim adjungeret. neque hoc ejus conſilium & inceptum fruſtra erat. nam *Ericus Oxeſtirna*, qui *Regismontem* ablegatus fuerat, ut cum Brandæburgico de tradenda Carulo *Pruſſia* negotium conficeret, plauſibilis confeſtim ad hanc rem orator fuit; impetrata inſuper argentea ſuppellectile, qua eum *marchio Brandæburgicus* abeuntem donavit. poſt ſextum decimum, quam illuc venerat, diem, *Regismonte* ad Carulum Ericus rediit; Brandæburgici voluntatem amicitiamque regi ſuo per ſermonem renunciat. indicitur ſtatim conventus regis & marchionis in oppidum, cui nomen *Bartôſteina*, duo millia itineris *Scippenbeila* id abeſt, quò uterque viceſima altera Ianuarii luce, ſexta hebdomadis die, libenter advenerunt, ac triduum inter ſe amiciſſimè collocuti æternam fœderis & concordiæ ſocietatem coierunt. dum ſe marchio *Bartoſteinam* conferret, corporis ſui cuſtodem equitatum nova exornaverat veſte. quaſdam idem alarias cohortes comitatûs cauſa ſibi circumdederat. eximiæ pulchritudinis equos, phaleratos admodum & ſpecioſius quàm unquam inſtratos, ſecum adducebat, ut venienti in aſpectum regi & amicitiam ac triumphos ei gratularetur, & equos fidei ſuæ ac miniſterii ergo, dono ac muneri daret. ſed neque rex humanitatem & obſequium in ſe deſiderari voluit. dum audit, in via eſſe *Marchionem*, per ſeptem ſtadia illi obviam effunditur cum duobus equitum millibus & una peditum ſclopetariorum chiliade. his circumfuſis ac ſtipantibus par nobile amicorum inter feſtivi Martis crepitus, tonitruſque *Bartoſteinam* inierunt. ibi inter eos facile convenit, *ut jam nunc ex eo tempore, ducalem Pruſſiam ab Sveciæ regibus fiduciariam agnoſcat marchio,*

Convenit inter Svecum &

omneſque

omneſque legitimâ à marchione hæredes; præteritoque Poloniæ rege Caſimiro, Carolo Guſtavo ſacramentum dicat. Memmeliam & Pillaviam maris Balthici portus ... milite Brandeburgus inſideat, ac tueatur: Svedus vectigalium ac portoriorum dimidiam partem accipiat. terra omni Varmienſi, ſi unam Braunsbergam excipias, Brandeburgicum rex donet. at hujus vicem alia quædam loca, quæ ad finem ejus terræ pertinent, regi Marchio concedat. his factis copiæ Brandeburgici ab regali Pruſſia defendenda revocentur: & Svedica manus tam pedites quàm equeſtres, tam Livonicæ quàm regales, ducatu Pruſſiæ abſque rei ullius aut hominis violatione protinus excedant. ante diem octavum kalendas Februarii *Bartoſteinâ Regismontem* avocatus eſt marchio, quòd uxor ejus morbo laborare diceretur. poſt quartum diem, quàm *Regismonte* receptus fuerat, pacti ſui cum *Svedo* memor præſidium omne, quod regali in *Pruſſia* habebat, educi imperat, & *Mariæburgo* in primis (à *Steinbocco* & *Lindano* ea tum obſidebatur) tormentariam ſupellectilem devehendam curat. ea ſupellex triginta fuſis è metallo majoribus tormentis, alioque inſigni belli apparatu conſtabat. neque hoc ſatis illi fuit. evulgat mox litteras quoque *Regismonte*: quibus *Lithuani*, omnes & *Poloni*, quotquot ſe illa in urbe vel circa teneant Caſimiro addicti, ſeveriſſimè admonentur, *ut intra quinque dierum hebdomadas regem Svediæ adire, ab eo veniam erroris petere, ei ſacramento dicere velint, quibus id facere lubido non ſit, urbe, Pruſſiâque faceſſant. bonis ſuis ærario inferendis careant.* His litteris publicatis *Sarmatarum* pars melior ceſſit urbe: quidam etiam fortunam ſecuti ad *Carolum* adierunt. miſſi interim in *Germaniam* Balthico littori affinem, *Eller* atque *Trotta* militiæ Brandæburgicæ miniſtri, ut novum è *Saxonica* juventute & *Pomerania*, *Mindinaque* popularibus exercitum conſcribant. reliquæ ejus copiæ magnam partem in Lithuanicum finem, contra *Moſcos* amandantur: alii in agrum *Varmienſem* hoſpitiis dividuntur. Carolus ve-

1656. *Brandeburgicum.* *Edictum Regismonte publicatur contra Sarmatas.*

 ro, ut

1655. rō, ut Brandæburgenſis militiæ miniſtros obſequentiores experiretur, *Cannabergum* (generalis vigilum præfectus eſt,) alioſque nonnullos ad ſe accitos, muneribus non contemnendis affecit, dimiſitque. *Hubaldum* quoque *Chriſtophorum* (Polono ante militaverat) ad ſe attraxit. *Voldemarus comes Chriſtiani quinti Daniæ regis nothus*, qui ex ſuo peculio per *Olſaxiam* equites mille, ut ſtipendia Svedo facerent, conquiſiverat, magno in honore *Varſaviæ* fuit. cæterùm, ut pactis cum Brandæburgico *Barthoſteinæ* initis convenienter ageret Svedus; copias Livonicas è *Pruſſia ducali* educat, *Magno Gardio* mandatur negotium. hic *Gardius* collocutus eſt cum rege ad *Scippenbeilam*. & quod *in Livoniam irruiſſe* nunciarentur *Moſci*, non longum fecit, quin collecto exercitu ſuo per *Lithuaniæ* confinia in Livoniam reverteretur; *Adolphus Ioannes regis frater*, omnibus ejus in regali *Pruſſia* perque *Polonias* utraſque exercitibus ſummus imperator præficitur. & quod novi à nobilitate nondum ſatis ſubacta tumultus increbreſcerent, adverſo *Viſtulâ* in *Mazoviam Poloniamque è ducali Pruſſia* exercitus majorem partem tranſportat. Steinboccus interim in Pruſſia regali proſperè rem gerit. *Mevá, Dirſaviá, Starigardiá*, aliiſque ignobilioribus oppidis, ac vicis ſub ejus poteſtatem concedentibus, ejus copiæ ſex millium dicuntur fuiſſe, quibus *Mariæburgum* obſidere cœpit; ſed obſidentem eum duo *Vetherii*, *alter Iacobus Palatinus*, *alter Ludovicus præfectus*, *Guldaſternus* quoque, excurſionibus ex arce, oppidoque in caſtra ejus factis, viriliter eum exercuerunt. ſæpè cum ignominia, ſæpius cum diſpendio ſuorum, ne oppidi potirentur, ab his eſt repulſus. Et hæc per Ianuarium ferè hoc anno geſta. ineunte Februario *Steinboccus* morbo tentatus *Thorunum* valetudinis cauſa petiit; *Henrico Hornâ* interim ad obſidionem *Mariæburgi* relicto, cum ſex millium exercitu; ad quem paulò poſt *Lindanus* Elbingæ præſidio impoſitus ſe adjunxit. is ante diem quintum eidus Fe-

Mariæ opidum & ſuburbana omnia in poteſtatem accipit, defenſoribus illius rerum ſuarum trepidis, in arcemque Mariaburgenſem compulſis, ubi tam diu detinerentur, donec aut metu, aut vi in ditionem Svedicam ſe committerent. diſcuſſit inter hæc morbum Steinboccius, & oppidana in caſtra ad ſuos Mariaburgum redit, omnia facturus militiæ facinora, ut arcem regi ſuo dediticiam præſtet. rex eo tempore Scippenbeilam reliquerat, traductoque præter Thorunum comitatu ſuo Soldaviam [illegible]rat. eſt id opidum Pruſſiæ, quindecim ferè millium intervallo à Varſovia disjunctum. ibi poſtridie eidum Februariarum, diverſis ad ſe legationibus audientiam Carolus fecit. à Ferdinando tertio Romanorum imperatore, ad pacificandum cum Polono oratores aderant illuſtriſſimi comites Peutinger, & Kuphſtein, ab Mahometo quarto Turcarum Cæſare neſcio quis, qui ſermone Thracico, monarchæ ſui ad regem poſtulata, in ſtragulo humi explicato jacens quum expoſuiſſet, ab Hieronymo Ratiavo per interpretem appellatus, honorificèque in Thraciam ad herum ſuum eſt remiſſus. quo die hæc Soldaviæ agebantur, metropolitani templi turris apud Bremenſes tacta eſt de cœlo inter octavam & nonam temporis matutini horam, horribili adeò ac damnoſo fragore, ut omne templi, quod eſt ad chori canentium interſepta, in favillas deſederit. ſunt, qui id prodigii loco accipere non dubitent, *plus hæreſi nocituram Caroli in Sarmatas expeditionem, quàm profuturam, augurantes.* quis enim brumali tẽpore feriturũ templi turrim fulmen aut formidet? aut exſpectet? quis itẽ illos Caroli ſucceſſus evangelio moram injecturos opinaretur, niſi alio tempore divinitùs retardarentur? non diu ſubſtitit Soldaviæ Carolus, ſed properè Wiſchegrodum exſcentis itineribus venit; ubi Viſtula adverſi dextrum latus cum ſiniſtro ut commutaret, flumen ſe ac ſuos trajicit, ac recenſito circa Lovicium exercitu, omnes, quibus præſidia carere poterant, in unum bellato-

1656. Mariæburgi arcis obſidio.

Bremæ turris de cœlo tacta.

1656. bellatores conducit. horum numerus decem millia ferme explevit, quibus ſummi duces præerant, Adolphus Ioannes, Duglas, Voldemarus, Muller, Aſchenbergus, Hammerſchildus, Horneſque Henricus, alii denique cum Wittenbergo ductore, hi omnibus ſuis in decurias, centuriasque & agmina diſpoſitis, ad Pilcæſam fluvium, qui læva ripa in Viſtulam editur, profecti præter opidum [illegible]vam, flumen Pilcaſam trajiciuntur, ac Radomi & circum, ſtativa faciunt. dum hic ſunt, nuntii ad eos afferuntur, Polonos quoſdam in Lublinenſi Palatinatu, trans Viſtulam, duce Stephano Cæſarnecio ſtare, & in armis eſſe. nec mora, ad Svolam ut ventum eſt, traducit exercitus ſuos Carolus ſuper gelu concretum Viſtulam, & poſitis ad Phloſtovicium haut ignobilem vicum ſtativis; ante diem duodecimum kalendas Martias, cum delecta equitum manu Aſchenbergum, explorandi cauſa, per agrum Lublinatem circummittit; ut, ubi locorum hoſtis Cæſarnecius cum ſuis cohortibus tenderet, referre ad regem poſſet. id factum eſt bene mane, nocturnis adhuc tenebris nondum ſatis luce expulſis, & hibernis frigoribus omnia cōſtringentibus. explorato, Cæſarnecium non longius mille paſſuū intervallo cum octoginta ſignis ad Golombos in acie ſtare, confeſtim redit ad regem Aſchenbergus. tum pugna decreta eſt Carolo auctore, & ſiniſtra Aſchenbergi ala, quæ ab Henrico Horna regebatur, primum in adverſos impreſſionem fecit Polonos; qui dum fortius opinione illorum reſiſterent incurrentibus: Quartianorum cohortes aliquot à Svedis nondum averſæ, ductorem ſuum Nemerʒicium ſecutæ, laborantibus Svedis auxilio fuere. medio tempore acies regia ab ipſo Carolo, Adolphoque Ioanne inſtruitur, ordinatur: inſtructa, & ordinata quam celerrime potuit, limoſa ſubjectæ paludis loca, frigoris beneficio, ſuperavit. Wittenbergo dextram alam rex commiſerat, Duglanti ſiniſtram. ſiniſtra in Polonum prior invadere quum moliretur, ea neglecta Polonus dexteram impetere cœpit. quo animad-

[illegible]itur in Poloniam è Pruſſia.

[illegible] Viſtula Cæſarnecius [illegible]ndit.

animadverſo a Duglanti, dat in mandatis, hoſtem ipſe circumventum concludat, adducatque in medium; ne elabendi fiat poteſtas. dum eſt in eo Duglas, ut regis imperata exſequatur, Polonus audacior factus; recta in regem irruere conatur. ſtetit is conatus multo ſanguine Svedorum, Polonorumque: ſed Adolphus Johannes, infelix hac militia imperator, genu ſiniſtri patellam, quum ex equo præcipitaſſet, infregit ſibi. paullo ſecus id narrant Poloni, qui hoc, ſagittâ ex arcu Sarmatico in crus ... acta factum fuiſſe affirmant. utcumque eſt, non negant elatum ex acie Varſoviam rediiſſe ſtatim regis fratrem, Æſculapio tantiſper non Marti operaturum, donec ſanus fiat. neutrò adhuc inclinatâ victoriâ, diu ac fortiter utrimque pugnabatur. ubi latera nudabat Polonus, ibi Svedus ingruere; ubi dextram ſiniſtramque alas Wittenbergius & Duglas inferebant, ibi Polonus obſiſtere. id horas aliquot perſeveratum eſt fieri, donec ſupra mille Svedorum occiſis, ac ſupra dimidium ejus vulneratis, acie excedere Polonus juberetur, &, quà data via, in fugam rueret. plures Polonorum ordinibus perturbatis in fuga, quam in prælio, periiſſe fama attulit. Cæſarnecius cum expeditiſſimis ſagittariorum equitum Samoſciam incolumis pervaſit. alii cum duodecim ſignis, quæ accepiſſe Svedus dicitur, aut capti, aut cæſi, aut Vipreſſa & Viſtula fluminibus glaciem attritu reſolventibus hauſti ſunt. hoc ſecundo prælio tantum ſuperbiæ ſumsère Svedici, ut multorum in Germaniæ urbibus Caroli partium ſtudioſi, multiplicando verbis ac mendaciis victoriam ejus, incredibili modo animos erigerent, ſpemque eorum immane quantum inflarent. neque enim ſolum de Cæſarnecio fuſo fugatoque, ſed etiam de Samoſcia ſtatim interceptâ, Lublinoque in ejus ac ditionem Svedi redacto, omnes anguli, vicique perſonabant. ſed recepto Samoſcia, per pocillatorem regni Cæſarnecio, copiiſque ejus ope & commeatu adjutis, Caroli artes eluſæ ſunt. ... erat e-

1656.

Cæſarnecius fugiens.

Samoſcia recipitur.

1656. nim eò quoque *Carolus* cum magna exercitus par-
te, maximiſque pollicitationibus & fucatæ cle-
mentiæ præſcriptione, urbem, quâ reciperetur, ten-
tabat. ſed nemo illi ſe aut fidei ejus permiſit. qua-
re impoſita ſibi urbis *Samoſciæ* oppugnandæ vere-
cundia, ſaniori conſilio ad *Sanum* flumen copias
Carolus Iaroslaviā adit. deduxit, eſtque *Iaroslaviæ* receptus: quæ civitas
Ruſſiæ rubræ eſt, in *Præmislienſi* tractu ſita ad ſini-
ſtrum *Sani* litus, *Lancutum* inter ac *Leontopolim*,
quinque millium infra *Præmisliam* intervallo. di-
ligentiæ interim ſuæ non *Cæſarnecius*, non *Carolus*
pepercere: ſed militibus quieſcere pauliſper, &
corpora curare, animoſque ad belli aleam iterum
jaciendam parare juſſis; hic *Præmisliam* aggredi, il-
le *Iaroslaviam* periclitari ſuos jubet. octavo Mar-
tii die ad *Præmislienſes* in poteſtatem obſidione co-
gendos miſſus eſt, cum duorum millium equitatu
Præmisliā Duglas obſidet. regni *Svediæ* hipparchus *Duglas*. is, & locorum
prudens, & animi ad obſidendam urbem haut du-
bius, in ſuburbana impreſſionem facere, & mona-
ſterio *patrum reformatorum* potiri eſt aggreſſus: ve-
rum cives, ut quibus de hoſtium incurſationibus
ſatis ſuperque timebatur, in ſubita caſuum præpa-
rati ante erant, militeſque ſibi ſtipendio ſuo aucto-
raverant: quorum viginti monaſterium illud pe-
riculo exemerunt, & *Svedos* invadere molientes
Obſeſſorū Præmisliæ pietas. conſilio, armiſque fortiter depulerunt. ſed neque
minus pietate & votis intra muros, quàm in mœni-
bus & ſubmœnianis audacia & fortitudine armato-
rum certabatur. templa omnia in urbe reſerata, &
venerabilis Chriſti corporis hoſtia ad precandū Deum
expoſita, in aris cum cereis ac turibulo ſtetit. fre-
quenti etiam, ſed ſupplice, in vias publicas proceſ-
ſum eſt pompa, & *Chriſtus* omnium ſervator per
urbem honorificè in hoſtia eſt circumlatus: quem
puerorum & mulierū greges litaneias canentium,
pacemque divûm expoſcentium effuſè anteibant
& ſequebantur, itemque ſacerdotum lino velato-
rum cum crucis labaro per fana, per profana, eun-

tium

tum ardentes in cœlum voces elatæ maximis precibus deſinebant petere; *ut hoſti ne ludibrio forent; ne a legitimo rege ad tyrannum, cui ſacramento dicendum ſit, avocari permitterentur; ut civitatem hoſtili obſidione cœlites propitiati jam atque placati eximerent*, ſecundum eas preces non minus confeſſionis pio pharmaco ictum ſceleris conſcientiâ pectus perſanare, ſanatum divino Chriſti cibo confirmare, atque alere feſtinabant. *Duglas* interim ad numerum trecentorum ſubſidio ex Svedis venêre, quibus ... *Sanum* glacie concretum ſuperare, & portæ ... quæ fert ad flumen, ut ejus potiretur, ingenti violentia appropinquare cœpit, hora noctis tertia. ſed cives, qui eum ſibi auctoratis regia fide & cura ſtationes & vigilias agitabant, claſſicum canere quum juſſiſſent; tanta ſubito procella armatorum in obvios hoſtes effunditur; ut Svedum repulſam cum ignominia ferentem portis arcuerint, retroque, unde venerat, ad flumen redegerint; ſuper quo Svedi, tumultuoſe in fugam dum ſparguntur, pars capti, multi occiſi. alii detrita glacie & quaſi reſecta, *Sanum potando* perierunt, & multitudo pileorum atque ephippiorum, quæ argento adornata erant, flumine extracta, ita contigiſſe ſatis indicabat. qui Svedorum in ſubmœnianis, quæ ducunt *Leontopolim*, fuerant, metu aliò profugêre. *Premiſliæ* præſidio præfectus ea incendi ſubmœniana exurique jubet, ne hoſtibus ex uſu fierent. *Duglas* verò contractis in unum exercitûs ſemipleni reliquiis, in montem arci ex adverſo objectum ducit. ſed ne ibi reſpiraret, virtus militis *Premiſlienſis* effecit: qui, facto grege montem ubi inſcendiſſet, facile in fugam *Duglantinos* avertit. ita civitas magno metu liberata, & vivere ſibi regem *Ioannem Caſimirum* optat, & divis grates laudeſque canere inſtituit. *Duglas* infecto negotio, ac trecentis ſuorum deperditis, *Iaroslaviam* ad regem *Carolum* revertit. diverſâ parte *Caſarnecius*, ubi comperiſſet Svedorum regem *Iaroslaviæ* in tuto eſſe, ibique pontem, quo ſe ...

1656.

Duglas ad Premiſliã funditur.

1656. retur flumen *Sanum*, fieri mandaſſe, mille Svedos e-quites, qui ante principia, ne pontem facientibus à tergo incommodari poſſet, latebant, inſidiis ac dolo circumvenire operam haud inanem ſumit. Cum delectâ ferentariorum ac velitum phalange *Iaroslaviam* verſus iter intendit; ac mille paſſuum ab urbe intervallo; in ſilvam proximam ſe ac ſuos abdit, uſque dum hoſtis imprudentiam, ſuam occaſionem faceret. dies erat Martii duodecimus, hebdomadis primus, quem *Dominicum* appellamus, ipſoque *magno Gregorio*, maximo quondam & ſanctiſſimo pontifice feſtus. hoc die rem eccleſiæ catholicæ in Polonia perditam reſtituere cœpit Deûm benignitate *Cæſarnecius*; & è ſilva, in quam abdiderat ſe, quatuor equitum ſagittariorum agemata (*regimenta vocant*) adverſus hoſtem emittit: ſed quò fidem aut curam faceret, ab Scythis auxilia Polonis adveniſſe, *Tartaricis* eos vexillis, quæ ſecum habebat, inſtruxit. his velut antecurſoribus in certamen præmiſſis, alia duo ſtatim agmina, occultatis eorum ſignis, priora conſequi jubet. *Svedi*, ad horum aſpectum interriti, primò non receſsêre: ſed animo forti, magnoque in adverſos ire quum pergerent, equeſtri *Pſeudo-Scytharum* procella, à tergo circumfuſi, ac telorum inſolenti plaga confixi, in fugam diverſi præcipitant: quos tamen fugientes, per octo ſtadia, ita continenter ſunt inſecuti, ut nemo illorum, niſi ſagittis vulnerato corpori lethaliter hærentibus, *Iaroslaviam* ſe penetraverit. impedimenta & carri, quæ jam ſupra pontem erant, intercepta ſunt à *Sarmatis*; abacumque argenteum regis, ipſo propè inſpectante rege, ad ſe diripiendo averterunt. ſed fuſis, fugatiſque in oppida *Svedis*, duas horas reſtitêre *Poloni* circùm urbem, magno cum deſiderio exſpectantes, ut quis obviàm ſibi ad pugnandum oppido effunderetur: nemo auſus fuit, tum veſpera noctem attrahente ſenſim, ſpoliis, quæ cœperant, onuſti, in ſuum nemus reverſi ſunt. poſteris diebus nullam quietem *Svedia* regi

Dies S. Gregorii, Cæſarnecius victor eſt Svedi.

Cæſarne-

Cæſarnecius reliquit, donec eum ſecundùm *Viſtulam* varia ſervatum fuga, ac ſæpenumero incluſum, elapſum tamen medio Aprili *Varſaviam* adigeret. ubi ſuis obviam latè effuſis, ac in tanta rerum perturbatione vitam illi & ſalutem gratulantibus majori, quàm ſi viciſſet, gaudio eſt receptus. fama enim erat, ſagitta trucidatum eum, & quod credi, in tot conflictibus, cum ſepties equum fugiendo mutaſſe *Carolus* dicebatur, facile poterat; cadaver ejus in hoſtico relictum, *Sanoque* hauſtum flumine, tertio demum die extractum eſſe. ſed fama hæc tantùm erat, quæ incerto auctore nata, ac temerè in vulgus relata, tantiſper obtinuit; dum res ipſa loqueretur, tot ereptum funeribus, vitam adhuc vivere Carolū, & ſalvū in *Pruſſia* degere. verùm hæc ordine ſuo narrabimus. divi Gregorii magni die, quo *Svedum* fugere Cæſarnecius docuit, arx *Mariæburgenſis* in regali Pruſſia, conditionibus adacta eſt, ut *Steinbocco* in jus, ac poteſtatem concederet. conditiones fuerunt, ut, qui in arce eſſent, liberè inde quò vellent, excederent. quod Germanorum in arce foret, qui ſtipendia Polono facerent, ſponte ac volentes, ut Steinboccus juberet, apud ſe militarent. quod peditum eſſet Hungaricorum, qui *Heiducci* nominantur, liberi & ſacramento immunes abire permitterentur, poſſeſſiones hæreditarias quiſque adiret uſurparetque, in iis pacatè ac ſine maleficio degeret. *Putiſcum* nemo defendendum ſumeret. *Guldaſternus* arci præfectus, *Iacobus* & *Ludovicus* fratres *Veiherii*, qui præſidiis præpoſiti ſunt, fidem ſuam regi Svediæ obligarent, neque ſtipendia poſthac apud ejus hoſtes facerent. bona regia, cum illis omnibus, quæ fugæ & cuſtodiæ cauſa in arcem comportata ſunt, Svediæ regis arbitrio ſubjecta permanerent. his ita compoſitis exſeceſſionem ex arce faciunt *Poloni, Svediqué* eorum loco immigrant. ſed *Gedanenſes*, quibus dulce erat vel mori pro libertate patria, dignum ſe atque cæteris ſuis facinoribus negotium ſunt aggreſſi; dum

12. Martii Mariæburgi arx in deditionem venit Steinboc.

non

1656. *Gedanenſium virtus, audaciaque.*

non exſpectato hoſtis maleficio, in *Svedos* irruere ſponte ſua, eoſque laceſſere non dubitavêre. nam hoc ipſo die, tria armatorum millia, quos in hoc bellum ſuo ſtipendio auctoravêre, laborantibus in arce *Mariæburgenſi* Polonis, auxilio ſubmittere conabantur: qui tamen quingentos paſſus ab urbe vix aberant, quum præſidium ex arce demigraſſe audiunt; at ita quidem auxilium quia ſerum, fruſtra fuit, conatus tamen ſuâ laude apud cives non caruit, quemadmodum & hoſtium animos adverſus *Gedanenſes* furioſius concitavit. nam paucis poſt diebus inſulas eorum ſuo exercitu *Steinbockius* inſedit. *Olivam* deinde monaſterium ditionibus illorum inædificatum, ac triginta ſex militum præſidio communitum in ſuam poteſtatem redegit, omnia denique hoſtiliter in eos machinatus eſt. quibus hoſtium conatis tantum abeſt ut perterriti ceſſarent *Gedanenſes*, ut etiam majori fide ad *Caſimiri* mandata reſpicerent, Suedorumque complures, aut virtute aut dolo deprehenſos, vita devolverent.

Laudatur à cive, & premitur ab hoste.

Cæſarnecius verò incluſo *Iaroslaviæ* Carolo, ac ingenti metu ad *Sanum Svedis* injecto; quum acie illum prælioque devictum caſtris exſuiſſet; altero ſtatim die vigiles eorum hinc inde per agrum *Præmislienſem* diſpoſitos cecidit, ac flumen *Sanum* trajectus omnes campo expulit; in urbes oppidaque ſuburbana palatos diſcedere coëgit. *Sarmatæ* dehinc, qui metu aut proditione militavêre apud *Carolum*, velificatione ſubitò commutata, ad *Cæſarnecianos* adjungere ſe maturabant. *Caliniius* equitum ſigna ſex, totidem *Broſcovius* ab Svedis reduxit. *Lubomirius regni tribunus*, quem vocant *mareſchallum*, viginti centurias attulit. *Alexander Conjecpolius*, cum *Nicolao Potocio*, *Ioanneque Sapiehâ* Quartianorum octo chiliades regi Caſimiro reddiderunt. turmales etiam nonnulli, qui *Nimerzycium Kiovienſem ſubcamerarium* Svedo adhuc militantem deſeruerant, advenêre. his copiis auctus quum eſſet *Cæſarnecius*, nullius rei pænè ſtatim conflictabatur, quàm

campe-

campeſtrium & muralium tormentorum, quæ apud *Svedos* pleraque omnia *Polonis atque Lithuanis* erepta detinebantur. ſcribit itaque ad regem ſuum, qui *Leonsopoli* erat, Caſimirum, ac de victoria, quam ex hoſte ad *Iaroslaviam* reportaverat, certiorem eum facit: de *Polonorum ab Svedis* defectione reliqua cōmemorat. ad extremum ... ia ſperet propè futurum, ut omni e Polonia ... *os* exigat, vehementer ab rege petit, *ut majores m... quibus oppida & urbes expugnare poſſit, ad ſe in ... ſtra devehendas curet: magno enim uſui futuras. quas tamen ſi impetrare ob itineris longinquitatem tam repente non queat, nullam interim hoſti, quantum ei per equos & ſagittas incommodi importari licuerit, quietem ſe daturum ait. Deique benignitatem, & ſancti Gregorii pontificis maximi precariam ex cælo opem, ſibi affuiſſe teſtatur, ne germana religio ab malis Chriſtianis oppreſſa, exſulatum è Polonia mitteretur; neve rex legitimus exercituum & regni parte maxima exſutus perpetuò exſul degeret.* ejuſdem propè argumenti codicillos, ad *Ludovicam Mariam*, Dei gratiâ *Poloniæ & Svediæ* reginam, idem *Cæſarnecius*, quum *Varicæ* poſtea eſſet, miſit. nam, & illa, quod inconſolabili dolore nondum dejecta videretur, novæ ex reportata de ſuperbiſſimis hoſtibus victoria lætitiæ conſors eſſe debebat; ut ſpei bonæ rem additam fuiſſe, non mendaces nuncios acciperet. ſed priuſquam *Varicam*, ubi Fridericus *Durlacenſis Bada* Marchio in fugam eſt conjectus, veniretur: Poloni cum *Cæſarnecio* conjuncti, eò diligentiæ nervos intenderunt; ut *Svediæ* regi apud *Iaroslaviam* operibus circumdare ſe molienti, impedimentum injicerent. militarem hac in re operam navârunt viri per omnia illuſtriſſimi, *Georgius Lubomirius* Comes de *Viſnic*, ſupremus regni *mareſchallus*, *Hieremias Michaël* dux *Viſniovecius Ruſſiæ Palatinus*, *Ioannes Sapieha Vilnenſis Palatinus*, *Alexander Koniecpolius* anteſignanus regni, quem vexilliferum appellant. *Lubomirius* enim & *Viſniovecius* jungunt ſuas cum *Cæſarnecio* copias, ac ante diem octavum kalend. Apriles

1656.

Regi Caſimiro ſcribit Cæſarnecius.

Svedus obſidetur Iaroslaviæ.

1656. Apriles circumludere *Iaroslaviam* incipiunt. *Carolus*, qui ibi ſe tenebat, ſuis diffiſus, ea quæ ex fuga ad belli apparatū utilia retinuerant, congeſta in naves flumini *Sano* imponit. levamq; ac dexteram ripam, ne à Polonis incurſari impunè ac diripi poſſint, frequenti milite communit. ipſe inter cuſtodes abditus latet: ut [illegible] quem *Sanus* viceſimo poſt *Iaroslaviæ* mœnia [illegible] urbana milliario diffunditur, iterum potire[illegible] enim habebat non laceſſere, non quærere hoſtem, ſi modò ſibi, latere tecto, abſcedere ab eo liceret. Svethici, dum regem ſuum tegunt, vulnerantur paſſim ab inſequentibus [illegible] *Cæſarneccianis*, ac toti utrimque ripis variè ſeminecces ac mortui ſparguntur. Polonus rex, uti ſupra docuimus, *Leontopoli Ruſſiæ minoris* quam & *rubram* nominant, in urbe erat: apparebant illi honoris & officii cauſsâ, præcipui ex regni ſenatoribus, qui katholicæ inſtitutionis formam retinebant; omneſque unà in preces converſi Chriſto Soteri, magnæque ejus matri MARIÆ in cœlis regnanti, fortunam regni afflictiſſimi commendare non deſiſtebant. dies poſt annunciationem beatiſſimæ virginis octavus, id eſt kalendæ Aprilis agebantur; quo in templo deiparæ *Leontopolitano* votum rex edidit, hujuſmodi verborum ſolemni formula. magna *Dei hominis* mater, & virgo ſanctiſſima! ego *Ioannes Caſimirus*, tui filii regis regum ac Domini mei, tuaque miſeratione *rex*, ſanctiſſimis tuis advolutus pedibus, te in patronam meam, meorumque dominiorum reginam hodie deligo! atque me, meumque *regnum Poloniæ; ducatus Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Zernicoviæ*; exercitus utriuſque gentis, populos univerſos tuæ ſingulari tutelæ, atque patrocinio commendo: tuam opem atque miſericordiam, in hoc calamitoſo atque ancipiti regni mei ſtatu, *contra ſanctæ eccleſiæ Romanæ hoſtes*, ſupplex oro. & quia maximis tuis beneficiis obligatus impellor, unà cum gente mea, ad novum, idque fervidum, tibi ſerviendi deſiderium; promitto deinceps,

Rex Caſimirus votum Deiparæ vovet.

deinceps, meo, ſatraparum populorumque meo- 1656
rum nomine, tibi tuoque filio *Domino noſtro Ieſu*
Chriſto, me cultum ubique & honorem tuum, per
provincias regni mei, omni ſtudio, propugnatu-
rum. promitto præterea ac voveo, me, ubi præpo-
tenti tua interceſſione & filii tui magna miſeratione
de hoſtibus, præcipuè de Svecis victoriam obtinue-
ro, apud ſedem apoſtolicam procuraturum, uti tibi,
tuoque filio, in gratiarum actionem quotannis *hic*
dies ſolennis & feſtus, idque in perpetuum, habeatur:
daturumque cum epiſcopis regni mei operam, ut
id, quod promitto, à populis meis impleatur. quum
vero magno animi dolore luculenter videam, pro-
pter gemitum & oppreſſionem hominum conditio-
nis plebejæ, in regno meo immiſſa à filio tuo juſto
judice *flagella peſtis, bellorum ac aliorum malorum*, per
hocce ſeptennium; promitto inſuper ac voveo,
me ſeriò cum univerſis ordinibus, pace conſtituta,
rationes omnes initurum, ad ea avertenda mala; at-
que procuraturum, ut ab oneribus injuſtis & op-
preſſionibus, populus meus eximatur. fac ô miſe-
ricordiſſima domina! ut, ſicut eam mentem mihi
meiſque ſatrapis atque ordinibus, ad ea concipien-
da vota dediſti; ita gratiam apud filium tuum ad
eadem implenda impetres! amen! amen! hujus re-
giæ devotionis compotes quoque ſe fecerunt regni
Poloniæ proceres, qui tum apud regem erant; iiſ-
demque conceptis verbis, ſed paullo, ut in perſo-
nas quadrarent, immutatis eadem vota nuncupa-
verunt. ad arcem interim *Rudnickam* (*Sanum* flu-
men adjacet) Cæſarneciani quum perveniſſent,
impreſſionem in Svedos fecerunt oppido quàm a-
cerrimam. & rex, qui arce defendebatur, facilè ca-
pi aut interfici potuiſſet, niſi copiæ auxiliares, quæ
feſſis pugnando *Viſniovecii*, *Cæſarneciique* turmali-
bus opem ferre maturiùs debuerant, itinerum lõgi-
tudine miſerè conflictati, aliquantò ſerius adveniſ-
ſent. hoſtium eo certamine ad quatuor millia cæſa
fuiſſe, & *Cæſarnecium* aliquot vexillorum equites

S. Maria ſi nobis victoriam das! diem feſtum tibi voveo.

idem votū ſenatores faciunt.

Caroli in

O deſide-

1656. deſideraſſe dicitur, ut *Ruſſia* agri per duo millia itineris, cadaveribus oppleti conſtratique, maximum prætereuntibus horrorem incuſſerint. nemini armatorum paciſci vitam licuit, omnes incurvo gladio, aut ſariſſis trucidabantur. interim cum reſiduâ militum manu rex effugit. fugienti cum duodecim Lithuanici equitum millibus *Palatinus Vilnenſis* uno latere fluminis, altero Alexander *Coniecpolius* inſtitere: à tergo *Cæſarnecius* impendebat. ita nihil quieti erat, dies ac noctes premebatur *Carolus*, & capiendi ſomni, cibique ſumendi inſolens ingentem animo mœſtitiam coquebat. una illi ſpes relinquebatur, ſi in urbem *Sandomiriam* incolumis evaderet, quam ſeptingentorum peditum ex ſuis præſidium tenebat. ibi quamvis centum & quinquaginta equites, qui advenienti pontem ſervare contendebant, haberet, fruſtra tamen fuit. *Cæſarnecius* enim peritiſſimum belli ac veteranum ducem Staniſlaum *Machovium*, cum *Sandomirienſi & Voinicenſi* caſtellanis, ſatis amplâ velitum manu inſtructis, præmiſerat: qui equeſtrem pontis cuſtodiam pugnando aggreſſi, facilè devicerunt, & ſexto Aprilis die, ne uſui Carulo poſſet eſſe, pontem demoliti ſunt. *Carolus*, ubi videt pontis urbiſque ereptam ſibi facultatem, in agrum ſubjectum, exercitus ſui reliquias reducit, centurioneſque & milites ad reſiſtendum fortiter adhortatus, vadentem in ſe *Polonum* ſiſtere, & ſi fortuna reſpiceret, in fugam aut mortem ſpargere inſtituit. ſed non diu admodum perſeveravit in inſtituto. ſupervenientibus enim undarum in morem *Sarmatis*, nullo negotio fuſus fugatuſque eſt. multi tum ex bellicæ rei adminiſtris, quos adhuc ſecum *Carolus* habuerat, in poteſtatem *Cæſarnecii* venerunt. Carolus ante oculos, interque manus, Deo ita volente, dilapſus ſecundùm ſiniſtram *Viſtulæ* ripam abiit; donec in *Mazovios* rediret, ac pridie eidus Aprileis *Varſoviæ*, inter militarium miniſterii præfectorum plauſus, & congratulationes, animi tamen non prorſum lætus, re-

Carolus premitur, fugatur, fit æger animi,

reſiſtit tamen audacter,

& in Mazoviam evadit 12 Aprilis.

cipcretur. Palatinus Vilnenſis cum Lithuanicis copiis, ac *Belzini, Volhynienſis, Lublinenſiſque & Ruſſiæ nigræ Palatinatuum* nobilitatis maxima parte, dextrum *Viſtulæ* latus ab omni incommodo tutum præſtiterunt, ut ne quiſquam inde Svedo in auxilium properaret. *Lubomirius* regni *Sarmatarum* ſummus tribunus, quum devicto fugatoque hoſte non multum damni timeret, *Cracoviam* verſus ſuum promovit exercitum. *Cæſarnecius Viſtulæ* ſiniſtris ab Sandomiria ripis *Cocteniſcum* perniciſſimè properat; ubi *Fridericus Durlacenſis Badæ marchio*, quem tamen Poloni *Philippum Sulsbacenſem Palatinum* fuiſſe autumant, cum aliquot millium cohortibus adeſſe nuntiabatur, ut laborantibus in *Ruſſia Svethicis*, regique Carolo præſens auxilium ferret. Cæſarnecius ut *Cociniſcum* venit, centurias equitum tres ex hoſte reperit, quos velitum ſuorum expedita manu confeſtim circumdatos, omnes ad unum incurvis gladiis trucidavit, ubi id fieri *Durlacenſis*, nam haut longè erat huic ſpectaculo, animadvertit; fuga, quantum poteſt, retrò ſe avertit, ac *Pilceſæ* amnis pontem adeptus, promtiores ad fugiendum, *Varſaviam* trahere ſecum inſtituit. *Cæſarnecius* ut ne rem differret, pontis longinquioris uſum nil moratus, fluvium equo primus trajicitur; principis exemplo invitati, idem omnes turmatim velites faciunt, donec ad *Varicam Ciſeritumque* aut circiter ante diem ſextum eidus Apnleis, veniretur. ibi pugna primùm incruduit, nam acie facta *Svethici* conſiſtere decreverant, & multi per nemus proximum in inſidias diſpertiti erant, qui integri ſuccederent feſſis. nec oblatum certamen veles *Cæſarnecianus* detrectare, inſtare hoſti; urgere, impetere comminus. duarum fermè horarum ſpatio, plaga utrimque gravis accipitur; ſed *Svethi reſidui* fugæ ſe mandare incipiunt; quos fugando *Sarmatæ* per ſeptem millia itineris inſecuti ad ſuburbana *Warſoviæ* oppida propulerunt. non pauci equeſtrium, ac pedeſtrium belli miniſteriorum curatores capti ſunt, ſarcinæ

1656.

Cæſarnecius ad Varicam, cædit Marchionis Durlaci agema.

1656 omnes, & militaris caſtrenſium rerum apparatus, ſignaque ſtratiotica viginti *Sarmatis* in poteſtatem venerunt. ſigna cum ducibus captis, ad regem ſuum Cæſarnecius deportanda in *Ruſſiam* curavit: ac dein, perſolutis Deo victoriæ datori, catholicum in morem, gratiis; in *Pomerellos & Caſſubios* iter ſuſcipit. Gedanenſium [illegible], qui ſoli in *Pruſſia* in officio ac fide manſerant, [illegible]etas contra *Steinboccum & Phrangelem* tutanda videbatur: & quid porrò ſpei in reliqua *Sarmatia* Polonis, ſi *Dantiſcus* in hoſtium regimen conceſſiſſet? *Ludovicus Veiherus, palatinus Mariaburgicus*, ad nuncium rei ab Cæſarnecio in Ruſſia benè geſtæ, quos poteſt nobilium in *Pruſſia* colligit, qui Svedo repugnent hoſti, ac *Dantiſcanorũ* virtutis æmulatores exſiſtant. ipſos etiam ne animo dejiciantur, *Dantiſcanos* benè ſperare jubet. Cæſarnecius verò ſub eidus Apríleis cum viginti millium exercitu (nam & *Lubomirius* ei ſe adjunxiſſe iterum cum ſuis dicebatur) in Polonia majori *Lovicium* archiepiſcopi Gneſnenſis ſedem, præſidio Svethico munitum obſidione circumvenit, ac ſtatim in poteſtatem redigit. *Iſrael magiſter* equitum, præſidii ejus princeps, cohortes illi ſuas objicere molitus, funditur continuò; cohortes obteruntur, urbs capitur, præda non ſimplex refertur. cuſtodibus urbi militariter impoſitis, *Bromiobergam* Poloni deveniunt, *Naculam*, *Tuchellas* aliaque in *Pomerellis* oppida Svedis erepta, in libertatem reponunt: tribus deinde clariſſimis in republica viris, dant negotium ad *Gedanenſes* proficiſcendi, ut bene rem cœptam continuent, regique in auxilium iis feſtinanti fidem liberent. hi fuere, *Nicolaus Oſtrorogius* regni Poloniæ pocillator, & *Rodoſſavius* præfectus, *Miecnicíuſque Pan Braclavienſis*. ne verò inter proficiſcendum ab hoſte impeti, contrucidarique ſinerentur, ſecuritatis ac tutelæ causâ, quadringentos equites illis adjungunt. hi omnes, abſque incommodo ante diem ſextum kalendas Maii *Gedanum*, & nõ ſine gaudio intromittuntur. altero die in curia Ge-

Gedanenſes liberantur

Lovicium capitur à Stephano.

danenſ

danenſi datur eis ſenatus; ubi *comitem Oſtrorogium Nicolaum*, hujuſmodi verba, ad tres Gedanenſium civitatis ordines, feciſſe, accepimus. *Sarmatici imperator exercitûs, quique unà cum ipſo ſunt, Poloniæ Regni proceres, & gratulantur admodum virtuti veſtræ, ô Gedanenſes optimi, & gratias actum vobis nos miſêre, fortunet benigniſſimus Deus hæc cœpta veſtra, ſecundetque: ut iſta in regem clementiſſimum, inque rem Polonam publicam, conſtantiſſimè retenta fides præmio atque laude in poſteros nunquam careat, quemadmodum ſperamus illam effectu non caituram. ſecundùm gratias atque gratulationem, quas vobis noſtri imò & veſtri decrevêre, ingens lætitiæ vis in animis eorum inſidens, vobis celari non debuit. Quid enim tam lætabile, quid tam jucundum, quàm vos cogitare, vos animo intueri: qui majorum veſtrorum ſempiternis laudibus cumulum bis tanto grandiorem fidelitate inviolatâ adjicitis; quod calamitoſiſſimi belli hujus & vix tolerandi temporibus, non regem ejectum, non regnum oppreſſum deſeruiſtis; nam uti facilè intelligimus, miſeriarum omnium miſerrimam, Saguntinorum exemplo, perpeti maluiſtis; quàm fidei veſtræ ſplendorem, vel tenuicula ſeceſſionis umbra inobſcurari pati. hujus tantæ in ſereniſſimum regem Caſimirum, inque omnes communiter Polonos pietatis memoria, per omnia conſequentium ætatum ſæcula vigebit, poſterorum animos ad veræ laudis cupiditatem inflammabit, virtutis populorum atque fidei erga principes hortatrix & magiſtra numquam eſſe deſinet. ſed neque clementiſſimæ regis noſtri prudentia, tantam in ſe ac ſuos caritatem, paterno in vos amore compulſus remunerari, & quaſi redamare noluit. nam per tot hoſtium agmina, perque occupatas ab Svedo minoris atque majoris Poloniæ terras, exercitum ſuum abſque mora vobis auxilio venire mandavit: ut fortitudinis ejus tutela contra hoſtes animoſius obſiſteretis. quæſo vos, quid ab ſummo Deo, omnium bonorum largitore melius haberi poteſt, quàm princeps, qui amantem ſe populum, amore converſo mutuo carum habeat, atque tueatur? talis eſt Ioannes Caſimirus, rex noſter clementiſſimus, dum heroico pectore, dum nun-*

1655. *Oſtrorogiæ Comitis oratio ad Gedanenſes.*

1656. quam interitura laude hoſtem illum perpetuas & immortales victorias animo ſibi ſpondentem, non modò vinci ac fugere docuit, verùm etiam ſubmiſſione exercitus ſui, omnes citra Viſtulam jacentes populos in libertatem aſſerere, & animi dubios in officio ac fide confirmare eſt aggreſſus: non aliâ profectò de causâ, quàm ut florentes adhuc res civitatis veſtræ conſtabiliret magis atque fundaret. Quamobrem & excellentiſſimi duces, & illuſtris tot copiarum exercitus noſter, omne impedimentum abrupit, ne ab armorum conjunctione retardari poſſit. non itinerum longinquitas, non abrupta viarum, non tempeſtas anni ad profectionem haut idonea, non aëris inclementia, non hiberni cœli injuria, non venti non undæ procelloſæ, non obſtantium denique hoſtium, per quos ferro ac manu via aperienda fuit, agmina, deſiderium juvandi vos, conſervandique differre, nedum auferre potuerunt. Frigoris acerbitas, ſudoris atque pulveris, quo madefacti, ac ſordidati in quintum propè menſem corpora duramus, incommoditas, vigiliarum continuationes, aliaque dura, deliciarum ac voluptatum nobis loco fuerunt; ut ſecuritas vobis, atque perfecta demum felicitas pararetur. Superi & fortuna nobiſcum fecêre, hoſtem delaſſavimus, vires copiarum ejus imminuimus, Viſtulam traducti ſumus, Sandamoriã in poteſtatẽ accepimus, Cocieniſcũ præſidii Suethici, quo tenebatur, cruore & imbuimus & nobilitavimus. Sulsbacenſis dein atq; Durlacenſis copias fudimus, contudimusque: tantũ Svedis fugæ atque trepidationis incuſſimus, ut latẽtes in ſilvis atq; nemorib⁹ inveſtigandi nobis ferarũ more eſſent. adhæc Iſraëlis equitum præfecti cohortes obtrivimus; Lovitium, Ravã, Sninam, Pacoſſium, Naculam, Bidgoſtiamque cepimus; multos ex hoſtium numero cecidimus, multos ex iis captivos fecimus, quoſdam etiam, qui nobilitatis noſtræ genibus advolvebantur, victricibus copiis immiſcuimus. Verùm quid nos hæc feciſſe, quid viciſſe dico? Deus eſt qui fecit ut vinceremus. qui enim fieri poſſit, ut equis inſidentes valla atque muros tranſmitteremus; ut victoriarum ſucceſſu elatos potentiſſimi adverſarii ſpiritûs infringeremus? factum eſt tamen hoc Dei benignitate ac virtu-

te no-

te noſtrâ. & profecto militi generoſo atque audaci, nihil infectum eſſe liquet. Quæ cùm ita ſint, nec quicquam impedimenti detur, eorum, qui nos huc allegârunt, verbis ac nomine ſententiam veſtram viri fortiſſimi rogamus; utrum expedire magis judicetis; noſtrâſne copias ut propius urbem ad vos adducamus, unàque juncti in hoſtes impreſſionem facere tentemus; an ut longiùs à vobis agendo, aliis atque aliis locis ex hoſtium poteſtate recipiendis, diverſi operam navemus? Volunt enim victoriæ ſuæ vos participes eſſe duces noſtri, volunt gloriam & decus, hinc certò naſcitura vobiſcum communicare. volunt denique ita perſuaſum habeatis, Viſtulam prius à mari ſe averſum iturũ, quàm Polonorum animi ab hoc in urbem veſtram ſtudio, atque cura divelli poſſint. His dictis arrecti animi *Gedanenſium* ſunt, adeò ut non ſolum de fide in regem *Caſimirum* ab ſe hactenus inviolatâ, plauderent ſibi: verùm etiam in re pulcrè & audacter incepta perſeverare maxima invicem concordia rurſum decernerent. legatis etiam debitos honores non ſine muneribus exhibuerunt. trigeſimo Aprilis die, qui eſt *Philippi & Iacobi Apoſtolorum*, pridie Kalendas Maii *pervigilium*, (*Dominicus* tum erat) gratias Deo actum in templa ivêre publicè omnes, Lutherani ſuis ritibus, Catholici ſuis, nec quiſquam tota urbe ſine gaudio fuit, qui non *Caſimiri* nomen atque fortunam, inter feſtiſſimi diei hilaritatem atque ludos, in aſtra tolleret. gratiis Deo per omnia templa decantatis, ahenea repente tuſa tympana, inflatæque buccinæ è curia per omnes vicorum angulos reſonabant, plauſus tonitrales in muri orbe valliſque è tormentaria ſupellectile dati, gratiſſimis inter cives atque milites bombis audiebantur. in conviviis deinde atque poculis omnes, *benè regem, benè reginam*, ingeminare. veſperi triſtis nuntius, qui lætis immiſceretur, eſt *Dirſavia* allatus. miſerant ad id oppidum tentandum, expugnandumque, ſi fortuna, quod ſolet, audaciam juvaret, militum ſuorum *Dantiſcani* ſupra quingentos; hi infeſta omnia circum urbem exci-

1655.

Dirſavia ab Gedanenſibus tentatur, cum repulſa.

 diis

1656. diis incendiiſque facientes, à præſidio Svethico cæduntur magnam partem aut capiuntur, reliquis fuga ſervatis. in velitum centurionem accepti damni cauſam contulere, qui egregiè ſibi ac fortiter pugnantibus opem ferre detrectaverit, vel metu præpeditus, vel pecunia ab hoſte corruptus. is datus in cuſtodiam eſt. naves etiam frequenti milite, bellicaque ſupellectile inſtruxerant *Gedanenſes*, maritimam in Balthico prædam venaturas. *Hedvigis* enim vel evocata literis, vel quod nuntii triſtes ac varii de *mariti cæde Holmiam* venerant, deſiderio videndi Caruli aut vivi aut mortui excitata, è *Suedia* ſolverat. huic navales iſti manipuli inſidiabantur. ſed navigia *Svethica*, quæ Reginam adferebant, curſu non interrupto *Pillaviam* applicuère, ante diem tertium nonas Majas. ubi eam octovir Brandæburgicus clientelaris *Pruſſiæ jam Svethicæ* herus, magnificentiſſimè excepit. Carulus autem fuga ſervatus, ut ſe colligeret aliquantulum, in tertiam hebdomadam *Varſoviæ* manſerat. inde uxoris excipiendæ gratia quum abire vellet; cæſi reliquias exercitus *Arfrudo Leucori* (id eſt Wittenbergo) commiſit, ubi *Voldemarus* è vulnere deceſſerat. ipſe rex cum *Friderico Durlacenſi ex Badæ marchionibus*, & *Philippo ex Sulsbachia Palatinis*, *Ianoque Radiphilo*, pridie kalendas Maii, *Thorunium* appulit, mox *Grudentum* venit, unde *Mariaburgum*, *Elbingamque* delatus in *Pillaviam* cunctis ejus terræ ac perſuaſionis mortalibus, omni lætitiæ genere applaudentibus, acceſſit. ſed nullis adventu ſuo magis voluptabilem nuntium, quàm *Brandæburgo* & *Hedvigi* attulit. hi in complexus invicem ruere, & avelli ægre poſſe. tandem *Elbingam* reditum, Elbinga *Mariaburgum* in arcem perrectum, ibi ad bellicuras, facinoraque Carulo animus redit, nam & *Brandæburgus* eum facili obſequentia erexerat, exercitúſque ſui, ac ſuam operam contra Polonos promiſerat. & *Phrangel* navales copias in terreſtres mutare coactus, cumque *Steinbocko* junctus, Cæſarnecii

Regina Suediæ in Pillavia excipitur.

Carolus è Mazovia in Pruſſiā adit.

necti furoribus obviam ire, cum fructu nuntiabatur. Et *Erneſtus Boguslaus*, qui ſe *Crojæ, Arſchottique Ducem, Romani imperii Principem, Caminenſem Epiſcopum, demarchum portûs* nominat, ad cuncta belli miniſteria præſtò illi aderat. in arce *Mariaburgi*, ſcriptæ ſunt undecimo die Maii literæ; quæ *Caroli* nomine in decem *Poloniæ* utriuſque *Palatinatûs*; terramque *Mazoviam* ad minimos maximoſque rei tum civilis tum bellicæ adminiſtros miſſæ circumferebantur, argumentum fuit. regem *Svediæ*, ubi *Polonos* datæ ſibi fidei ruptores arma circumſpicere, ac legitimo domino, cui ſacramento ipſi volentes dixerint, rebellare comperiſſet, ægrè admodum tuliſſe hanc ignominiam. nihil enim cauſæ ab ſe datum *Polonis*, qua ad tam improbanda conſilia deducerentur. protectionem eorum ſe ſuſcepiſſe; protectionis legitimæ codicillos in manibus omnium verſari. ſi quid in ejus leges à quoquam ſuorum peccatum ſit, ad ſuam unius providentiam & curam aditum illos quærere, non armis vindicare ſe oportuiſſe contra regios. difficile quidem ſibi non futurum, ut velificante & favente ſucceſſibus ſuis numine, juſto rebelles afficere ſupplicio poſſit; clementiæ tamen magis meminiſſe velle, & manſuetudinis laudem ſeveritati anteponendam ducere. quare admonere omnes hortarique, ut quantum flagitii deſignaverint, ad animum revocent, quantum indignationis regiæ commoverint, expendant; pœnitendi facinoris eos tædeat, rebelliumque gregi exemtos intra diem vigeſimum apud ſuos quiq; præfectos ſe ſiſtant, ac mutatæ voluntatis eos edoceant, in gratiamque ſuam reducantur. Quibus id facere non lubeat, pœnas daturos, quas poteſtati ſuæ rebellibus infligendas, Deus & natura conceſſerunt. Itaque ſic perſuadeant ſibi, poſteriori pœnitentiæ locum, qui nunc ex regiæ lenitatis propenſione detur, non fore. hanc ſuam erga unumquemque voluntatem, benignitatemque hactenus exſtare literaſque regio nomine

1656.

Literæ Caroli ad Polonos ab ſe deficientes.

1656. mine ſubſcriptas & ſuo obſignatas ſigno, has dimittere ſe; ne quis dubitet. his codicillis in decem *Palatinatûs*, ac *Mazovienſe* territorium divulgatis, non multùm effeciſſe eſt viſus Carolus. nam, excepto quòd *Poſnania, Varſovia*, & *Cracovia* Svethicis adhuc præſidiis tenebantur, alia in ambabus *Poloniis* loca in *Polonorum* ditionem atque jus paulatim remigrabant. & nobilitatis ac ſenatorum Poloniæ pars major, cum *Ioanne Caſimiro* Tartarorum & Coſacorum auxiliis adjuto, faciebant. Hoc ipſo die, quo *Carolus* has *Mariæburgo* literas dedit, Poloniæ rex *Samoſciæ* fuit, & quia de ſolicitatis contra ſe, hoſtium operâ, ſubditorum ſibi populorum animis certior factus erat, pati noluit; ut in poſterũ fucoſis mendacijs populus atque magnates ab ſe alienarentur, ac diploma, quo ſententiæ animi ſui omnibus indiciũ faceret, hoc publicandũ curavit. Ioannes Caſimirus dei gratia rex *Poloniæ*: magnus dux *Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Mazoviæ, Samogitiæ, Smolenſciæ* ac *Cæſarnicoviæ*: nec non *Svedorum* ac *Vandalorũ* rex hæreditarius. Vniverſis, & ſingulis, quorum ſalutis intereſt, præſertim verò cujuſcumquè ſtatûs, dignitatis, præeminentiæ, ritûs & conditionis hominibus, tum etiam quibuſvis regni & dominiorum noſtrorum magiſtratibus, Palatinatibus, etiam tribunalis regni atque quibuſvis civilibus, aliiſque in univerſum omnibus officialibus, nec non militum, & præſidiorum, atque exercituum præfectis, ſincerè & fideliter nobis dilectis, gratiam noſtram regiam. *ſincerè & fideliter nobis dilecti! pervenit ad aures noſtras, quemadmodum per ſiniſtram hoſtium delationem, per Regni, omniumque dominiorum noſtrorum terras percrebruit; ac ſi nos omnes in regno noſtro diſſidentes in religione Chriſtiana, quietè hactenus ſub regimine noſtro conſervatos, igne ac ferro exturbare propoſuiſſemus. quæ omnia quũ non alio fine ab hoſtibus noſtris exteris & domeſticis falsò ſparſa ſint, quàm ut fidelium ſubditorum ergà nos animos exacerbent, & turpibus mendaciis ſuis concitent, aut vicinorum noſtrorum à religione Ca-*

ñe Catholicæ alienorum ſtudia ſibi concilient, eôque ſpecioſiori fraude rem ſuam agant, faciendum nobis eſſe duximus; quatenus maturè ejuſmodi hoſtium ſubdolis impoſitionibus occurrendo, licet quidem animitus optaremus, unius fidei nobiſcum omnes nobis ſubditos populos eſſe, publico hoc reſcripto noſtro., quum non minus jura ac ſtatuta regni ſacta tectaque ſervare, quam religionem noſtram ſanctè colere debeamus, falſas hoſtium impoſturas refelleremus, prout quidem hiſce litteris noſtris refellimus, mandantes, ne ſinceritates & fidelitates veſtræ ullum ex diſſidentibus, ubicumque locorum conſederint, religionis cauſa turbari permittant, verùm dummodo nihil hoſtile moliantur, in poſſeſſionibus illorum eos conſervent, juribuſque ſuis ipſis indultis gaudere ſinant. in eos verò, qui præſentibus auſi fuerint contravenire, tanquam in turbatores pacis publicæ animadvertant. aliter ſinceritates & fidelitates veſtræ nos non facturos, pro gratiâ noſtrâ regiâ, ſibi certo perſuadeant. in cujus rei fidem præſentes manu noſtra ſubſcriptas ſigillo regni communiri juſſimus literas. datum Zamoſciæ die undecimo Maii, anno domini milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto: regnorum noſtrorum Poloniæ & Svediæ octavo. *Ioannes Caſimirus rex. Albertus Goraiski.* his litteris *Samoſcia* ſcriptis, nuntius è *Mazovia* venit, qui, ab Vilnenſi Palatino *Varſoviam* circumſideri cœptam eſſe, ad regem Caſimirum attulit. rex *Caſimirus* cum numero quindecim millium, eò properat. ſeptimo decimo Maii die Svedis expulſis *Lublinum* in fidem redegit: inde porrò in *Mazoviam* perrectum, ac *Varſovia* paulatim adeò arctè concluſa eſt, ut nec terrâ, nec flumine quidquam intromitti iſtuc, neque inde emitti poſſet, niſi volentibus *Sarmatis.* rex Svedus *Mariæburgi* adhuc in arce erat, neque illi de *Varſovia* Sarmatarum operibus circumventa conſtabat. toto enim pectore in id incumbebat, ut quos rebelles vocat, ad ſibi dicto audiendum clementiæ ſimulatione rurſum invitare poſſet. quum id parum ſuccedere videretur, non exſpectato viginti dierum intervallo, ante diem

quin-

1656. quintumdecimum kalendas Iunias edictum ſeveritatis pleniſſimum evulgat. in quo diſertim præſcribit: *ut quicumque nobilis, nobilem in præfracta rebellione adverſus eum perſeverantem, comprehenderit vel occiderit, poteſtatique regiæ, aut ejus mortui caput, tradiderit, eidem ita capti vel occiſi bonorum hæreditariorum, ſeu terreſtriū dimidia pars hereditario jure utenda fruenda aſſignaretur. Quicunque ruſticus, vel colonus inque civitatibus vel pagis degens nobilem aut dominum ſuum rebellioni contra ſe regem contumaciter inſiſtentem, ſeu vivum, ſive interfecti ejus caput attulerit: eidem, ejuſque liberis non-modo libertatem, & agrum, quem colit, perpetuò immunem ſe concedere; ſed etiam nobilis aut domini ſui capti vel interfecti reditus, qui ex bonis ejus hæreditariis in annos ſingulos proveniunt, per ſex annorum ſpatia utendos fruendos daturum; ac deinde ita cum illo acturum ſe, ut navatæ operæ obſequentiæque ejus ex voto reſpondeatur. ſi ex plebeis aliquis nobilem rebellem capturo, operam opemve præſtiterit, quamvis ipſe nobilem non tradiderit; eum tamen poſteroſque ſuos, non ſolum è ſervitute in libertatem ab rege vindicandum, ſed etiam illum agrum, cui inſidet, ab immodicis & indefinitis oneribus, ad tolerabilem ac determinatam conditionem reducendum. adeò, ut neque domino amplius liceat jus aliquod vitæ & necis in eum ejuſve poſteros exercere; ſed etiam providendum eſſe, ut ſecundùm æquam proportionem, annuæ exactiones atque opera, ad temperatas leges referantur, recognitioque mediocris & mitigata præſtetur. de quibus ſingulis brevi peculiarem ab ſe conſtitutionem, juri divino, rectæque rationi quàm maxime congruentem fieri ſit curaturus, eamque auxiliante ſupremo numine mediis à Deo & natura ſibi conceſſis firmaturus, ut fidei ſuæ in regem nullo modo ſubditos unquam pœniteat. at verò quòd perfidæ inimicorum ſtudia eò præcipue vertis congruat, ut Poloniam cædibus, excidiis, evaſtationibus, aliiſque injuriis impleant, atque confundant; eò ſe è contrario diligentiam omnem adhibiturum. ut ſibi ſubjectos, ac immota fide obligatos ab hoſtium, impotenti dominatu aſſerat, Poloniamque univerſam Chriſtianæ paci atque incolu-*

Stylo veteri 8. Maii novo 18.

incolumitati reſtituat. in hujus fidem, ac ſuæ voluntatis majorem certitudinem, diploma ipſum nominis regii ſubſcriptione, & ſigilli impreſſione in arce Mariaburgi octavo Maii dediſſe, anno milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto. Per idem hoc tempus miſſi à confœderatis Belgis ad Carolum legati, *Mariaburgum* in arcē introducuntur: ubi auctoritatum ſuarum & fidei literis regi exhibitis ampliter habiti, benevolèque ſemel atque iterum auditi ſunt: reſponſa iis dedit *Carolus* ipſe linguâ Teutonicâ: omniaque in concordiam certioris amicitiæ inter utroſque coalitura videbantur. legationis Batavicæ principes fuère, *Godefridus Selingerlandus, Dordracenſis patricius: Fridericus Dorpius à Moſedane, Hollandiæ ſenator: Petrus Hubertinus Middelburgi Senator: Ioannes Isbranbus dynaſta Ruartius.* Fridericus quoque Wilhelmus Brandæburgi marchio, ex ducali Pruſſiâ ſuos apud regem Svediæ oratores Mariæburgi habuit, *Georgium Fridericum Valdeciæ Comitem*, cui exercitûs curam commiſerat, *Baronem Sverinenſem, Platumque & Dobrecinium.* his negotium datum, ut, quod abſque Svedi incommodo fieret, pax cum Polono tandem aliquando conficeretur. *Carolus Guſtavus* Phrangel *Pudris* hoc tempore in Polonia majore cum ſuis copiis ſtativa poſuerat: ſed pabulatione difficili quum uteretur, & *Poſnaniæ, Gneſnæque* peſtilentes morbi ingruerent, vertit ſolum *Bromiobergam* verſus: ubi ponendis ad *Bromium* amnem caſtris intentus, à Cæſarnecii turmalibus plus vice ſimplici repellitur. palatinus Mariæburgenſis *Iacobus Veiberus Coniciana* arci pyrobolis eò immiſſis vehementer incommodabat. *Steinboccus* in Gedanenſium ditionis inſulis, portui atque urbi paulatim inhiabat. ſed *Carolus* rex, inſpectis prius circa *Dirſaviam* à *Gedanenſium* milite deſtructis igni ferroque operibus, omnem illam manum, quam in *Pruſſia* regali habebat, contrahit; munitiones, quas unius atque alterius millium intervallo ab urbe, ſibi *Gedanenſes* circumdatas, armis atque viris egregiè tuebantur, ſumma vi

1656

Gedanenſes premuntur.

ma vi

1656 ma vi aggreditur. *Grebinum* capit. *Stybeloam* expugnat. multos militum occidit. plures captos immiſcet ſuis. ejus commeatu ac tormentis potitur. *Caput* munimentum ad *Viſtulæ* divortia poſitum *Gedanenſes* adhuc retinebant, ſed, metu variè injecto, inde quoque ſe extra teli jactum proripiunt. Svedi acceptum *Caput* aliaque munimenta operibus novis frequentare, & *Gedanenſibus* propinquare in dies magis ac magis incipiunt. dum eſt in caſtris apud *Stybeloam* rex Carolus, literas ad *Gedanenſium* civitatem conficiendas curat, ante diem octavum kalendas Iunias. in his literis voluntates ac ſtudia adverſus *Gedanenſium* civitatem & ſua & majorum ſuorum quum initio propoſuiſſet: multa deinde contra eos queritur: nullo ab ſe maleficio tentatos eos arma ſumſiſſe. *Mariæburgum* obſidentibus ſuis, inſtructo agmine obviam ire, & obſeſſis hoſtibus opem ferre contendiſſe. viarum ad *Olivam* repagula, quæ defenſionis cauſa ſuum ibi præſidium excitaverit, dejeciſſe. *Phrangeli* & *Steinbocco* ducibus, qui in eo erant, *Gedanenſium* ditionis homines nimia libertate, audaciaque ad quidvis faciendum promtos, ipſiſque vix dicto audientes *Gedanenſibus* ut in formam regiminis tolerabilem redigerent, ubique locorum obſtitiſſe. *Dirſavienſis* tractus operum, munitionum, ædificiorumque incendia feciſſe. urbem *Gedanum* criminationibus atque mendaciis, de ſtrage Svedica, de morte regis, de victoria Polonorum impleviſſe, ut calumniarum officina paſſim audiat. hæc, taliaque ſatis momenti habere, ad animum ſuum contra eos concitandum, armiſque vindicandum injuriam. ſed quia ab ultione alienus ſit naturâ, ſi modò aliter, quod velit, conſequi poſſit, ideo monitos velle *tres civitatis eorum ordines*, ut maturiùs & ſibi & aliis, quorum non modò hujus temporis commoda, ſed etiam æternitatis erunt, conſulant atque proſpiciant. quemadmodum enim juſtas & inexſuperabiles, *Ioannem Caſimirum* expellendi, ac regnum Poloniæ invadendi, cauſas habuerit;

Literas ad Gedanenſes Carolus mittit.

buerit, eamque rem feliciter jam confecerit: ita nemini, qui ſub *Svethicæ* manſuetudinis tutela conquieſcere modò velit, veniæ & commendationis aditum ad ſe præcluſum eſſe debere. id *Gedanenſibus*, qui *evangelicæ* religionis etiam habeantur, inprimis cogitandum fore; ne, dum tot commodis, quorum potiri, amico ſe, civitas eorum poſſit, prohibiti, ingenti omnium generum calamitate mactantur, de ſe jure queri poſſint. regem *Svediæ* hoc ſcripto ſatis apud *evangelicæ* religionis poſteros excuſabilē futurum. His ad ſe literis allatis per tubicinē regium ita reſponderunt Gedanenſes. *Ex eo tēpore, quo in fide & clientela Poloniæ regum fuerint, etiam ſe debito obſervantiæ ſtudio Svediæ reges ſemper coluiſſe: illorum gratiam pluris ſæpe quam ſuas utilitates æſtimaſſe, quare, dum Carolus regni Svedici ornamenta ſuſciperet, per gratum ſibi accidiſſe, quod regio diplomate ad Gedanenſes miſſo gratiam ſuam more majorum ſtatim confirmârit, ut mercaturæ, quarum ſint ſtudioſi, abſque ullo incommodo fieri, & maris Balthici navigationes interrumpi ne ſinerentur. Sed priuſquam, ex hujus tam optatæ rei commoditatibus, aliquis ad civitatem ſuam fructus emanare poſſet, triſtes heu! ac miſerabiles nuntios veniſſe, qui clementiſſimum regem ſuum, cui fidem obligarint, ab Carolo rege armis impeti, regnumque Poloniæ ab Svethicis exercitibus incurſari, attulerint. multum innoxii ſanguinis hoc bello fundi cœptum. multas regiones cum urbibus atque opidis funditus exciſas, deſolataſque. ad ſuam quoque civitatem horum tumultuum incommoda ſtatim dimanaſſe: eaq; magis ac magis quotidie permanare; quum exercitus Caroli regis aliàs clementiſſimi violenter ea nunc inſideat, quæ ditionis Gedanenſium ſint. venerationi ſe habere majeſtatem ejus regiam, ac proinde, an jam juſta de cauſa regi ſuo bella fecerit, non anquirere aut diſcernere velle: id enim eum, qui ſuprà nos habitat, & juſtitias judicat, ſuo tempore facturum: ſed neque in mundo omnia tam præmortui juris, aut cognitionis ejus eſſe, ut nemo ſit ex nunc hominibus aut ex poſteris futurus, qui id nequeat arbitrari, aut diſcernere. eorum*

1656.

Reſponſio Gedanenſium ad Svedi literas.

1656. *rum ſe judicio belli Suethici cauſas permittere. Verumtamen ut regia majeſtas videat, quàm non æquam de Gedanenſium civitate opinionem animo præceperit, aliqua ipſi regi in mentem vocanda eſſe, quibus clare perſpectis atq; cognitis, neque extrema Gedanenſium civitati intentet, atque ipſos Gedanenſes pro fidelibus & honeſtis viris habeat. probè ſe intelligere, quantum civitatis rebus principum favor, & Caroli inprimis gratia afferri momenti poſſit, idcircò nunquam aut ſua temeritate, aut lubidine, aut gloria eò impulſos, ut regem irritando in contemtum adducere, aut offendere voluerint. repudiatas eſſe, quas obtulerit rex ipſe conditiones: quibus acceptis extra id periculum, in quo nunc verſentur, eſſe potuiſſent. ſed fidem clementiſſimo regi ſuo, quem ordinaria electione ab ipſo quaſi Deo acceptum, legitimumque dominum agnoſcant, ſanctiſſimo jurejurando obligatam, ut eas conditiones acciperentur, pati nequiviſſe. eam fidem ſupra ducentos annos, quibus inſiti Polonæ reipublicæ ſint, inviolatam ſibi exſtare, nec ſe aliam ob cauſam in hoc diſcrimen rerum adductos, quàm quod majorum honeſtiſſima exempla ſequi, rectè factorum coram Deo conſcientia lætari, hominum de ſe incorruptè judicantium æſtimationem bonam eſſe, voluerint. his de cauſis vim illatam viribus repellere incepiſſe. quod ſi has cauſas regia majeſtas ſua clementiſſimè perpenderit, non dubitare ſe, quin eâdem arbitrâ atque judice facilè ſint abſolvendi. cogitet itaque Carolus, Chriſtianum, evangelicæ religioni addictum, principem ſe eſſe. neque permittat, ut ea, quò evangelii doctrina quemlibet verè Chriſtianum præcipuè hortatur, atque impellit, facere laborantes impediri poſſint, aut pernicies illis excidiumque paretur.* rurſum cogitet, *ſi hujuſmodi tempeſtas, qualis nunc Ioanni Caſimiro, clementia & benignitatis probatiſſimo principi, ejuſque ditionis regnis ac provinciis incubuit, in Carolum ejuſque terras ingrueret aliquando: & ſenatores quidam, aut ſubjectorum & civitas aliqua inexpugnabili conſtantiâ legitimum ſuum principem ſectarentur, nullis fucòſis amicitiis, nullis muneribus, ab data fide abalienari ſe paterentur; plura etiam hoſtiliter, quàm ipſi*

hoc

hoc ſub caſu feciſſent, facerent. An non laudare iſtam in ſubditis ditioni ſuæ & parentibus populis virtutem, & prædicabilem etiam hoſtibus viſeri velle rex debebit? ſi quid incendiorum Dirſaviæ factum ſit, ab ſuis id præfectis militum, ac ſe non volentibus, omninò factum eſſe, atq; decreto ſuo id genus evaſtandi omnia ſeverè improbaſſe. in librarios, ſi qui calumnias aut mendacia Gedani imprimant, animadverti ab ſe acriter. Elbingæ, Regis-monte, Sedini, morbum hunc, & ſcribendi quidvis ſcabiem multò impuniùs eſſloreſcere. ad extremum queruntur Conſulares ipſi, *quòd talem rex conceptam animo atque imbibitam prorſus opinionem de ſe habeat, quaſi illa, quæ per miniſtrum ſuum civitati miſerit, communium conſiliorum collegiis, cum fide non communicaverint; feciſſe enim ſe debitum officium, omniaque fideliter, & in utramque partem ſine diſcrimine propoſuiſſe reliquis ordinibus, & cum cura de his deliberaſſe, uti ordines ipſi teſtificari poſſint. de cætero maximam in Dei optimi benignitate ſpem collocare, ut is Gedanenſium civitatem gubernet, cor atque mentem tam clementiſſimi regis eorum Caſimiri, quàm Caroli Guſtavi moderetur, & utriuſque conſiliarios eò inclinet, unde amicitia rurſum confidentiaque mutuò increſcat, ut depoſito tam cruento bello, pax læta agros atque opida reviſat. nec ſibi dubium eſſe de regia Svediæ majeſtate, quin commoditatem, proſperitatemque evangelicæ religionis diligenter ſit curatura, ne in ultimum diſcrimen his bellis adducatur. manere itaque, excepto eo, quod fidem Poloniæ datam attinet, regi Carolo ſubmiſſiſſimos & obſequentiſſimos Conſulares, Scabinos, Centumviros: tres nempè Gedanenſium civitatis ordines.* datum Gedani vigeſimo ſeptimo Maji [illegible]o milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſex- [illegible]dem [illegible], quo *Svedia* rex literas ad *Gedanenſi-* [illegible] ſubſcripſit, *Erneſtus Boguslaus, Croja* [illegible]egulus, *Caminenſis in Pomerania epiſco-* [illegible]undem propè argumenti codicillos perfecit. [illegible] enim apud regem in caſtris ad *Stybelôam Erneſt[illegible]*, & priuſquam ad regem perveniſſet, hoſpitium illi cum *Gedanenſibus* fuerat privatum atque 1656.

1656. publicum. in his codicillis omnis generis argumen à coacervat, ut *Gedanenſium* civitati perſuadeat, nulli uſui futuram illis cum Polono rege tam procul abſente amicitiam, atque fidem. *Cæſarnecii, in quo tantum fiduciæ ponant, ab rege Carulo difflatas eſſe diſſipataſque copias. Viſtulam non minus in parte ſuperâ, quàm ad mare, ab rege ſemper victore navigationibus eorum prohiberi poſſe, mercaturis eos terra excludere, omniaque ad veſcendum & vivendum utilia præripere, illi in manu eſſe. quamvis de Polonorum auxiliis multum ſpargatur, eos tamen illic magis operam impenſuros, uti Poloniarum urbes ereptas in poteſtatem recipiant, quàm ut longinquæ Pruſſiæ, & ut ipſi vocant, hæreſiarcharum plena loca juvare, libertatem illis legeſque ſuas inviolata ſinere cogitent. niſi eo forte animo illis in ſubſidium properare ſumant, ut evangelicæ puritatis hominibus excarnificatis, omnia in non tolerabilem pontificiæ ſectæ formam redigant. quod ſi futurum eſt, cum animo ſuo expendant Gedanenſes, quo colore hanc rem non hujus temporis, ſed æternitatis pœnè prodigam, apud ſacra fidei poſteros inumbrare & defendere poſſint. hæc, aliaque dum commemoraſſet, ſui conſilii eſſe ſubjungit; ut pace oblata contenti, tantorum diſcriminum nullis mortalibus auctores ſint, plurimum illis in clementia Caroli Guſtavi ſpei reſidere, cui ſe ſi dediderint, omni commoditate vitæ, evangeliique proſperitate fruituros.* Erneſti Boguslai literis non minus cordatè Gedanenſes, quàm regiis, eodem die reſponderunt. nam, *belli hujus cauſſam apud ſe nullam inveniri, neque regem ab ſe læſum; ſiquid interim Deus maximus pro inſcrutabili ſapientia ſua in civitatem ulciſci deſtinaverit, innocentiam precibus & gemitu, quæ in horas & momenta per ſingula fundantur, clementer averſum iri,* [illegible] *tiam ſe Erneſto de hac admonitione facere* [illegible] *dignum ſe arbitrari, ut aperiant ipſi, quibus* [illegible] *gimen civitatis ſuæ adminiſtratum perpetuò ſit.* qui[illegible] primum apud majores ſuos fuiſſe habitum, *ut* [illegible] *ram evangelii Chriſtiani doctrinam ſervarent. alterum in regibus ſuis, velut ordinatæ ab Deo poteſtati, fidem obliga-*

Epiſcopi Caminenſis ad Gedanenſes epiſtolæ ſumma.

Reſponſum ad Epiſcopi Caminenſis literas.

obligatam ſolverent. tertium, ut à regno Poloniæ, in cujus corpore ſint inſiti, ne avellerentur. quartum, ut jura, privilegia, atque hinc ortas benè vivendi conſuetudines, & libertatem pro viribus tuerentur. poſtremum denique, ut mercaturis faciendis commoditas, vitæque præſentis proſperitas & haberetur, & habita auctaque indies conſervaretur, numquam verò ita contigiſſe, ut poſtrema primis anteire ſinerent & lucrum pluris aut brevem commoditatulam, quàm fidem, quàm honeſtum, facerent. non hæc gloriandi cauſa commemorari, verùm ut vitæ ſuæ, agendorumque & actorum rationem redderent ei, quem ſutent bonoina ſe animo eſſe. illud tamen hautquaquam civitati placere, quod eam caput malorum exiſtimet, quæ evangelici ſubire aut poſſint aut debeant, ſi, quod ipſi nolunt, Caſimirus denuò rerum potiatur. immò ſemper hac ſpe fuiſſe Gedanenſes, ut Svedicæ rei adminiſtris, ingens, in quo evangelium hoc bello ſit, diſcrimen ob oculos Boguslaus poneret; Catholicis enim principibus tanta injuria exacerbatis, quid non incommodi reſpublica evangelica poſſit capere? nulli mortalium perſuaſum eſſe debere, quod Deo cordi ſit, ut religio per fidem principi ſuo violatam incrementa ſumat. pro ſua ſapientia, quæ quàm modica ſit, ipſi ſentiant, arbitrari ſe, alia non magis re ipſam religionem & inſeri animis, & inſitam creſcere, quàm integritate animi & pace; quam ut princeps pacis Chriſtus largiatur, omnium linguis atque mentibus orandus ſit. ac denique, ſicut ipſi regem ſuum Caſimirum, proceresq; Poloniæ regni, ut pacem faciant, nunquam non hortari, atque etiam vehementer ab iis petere inſiſtent: ita principem Erneſtum, qui plurimum hac in re apud Svedos polleat, nullius niſi pacis reſtituendæ mentionem injicere a[illegible] Carolum, belliq[illegible] ejus adminiſtros oportere. id ſe ab [illegible] rogare, ac Dei tutelæ ſalvum & in[illegible] [illegible]. datum Gedani vigeſimo [illegible]i anno milleſimo ſexcenteſimo quin[illegible]imo ſexto. Biduo pòſt, quàm hæc apud Ge[illegible] fierent, & ad Stybeloam Carolo Guſtavo Erneſtoque Boguslao renuntiarentur: in majore Polonia Caſarnecius benè rem geſſit; nam ferentario ac ve- 1656.

 Caſarne-

1656. *[illegible]cius cadit hoſtem.*

lite exercitu *Vartham* flumen traducto, Svedorum mille & quingentorum agmen cecidit. octo ſigna cepit. bellicæ rei adminiſtros & duces captivos fecit. *Boleslaviam, Siradiam, Petricoviam,* hoſtium inde pulſo præſidio, Polonorum poteſtati reddidit. Sed *Karulus* Mecklæburgicus *Adolphi Friderici Sverinenſis* reguli filius, inter ſeptẽ fratres, natu ſecundus: qui è *Saxonia* circulis conquiſitũ agmen ſuũ propè *Starigardiã* Svethicis junxerat, dũ *Iacobo Veihero* ad *Conicium* obviam ire tendit, *Tauchellas* eum cũ ſui Palatinatûs equitibus occupaſſe comperit. ac *Tauchellorum* dum potiri conatus, multis militum in ſcalarum ad muros applicatione deperditis, aliò ſe capeſſere, infectâ irruptione, cogitur. hi nuntii ad regem Svedum *Styhelo* commorantem perlati, magno Gedanenſium civitatem liberârunt metu. nam ubi rex acerrimè irruptionem in Gedanenſes facturus hinc timetur, ibi ſperatur; converſo ex inſulis itinere *Bromiobergam* ducit copias; ubi *Carolus Guſtavus Phrangel* æſtiva poſuerat; exceptuſque in caſtris eſt læto cantu buccinæ, tormentorumq; ſonitu pridie kalendas Iunias. Othonem verò *Steinboccum* non maxima cum manu in *Gedanenſium* territorio reliquit, defendendi ſuos magis quàm hoſtem oppugnandi causâ. *adeò in afflictis rebus, ubi minimè putes, diverticula amœna hominibus divina providentia facit; ſi in benè ac fideliter cœptis perſeverent, honeſtique prius & recti, quàm proſperitatis, & utilium rationem habeant. Deum time, & mandata ejus obſerva.* kalendis Iunii copiæ *Phrangelis* cum regiis junctæ ſunt, ac inde *Bromioberga* per anguſtos calles inter molendinum ac *Sninam* vicum traductæ. [illegible]rebat ibi nemus in longitudine[illegible] [illegible] patens, ab cujus altera parte *C*[illegible] exercitu ſtare, quum rex à ſpeculatori[illegible] [illegible] dat in mandatis *Phrangelii*, eò impreſſion[illegible] [illegible] impreſſione facta dimicatum eſt acriter, nec pauci Svedorum interfecti. *Caſarnecius* verò, dum appropinquare etiam cum ſuis copiis regem cognoſcit,

Carolus Mechelburgici copiæ funduntur.

Svedus relicto Gedano ſuis auxilio properat.

Caſarnecius fugit.

1656.

gnoſcit, acriùs *Polonos* hortatus, hoſtem fuga elu-
[illegible], ordinibuſque ſervatis receptui canere jubet.
hic autem mos hujus ducis eſt, ut ſæpè plus incom-
modi fugiendo quam reſiſtendo, hoſtibus impor-
tet, dum enim fugam capeſſit, & ſagittas intorquet
abs tergo, fugientem pauliſper inſecutus hoſtis vi-
ctorem ſe putat, quum ille capto tempore à tergo
iterum eſt hoſtibus, ac diſſolutos ut in præda, & nec-
opinantes obruit. verùm nox jam ingruebat, ea
certamen & fugam abrupit. inter fugiendum *Dia-* — *Svedus*
[illegible]inius centurio captus dicitur è Svedis. altero die — *Thorunū*
Lappezinum prætervecti opidum, caſtra ad vicum — *venit.*
quendam ponunt. ibi, curatis cibo & potione cor-
poribus, quieti parumper indulgent; ut ſexto Iu-
nii die *Thorunum* inire & à Polonorum incurſatio-
nibus defendere civitatem poſſint. dum in profectio-
ne ſunt, nuntii *Varſaviâ* veniunt, magno in pericu-
lo urbem eam eſſe, circumſeſſam undique, *Tartaro-*
rum Coſacorumque phalangibus, exercituque *Lithua-* — *Varſoviæ*
no: cujus imperato, Ioannes *Sapieha* nihil inau- — *obſidio.*
ſum, nihil inexploratum relinquat, adeſſe in ca-
ſtris regem *Caſimirum*, & animorum affatim, ac fe-
rociæ pluſquam ſatis ad prædandum omnes tene-
re. his auditis curæ aliquid injectum Svedo, ne *Var-*
ſovia Polonus potiretur; quod *Thorunum* ingreſſo fa-
cilè demitur. nam ibi, ut fieri ſolet in civitate gra-
tiam præſentis domini adulationibus quærente,
adeò verbis deprimebantur *Polonorum* vires, *Witten-*
bergique & *Duglantis* (ille *Varſoviæ* præſidio, hic ca-
ſtris extra urbem Svethicis præerat) fortitudo pari
juncta fortunæ attollebatur; ut n[illegible] ſimile appa-
[illegible], quæ ut re[illegible] non glorioſo minùs quàm auda-
[illegible]uaderi poſſent, octo vexilla oſtende-
[illegible] hoſti in fugam ſparſo, magnam-
[illegible] occiſo erepta, *Thorunum* ad regem mi-
[illegible]abula erat. porrò tantum animi audaciæque
Ar[illegible]do Wittenbergo Varſoviæ præſidi contra Polo- — *Witten-*
nos ſupereſſe; ut ſepties uno die in muros aſcende- — *bergi vir-*
re p[illegible]rantes *Coſacos* atque *Scythas*. *Lithuanoſque &* — *tus in Var-*

1656. *Varſovia defendenda.* *Mazovios* toties item repulſos urbe arceat. quatuor millia virorum, qui flos ac virtus exercitûs hoſtilis habeatur, occidione occidat. nihil periculi *Varſoviæ* impendere ab hoſtibus, quod *Wittenbergii* virtus atque fortuna non difflet atque diſcutiat. ſimilia his de *Cracovia*, ſed aliquantò veriora nuntiabantur: obſideri eam à Poloniæ regni ſummo tribuno *Lubomirio*, & præfecto *D nbrinio* Lubomirii cognato, agreſtium verò multitudinem ingentem, & non modicam nobilium vim congregatam ab utroque eſſe, urbem regiam reddi ſibi poſtulare; ſed infectos eorũ conatus ducis *Paulli Würtzi vigilantiam*, quem *Würtzii in Cracovia.* præſidio *Cracoviæ* rex *Svedus* præfecerit, quotidie reddere: eruptiones etiam è *Cracovia* in ſingulas penè horas fieri, quibus obſidere volentium impetus retardetur atque conſiſtat. ante diem quintum eidus Iunias *Thoruno Grudentum* rex rediit, ubi reginam ſe conſequi volentem obviam habet, ac *Marieburgum* cum ingenti comitatu reducit. ſed tamen ſatis anxium de ſua fortuna regem eſſe, neque omnia retinere ſe in *Polonia* regno poſſe, paullò poſt apparuit: quum *Brandeburgi marchionem*, ut ſuas illi copias jungit, rogare, eòque eum certis conditionibus inducere non deſtitit. *Mariaburgo* in munimentum, quod ad *Viſtulæ* diremti caput fundatum à Gedanenſibus eſt, venit: ne ſcilicet eos metu vacare ſineret, dum ipſius præſentiæ nuntius afferretur. *Hollanthum* autem paulò poſt adiit, ubi cum Friderico Guilielmo, Brandaburgi marchione, ſuo in Pruſſia cliente, in has tandem conditiones quin- *Conventus in oppido Hollant.* to & vigeſimo Iunii die, conventum eſt. *Octovir Brandaburgicus ex hoc tempore, quatuor millia ar... torum in caſtris Svethicis, ſecundum reg... ... quibus è ſuo peculio comm... providea... iiſque ſupplendis operam det. ex ... Svedia ſex millium armatu, ſi opus fuerit, marchioni ... ſit. tres Palatinatus Poſnanienſem, Siradienſem, C... num, alioſque in Polonia majore huc pertinentes, qui proprie ac hereditarie marchionis, ejuſque ſucceſſorum per-*

petuò ſint, ipſi rex donet. auxiliaris militis opera, in majore & minore Poloniis, contra quemvis adverſarium, adhibeatur. ſumma in copias imperii, penes regem Svediæ eſto, præterquam ſi exercitûs in Pruſſiam, aliaſve Brandeburgici marchionis ditioni parentes provincias ducendi forent. tum enim marchio aut militiæ ejus adminiſtri ſuis copiis imperent. Pruſſiam ducalem cum terris hereditariis, marchio ipſe, fiduciariam, ejuſque maſculi heredes poſſideant. hæc fides in annos ſingulos quadragies mille nummis imperialibus obligetur. in territoria ſuperius nominata nihil arbitrii aut juris marchio obtineat; omnia loca, quorum potitus ejus miles fuerit, cum univerſis illis, quæ reperta ibi erunt, regi tradat, excepto, ſi marchio ipſe commeatûs vel belli apparatûs ex his locis indigeat. quæ Moſcorum ditioni erepta marchio poſſidet; his temporis anguſtiis diſtribui quum nequeant, in tempus aliud magis opportunum differantur. Paullò ante hos dies, dum ſcilicet obſideri cœpta à Polonis *Varſovia* eſt, in mandatis *Wittenbergus* acceperat, ut gazam omnem ex ambabus actam Poloniis ac *Varſoviæ* cuſtoditam, navibus imponeret, ac ſecundo *Viſtula* in Pruſſiam deportaret; quò tutior apud regem eſſet. hæc eum ſtrenuè moliri aggreſſum, ac prædæ omnis generis opulentiam in varias naves diſpoſitam vehentem, agreſtes & nobilitas cœpto avocaverunt. navigationem enim fluminis inferam procerrimis arborum, trabiumque inter ſe injunctis libramentis inutilem reddiderant. utramque ſimul ripam, vario belli ac ruris apparatu circumventam adeò arctè concluſerant; ut neque naves retinerent neq; naves retinerent [illegible]cenſionem in terram facere, theſaurumque ex[illegible]e diſcrimine; gazæque omnis dire[illegible] vert[illegible]gitur naves, & remulco in [illegible]*[illegible]ulam* retrahi jubet, ut *Varſaviæ* recipe[illegible]r. eò reverſus in arcem importanda curat omnia, & mœnibus ſe cum ſuis tenens, acerrimè urbem tuetur. mille & quingentos præſidio habebat, acres, inſomnos, audaces viros: qui ex *Phimmonia* populis jam

1656.

Wittenbergus fugâ prohibitus.

Obſidione Varſoviæ tenetur.

1656. jam olim conquiſiti, ad belli facinora neutiquam rudes erant. hi per menſem & eò amplius ſumma vigilantia, ſumma vi impreſſionem in mœnia facientes Polonos, audacter & fortiter contuderunt. ſed longè alia nunc *Varſavia* facies, quàm anteà erat, munitiſſimis ab hoſte operibus circumdatæ; quæ opera tamen obſidentes eam Polonos arcere non potuerunt. ſic enim ſua illis agmina circumfuderant, ut *Lithuanicus Ioannis Sapiehæ* exercitus dexteram *Viſtilli* ripam caſtris locum haberet & uſque ad *Novaduor* oppidum, quod ſiniſtra *Narva* & *Bugi* in *Viſtillum* confluentium parte ſedet, extenderetur. *Pragum* autem vicum, qui eſt ficut Divitens emunicipium è regione Coloniæ Aggrippinenſis, ita trans *Viſtulam* è regione *Varſoviæ*, nobilitas Polonica inſideret. urbem, quà in agros vergit, munitionum caſtrenſium omni genere, copiæ regis Poloni circumcluderent; rex ipſe *Iaſdoenſi* in arce verſaretur, infra quam pons *Viſtulæ* ab Sarmatis nunc injectus, utriuſque ripæ caſtra jungebat. navales denique cuſtodiæ, in fluvio ſub caſtrenſe infra urbem *Varſoviam* latus poſitæ noctes atque dies excubarent. *Czarnecius* poſtremò cum ſuo exercitu in ſiniſtra *Viſtulæ* ripâ tenderet, foſſiſque & operibus, atque curruum indagine, queis latebat, effuſus, hoſtes in auxilium venturos latè arceret; pontemque flumini impoſitum, è regione caſtrorum *Sapiehæ*, utriſque commodiſſimum tueretur. hoſtium ſtativa dextris *Bugi* atque *Narva* ripis, ſuper *Viſtulam* locata erant. iis *Duglas* præfuit, nullo propè effectu; nam præliis vix dictu dignis quum laceſſeret *Sarmatas*, numero atque viribus inferi[illegible] obſeſſis nihil commodi importare [illegible] [illegible] urbi præſidio impoſitus, fortiter [illegible] milite, dum potuit, geſſit. ſed jam paula[illegible] urbana *Sarmatæ* irrumpebant, & rex nono ac vi[illegible] [illegible]o die Junii, qui eſt apoſtolorum principibus [illegible] *tro* atque *Paullo* dicatus, tubicinem ad eum *Varſoviam* mittebat: qui tubæ cantu mœnia, præſideſque

[illegible] tur ad Wittebergum [illegible] Caſimiro [illegible]mittitur.

loci

1655.

[...]ocⁱ quum præſalutaſſet, aperta minori urbis porta, ad *Arfrudum* intromittitur cum poſtulatis ab rege Caſimiro: *ut ſua ſibi urbs reddatur, ſi id fieri prohibeat, vim inferendam illi, cui cedere ſit neceſſe.* *Arfrudus* ad hæc poſtulata retuliſſe fertur; malle ſe ac ſuos cum virtute mori quàm regi *Polono* in deditionem concedere. his renuntiatis ad regem, impreſſionis in urbem faciendæ ſignum continuò in caſtris datum eſt. armati quinquaginta millium numero in ſuburbana diverſi irrumpunt, aggereſq; & propugnacula nuper ab hoſte excitata, obtruncatis fortiter Svedis, in poteſtatem veſperi accipiunt, noctem in iis non amplius una morantur; & cœlo primum inalbeſcente, *Radiphilorum* palatio potiuntur. *Bernardinorum patrum* cœnobium forte ſatis atque amplū intercipiunt vi; quod *Svethicorum* fuit, omne occidione occidunt. multa ibi Martius furor inhumaniter deſignavit, quæ ſpectantem ex urbe *Wittenbergum* aliâ mente ſubitò affecerunt: dulce mori, jam inamareſcebat, & vitā paciſci multò ſuavius videbatur. deſcendit ergò in conditiones urbis atque arcis reddendæ. eæ fuerunt hujuſmodi. *illuſtriſſimus exercitûs Svedici ductor Wittenbergus, excellentiſſimus comes Benedictus Oxæſtirna, collegii militaris præſes, præſidio præfectus* (commendans *appellatur,*) *peditum equitumque magiſtri, tribuni militum, cæterique militarium adminiſtri rerum, ac tormentariæ ſupellectilis proviſores civilibus denique præfulti officiis, Varſoviâ excedant, liberè ac tutò deducantur. præſidium omne urbe decedat, eo ſaltem diſcrimine; ut, qui naturâ Svethi, regique Svediæ legitimè ſubditi ſunt, omnes ſine exceptione* [...]*ttantur, & a ſereniſſimi Poloniæ regis copiis Thoru*[...] [...]*ducantur. qui ſubditorum & clientum* [...]*a regis* [...] *vel ſub ſignis Svethicis fuerunt, in gratiam Poloniæ regis reducantur: externis, qui aut equis aut pedibus merent in urbe, neque Svediæ regni cives habentur, arbitrarium eſto, cum Svedis abire, aut militia mutata, apud Sarmatas ſtipendia facere. ſimulatque vero deditionis hujus leges fuerint ſubſcriptæ à Polonis,*

Varſoviæ his conditionibus Polono reddendæ.

 præſidium

1656. *præſidium Svedicum eveſtigio urbe decedat, portæque urbis tres cum arce, & clauſtris extra urbem præſidio Sarmatico frequententur, eaque omnia poſſeſſum Poloni teneant. hac tamen adjunctione, ut Svethiæ militũ præfecti, quibus libuerit, in hoſpitiis ſuis per triduum in urbe degere, liberique & inviolati eſſe poſſint. tridui tempore exacto (initium ejus præſens hora numeraretur) migrent in totum omnes Varſavia, urbeque abſiſtant. præſidium verò ipſum continuò in Oſſolinianum palatium, in ſuburbanis ſitum, deportetur; ibi ſuum liceat illi triduum exigere. excedant milites urbe, vexillis expanſis, funibus ſuprema parte ignē foventibus, inſtructis pulveræ baltheis, glandibus pilulariis ori inſertis, tundentibus tympana militaribus caculis. præfecti omnes cum præſidio Svethico centum Polonici exercitus equitibus, ac totidem ferentariis comitati, flumine terrave Thoruni ſiſtantur inviolabiles. & comitatum reducem nulla vis impetat Svedica. tormenta omnia, minoris ea majoriſve ſint formæ, cum utenſilibus eò pertinentibus, in urbe maneant. ægroti & ſaucii navibus Thorunum deferantur; at qui valetudinis cauſa, agitationem ferre nequeunt, Varſaviæ maneant, dum ſani facti fuerint. factis valentioribus non ſine comitatu ſuos Thorunum conſequi liceat. vita functorum corporibus devehendis naves aut carri permittantur, modò ne prætextu hoc, alia non conceſſa efferri, diſſimuletur. ſupellectilem, ſarcinas, equos, currus, rem familiarem, & omnia, quæ illorum antiquæ poſſeſſionis, ac propria fuerunt, obſeſſi liberè migrantes unà ſecum deportent. quæ ex ſpoliis regni, civitatumque & eccleſiarum direptionibus collecta conquiſitaque habentur, Varſaviæ ne exportentur: ut ſunt gemmæ diverſorũ generũ, cimmelia, flaviſſæ, auri, argenti facti infective copia; nummi, pocula, vaſa, cæteraque aut fuſa aut ſi[illegible] aut fabrefacta utenſilia; veſtitus [illegible] ſacrorum, atque ſacerdotum, periſtromata, aulæa, [illegible] in urbe maneant. his cognoſcendis, atque à Svedica proprietate diſtinguendis, certi commiſſorum curatores conſtituti obſerventur. quantum verò cuique pecuniæ ſecum auferre fas ſit, ſolius regis arbitrio decernendum curetur. eodem jure, quo viri, & mulieres cum liberis, Thorunum,*

aut

aut ſi quò alio volunt, comitata deducantur. & quia magnæ quædam haut vulgares è Poloniæ regno, in Pruſſia captivæ detinentur, det fidem Wittenbergus expeditum iri eas viciſſim, obſideſque in hanc rem exhibere ſit paratus. publica regni Poloniæ ſcripturæ, autographa cum apographis, quotquot reperta fuerunt, librique & commentarii, & bibliotheca omnes in manus regi tradantur. nomina, quæ facta ſunt, ſolvantur, eaque leniter atque tolerabili modo exigi fac eſto. quod in urbe eſt captivorum, liberum fiat. urbem ſine cuniculorum ſuffoſſionibus occultâque fraude ſe relinquere, obſeſſi dent fidem. caveat item Wittenbergus, omnium ſuorum præfectorum ac militum nomine Polonis; ne quis illorum, qui Varſaviam dediderunt, eâque hoc triduo exceſſuri ſunt, Svediæ regi militet, neve jungat ſe ejus exercitibus, neu ullo modo cum Svedo, aliiſve principum contra Poloniæ regem ac regna intra quatuor dierũ hebdomadas arma ſumat aut moveat. 1655.

in has leges dedita eſt rurſum *Polono Varſovia.* ſubſcripſerunt regis nomine, *Andreas Trezebicius* Præmislienſis antiſtes, pro-Cancellarius regni. *Ioannes Comes à Leſno*, Palatinus Poſnanienſis; *Georgius Comes de Viſnick, Lubomirius*, mareſcallus regni ſupremus. *Stephanus comes à Pilceſa Coricinius*, cancellarius regni ſupremus. *Vincentius Corvinus Gonſievus* ærarii publici præfectus, & exercitus in Lithuaniæ ducatu prætor. *Nicolaus Prima comes Opalinius*, regni curiæ Mareſchallus. obſeſſorum nomine comes ipſe Wittenbergus *Arphurdus*, & Oxæſtirna *Benedictus*. Alexander *Erskien*. Aloyſius *Veiherus*. Laurentius *Contersteinius*. Georgius *Phorgel*, ſed antequam hæ conditiones à *Polonis* approbarentur, paulò alitèr concepta à Svedis fuerant. nam *Iani & Bohislai* [illegible] que ad ſuorum bonis parci volebant, [illegible] conditio non placuit Sarmatis, ideo quoque ab iis expuncta eſt. tanti verò tamque atroces militis irruptionem facientis impetus, irâ, pertinaciâque, militum ad *Varſaviam* fuere, ut vix regis præſentis imperio, nedum præfectorum & ducum voce ſiſterentur. & quum nobilitati *Sarmaticæ, Quarcianorumque*

exer-

1656. exercitui conditiones æquo benigniores viderentur, intercesſêre iis: indignum rati, ſtatim dimittere Svethicorum præfectos: non enim triduum modò *Varſaviæ* concesſû præſtari, ſed longiorẽ alibi in cuſtodia ſatis firmâ iis injici morã debere; donec, quid e re ſit, melius diſcernatur. ſi fremant adverſarii, cõditionibus acceptis, datiſque non ſtari; meminerint illi rurſum, quâ fide per utramq; Poloniã pacta ſervârint. nondum enim ſibi memoriâ exiiſſe ea, quæ *ad Cracoviam*, quæ alibi commiſerint *Suedorum* præfecti. ejectos ab his urbe, qui ejici non debuerint. ſexcenta millia ejus generis ab iis facta fuiſſe, quorum ubi in mentem veniat, non ſibi, non animo ſuo imperare poſſe; quin diris eos carminibus orco devoveant, & ſi comminus veniatur, acinace indutos omnes victimam Plutoni mactent. ſi de injuriâ queruntur, immigrent iterum in urbẽ, portas claudant, propugnacula arcemque denuò tuenda ſuſcipiant, tum ſe de integro in mœnia inſcenſuros, & virtute Martia rem ſuis majoribus atque ſe digniſſimam facturos. ſi regi placet, à conditionibus emigrandi receptis non diſcedi, excedant igitur rebus ſuis convaſatis, at ſine comitatu regio, ſine fide publica, quò lubido atque animus imperat, Varſoviã faceſſant, ruſticorum illis avidiſſimè inhiantibus prædâ futuri. hæc ad regem allata fecerunt, ut præfecti rebus Svethicis, qui *Varſoviæ* ſunt, in cuſtodiam dati ſervarentur; Sandomirienſis [illegible] *Zamoſcium* eos adduxit, ubi cum *Hammerſchmido*, ac decem evangelii ab *Luthero* corrupti præconibus, qui ſimul Varſoviæ vixerant, in carcerem non inhoneſtum dati, aliquamdiu permanebant. milites [illegible] garii, quorum pars maxima *Phinnon*[illegible] bentur, ad numerum octingentorum liberè ex[illegible] runt. mulierum item & matronarum cohors [illegible] cta eſt ſine rei ullius violatione. octo equeſtria Svedicorum ſigna ad Polonum tranſitionem fecerunt. ſed tertiam bonorum, quæ hoſtium in urbe fuit, partem armatis, qui impresſionem tantò impetu fecerant,

terant, ut labori merces ne deforet, rex dandam curavit. alia in exercitum viritim diſpertienda decrevit. Quadraginta *Scytharum & Koſacorum* milia ſub quindecim Poloniæ regni præfectis ordinati in *Marcam* & *Pomeraniam* ſunt amandati. rex *Varſaviæ* poſſeſſionem lætus iniit, ac ipſo die viſitantis Eliſabetham Deiparæ, ad *Gedanenſium* civitatem has inde literas dedit. SPECTABILES, ET FAMA RERVM CLARI, FIDELES NOBIS DILECTI! *Auſpicato ſanè conſilio ad urbem Varſavienſem ſubſtiteramus: cum jam eâ heſterno die receptâ, veſtræ liberandæ incumbere liceat. atque ſola hujus ſucceſſûs fama, hoſtis avocari ab urbis infeſtatione poſſet. ſed & nos mox moturi Pruſſiam verſus, ad ſui defenſionem eum revocaturi ſumus. nec de viribus ejus, quas magnificè extollunt, quicquam credimus; ubi urbem tanti momenti, iiſque, quas mittimus, conditionibus, dedi permiſit: admoto quidem in viciniam exercitu, ſed nec prælium, nec cætera, quæ ſolvendæ, interturbandaque obſidioni erant, auſo: adeò ut ſpectatum tantùm hæ copiæ veniſſe videantur, quàm inſtabile ſit, quicquid in furia obtinetur. nec plus virium illis contra veſtras fidelitates erit, quum non ſit plus juris. brevique cum exercitu affuturi monſtrabimus, quantum ſimus de fidelitatum veſtrarum ſecuritate ſolliciti; & quàm grato animo promti, conſtantiam integramque* Fidelitatum veſtrarum *fidem in præſens compenſare, recolere in perpetuum. bonam interim valetudinem à Deo Fidelitatibus veſtris ex animo precamur.* datum *Varſaviæ die ſecunda menſis Iulii,* anno Domini poſt mille ſexcentos, ſexto & quinquageſimo; regnorum noſtrorum, *Poloniæ* octavo, *Svethiæ* vero nono. *Ioannes Caſimirus rex.* Per tempus obſeſſæ, receptæque à *Polo*[illegible] ante) *Varſoviæ*, nec alibi terrarum [illegible] quieſcebant incommoda. *In Italia*, in *Germaniæ inferioris* præcipua parte, quam Itali *Flandriam* dicunt, in *Thracia, Marique Ægeo, & Helvetia*, ſine calamitatibus & peſtilentia, ſine belli apparatu, variaque ejus fortuna non vivebatur. In *Helvetiis* bellum religionis cauſſâ maximè per menſem *Ianua-*

rium 1656.

1656. RES HELVETIÆ.

rium incruduit, & licet inter æterni fœderis, quod *pagi tredecim* coierunt, capita, unum præcipuum ſit; *ne ortas controverſias, diſſenſioneſve armis unquam aut manu, ſed conſilio & æquitate juris diremtum eatur:* ſic tamen res, prætento jure, adminiſtrari cœpta eſt, ad arma conclamatum utrunque ut fuerit. *Svitios Lucerna, Subſilvania, Vriaque* ac *Tugium* adjuvabant; *Bernates* ac *Tigurinos* unà impugnatum. ſed hos miſſis auxiliis *Genevates* aliique *Calviniſtæ* noluerunt linqui ſub cultro: & ut Katholici principum *Italorum, Hiſpanienſiumque* ex Inſubribus auxiliares exſpectabant, atque accipiebant manus; ita *ſacramentarii Zvingliani* ſuæ religionis hominum undecumque poterant, opem ſubſidiumque comparatum ibant. ſeptimo Ianuarii die, qui ipſis veteres tenentibus faſtos eſt ante quintum kalendas Ianuarias, *Tigurini Bernateſque* literas, titulo *manifeſti*, publicandas curant: quibus multum queruntur de injuriis, quas *Lucernates, Vrii, Svitii, Subſilvani, Tugini evangelicis* hominibus (ita ſe *ſacramentaria* addicti hæreſi appellant,) impune, ſed plane contra pacem & fœdus commune fecerint, faciantque porro. in publicis munerum functionibus diſtribuendis atque collocandis, Katholicos *evangelicis* ab iis longè prælatos, quum tamen in *Turgovia evangelicorum* numerus, in aliquot millia katholicum gregem ſuperet. pœnas vero & ſupplicia *evangelicis* acerbius ſemper atque immiſericorditer irrogata, transfugis autem ab ſua religione in *Katholiciſmum* eo nomine parcitum fuiſſe: licet ſcelera non niſi morte pianda perpetraſſent. ſe quidem ſæpe ſæpius non aliud petiviſſe, quam ut eo loci, ubi religionis utriuſque homines permiſti habitant, juxta fœderis communis conſulta & decreta *evangelicis* conſcientiæ animique ſui libertas concederetur, neque ullo modo neceſſitas imponeretur, alterius religionis cerimonias & ritus conſectandi. utique *Glaronæ* & *Abbatiſcellæ* fit, ita quoque alibi fiat, ne religionis alterutrius odium aut inſectatio exſiſtat. nuper vero quoddam

Programma Tigurinorum *de ſuo in* Svitios *bello.*

quoſdam ex *Aretenſi* vico *Svitiorum* ditioni ſubjecto, bonos & fraudis expertes homines, qui multis 1656.
ante annis ex ſacroſancto Dei verbo, *evangelicæ* religionis fundamenta poſuerint; eo ſolum nomine, durè ac nequiter habitos, & multa iiſdem acerba per minas intentata eſſe: quarum aliqui quum inſolentes atque inſveti eſſent, inde migrarint; & poſtquam in alio ejuſdem tamen fœderis loco ac ſolo conſediſſent; & in vitæ ſubſidium habentiam ſuam ac bona modeſtè repetitum irent, bonis eorum impedimenta fuiſſe injecta; & in eos, qui remanſerint, niſi *evangelium* ejurarent, animadverti acriter cœptū. ea facinora, quum religionis eorum odio maximè fieri appareat, magno ſibi non tantum dolori fuiſſe, verum etiam acrem injeciſſe curam, ne id malum latius dimanet, providendi. conventus reficiendæ paci hactenus frequentatos fruſtra eſſe; preces, monita, obſecrationes in caſſum profuſas. quem verò tam ferreo animo atque fero eſſe poſſe, ut calumnias & criminationes ferat, quas illo, *Badæ* habito conventu, quum tertiadecima ſeſſio ageretur, ſine modo, ſine modeſtia *Svitienſes* jecerint; nimirum, illos qui ab Katholicis ad *evangelicos* tranſirent, pari loco & numero apud ſe haberi, ac eos, qui maleficiorum convicti, capitis damnantur. eas res talis modi prorſus eſſe, ut ſalvo atque incolumi fœderis vetuſti capite conſiſtere nequeant. idque ſatis planè & clarè *Svitienſibus* in os demonſtratum eo conventu fuiſſe; eos tamen in ſuâ perſtare ſententiâ. unde aliud nihil concludi poſſit, quàm à *Svitiis* præcipuè, communem pacem fœduſque infringi & rumpi: quum & ſacerdotes eorum è ſuggeſtis concionantes, *evangelicos* non ſecus atque in hæreſios tabe infectos, & impios homines quotidiè incenſentur; tamquam *Turcis* & *paganis* deteriores. pro fœdere antiquo, novam eos inter ſe jam dictos *Cantones* ſocietatem coiiſſe, paci communi intotum adverſam & inimicam: quæ res cauſſarum plus ſatis afferat, cur evangelici katholicis non ita poſſint fidere.

1656. dere. pro honore autẽ ſuo, pro cõſcientiæ quorumque & religionis *evangelicæ* integritate fieri non poſſe, ut eam inæquabilitatem, injuriamque & vim, nec minus juris negationem diutius conniuendo perferant; verum in Dei honorem; in illius, quod tam ſanctè jurarint, pro fide *evangelica*, jurisjurandi confirmationem; in perſonæ publicæ magiſtratûs geſtricis auctoritatem, ſe non commiſſuros, quin negatum ſibi ab *Svitiis*, debitum tamen jus, ipſi quærant; itaque negotiis, difficultatibus, querelis ante commemoratis, per ſe, finem imponant. omnipotentem rogantes Deum, ut honeſtum hoc & Chriſtianum propoſitum paternè, ad honorem ſacroſancti nominis ſui; ad eccleſiæ Chriſti conſervationẽ, ad recuperationẽ bonæ & ſtabilis pacis, proſperet fortunetque. omnes ita & ſingulos appellari ab ſe comiter, ut cõſilium hoc ſuum, ac neceſſariam defenſionem, pro æquitate animi ſic interpretentur; *evangelicos pagos* pacatè maluiſſe huic malo prævorti; ſed in adverſam partem, in *Svitios* præſertim, conferri culpam hanc debere; qui æquabilitatis rationem habere noluerint, cæteroſque ad ſibi auxiliandum adegerint. nunquam animi ſui fuiſſe, ut vel *Svitios*, vel alios Katholicorum *cantones* aut *pagos* in magiſtratu ſuo & jure; nedum in religione, offenſum eatur, ſed juris æquiſſimos arbitros periclitari & experiri voluiſſe, num his facinoribus inviolatum fœdus conſervarint, multo minus id voluiſſe, ut in terris katholicorum, ſuæ religionis ſacrorum libertas permitteretur ſibi; queri è contrario ſe admodum poſſe, communem publicæ rei adminiſtrationem, quam unà cum illis habeant, evidenter læſam ab eis fuiſſe; quando inſciis [illegible] & inconſultis, unum & item alterum oppidum inſidere, munimentis & operibus circumdare, populos utrorumque ditioni parentes contra *evangelicos* incitare, nec minus principum externorum auxilia comparare non dubitarunt. itaque ſe [illegible] habere, eos, qui ſibi non reſiſtunt, clementer & benignè tra-

ne tractare; ſed feroces, ac ſuperbos mali hujus cõcitores in pago ſive *cantone Svitio* armis perſequi; at religionis ergô, hominem omnino neminem damno afficere, telisvè inſectari. his in vulgus relatis; arma ... in câpum duxerunt, ad númerum aliquot millium, in quibus ex *Genevenſium* auxiliis trecentorum benè inſtructus peditatus, è Scaphuſienſium, integra peditum chilias ac ducentorum equitatus fuere. *Svitienſes* ac ſocii eorum *Bremgartum, Mellingam, Badam* ſuæ poteſtatis jam fecerant. oppidum *Rapoldivillare* dictum, contra impetum hoſtilem ſatis muniverant: quum diverſâ parte, *Tigurini, Kaſariſſtulam* ſive ſolium, & *Rhenavicam* occupant, haut procul *Bremgarto* caſtris capiunt locum; *Rapoldi villare* obſident, *Turgojam* omnem invadunt ac ſubigunt. *Bernini* communem provinciam liberarum præfecturarum ſibi aſſertum eunt. hoc circiter loci ante diem nonum kalendas Februarias, quum improvidè aliquantum agerent, à *Lucernatium* ac liberarum nationum copiis, *Bernini* plagam acceperunt: ita, ut poſtquam non pauci utrimque cecidiſſent, *Zvingliani* beneficio noctis obſcuræ tecti; *Lentiobergam* ſe fugâ deportarent, impedimenta pleraque ac tormentariam ſupellectilem katholicis relinquerent. *Vrſum* verò; quem ad urbis cognominis gloriam, condocefactum catellâ ferreâ circumducere eis belli mos eſt, ægrè ſervarint. hi tamen ſic inimicos ulti ſunt, ut *Lucernatium* ditioni parentes regiunculas incurſabundi, hoſtilem in modum vagarentur. prælia pleraque cis ultraque *Vrſam* flumen (caninæ literæ trajectu, *Ruſam* accolæ nominant) conſertũ ibatur, obſidio *Rapoldivillaris* ... animis & virtute oppidanorum haut ita multum detraxit. ſic enim concludebantur, ut apertis oppidi portis acies non ſemel inſtruerent, in caſtraque hoſtium impreſſiones acres faciendo, non incruento tamen marte ſuo, complures *Tigurinorum* leto darẽt. advertit ea res cæterorum quatuor pagorum, *Baſileja, Friburgi, Solothurni Abbatiſque*

cellæ

1656.

bellũ Svitienſe.

pugnis aliquot depugnatis

cellæ magriſtratûs, ad quos & *Scaphuſia* ſe adjungere
1615 maluit, ut auxilia ſua, quæ miſerat, non inferendo
catholicis bello, ſed ſi inferretur ſibi, defendendo à
ſe graſſari voluerat. diſplicebat his, longius duci
bellum: quare induciarum quinque diebus impe-
tum, Pace commutatur. tratis, *Badam Argojæ* certos & prudentes mittunt vi-
ros, qui amicitiam priſtinam, ſociali bello exſtin-
cto, inter cognatas & æqualis imperii gentes, refice-
rent. id, cum bono deo, perfectum ſalubriter eſt
ſeptimanis Martii nonis, in has ferme leges. *præteri-
torum oblivione communiter ſancitâ, cavillandi, crimi-
nandique alterutrorum religionem & ſacra fine impoſito;
de ſumtibus in bellum factis quiſque ſibi, coram arbitris,
ſatisfieri ut poſtulet, jus faſque eſto, Turgoja* iis dominis,
quorum fuit, *reſtituitor. munimenta, aggeres hoc bello
factos complanatum atque dejectum itor. arma ſurſum po-
nuntor. mars pedeſter & equeſter externorum patrio ſolo
educitor: alius exauctoratus ac ſacramento ſolutus di-
mittitor. amicitia & vetuſtum fœdus in Helvetiis perpe-
tuo vigeto.* miſſio autem militum exauctoratioque
continuo fieri cœpta eſt, & priſtina utrimque con-
ſvetudo familiaritaſque redit. Ante diem tertium
ſeptimanas Maji nonas, quum inventæ ab Helena
Chriſti crucis memoriam Katholici frequentarent,
ingens celebritas apud *Ligures Genuæ*, quam urbem
Ianuam quoque nominant, fuit. ſacra ædes *Bartho-*
Baſilianorum de Armenis habitatio Barnabitis datur, Genuæ. *lomæi* apoſtoli, quam ordinis ſancti *Baſilii de Arme-
nis* ab *Innocentio decimo*, non virtutis eorum aut ho-
noris cauſſa, exſtincti, monachi coluerant, pulcher-
rimè adornata quum eſſet, clericis regularibus *divi
Pauli decollati*, vulgus *Barnabitas* vocat, eſt com-
miſſa. *Ianuenſis* nobilitas, ſenatus ipſe, & ſenatus du[illegible]
ac princeps, è curia in equis e[illegible]runt
magna omnis generis hominum frequentia [illegible]a-
vore comitati. quum equis delapſi fanum ornatiſ-
ſimum ingrederentur, complures muſicorum cho-
ri, *ſanctorum Ambroſii & Auguſtini* canticum amabi-
liſſima ſymphonia canere cœperunt. eo finito, *ſa-
crificium Chriſtianum* reverendiſſimus ex numero
[illegible]m-

1616.

eorumdem clericorum pater, antiſtes *Brugnacenſis*, *Paggius* nomine, miniſtrantibus hierodulis, ſolemnem in modum fecit. evangelio per diaconum decantato, in ſuggeſtum concionalem aſcendit eloquentiæ ſacræ laude memorandus orator, ex eadem congregatione ſacerdos *Franciſcus Baſſicus*; qui diei, loco, rei, quæ agebatur, convenientem acroaſin omnibus ita fecit, nihil ut lucidius, nihil ut magis Chriſtianè dici poſſe videretur, multoſque auditorum ea dictione ab rebus humanis in divinarum contemplationem adduxit. facto ſacrificio, pinax ille, qui *Chriſti Soteris* vultum ad amuſſim, dum viveret, pictum, & regi *Abagaro Edeſſam* ab ipſo *Chriſto* tranſmiſſum, oſtendit, è tholo ſacelli ejus, in quo aſſervatur, exportatus; omniumque venerationi expoſitus fuit. *Brugnacenſis* epiſcopus, qui rem divinam fecerat, imaginem illam ante ſe ad pectus retinebat. reipublicæ *Ianuenſis* dux de ſolio ſuo quum aſſurrexit, in genua procumbens honorem divinum imagini habuit, idem ſenatores ejus & collegæ fecerunt. ductus cum eadem imagine ab epiſcopo decuſſis ſalute impertivit populum, ſalvumque dimiſit. à prandio in ædem ſacram reditum eſt, precibuſque Chriſtianis opera continuata, donec veſper diem componeret. In *Thracia* bellum navale contra Venetos per mare Ægeum decernebatur. Veneti è diverſo claſſes ornabant ſuas, & forti animo in communem Chriſtiani gregis lupum armabantur. ſed reſpublica eorum uno trimeſtri Venetiis tres duces vidit: duos vita mortali excedentes: unum, qui rebus adhuc præſidet, podagroſis pedibus valetudinarium, & inſignia *ducatus* cum ſacreti [illegible] omnium fremitu, lætitiáque capientem. ſereniſſimus *Contarenus*, qui anno ſuperiore dux creatus fuerat, ante diem tertium kalendas Maji ad meliorem vitam emigravit: quem digna illo ſepultura Patres quum affeciſſent, in conclave unus & quadraginta digrediuntur, & ſuffragiis in unum coactis ante diem quintum nonas Maii

Tres anno Duces Reip Venetæ.

1656. *Franciſcum Cornarum* eligunt, & altero ſtatim die inſignibus ornandum curant virum certè & ætate & rebus geſtis graviſſimum, unius & ſeptuaginta annorum; cujus pater *Ioannes Cornarus*, anno hujus ſeculi trigeſimo, eidem reipublicæ, ſecundâ rerum famâ, præfuerat. ſed *Franciſcus* poſt diem triceſimum ſecundum, quã electus fuerat, febri correptus mortalitatem exſuit, quintanis Iunii nonis. eo adhuc in morbo jacente, aſcenſionis Domini dies quum religioſiſſimè ſervaretur, *ſenior Balbus* Venetorum *produx* annulum in mare Hadrianum ſolita cærimonia immiſit. *Cornari* exſequias, & ſacra miſſarum funebria in *ſanctorum Ioannis & Paulli templo*, pridie eidus Iunias celebratum iverunt. his peractis, iterum comitia habita, quibus poſt ſextum quam cœpiſſent diem, *Bertuccium Valerium* ſibi ducem legere, nempe ante diem decimumquintum kalendas Iulias. maxima hujus ducis in vulgus, optimateſque exiſtimatio eſt; inſigni rerum uſu, legationibuſque plurimis ſumma prudentiæ ac pari ubique laude, ad complures monarchas Europæ obitis cõprobata. ſed affectis podagra pedibus quum eſſet, inauguratio ejus in ante diem ſextum eidus Iulias eſt prorogata, ſub ipſam electionem tamen, quum in *palatium ducis* portaretur, ut lætitiam largitionibus ampliorem faceret, panis multitudinem, & vini copiam, & miſſilia nummorum in pauperum neceſſitates eroganda curavit. acceſſerat ad pedum affectiones febricula, quæ dum diſcutitur, decimus Iulii dies aſpirat. eo die corona donatus eſt ducali. ductus enim pridie in ampliſſimam concilii magni aulam, ab univerſa nobilitate *Veneta* conſalutatur, honoribuſque & congratulationibus primùm excipitur, deinde ab exterorum legatis regum, atque principum aditur. mane proximo in divi Marci eccleſiam deportatur, ubi perennibus miſſarum ritè ſervatis, *gratiarum carmen* à ſymphoniacorum exquiſitiſſimis decantatum quũ eſſet, oratione quam unquam elegantiſſima populum ſtans alloquitur.

Bertuccius Valerius quãſus dux.

Inauguratio ducis Veneti.

exec-

ex ecclesia per campum *divi Marci* quum deferretur, 1656
missiles ex auro argentoque nummos in obvium vulgus manu suà disseminabat, quorum summa aut pretium octo millium Veneti numismatis *ducatorum* erat. hi plerumque ex ærario Veneto deprompti recuduntur in nummulos missiles. ascendit dein per gradus in saxi ejus mediocrem eminentiam, quas *gygantum scalas* nominant, ibi *galerum ducalem*, quem *tiaras Persicus*, ut opinor, exprimit aut certè adumbrat in picturis, pyropo fulgentissimo conspicuum, & longiusculè acuminatum, ac in tempora modicè flexilem, capiti induit. applaudunt universè omnes duci suo, & in palatium revertentem euphonia clarissima subsequuntur. duodecimo Iulii die senatum dedit primoribus, ac de rebus *Venetis* prudentissimè porrò administrandis cum iis est cōcionatus, tanta omnium eloquentiæ ejus admiratione, & copia, ut nemo sapientiæ quicquam in viro desideraret. allatus est subinde ex mari Ægeo nuntius, qui ducis tanti principia, gaudio immortali cumulavit. classis enim *Thracica* centum amplius navium prœlio *Venerorum* devicta fuit. instruendam verò classem ingentem serenissima respublica hoc anno iterum curaverat. quæ classis magnas viginti & octo naves bellicas, viginti quatuor minores aliquantò his magnis, ac septem corbitas aut gaulos amplissimas, (*Galeræ dicuntur*) complexa, ad *Hellesponti* fauces usque, in tot insularum mari, victricibus carbasis, volitabat; ad hoc, levioribus navigiis, cercurisque ac lembis propè innumerabilibus constitisse fertur. classis imperator erat vir ad immortalitatem nominis orbi consecrandus, *Laurentius Marcellus*; quem *Foscarino* priori anno terris erepto, in ductandis exercitibus maritimis, respublica vigilantissima cooptaverat. est locus, qui ad ortum solis, Europæ partem ab *Asiano* littore distermina, ubi *Natolia*, ut nunc dicitur, incipit; *Hellespontum* audio nominari. huic ad occasum *Græcia*, ejusque nobilissima pars quondam *Peloponnesus*, hodie

Venetorum in Barbaros classis.

Asia minor.

Moréa

1656 *Moréa* dicta impendet. fretum eſt, quo *Propontis* ab Ægeo diſeernitur mari; & in ſummis Euripi ſui anguſtiis, ubi paſſus mille & quadringentos habet, duobus muniſſimis toto oriente caſtellis, *altero in Europa, altero in Aſia* litoribus præcingitur. *Seſtus* in Europæ margine ſita eſt, *Abydus* contra Seſtum Aſiatica in terra conquieſcit. utramque uno nomine

Dardanelli. *Dardanellos* hodie vocant. qui è *Thracia* vel Byzantio, aut Philippis in *Cretam* volunt navigare, *Seſtum* inter & *Abydum* navigabilem *Helleſpontum* habent, quo ſuperato in *Ægéum* deſcendunt. ſed Turcæ cuſtodiunt utrumque propugnaculum: in quibus quadragena tormenta ſic diſpoſita opportune directaque ſunt, ut neutri quicquam noceatur, dum telorum ex iis ejaculatio exploſioque fit; ſed hoſtem, quicunque is eſt; in Euripo facilè contingant infringantque. naves Chriſtianorum ſingulæ, ad *Abydum*, ubi portus & ſtatio eſt, appulſæ centum aureos, caſtelli ejus præfecto numerare ſolent, ac liberrimè *Conſtantinopolim* commeare, tantùm ne quinque numerum excedant. ſed Venetorum ac Turcarum tantis, alterorum in alteros inſtructis, apparatibus fauces illæ arctiſſimè obſidebantur. & quia, in *Cretam* ne Turcæ plures venirent, Veneti laborabant; Turcæ verò cum ſua claſſe *Helleſpontum* obtinebant: res in certamen ſanguinis plenum tandem erupit. *Marcellus enim Laurentius*, navium ſuarum cohortes optimè inſtructas paratasque, ad Euripi hujus initia, vigeſimo tertio Maii die deduxerat. prætoriæ navi, totius claſſis ipſe imperator inerat, quam ſpatioſo mari, ſuis quæque nominibus, inſignitæ triremes vigintiquinque ſequebantur. *Sultana, Crux aurea, parvus Hercules, Parmæ Princeps, diva Catharina, dux parvula, dux magna, Colonienſium Archiepiſcopus, Elias vates, tres Reges, ſanctus Lucas, Naſ-*

Veneta naves. *ſovici generis inſignia, Gallinaceus aureus, Aquila aurea, ſanctus Bartholomæus, ſanctus Petrus, Fregatta Contarenia, Fama, Domina noſtra de Carmelo. Abrahami ſacrificium, Diana aurea, Leo niger, Thomas, Propheta*

Samuel,

Samuel, Amoram fugans. his triremibus, Melitenſium equitum corbitæ, amplæque & fortes, numero ſeptem adjunctæ ſunt: quibus regendis *Rupellæ Prior* inter optimos aderat; cæteræque Venetorum *Galeacia*, immensâ mole trahebantur. è diverſo *Thraces*, collecto ex imperii *Turcici* terris, caculatum atque militum ingenti numero; apparatus omnis bellici multitudine, ſuam claſſem inſtructam, paulatim ad *Seſton Abydumque* pertrahebant. eximiæ magnitudinis erant octo & viginti naves; quibus paulò minores (*galeonibus* iis nomen eſſe dicunt) ſexaginta, cum novem *Galeaceis*, & viginti duabus *bellicis*, conjunctæ fuerunt. ea claſſis primùm vigeſimo tertio Iunii, qui eſt pridie natalem *Ioannis Baptiſtæ*, geminis propugnaculis, Euripi cuſtodiam ſervantibus, appulſa eſt. Poſterâ luce, quum Chriſtianam claſſem obſtantem ſibi perrumpere barbari contenderent, certaminis triduani principium fieri cœptum eſt. tormentarios tumulos duos ab ſe erectos Turcæ occupabant; unum in Græciæ litore contra minorem *Aſiam*, alterum oppoſitum huic in litore *Aſiano* contra *Europam*. inter hos mediæ intercedendum erat Chriſtianorum claſſi; non ſine maximo navium & virorum incommodo: niſi fortuna demum reſpexiſſet. adverſo Borea, loco parum æquo, à noſtris pugnabatur. Prætoria *Marcelli*, dum nimio æſtu in ipſam propè ad *Abydum* ſtationem, adverſum barbaros abripitur, ingentis machinæ ictu concuſſa, tres viros belli non expertes amiſit. hac tamen amiſſione *Venetorum* virtus ita incanduit, ut in tertium diem tormentis horrendum in modum fulgurantibus, claſſis Thraciæ magnam partem incenſa abſumeretur: ſed *Laurentius Marcellus* imperatoris atque militis munia tenore eodem explens, tormenti globo per medium corporis adacto laceratus, animam Chriſto redderet: vix fama celebratior vivendo, quàm ita moriendo, futurus. inhiabat ille barbarorum navi, quæ *Sultana* quoque dicebatur, utque ſuis ac noſtris omnibus virtute ingenti præluceret,

1656.

Tridui pugna in Helleſponti propè faucibus.

Venetæ claſſis imperator, pro patria moritur.

1656. ceret, ab incepto labore non prius deſtitit, quàm illa eſſet devicta. aliam deinde aggredienti ſuperare hoſtium triremem, tormenti pila incenſo pulvere intorta, inter primos ejus navis certantem, perfodiens exanimavit. alios tres item eâdem operâ viros abripuit. *Ioannes Marcellus*, qui conſanguineo imperatori animam agenti adfuit, ne quid incommodi claſſis Venetorum *Laurentii* morte caperet, diligenti cura eam acceptam cladem celavit. miſſoque ad Proviſorem claſſis *Barbarum Baduarium* nuntio, ut in re audacter cœpta perſeverarent, obtinuit. ſuſcepit enim claſſis imperium *Baduarius* continuò, ac in prætoriam fortunatò auſpicatòque introductus eſt, ut claſſem omnem hoſtium diſſipaverit, contuderit, inflammaverit, eodem adhuc, quo *Marcellus* exſpiravit, ſub veſperam die. nec reliqui navium duces, nec trierarchi operæ parſerunt ſuæ, voluntarii in eis non pauci, proſcriptique fuêre. ſed *Lazarus Mocenicus*, *Hieronymus Lauredanus*, *Marcus Bembus*, *Franciſcus Piſanus*, *Hieronymus Malapetrus*, Horatius Farneſius Parmenſis, *Bernardus Bragadenus*, *Antonius Barbarus Adriatici ſinus Præfectus*, *Petrus Contarenus*, *Ioſephus Maurocenus*, *Alexander Zanes*, cum triremium Melitenſium prætore, invicti animi, & fortis dexteræ monumenta ad immortalitatem nominis hic poſuêre. adornant dein fugam barbarorum navium reliquiæ, & ſine prætoria, cui *Baſſa* præfuerat, non niſi quatuordecim triremes fugiendo evadunt. reliquæ omnes aut igni corruptæ, aut aliàs expugnatæ captæve à Venetis ſunt. Prætoria hoſtilis ad litus impulſa quum eſſet, à *Marco Bembo*, quod ei ſe dedere nollet, continuis pilarum ejaculationibus perfracta, incendio periit. ſed *Lazarus Mocenicus*, dum contentione maxima quatuordecim illis hoſtium triremibus fugam intercludere adhuc feſtinat, acre in certamen *Sultanam Venetam*, cui imperabat, induxit. cum hac triremi tantis viribus barbari conflixère, ut *Lazarus* oculum bombardæ funicularis globo excuſſum amitteret, & receptu in lembum

bum habito alios ad pugnandum in Turcas evocatos, triremi imponeret, *Sultana* verò tot ictibus perforata incenſaque cum onere ſuo inutilis demergeretur, aliis deinde, qui longius *Mocenico* aberant, auxilio ipſi properare contendentibus, *Baſſa* in portum *Aeydi*, quem expugnare poteſtas non erat Venetis, reſiduas triremes abducit. ſic tertio tandem die, poſtquam ancipiti Marte pugnatum biduo fuiſſet, victoriam noſtris Deus annuit, cui laudem & gratias immortales dicimus. nec enim fieri potuiſſet, ut ſuperiores eo prælio Chriſtiani diſceſſiſſent, niſi divino beneficio venti, qui à Septemtrionibus Venetorum claſſi adverſabantur, non mediocriter immutati, ſecundo flatu aſpiraſſent. ubi id fieri cœpiſſet, omnia illis contra hoſtem procliviter ceſsere. Chriſtianorum non amplius trecentis deſideratos fuiſſe ea pugnâ, accepimus. *Turcorum* aliquot millena aut ferro abſumta, aut freto abſorpta ceciderunt. Chriſtiani nominis captivorum, qui ad remos damnati à *Thracibus* fuerant, quatuor millia liberaſſe victores certum eſt. reportatæ ab Turcis victoriæ dies fuit, qui ſanctorum *Ioannis & Pauli* martyrio dicatus ab eccleſia eſt: quorum templum Venetiis, religione & ornatu regio cultiſſimum exſtat. in quo & *Marcelli* corpus, ex prælio navali in patriam relatum poſtea quum eſſet, menſe Auguſto conditur, honorificè admodum, & Chriſtianis pro defuncti animâ precibus inter ſacrificandum adhibitis. hac pugna ad *Helleſponti* fauces adjutore Chriſto feliciter depugnata; cuticulam curare & quietem capere milites quatriduo potuere. navalibus enim reductis *Tenedum* verſus copiis, ante diem tertium nonas Iulias obſidere inſulam cœperunt. quò dum pyrobolos diverſi immittunt: ciſternas, quibus cœleſtis aqua recipitur, perfodere; ut rimarum plenæ nihil pluviæ, etiamſi eā recipere viderentur, retinere poſſent. altero immiſſo in pulveris tormentarii cellam pyrobolo, retorquendi in obſidentes tela poteſtatem obſeſſis ademere. hac difficultate implicitì 1655.

1656. *Tenedus inſula capitur à Venetis.* *Peſtilentia in inſulis regnóque Neapolitano.*

plíciti barbari colloquium petunt, conditiones æquas impetrant, & quarto decimo, quàm obſideri cœpti erant, die inſulam tradunt noſtris, ſeque ad ſuos aliò deportant. *Lemnon*. quoque (*Stalimne* ea nunc dicitur inſula) ſtatim aggreſſi *Veneti* fuerent, ſed vulgatis illic dira contagione morbis, abſtinere eâ ſatius viſum fuit. nec modò his temporibus in *Creta* laboratum eſt peſte, ſed Neapolitano etiam in regno ita pervagabatur, ut ſolitudo ingens in urbibus viſeretur, ac funeſta omnia infecto venenis cœlo redderentur. *Avella* oppidum eſt Neapolitanæ ditionis, ubi tria hominum milia inerant, id eâ labe ad ſolitudinem tantam brevi redigitur, ut quinquaginta ex eis ſpiritum non retinuiſſe appareat. Neapolis *civitas* regia, & populorum nunquam egens, in qua paullò ante quingenta millia hominum videntes ac vivi verſabantur, vix milia decem numerare amplius potuit. medici, cheirurgi, pharmacopolæ, panifices, hoſpitiorum & meritoriæ tabernæ curatores ad unum exſtincti fuére. quæ contagio & morbi, adhuc ſpirantium corpora non attigerunt, fames crudeliſſimè habuit. multi ad focum, apud penates ſuos, multi induſio tantum velati, alii ſine veſte omni, in plateis opem quærentes, in mortem deciderunt, calamitate, miſeria, fameque cooperti. puerorum flos, virginum pulcherrimarum decor & vita, juvenum robur omne prædæ funeribus fuit. mancipia ducenta ab remis liberata *Neapolim* intromiſſa ſunt menſe Iulio; quibus carri ad numerum ſexaginta regendi tradebantur, ut ſtratas cadaveribus putidiſſimis vias purgarent, mortuoſque carris imponerent, carris deinde detractos, pyræ latiſſimis ignibus inſtructæ, cremandos injicerent. ſexaginta millia cadaverum, uno rogo abſumta, referunt; ſed quæ poſtea exurerentur ob nimiam multitudinem numerata non fuiſſe. hac peſte lentior quidem alia ſed non minus perniciális, inter potentiſſimos Catholicæ Eccleſiæ reges peſtis florebat, bellum illud in *Inſubria*, in *Lalitania*, in *Belgica*. ſummus ponti-

fex Alexander, Catholici gregis vigilantiſſimus cuſtos, quum exeunte Majo fratrem ſuum *Marium*, duoſque fratris filios *Flavium* & *Auguſtinum Chiſios* ex Etruria *Senis* ad ſe in Latium *Romam* evocaſſet, quò adminiſtrandi res tantas onus levius redderetur, vidit orbis Chriſtiani ſtatum calamitatis à tot peſtibus pleniſſimum: vidit, & ingemuit. neque verò dum id quod vult, tantò ſtudio à duobus monarchis, literiſque ad eos multiplicatis impetrare non poteſt, curam officii paſtoralis deponit, aut quod eſt impotentis animi, fulmen in reluctantes vibrat. ſed patientia invictus, quod fruſtra ab hominibus poſtulat, à divina clementia tandem aliquando exoraturum ſe confidit. ad preces, ad Deum, ad ſuperos perfugium habet, peccatorum veniam indicit gregi ſuo, literas in formâ *Iubilai* viceſimoprimo Iulii die circummittit; quarum partem apponere ſatis habeo. *Alexander papa ſeptimus univerſis Chriſti fidelibus has literas inſpecturis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. è ſuprema militantis eccleſiæ ſpecula, mentis noſtræ aciem quaquaverſum intendentes, & aſſiduas gregis nobis ex alto crediti calamitates attentè contemplantes, crebra ex imo corde ſuſpiria, & uberes ex oculis lacrymas fundere cogimur. cujus enim vel ferreum pectus non commoveant hodiernæ orbis Chriſtiani miſeriæ? viget ut cum maximè pertinax inter principes Catholicos bellum, cui componendo fruſtra hactenus viſa ſunt eſſe humanæ prudentiæ conſilia.* ad orientem *piiſſimæ reipublicæ ditioni ſubjectæ provinciæ decennali bello à Turcarum tyranno infeſtantur. exſutus* ad ſeptemtrionem *regni ſui parte hæreticorum armis* rex orthodoxus; *neque tuti ab eorum odio, & potentia aliorum fines. ſævit* ad meridiem *dira epidemiæ lues, quæ & vicinos depopulatur, & huic urbi veræ religionis capiti imminere videtur. ubique terror, ubique malorum impendentium formido. ita ut ſi unquam, certè nunc gravem Domini manum ſentiamus, flagitiis hominum ejus iram jugiter provocantibus: cui placandæ licet privata noſtra & aliorum ſacrificia, & preces ſine intermiſſione adhibere non deſiſtamus,*

promtius

1656.

Indulgentia in forma Iubilai dantur.

1656. *promtius tamen id à divina miſericordia nos conſecuturos arbitramur, ſi noſtris, omnium Chriſti-fidelium orationes, purgatis per ſalutarem veræ pœnitentiæ medicinam à colluvie peccatorum animis, junguntur. clemens eſt enim & miſericors* Deus noſter & propitiatur cunctis invocantibus eum in veritate. *hoc autem ut fructuoſius fiat, & majori cum ſpiritus ardore peragatur, ex veteri eccleſiæ Romanæ omnium matris, & magiſtræ more ejuſdem eccleſiæ theſauros, quorum diſpenſatores à Domino conſtituti ſumus, proferre & erogare decrevimus. itaque ex parte omnipotentis Dei Patris & Filii & Spiritus Sancti omnes & ſingulos utriuſque ſexûs Chriſti fideles tam in eadem alma urbe noſtra, quam extra ubilibet locorum conſtitutos apoſtolica auctoritate paternè requirimus, monemus, & in domino adhortamur ad infraſcripta devotè peragendum & adimplendum, & ad Deum* Salvatorem noſtrum *orandum, ut per viſcera miſericordiæ ſuæ fidem Catholicam protegere, ab hoſtium conatibus & inſidiis defendere, hæreſim exſtirpare, principibus Chriſtianis pacem & veram tranquillitatem donare, populos epidemiæ lue infectos liberare, & cæteros ab ea præſervare, aliiſque præſentibus eccleſiæ neceſſitatibus ſubvenire dignetur. nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, ex illa ligandi atque ſolvendi poteſtate, quam nobis Dominus meritis minime ſuffragantibus, contulit, univerſis Chriſti-fidelibus in alma urbe prædicta degentibus, qui ſpatio unius menſis à die datæ præſentium computandi feria ſexta unius hebdomadæ intra dictum menſem decurrendæ jejunaverint, & peccata ſua confeſſi ſanctiſſimū eucharistiæ ſacramentū reverenter ſumſerint, & ne ex congreſſu populi, ſi aliquæ eccleſiæ, ut moris eſt, viſitarentur, contagionis augeatur periculum, domi privatim roſarium beatæ Mariæ virginis vel ſeptem pſalmos pœnitentiales litaneiis & orationibus adjunctis devotè ſemel recitaverint, ac, ut ſuprà, oraverint, & pauperibus aliquam eleemoſynam, prout unicuique ſuggeſſerit charitas, erogaverint, cæteris verò extra urbem prædictam ubicunque degentibus, qui in locis, ubi*

nulla

nulla omnino epidemiæ luis ſuſpicio adeſt,(quod pruden- 1656.
tiæ ordinariorum locorum judicandum relinquimus)ec-
cleſias ab iiſdem ordinariis,vel eorum Vicariis ſeu officia-
libus, aut de eorum mandato,& ipſis deficientibus,per eos,
qui ibi curam animarum exercent, poſtquam ad eorum
notitiam hæ noſtræ literæ pervenerint,deſignandas,viſita-
concedimus verint. Quæ ſequũtur,non pergã heic inſe-
rere,ne [illegible] ceſſationis quæſiiſſe poſſim videri. vo-
lui,tamen partẽ unã pontificis literarũ hiſtoriæ fi-
lo innectere, ut curam optimi paſtoris omnibus
patefacerem. *Romæ* itaque ſtatim ad Chriſtianæ pie-
tatis myſteria frequentanda,animo delicti conſci-
entia expiato,corpore jejunio moderatiùs aſtricto,
mente in Deum ac ſuperos intentâ,à catholicis om- *Colonien-*
nibus itum eſt. idem factum per *Italiæ* reliqua. *Maxi* *ſis archie-*
milianus Henricus Colonienſium eccleſiæ antiſtes, ut æ- *piſcopi vi-*
quiſſimus ſanctiſſimi domini noſtri juſſis, ac deſi- *gilantia.*
deriis obſequeretur, de venerabilis capituli ſui Me-
tropolitani conſilio decrevit, ut *Coloniæ* ab octavâ
proximi Septembris die, ad octavam uſque Octo-
bris,utroque termino incluſo, *jubilæum* hoc ſerva-
retur. *ædes metropolitana,*& ſanctorum *Severini* atque
Cuniberti baſilicæ, à ſingulis intra dicti menſis ſpa-
tium,omnes, vel una ſaltem illarum, ſemel viſita-
rentur, deinde die aliquo *Veneris*, intra eundem
menſem,jejunaretur. eleemoſyna pro pietatis affe-
ctu,& facultatum ope neceſſitatem habentibus da-
retur. de peccatis confeſſio,apud ſacerdotem ejus
auctoritate approbatum], fieret. *ſub miſſæ ſacrificio,*
corporis domini ſacramentum puriter, ſanctèque
ſumeretur, preces ad Deum pro eccleſia Chriſti,
contra hæreſes,contra peſtiferæ luis contagionem,
contra bellorum peſtes atque furias copioſiſſimè
funderentur. hoc decretum ante diem quartum ka-
lendas Septembres in *oppido ſuo Bonnenſi* dedit *archi-*
epiſcopus: eoque convenienter publicato, quæ ad
animi ſanitatem redeuntibus imperata ſunt, dili-
gentiſſimè,quoque obedientiſſimèque facta. hoc e-
nim laudis *Colonia* præ cæteris urbibus habet, quod
fidei

1656. fidei Catholicæ placitis religioſiſſimè ſemper in dulgeat. ſed longius aliquanto evagati ordinem ſumus: nunc redeundum in viam eſt. & quia *Colonia* Vbiorum ſumus, propiori itinere in Belgicam deſcendamus cenſeo. exactâ hieme, Galli Hiſpanique in campum prodiêrunt: hi, ut ſua tuerentur, quæ adhuc inſidebant: illi, ut novis ad ſuperioris anni victoriam acceſſionibus cumularent ſeſe, *Hannoniamque* omnem tributariam Chriſtianiſſimo regi efficerent. ſed ſereniſſimus archidux *Leopoldus Guilielmus*, qui Belgicæ præfecturam, *Philippo quarto* Catholico rege ita volente, in decennium adminiſtraverat, vacationem ejus muneris, quum diu antè petiviſſet, impetravit tandem hoc anno: *redeundum ſibi in Auſtriam eſſe, ad Ferdinandum tertium imperatorem, fratrem ſuum: ut iis, qui tum ſcribebantur, exercitibus regendis, ductu conſilioque præficiatur.* nec minus ad ſe reducem *Ferdinandus* fratrem deſiderabat, quàm ipſe Belgicæ gubernationis ſatur, in Germaniam ſuperam reverti cupiebat. vir omnibus certè deſiderabilis, integer famæ, avaritiæ ac libidinis expers; pudicitiâ & æquitate incomparabilis; illuſtrium arte & ingenio virorum alumnus ſimul & altor, ut verbo abſolvam, *Auſtriacas*, & Germaniæ Catholicæ fulgentiſſimum ſidus. qui abeunti illi Belgicæ præfectura cooptaretur, in Gothalania erat *Barcinone*, *Ioannes Auſtrius*, Philippi quarti naturalis filius, juvenis bello acer & fortis: qua de cauſa maximè à Belgis expetebatur, quod fama illis cognitus, omnia ſtrenui ducis munia impleturus optimè putaretur. neque vani ad eos nuncii attulerant, Ianuario proximo urbem ab eo Gallis ereptam eſſe. dum enim *Solſonæ* præſidio præfectus urbe exceſſiſſet: obſidione eam *Ianus* Auſtrius cinxit, ac brevi conditionibus adegit Gallos, ut *Solſona* ſibi dedita emigrarent. ſplendidum hoc eſt in *Gothalania* oppidum, dexteræ amnis *Rubricati* ripæ appoſitum: qui amnis poſtea *Cardonæ* ducatum perluit, ac tandem in occiduo *Barcinonis* latere

Res Belgicæ, Galliæque.

Archidux Leopoldus Belgis valedicit.

Solſona eripitur Gallis

latere

littore mediterraneum in pelagus editur. ne igitur moram abituriēnti *Leopoldo* injiceret Hiſpaniarum monarcha *Philippus*: in *Gothalaniam* continuò mittit, qui ejus proregem, ad res Belgarum adminiſtandas evocaret. relictoque ibi, qui prætor *Gothalaniæ* eſſet *Mortariæ* antè in Italia *præfecto*, Ianus Auſtrius aditer ſe comparat. Gregorii magni die, qui eſt Martii duodecimus, profectionis initium fuit: & quia mediterraneo mari in Italiam volebat prius, quatuor abeunti *Barcinone* triremes ornatæ, viriſque & armis inſtructæ fuerunt, quibus *Ioannes Franciſcus Serra* vir fortiſſimus, Inſubriæque produx futurus, impoſitus fuit. parum fœlix iis navigatio in Italiam contigit: nam & procellis agitatæ, & à piraticam facientibus *Mauris* impetitæ triremes diſſipabantur. tres illarum in poteſtatem prædonum concedebant. una, quæ *Ianum Auſtrium* vehebat, ægerrimè evaſit; *Serra* cum navalibus ſociis fortiſſimè piratis obſiſtens, interimitur. qui remigando, repellendoque peiratas, vivi ad *Liguſticum* cum principe ſuo *litus* pervenêre, aliàs ad remos damnati, in libertatem reſtituti, & coronatis centenis pro impens à fortiter opera donati ſunt. *Savonam* primò, dein *Genuam* ventum: ubi nonnullis antè diebus, in eo toti erant, ut quàm apparatiſſimè *Ianus* exciperetur. Alexander *Grimaldus*, Alexander *Iuſtinianus*, hoſpitia adornaverant. *Franciſcus Maria Balbus*, *Auguſtinus Spinula* invitare eū in urbē debebant. ſed maritima clade affectus princeps, modicis honoribus inter excipiendum contentus, inde abiit, ac terreſtri per *Liguriam* itinere *Inſubres* attigit; poſtridie annunciationem beatæ Mariæ Virginis in Carthuſiæ *Ticinenſis* domo; ubi *Gaſpar Scioppius* hæreticum elenchomenon anno hujus ſeculi undevicesimo exaravit, hoſpitio divertit. Cardinalis *Trivultius*, & Caracena *Mediolanenſis ducatûs* vicarius, intellecto ad Carthuſiam principem ſuum eſſe, ante diem ſextum Kalendas Aprileis iſtuc ſe adferunt: nulla pompa urbem inire *Mediolanum*, nulla

1656.

Ianus Auſtrius è Gothalania per Inſubres Germanoſque in Flandriam cogitat.

Venit Mediolanum.

1656 è tormentis, pilulariiſque dati plauſus conſaluta-
tione ibi excipi voluit, ſed ejus, qui ignorari noſci-
que non vult, modo immiſcebatur ſuis *Janus*: om-
nia tamen inſpicit, munimenta, turres, propugna-
cula, annonam, armatos. collocutuſque cum *Ca-
racena*, quid utriſque ſibi in Brabantiam profici-
ſcentibus uſui ſit; dato viatico eum per *Laudem Pom-
peiam, Cremam, Soncinumque* in Germaniam præmit-
tit, eminentiſſimum *Trivultium* rebus in urbibus
præficit, donec ſe ad Belgas præſente, *Fonſaldaunia
comes*, qui produx *Mediolani* ſit, adveniat. nec mi-
nor illi cœleſtium, quam hominum, religio aut cu-
ra Chriſtiano intereſt ſacrificio. pia viſitat loca.
ſanctiſſimi *Caroli Borromæi* corpus adit, clavum,
quo manus domini altera cruci hæſit, aliaq; admi-
rãs veneratur. ante diẽ quartũ eidus Apruleis *Medio-*
Venetias. *lano Venetias* ignotus proficiſcitur, curru meritorio
uſus, ibique biduum contemplans ejus urbis emi-
nentiam ac ſitum, nulli tamen Veneti ſenatûs pri-
morum cognitus fuit. *Caracena* jam *Auguſtoburgum*
Auguſtã decimo ſeptimo Aprilis pervenerat. venit eodem
per *Tridentum* & *Oenipontem* ſereniſſimus Auſtrius,
quarto poſt ejus adventum die. poſtera luce abeunt:
Coloniam, & calendis Maii *Coloniam Vbiorum* deveniunt. ibi re-
liquias *Mediolano* translatas jam olim, & *Metropoli-
tani templi* ad ſolis ortum conditorio impoſitas,
trium regum corpora Catholica mente veneratus
eſt; aureumque nummum gazophylacio proximo
indidit, ſanctæ Crucis inventæ ſolemnibus, quum
è *Colonia Agrippinenſi* diſcederet, primo ab urbe mil-
liario, ei præſtò fuerunt decem equitum centuriæ,
totidemque peditum, *Iuliaci, Ruremundæ, Venlonaque*
præſidiis deductorum: quibus comitatus, modicis
itineribus in *Brabantiam* penetravit. ad *Ruræ fauces*
Moſam trajectus in oppidum *Sichenum* perducitur:
Aſpretium, unde, poſt quingentos modo paſſus *Aſpretanæ* Vir-
ginis templum aſſurgit, maximis hominum ad Dei-
paræ iconculam peregrinationibus admodum il-
luſtre, & miraculorum haut inſolens. ibi ſereniſſi-
mum

...m principem *archidux Leopoldus* excepit non ...ò luculentiſſimis verbis, verum etiam dapibus ...nam liberaliſſimè inſtructis. altero die poſt ...vinam, Aſpreſſio in templo religioſiſſimè ...ſalvedicunt alter alteri; *Leopoldus* inde per *...uramundam* petit, *Iuliaci* qu... exceptus poſteà, ...m inde Agrippinenſem venit. ſed poſtridie ...Sextiles *Fluviana* improviſus ſub veſpe...uit, ab imperatore Germano fraternum ...ium habitus: *Ianus* verò per *Lovanium, Bruxel-* 1656.

...Condæo regii ſanguinis in Galliâ principe, co...ermagni ficèque eſt perductus ante diem quin...um eidus Majas. dici autem vix poteſt, quantum ...audii communiter in Belgas univerſos manave...it, dum *ſereniſſimum Principem*, quemadmodum æ...ate, ita rebus geſtis florentiſſimum, ad ſe venientem conſpiciunt. *Caracena* etiam demarchi virtus omnibus grata facilè perſuaſit, ut *Fonſaldania* comite in Inſubriæ regimen ab ſe amittendo libenter careent; viro, ut ipſi Belgæ dicunt, pecuniæ ſtudium impenſius, quàm arma in Gallos fovente. ſed jam iterum literas pacis monitrices, in *Galliam* ad cleſum pontifex miſerat, ut divinæ rei antiſtites regem commonefaciant; quanta felicitas Chriſtianum orbem univerſum afficeret, ſi cum rege *Catholico, rex Chriſtianiſſimus* concordare inciperet. nihil dum impetrari potuit, quòd fortunæ militaris umbrâ, in Belgis adverſus *Hiſpanienſis* deludi ſe *Galli* paterentur: datum continuò imperatori exercitus negotium, ut luſtrato milite ſuo in Hiſpanos ducat; & quia per *Harnoniam* ſtativa diverſi ponebant, obſidione *Tornacum* premere voluiſſe primò ſunt viſi: eo tamen oppido neglecto, ante diem duodecimum kalendas Iulii *Valencenatibus* ſe circumfundant; equitatu in orbem coronæ extra muros obſeſſorum acto. quinque & viginti millium militum numero copiæ aderant, quæ ab Turænio *Valencenam* obſidendi cauſâ ducebantur: & altera ſe... millia in exſpectatione adhuc erant. ſita eſt ...*ina* ſive

Bruxellas

R ut Si-

1656. ſuis ut Sigebertus in Chronicis ponit, *Valentinia* imperatore quodam Romano ejus nominis, a nissimo in *Hannonia* provincia loco. ſeptem ris millia, quæ Belgi *Leucæ* dicuntur, à *Mont* be nobiliſſima disjungitur. *Scaldis* flumen diam, *Ronella* rivus ex una parte mœnia pro terque urbem labitur. anno ſuperioris ſec mo & ſexageſimo, dominico *Palmarum* d *mius* eam hæreticis ademit, expugnatamq *garitæ Parmenſi* Belgicæ Hiſpanienſis guber dediticiam fecit. ex eo tempore manſit Hiſpan ditionis. Et celſiſſimus princeps *Ioannes Auſt cus*, poſt *Virginem* quoque *Hallenſem* piiſſimè ſalut tam, in eo dies ac noctes verſabatur, ut ſuorum co pias augeret: decem millia armatorum, quæ *Ferdi nandus tertius* conquiſita exauctoraverat, ad eum perducta ſunt. & duæ *Lotharingicorum* chiliades à Francis poſtliminio ad Hiſpaniēſes pœnitentia cō ciliatrice redierant. *Condæus* deinde, & *Lignius* & *Wirtembergenſis*, *Caracena* quoque cum aliis minoribus ducum, animos in certamen acuebant. ſed obſeſſi ingentes animos præ ſe ferebant, ut ope non modò mortali, verùm etiam divina freti, obſidionem fortiſſimè tolerarent, apertis per urbem templis omnibus ad arma inhabiles inerant, precesque ad ſuperos fundebant: cives armati cum præſidii *Hiſpanienſis* heroibus, eruptionem è portis in *Gallorum* obſidentium opera quotidie ferè faciebant. neque minùs *Bruxellis* in pietatem vertebantur mortalium animi, concionibus divinis ad orandum, pro ſalute patriæ, pro hoſtium oppreſſione, Deum ardentiſſimè ſuvitati; ita *Samarobrinæ* ſeu *Cameraci*, ita *Antverpiæ*, ita per cunctam *Flandriam* fiebat. *Henninus* Valencenæ præſidio impoſitus, vir acer, conſilioque & manu promtus, ne caritas annonæ, bellicive apparatus inopia civitatem obſeſſam premeret, jam ante diligenter providerat, ut ſi, quod contigit quoque poſtea, in tempore ſubveniretur ſibi, hoſtium labores [illegible] atque eludere conatus facile poſ-

Valencenā obſident Galli.

1656.

caſtrorum poſitus hic fuit: quà iter eſt in ſancti [illegible]andi nemus, occidentem inter ac Septemtriones, [illegible] tendebat. ubi *Scaldis* ex urbe profuſus *Con-*[illegible] pergit, *Seneteraus* militem utriſque ripis [illegible]erat. ad plagam ſolis meridianam ſupre-[illegible]allicanæ militiæ legatus *Robertus* nomine, a-[illegible]plicabat. foſſæ, quibus circumdata erant [illegible] caſtra, octo pedes altæ, quatuor latæ [illegible] his ita cognitis, propius *Gallos* operibus [illegible]entes Hiſpani exercitum commovent: *Au-*[illegible] Ambliſæ inter *Montes* Hannoniæ ac *Valence-*[illegible] *Condaus Franciai Quercetum* verſus, *Caracena* in [illegible]onte quodam, ad regionem eam, quæ fert *Duacũ*, [illegible]uis caſtris locum ceperant, nec pilulariæ glandis jactum caſtra caſtris diſtabant. *Condai* virtus extre-mô Iunio perruptis *Gallorum* una parte ſtationibus in urbem obſeſſam evaſit, commeatuque & milite auxit. portæ verò urbis nocte ac die in hoſtem fa-ciendis eruptionibus patebant. & jam Quintilis eidus advenerant: cùm explorato, miſſos octo millium equites ab *Turano* eſſe, qui comitatus cauſa alios *Landracejum* conſequi debebant, viſum eſt *Hiſ-panis*, per noctem caſtra hoſtium aggredi. id nego-cium quantumvis arduum emoliti ſunt tandem. nã ubi vehementiſſimos inſultus quatuor partibus feciſſent, ſemel atque iterum repulſam tulerunt. ſed animantium ſuos ducum præſentia, & auctoritas effecit: ut tertio demum pedatu ſuperatis ingenti auſu operibus atque foſſis, *Galli* vincerentur. tertius hic inſultus, quatuor partibus obſidentes oppreſſit. *Caracena* & *Lignius* in *Seneteraum* invaſere. dux ipſe [illegible]*anus* in *Magnipratani* hoſpitia incidit. princeps *Condaus* cum equitatu, equitem fudit ac fugavit ho-ſtilem. obſeſſi quoque diverſi in tormentariam *Gal-lica* expeditionis ſupellectilem è portis irruêrunt, & fugientes à tergo ſunt inſecuti. ita *Galli* caſtris, om-nique peditatu, & impedimentis, bellicisque machi-nis exuuntur, magnuſque captivorum numerus ef-ficitur. ſupra decem millia virorum hoſtis amiſiſſe

Gallorum caſtra.

Impreſſio in caſtra.

Valencena obſidione eximitur.

 dicitur,

1636. dicitur, qui vel cæſi in certamine, vel hauſti flu-
ne, aut fugæ intercepti deſiderati ſunt. Hiſpanien-
victoriæ dies, albo notandus lapillo, miraculo
venerabilis ſacramenti, & virginis beatiſſ.
monte *Carmelo* ſolemnis fuit. Chriſtique
ejus laudes per omnia divorum pulvinaria
tatæ in Belgica Hiſpanienſi ſunt. *Valencen-*
dione fortiſſima exemtam *Caracena* [illegible]
quitique & pediti ſtipendium cum præda d[illegible]
civibus in annos aliquot vectigalium facta g[illegible]
eremitanis divi Auguſtini *patribus* templum
monaſterium ædificare conceſſum, quod *ſanc-*
mæ Deiparæ, & *Nicolai Tolentinatis* nominibus uni D[illegible]
dedicaretur; celſiſſimo principe Auſtriaco ſumtus
compenſam faciente; quod è divi Auguſtini contu-
bernio ſacerdotem habeat, qui ei ſit à confeſſioni-
bus, *Meitermannum* nomine. non multis poſt diebus
& *Condatum* recipiunt Hiſpani, munitius longè,
quam ipſi ſuperiore anno Gallis dediderant. rece-
ptum præſidio confirmant: ac ſubinde ſancti *Gisle-*
ni oppido imminentes, omnes, qui eo ferunt aditus,
obſepiunt: ut nihil commeatus, nihil ſubſidii im-
portetur. *Turennus Calviniſta Gallici* exercitus impe-
rator, cæſi militis reliquias congregat iterum, aliiſ-
que ex præſidio urbium proximarum, ſupplemen-
toque totius Galliæ adjunctis peditibus in hoſtes
vigilat, tormentaria ſupellectile ad *Valencenam* exſu-
tis, alias *Perona*, *Ambiano*, *Sedanoque*, in campum
advehendas machinas curat. decem & octo mil-
lium exercitus ejus ferebatur. *Condati* enim præſi-
dio qui exceſſerat, trium millium equitatum, alii
alios adduxerant. hac manu defendere ſe parabat.
Valentia per hos dies, in ducatu *Mediolanenſi* ad *Eri-*
danum poſitæ, obſidio feliciori Gallis exitu contra
Hiſpanos agebatur. *Franciſcus Mutina* regulus, qui
Ferdinandi tertii imperatoris literas, ut clientelæ
memor viveret, monentis, contempſerat, una cum
Mercurii duce Gallicum in Italia exercitum ducta-
bat: & *Theodorus Trivultius* ſacri Romani imperii

princeps

ceps à *Miſocho*, comes Meltii, & Gorgontiola, 1655.
m Cardinalium eminentiſſimo ordini *Vrbanus*
us anno hujus ſeculi undetricesimo inſerue-
rivultius in quem appulſo jā Ticinū *Fonſaldau-* *Mors Trivultii Cardinalis.*
nie, ut rebus Inſubrum invigilet producis ti-
tio Auguſti die, ad meliorem vitam ex mor-
iſcebatur. ex eo tempore in ante diem ſepti-
cimum kalendas Octobres, *Valentinorum*
obſidio, non niſi dedita Gallis urbe, Hiſpa-
ſe certis conditionibus emigrante præſidio, ſo-
Mutinenſis *Valentiam* intromiſſus cives, ut
iæ regi ſacramento dicerent, adegit, ac triennii
ſequentis vectigalibus eos liberaturum ſe pro-
iſit. amiſſa in Inſubribus *Valentia*, Cæſaris copiæ,
quas *Encofurtius* ducebat, advenere, Hiſpaniciſque
junctæ ſunt, modici anno jam in hiemē præcipite
auxilii. Inter hæc, pacis cum præſtantiſſimis orbis
Chriſtiani principibus conciliandæ ſtudiū ab Ale-
xandro ſeptimo, pontifice maximo hautquaquam
omittebatur. *Chriſtina Sveda* in Galliam peregri- *Chriſtina Alexandra Pariſios abit.*
nandi gratia quoque mittitur, quatuor pontificiis
triremibus ad Provinciæ litus *Aquis* appulſa, *Lug-*
dunumque poſt dies tredecim perducta. maximo per
Delphinatum & *Pariſios* honore ſub uraniſco: ple-
rumque incedebat *Chriſtina*, petaſo verticem inclu-
ſa, comtam cæſariem à fronte in tempus utrumque
diſpoſita, vultu maſculo & gravi, equitabat non vi-
ri modo, ſed utriſque dexterū in latus pedibus aptè
demiſſis. cum Latino Latinè, cum Gallo Gallicè,
cum Italo Italicè diſſerebat. natali die virginis ma-
tris *Lutetiam* intravit, quadraginta epiſcopis comi-
tantibus templum Deiparæ ſub umbellâ iniit, hym-
noq; gratiarum coram venerabili *hoſtiâ* decantato,
ac prece ad Chriſtum fuſâ, *Lupariam* inde in arcem
omnibus cum rege & Cardinale aulicis, atque civi-
bus lætiſſimè ad honorem ejus effuſis, contendit.
ſeptem dies viſendis maximæ urbis rebus facilè ab-
ſumti. ad *Dionyſii* poſteà ventum, ubi regum Gal-
liæ monumenta ſepulturæ oſtenduntur. dum in

R *Italiam*

1656. *Italiam* reditum adornat, audito, *Romæ* ſerpenti indies morbis laborari, per *Pedemontium* & *Parm* in *Venetos* adire ſtatuit, ibi manſura donec lues exſtinguatur. quinquaginta millia coronat viatici loco à Gallis accepit quæ ubi in rei, aulæque miniſtros iterum dividere vult, cipere, quod Cardinalis prohibuiſſet, nol diſceſſit itaque ex Gallicana peregrinatione in Hiſpanum non oppidò ſecura; nam pontifex pacem fieri laborabat; tantum *Cr* qui ſuum apud *Gallos* oratorem habebat, ut b contra *Hiſpanos* continuaretur, prece atque ſollicitabat. *Angli* amicitia potior viſa Gallo ctiori enim ac lentiori vinculo inter ſe copula apparebat *Mazarinum* & *Cromvelem* eſſe; quàm ſanctiſſimi patris monitu, ſcriptiſque diſſolvi pate rentur. ſub kalendas Octobres comitatu ſuo invectus *Cromvel*, in *monaſterium occidentale* perducitur. *Oxonienſis* academiæ procancellarius *Ioannes Ovenus*, ex vate *Iſaia* concionatus eſt in cænaculo picturato: *Protector* eum aliâ oratione excepit. ſed centum & quadraginta ſenatores *Parlamento* prohibiti ſunt per armatos; quibus obſiſtere quum non daretur, querimonias in chartam conjectas, collegio ſuo, *Protectoriq;* offerendas cenſuerunt: verùm nullo effectu. hoc ſenatu animadverſum in veſtis luxuriem eſt, & bellum in *Hiſpanos* per *Indias* & *Europam* longè acriùs decretum. omnia inſuper, quæ poſt *Eliſabetham* regnare incipientem, *Hiſpani Anglis* incommoda pepererunt, è monumentis eruenda ut curentur, & in eos vindicanda proferantur, imperatum notariis eſt. ante ſex dies, quàm hæc *Londini* à *Cromvele* gererentur, *Capella* in *Hannoniis* poſitū oppidū à *Turæno* Hiſpanienſibus eripitur. marchio *Rubiſpineus* præſidio illi imponitur. & Cleri priore anno *Lutetiam* convocati comitia ad finem properabant; quibus rei divinæ antiſtitum, quorum partem *archiepiſcopos*, partem *epiſcopos* nominare ſolemus, quatuor & quadraginta interfuere. ea comitia

Angliæ res Gallicis miſcentur.

ſingulis

ulis decennis haberi mos eſt , ut quæ in ſacri 1656.
nis fraudem ac detrimentum illo temporis in-
llo per Gallici nominis provincias commiſſa
eſarciri emendarique poſſint. hujus anni con-
s querimoniam gravem in Sectarios inſtitue- *Galliæ Episcoporũ querela.*
od ſupra centum templa hinc inde per *Gal-*
Calviniana religionis peſtilentiam, fanis Ca-
fidei diſciplinis ac moribus quâvis lue no-
propagandam, inſtauraverint. abuti il-
gis clementia, & niſi obviam ſuccreſcenti ſe-
atur, Catholicorum diœceſes deſolari paulla-
regnique olim Christianiſſimi florem peſtifero
rum afflatu marceſcentem decidere. vanitatem
minum ſingularem, ferociamque & contuma-
am nulli amplius epiſcoporum tolerabilem vide-
.plura ejuſmodi *Senonum archiepiſcopus* oratione in
Sectarios Galliæ compoſita memoravit. quibus
remedium invenire ut poſſent, regis auctoritate o-
pus erat. is viciſſim in belli neceſſitates, quod jam
ab annis viginti fieri cœptum eſt, pecuniam à *Clero*
ſubminiſtrari petiit. duodecies millena millia li-
brarum poſtulata ſunt: quibus tandem aliquando,
aut parte eorum exſolutis, non deſtiterunt ab rege
per Cardinalem *Mazarinum*, qui, comitiorum præ-
ſes uti eſſet, rogatus à cleri primoribus fuit, magnis
precibus efflagitare, ut *Hugonotos* comprimeret, edi-
cto anni milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimi ſe-
cundi, penitus revocato. his precibus ab rege non
repudiatis, epiſcoporum Galliæ cœtus diſſolvitur.
Literæ ab *Alexandro ſeptimo* ad clerum inſcriptæ, ut
pacis cum Hiſpano rex admoneretur, etiam redditæ
regi fuerant; ſed reſponſo adverſus Pontificem ini-
quiore, *modum eum non eſſe paci conciliandæ; ut literis
Clerus Galliæ ad hanc rem à Pontifice inſtigetur*. nec ta-
men alieni à pace Hiſpanica videri volebant regis
partium adminiſtri, ſi modò conciliator ejus pon-
tifex, regni Gallici commoda, exiſtimationemque
non negligat, & vanis rumoribus, qui ad eum affe-
rantur, aures animumque obſeratas habeat. ſub ei-

dus

1656. dus Novembres, quum ducis *Mercuriani* uxor gemellos Luteciæ peperiſſet, qui à Cardinale in castro *Vincennarum* baptizati ſunt: & primò editus *Ludovici Ioſephi* nomine ab regina matre, ac rege filio ſignaretur; alter ab Andium Duce, domina Mancina ex fonte Chriſtiano levatus, *Philippus* ceretur; *Nuntius apoſtolicus* in Italiam revocatus, ejus loco *Cælius Piccolominius*, *Cæſarienſis* archiepiscopus, eodem adhuc menſe conſecratus & electus, ad Galliæ regem deſtinatur: alius item ad Hiſpanum, *Bonnellus* nomine, *Corinthienſis archiepiſcopus*, mittitur, generalis pacis cauſâ. interim Romæ peſtilentia ſerpebat, quæ *Neapoli* remiſerat: quare, dum unà proficiſcuntur ex Italia *Nuntii*, ne qua contagionis eorum adventu alibi terrarum insinuaretur, dies quadraginta in *Hieres inſulis* morati ſunt, quibus diebus exactis, *Avenionem* adhuc ſimul pervenere. ſed inde *hic* per *Septimaniæ* populos, montemque Pyrenæum in *Carpetanos* iter *Mantuam* inſtituit; *ille* per *Provinciales*, in Pariſios, *Lutetiam* proficiſcitur, ampliter uterque ab utroque regum accepti. nec minus tamen, hinc atque inde bellici apparatus inſtrumenta, & viri, ad certamina militaria conquirebantur: ut hieme deſitâ, hibernisque commodum tranſactis, novorum ineunte vere tumultuum incendia facere ſint parati. Per idem tempus *Cromwel*, pace cum Luſitano Galloque perfectâ, jejuniorum & precum dies per *Angliam*, *Scotiamque* & *Iberniam* obſervandos inſtituit, ut ſeditionibus domi compoſitis, ad Hiſpanienſe bellum felicius comparentur. *Iambaicam* inſulam, ne Anglici nominis progenies in occidentali India extinguatur, mulieribus trecentis ex *Anglia* in navibus eò perductis frequentandam curat. *Ricardum* filium in ſenatum *Angliæ* legit; *Ionam Dethicum* Londinatem, & *Fleitwodum* equeſtri dignitate ornat. *Montacutus* triremibus Anglicanis ad *Iambaicam* præfectus, *Galeonis* Hiſpanicis argentario omnis metalli prædam per mare in *Tamiſin* adduci, ejus laudata

opera

opera *Blaqus* in Angliam revocatur, & Montacu- 1656.
tus cum viginti quinque bellicis, ad Hiſpanicum mare contra hoſtes, navibus remittitur. nummi etiam *Protectoris* nomine inſcripti circumferuntur. ſed quid? *Puritanorum*, quæ eſt Calvini ſectæ propago, tantum adprobari perſuaſione, in Anglia degi permitteretur; aliarum impietatum ex ejus luxurie haud magna exſtitit. *Quacriorum* hoc anno per Decembrem inſania nimium increvit. eis nomen à tremore impoſitum voluere, quod motu aliquo mentis inter precandum icti omnibus artubus continuò, totoque corporis habitu contremiſcant. ex genere horum, novum ſe Meſſiam *Iacobus Naylor* fecerat: nec is modò hac mentis egeſtate perſuaſus, filium dei ſe putabat eſſe: ſed etiam reliquis planiſſimè imponebat. itum eſt in vias pompa publica, veſtes equo inſidenti, non ſecus atque Chriſto, dum Hieroſolyma triumphanti ſimilis ingreditur, ſubſtratæ. *Oſanna* puerorum, & matrum virorumq; & mulierum vocibus per oppida & per urbes quaquà inveheretur, eſt acclamatum. Patres *Angliæ* conſcripti ſat negotii habuerunt in ejus hominis amentia comprimenda, exitu Decembris in ſenatum adducitur, & ſententia damnationis in caput ei prælecta, *piloro* ad ſupplicium ſervandus includitur. quo emiſſus, nudatuſque ex monaſterii ad occidentem palatio, in veterem uſque negotiatorum ſtationem, quæ *Byrſa* dicitur, virgis cæditur, ſed ſanguinis in terram defluentibus virgarum attritu rivulis, animo linquitur, ſpectantibus ad miſericordiam ejus adductis: & ut pœnæ reliquum in octo dies procraſtinaretur, ab *Angliæ ſenatu* impetrantibus. Dum hæc in *Anglia, Galliaque & Belgica* fiunt, deputatorum imperii dies *Francofurti* adhuc aguntur. ſed *Auſtrii & Bohemi*, ut quibus è *Polonia*, ſi Svedi vincant, belli tempeſtas proximè ingruit, ad arma ſpectant. Cæſarque & Leopoldus frater è Belgica ad [illegible]ſtratione redux, omnia diligentiſſimè provident. *Poloni* bello, ſatis iniquo depreſſi, omnes miſericordia

Naylor Quacriorum coryphæus damnatur

nulla

656. paullatim capiebat. & Cæſar, ut eum juvaret, fa-
cilè animum inclinaverat: ſi alii modò principes
ei non deeſſent. ſcripſerat ad Galliæ regem, ut is
quoque eam indueret erga Polonos mentem. ſed
reſpondit Gallus, *Svedo ex pactis auxilium ſe potiùs
quàm Polono debere, nedum ut fœderis immemor confœ-
deratum ſit oppreſſurus: quidvis prius deſignandum ſi-
bi eſſe, quàm renuntiatâ Svethis amicitia atque ope, Sar-
matis auxiliari.* cordata reſponſio. interim ad Quin-
tilis exitum *Pragæ* in concilio magnatum, per ſuos
Cæſar proponendum inter alia curat: ut ſumtus a-
lendis exercitibus more hactenus continuato ſup-
peditarentur. terræ ejus excoctam ſalſuginem, ni-
trum dixêre, aliò ne devehi permittant. Catholicæ
religionis inſtauratio ne omittatur, dignique pa-
rœciis adminiſtrandis paſtores præfulciantur. ante
diem ſextum decimum kalendas Septembres *Cæſar
ipſe jam trigamus* cum uxore *Eleonora*, regeque *Pan-
noniâ*, & archiduce *Leopoldo* fratre in *Bohemiam* ex *Au-
ſtria* profectus *Pragam venit*, die Auguſti menſis
octavo & vigeſimo, ſancti Auguſtini ſolemnibus.
imperatrix, quod uterum ferret gravidata, lecticæ
impoſita ferebatur. alii principum, rheda vehebán-
tur. centuria ſatellitum, treſque agminis *Piccolomi-
niani* alariæ cohortes comitatûs & officii cauſa præ-
ſtò erant. diſtat *Flavianis mœnibus*, unde venerant,
Praga civitas octo dierum itinere. verùm ubi Cæſa-
rem urbi appropinquare nuntiatum eſt, obvia illi
ex Praga in quatuor & viginti eſſedis proficiſcuntur
magnates: exceptumque mille paſſuum à porta
nova intervallo, in urbem introducunt. *Praga* anti-
quatæ olim *Caſurgis* ſolo inædificata tripolis eſt,
Multavia ſeu Vultava flumine irrigata. ſed *nova*
urbs, porta recenti auctior facta eſt paucis abhinc
menſibus, nó procul eò loci, ubi *Svethica* è tormen-
tis impreſſio, ruinæ ingentis cicatricē reliquerat. ea
porta ingreſſu Cæſaris dedicata, *Cæſariana* accepit
nomen. urbis triplicis magiſtratûs obedienter ante
portæ hujus limina conſtitere; & portarum omnium
claves

Comitia Bohemorū Pragæ.

Porta Cæſaris.

claves ingredienti in urbē ſummo principi detule- 1656.
runt: quas ubi contigiſſet manu, magiſtratibus fi-
dei datæ commonitis reddidit. *Novæ urbis* cives, in eo
præſtolabantur illi vico, ubi *monaſterium* eſt *Iberni-
cum*: inter hos una equeſtris erat centuria, ſex pede-
ſtres. in medio centuriarum deducitur *Cæſarium ge-
nus*, ad portam uſque monetariam, quâ itur in ur-
bem veterem. ſed magno ingredientibus ſpectaculo
fuit non nullus è ſcandulatiorum tribu: qui in pin-
naculo *divi Henrici* templi conſtitutus, in vicem
nunc ærea tundebat tympana, nunc vexillum una
parte candidum, altera microchinarium ſeu dilutè
ac temperatè rubens, utraque manu, immoto veſti-
gio, ventilabat. ad Monetæ & circum, academiæ
vetuſtiſſimæ, quam *Carolus Imperator* eo nomine
quartus, anno Chriſti poſt ſecula tredecim ſeptimo
& quinquageſimo condidit, & *Ferdinandus primus*
altero abhinc ſeculo inſtauravit, ſodales occurrêre,
Nicolao Francimondo Francofeldio è medica facultate
ſtudiorum *univerſitatis* magnifico rectore, cum qua-
tuor ſuis decurionibus, ad ſolemnitatem hanc præ-
ſente. hi muſicâ ſymmetriâ, cantuque fidium ac
ſymphoniæ jucundiſſimas auribus atque oculis
dabant epulas. *antiqua* dein urbis & *parva* eodem,
quo *nova*, cives paratu, eodemque peditum atque
equitum numero, effulsêre, læto ad receptum *Cæ-
ſaris* crepitu cœlum implentes. aulico miniſterio
præfecti nobiles curribus invecti præceſsere. hos
militariter, ſed placidè inſecuti ſunt, unus chalco-
triba, & viginti quatuor tubicines, *Cæſario & regio*, &
archiducali ad veſtium appendicem ornatûs colore
diſtincti. his *Leopoldus Ignatius Joſephus* Vngariæ rex,
& *Leopoldus Guilielmus* archidux, regis patruus uno
conſidentes in curru, imminebant. *Ferdinandus ter-
tius* proxima in rheda ſolus vehebatur: quem ſere-
niſſima conjux *Eleonora* pulchra jam plena, & pul-
cherrimo principe gravida, per lecticarios delata
ſubſequebatur. poſt eam ſatellitum centuria erat, æ-
neorum pulſatu tympanum, cantuque tubarum in

præ-

1656, præſentem lætitiam excitatior; maximè quum ſacrati æris ſonitus ex omnium turribus templorum, longè lateque reſponderent. veſperi enim per pontem eſt *vetus urbs* ad ſiniſtram Vultavæ amnis ripam ſita, cœlo pluvio imbre dividente leniter in obvios. ad arcis regiæ templum ut venêre: provinciales præfecti, ordinumque *Bohemiæ* complures, exterioris ante limen oſtii principum ſuorum adventum opperientes ſtabant, interiorem baſilicæ januâ obſervabat eminentiſſimus & reverendiſſimus princeps, *Erneſtus Adalbertus ab Harrach*, titulo ſanctæ *Praxedis* presbyter Cardinalis, archiepiſcopus Pragenſis, Bohemiæ regni primas, Crucigerorum cum rubeâ ſtella ordinis, per *Bohemiam, Moraviam, Sileſiamque & Poloniam ſupremus ac generalis magiſter, perpetuus academiæ Pragenſis Cancellarius*, vir ævi maturus & cõſilii. hunc pontificali ornatu conſpicuũ, epiſcopi, præſules, kanonici metropolitani, cæteriq; ſacerdotes lino candidiſſimo amicti circũſiſtebant. Sed *Leopoldo archiduce* appropinquante, præcedunt in templi chorum cum crucis labaro ſacerdotes, & luſtralis aquæ rore aſperſi principes eos conſequuntur non juncti à latere ſed à tergo diviſi. *archiducem rex* Vngariæ Pannonico veſtitu inauratus veſtigio excipiebat, filium *regem* rex pater & *Cæſar*, in ſella deportatus, ſereniſſima *Imperatrix* pedibus incedens, *maritum* ſequebatur. ad aram principem in genua demittuntur una omnes; & Chriſto Deo in eucharistiæ ferculo præſenti debitum honorem quum feciſſent, divorum Ambroſii & Auguſtini per ſymphoniacos hymnum decantari audiunt; precibuſque & cantu benè & Chriſtianè habiti, ſignoque crucis muniti quum eſſent, mille ex cera facibus, viam per noctis obſcura monſtrantibus, in arcem regiam dilabuntur. ex octoginta muralibus tormentis facta exploſio ſemel eſt, & pars [illegible] noctis compotationum multitudine *benè* [illegible] *benè Cæſarianis* & *Auſtriis* dicentium, ſomn[illegible]pocul traducta. poſteris diebus

alii

alii atque alii e Pannonia, Auſtriaque & Moravia proceres advenere, qui celebritatem coronandi regis atque reginæ aut ſpectaculo & pompâ, aut officio & miniſterio amplificarent. eſt verò Bohemia (uti hoc quoque breviter dicamus) totius Germaniæ appoſitiſſimo loco ſita provincia; quam alta nemorum cacumina, rupeſque præruptæ, & intonſi montes quaſi circino circumductam ſæpiunt, amphitheatri non injucundi, velut ſpecie oblata. ejus latitudinis, perinde ut longitudinis menſura, tridui omninò iter explet. ad ortum ſolis, Quadorum, qui nunc Sileſii audiunt, & Moraviæ finibus objicitur, ſolis meridiani ab Auſtriâ Noricoque radiis mardeſcit; in orientalem Palatinatûs Bavariæ partem, & eâ, quæ Advocatorũ dicitur, terrã in Saxonibus, ad occidentem deſinit. Septemtrionem ad Luſatiæ, Miſniæque meridiana obtinet. ſuos olim duces Bohemia ac dynaſtas habuit: ſed Fridericus Ahenobarbus Cæſar, anno poſt undecimum ſeculum octavo & quinquageſimo, ubi jam Luſatia, Sileſiaque, & Moravia illi adjectæ eſſent, primum regem Bohemiæ corona donavit. nomen huic regi Vladiſlaus erat. licet enim ſexageſimo antè anno, Henricus eo nomine quartus imperator, Vratiſlaum Bohemiæ ex duce regem, Moguntiæ, ubi tum erat, renuntiaſſet; nemo tamen ex illius ſucceſſoribus regis titulum uſurpavit: donec Ahenobarbus, indictis Regenoburgum comitiis, Vladiſlaum ſolenni cærimoniâ inaugurandum curaret; ac nigrantis aquilæ inſignibus, quæ Bohemi duces antè habuerant, obliteratis, argenteum bicaudæ formæ leonem, purpurato in ſcuto aſſignaret: quibus inſignibus etiam nunc reges Bohemi utuntur. ab anno Chriſti poſt decimum quartum ſeculum trigeſimo ſeptimo Auſtriaci generis propago regnum hoc poſſidet. ſed peſſimè audiit ſæpè Bohemia, duas præcipuè ob cauſas: una erat, quòd ſectarum ab eccleſiæ Catholicæ ritibus alienarum repertrix ac nutricula, [illegible] omnis do[illegible] peſtem diu ante fove- 1616

Male audiunt Bohemi.

1656. foverit, quàm Lutherus quiſquam aut Calvinus Europæ notus foret. nam ut Nicolaitas & Epicureos taceam, Picardi erant Huſſitæque, in veri gregis paſtorem, Chriſtique ſacramenta impiiſſimum ex omni mortalium numero genus. altera, quòd regni ejus proceres vix unquam legitimis contenti regibus, turbas & rebellionem intempeſtive admodum perfidéque excitarent. paullò ſupra noſtram memoriam, quum Mathias Imperator, & rex Bohemiæ, cui Ferdinandus ſecundus in imperio ſtatim eſt ſublectus, mortem obiret, ingens bellum à Bohemis oriri cœpit. Mathia adhuc inter mortales degente pronunciatus Bohemiæ rex, ordinum illius conſenſu Ferdinandus ab ipſo fuerat. ſed enim ab exceſſu Mathiæ, Bohemorum in regem ſuum Ferdinandum arma ſunt mota. Fridericus Elector Palatinus eo motu, regem ſe ornari conſalutarique eſt paſſus; ſed, victis tandem perduellibus, Ferdinandi potentatus invaluit: ut, quum Bohemi ſuffragiis eligi, non hereditarios ſibi naſci reges, paulò ante contenderent: illa omni contentione leniter omiſſâ, victoris arbitrio ſe permitterent; nam tametſi hereditarium Ferdinando jus apud Bohemos anceps fuerat: illique voluntariâ electione reges aliquando ſibi creaverant: poſteà tamen, ubi regnum univerſum armis devicit, legitimum heredem ex officio debito, non ex voluntaria electione retinere Ferdinandum non dubitaverunt, agnoſcit enim jam hereditarium familiæ Auſtriacæ jus Bohemiæ, neque diſputationem de ſuo eligendi regem arbitrio renovari, cupere videtur. ſic anno hujus ſeculi vigeſimo ſeptimo, Ferdinandus tertius, volente ejus patre Ferdinando ſecundo, receptus à Bohemis rex eſt, ac ſolenni ritu ab Harracho Cardinale inauguratus, ita Ferdinandi tertii filius Ferdinandus Quartus, regni ejus ornamenta decennio ante hoc tempus, eodem Cardinale ſacris operante, ordinumque omnium applaudente corona, ſumſerit. i[illegible]decimo hujus [illegible]i Septembris die, Ferdinand[illegible], tertio quoque matrimonio

Bohemi ob hæreſim & rebellionẽ.

Imperatrix coronatã Bohe-

nio

pio uxor *Eleonora Mantuana* inſignibus regni orna- 1656.
tur. nam rebus divinis Catholico ritu perpetratis, *micá do-*
Chriſti corporis hoſtiam, ore menteque purificata *natur.*
quum piè deglutiſſet, coronam regni Bohemici in
caput accepit, quæ archiepiſcopo Pragenſi, *Burg-
gravioque,* & ſancti Georgii abbatiſſa regni princi-
pe, manuum ſimul commodantibus, ei impoſita eſt.
nec reliqua regni adminiſtrandi ornamenta defuē-
re, *Orbis & Sceptrum.* his decorata è templo per abi-
egni ligni ſtratum, quod rubeum & albo conveſti-
tum panno, in maximam arcis regiæ aulam fere-
bat, incredibili hominum favore & gratia ſub ura-
niſco inceſſit. aſſrementium omnis generis congra-
tulationi plauſus, eò amplior fuit, quod veluti con-
cepto fœtu maſculo rubicundior Imperatrix ap-
pareret, & naſciturus non infelici omine regulus,
regni faſcibus onuſtam matrem ſublevare prope-
modum videretur. hic matronæ puerperium exper-
tæ, hic virgines, hic pueri fauſta omnia precaban-
tur. ubi ventum in aulam eſt, corona capite exem-
ta, orbis & ſceptrum dempta è manibus, & ante regi-
nam in provinciale hypocauſtum prælata ſunt. ibi
& convivium initum eſt, regali apparatu per *Bohe-
miæ* proceres inſtructiſſimum. accubuēre ad prin-
cipem menſam *Cæſar, Imperatrix, Ungariæ rex, archi-
dux Auſtriæ,* antiſtes Pragenſis, divi Georgii abba-
tiſſa, Hiſpaniæ regis legatus. aliæ duodecim nu-
mero, extra hanc, menſæ, binis gradibus inferio-
res poſitæ erant; ad quas dynaſtarum *Sileſiæ, Mora-
viæque, & Bohemiæ* procerum uxores, ac nurus, gy-
næceii auguſtalis matronis ac virginibus immiſtæ
aſſidebant, atque epulabantur. epulantibus cantu
ſymphoniæ muſico pariter, honeſtèque applaude-
batur. poſt epulas gratiæ Deo habitæ ſunt, ac do-
mos in hoſpitia itum ſine offenſione eſt. altero die,
qui fuit pridie eidus Septembres, comitiorum *Bohe-
miæ* decretum promulgatur; eidibus [illegible] ſuam
obligant regi Leopoldo tres *Bohemiæ* ordines in *hy-
pocauſto provinciali,* in quo ſecundum [illegible] Leo-

pum,

1656. poldum, cui ſacramento dicebatur, Cæſar ipſe *Ferdinandus* aderat. eſt autem hypocauſtum provinciale, *ipſum comitium* theatro, aulæis, rubeoque panno, tantæ celebritati convenienter adornatum. decimo quarto Septembris die, qui eſt poſtridie eidus *excitata* Chriſti *crucis* memoriæ dicatus, *Leopoldi* primi ſolemnis inauguratio eſt perfecta. Cives urbis tergeminæ tympano convocati, ſub ſuis quique ſignis benè mane comparent, miles præſidiarius *Lacronici* agminis, in arcem regiam cum civibus triurbi *Pragæ* excitis perducitur. portæ omnes, una excepta, quæ Cæſaris miniſterio acceſſos admiſerat, obſerantur. ordines regni, legatique provinciarum cum ſui quilibet muneris inſignibus comitium intrant. enunciat *Burggravius* regni, congregatis in comitio ordinibus, *Leopoldum ſereniſſimum*, quia *Cæſare* clementiſſimo iis rex deſignatus ſit, more majorum inaugurandum eſſe: cui ſi quiſquam adverſari velit, nunc loquatur, poſteà conticeſcat. acclamantibus autem una voce ordinibus univerſis, *nullum alium optare ſe regem*, ac *Leopoldum primum diu ſibi vivere, precari deos*: è comitio in metropolitanam *ſancti Viti* ædem digreſſio paullatim eſt facta. ibi omnia adhuc ex reginæ coronationis ornatu florebant, & quæ vel turbæ preſſantis attractu conciderant, aut alio quovis modo dignitatis debitæ florem deperdiderant, inſtaurata pulchrius erectaque viſebantur. In *Wenceslai ducis & martyris* ſacrario [illegible] decoris ornamenta ſpectabantur, quæ [illegible] jam ſanè regi *Leopoldo* admoverentur. eccleſiaſtici ordinis viri prælato Chriſti crucis vexillo bini incedebant, & linteati omnes. in his erant *canonici*, *præpoſiti*, *kœnobiarchæ mitrati*, *Holomucienſis*, & *Vratiſlavienſis eccleſiarum Epiſcopi*, *metropolitæ* denique *Pragenſis*, & *Bohemici* regni primas *Cardinalis Harrachius*. dum hi in maxima æde loco [illegible] præſtolantur, *proceres Bohemiæ*, quem [illegible] dicunt, alii [illegible] procerum [illegible] corona donandum [illegible]

[illegible]

Leopoldo Bojemiæ diadema imponitur.

plum adductum, artem regiam ineunt. ubi honoribus exhibitis *Cæsari, & reginæ, & regi* maxima comitantium pompa, per diſpoſitos ab utriſq; lateribus cives ac præſidiarios, in *Metropolitanam ſancti Viti* baſilicã eos deducunt. legati præcedunt: quibus *Minoris, Novæ, Majoriſque Pragæ* ſenatores imminent. hos equeſter ordo *Bohemiæ*, baroneſque & quicquid in comitatu Cæſaris, Imperatricis, regis, & archiducis eſt, ſequuntur. optimates, & publicis regni muneribus inſignes, pro templi foribus, advenientem exſpectant regem, ac in divi *Venceslai* ſacrarium invitant. ibi veſtem Vngaricam illi, qua venerat, ſupremus regni *Camerarius* officioſè quũ detraxiſſet, trabea, quæ regalis eſt *Bohemiæ*, in talos demiſſa eũ veſtit. ea picta eſt auro undiq;, ac tota purpurea. coram ara principe ſoliũ exſurgebat. in hoc è ſacrario *Venceslai*, rex perducitur. ſed exiturum inde cum regalibus ornamentis optimates præeunt, archiepiſcopus cum clero ante ſacrarium opperitur, & dicit bene regi. mox tympana pulſantur ænea, tubarumque cantus plauſibiliter inſonat, reditque cum clericis ad aram maximam archiepiſcopus; ſequuntur optimates, regni *dapifer* deauratũ, *praguſtator* argento adornatum, ejus collega argento incruſtatũ vini doliolũ præferunt. ſceptrũ fert à *ſub-Camerario, & Carloſteinenſi Caſtellano* interior acceptus regni *princeps notarius*. hunc proxime incedit *archidicaſtes* pomũ portans aureum, cingiturq; hinc à *Cancellario* ſupremo, inde à magno *Iudice* Curiæ. Interrex *Bohemiæ* ſive *Caſtellanus Pragenſis ſupremus*, diadema regni defert, eũ à latere dextro attingit regni Curiæ archididaſcalus, cui nigrũ bacillũ eſt in manu; ab ſiniſtro *princeps regni Camerarius*, qui coccineũ regii capitis tegmen manu geſtat. rex capite nudato inter *Holomucienſem & Vratislavienſem epiſcopos* medius ad ſolium deducitur: ibique in genua provolutus fauſta omnia ſibi lætaq; precante à Deo *archiepiſcopũ* tacitus auſcultat. dextrà interim aſtant regalia portantes: qui prece *archiepiſcopali* finita, & rege à 1656.

1656. precibus erecto, altaris ſtia regalia per archiepiſcopi manum imponenda curant. dum id geritur, verba facit ad circumſtantes *epiſcopus Olomutienſis*, quibus peroratis coronandus pro altari rex *archiepiſcopo* traditur. tum una omnes genibus piè nituntur, & Deum ac ſuperos clara canentium voce in vota vocari audiunt, & ſimul vocant. *Litaneias* id precum genus primi dixère Chriſtiani[illegible]n. his *litaneis* decantatis, magnates regni ſurgunt, & *epiſcopi duo illi* quos ſupra nominavimus, (*aſſiſtentes regis* vulgo audiunt) ad vicinum regali ſolio locum regem adducunt. ubi rurſum in genua rex procumbens, *archiepiſcopo* ſtipulanti, ecquid *fidem Catholicam & Romanam ſervare, ac juſtitiæ Chriſtianæ officiis illuſtrare eam ex animo velit?* continuò aſtipulatur. interrogat porro archiepiſcopus: &, *Vis*, inquit, *ô rex datum tibi à ſuperis Bohemiæ regimen, more majorum adire, juſtèque, ut patres tui, adminiſtrare?* non abnuit rex, ſed *ope*, inquit, *cœleſti adjutus, ita volo*; *& modis omnibus, ut poſſim, anniſurum me favente Deo promitto.* his rebus adhuc modum ſtipulatis, ac promiſſis; rei ſacræ, *miſſa* dicitur, introitus per ſymphoniacos deproperatur. rex in ſolium aſſurgit, & conſidet; *dextrum ſolii latus*, ab *antiſtite Olomutienſi, Burggravioque* & curiæ magiſtro, ac pleriſque magnatibus *Bohemis* cingitur. ſiniſtrum *epiſcopus Vratislavienſis*, & pilei gerulus *archi-Camerarius*, caduceatoreſque & enſiferi duo, alter provincialis, alter aulicus circumdant. hymno angelico per muſicos finito, collectâque per facientem ad aram *archiepiſcopum* decantatâ, epiſtolicæ lectionis verba *hypodiaconus* occinit. *diaconus* deinde evangelium cantaturus exſpectat, dum à *Burggravio* ac duobus epiſcopis, ad *archiepiſcopum* rex ducitur. ubi allato *evangeliorum* libro conceptis verbis rex jurat *Bohemicè*; *Ordinibus univerſis omnia ſe majorum more, clementer & pie, fortiterque & juſtè præſtiturum.* ut jurisjurandi non ſit ſine effectu fides, prælegunt nunc archiepiſcopus, nunc epiſcopi ex formula poſtulationes ad Deum, in

Bohemiæ regem coronandi ritus.

hunc

habere rem præſcriptis: quibus religioſiſſimè recitatis, dexterum è trabe lacertum nudat, exſeritque nudum rex, pectuſque & ſcapulas cum lacerto inungi à pontifice patitur. ſecundum unctionem, ſancti Wenceslai gladium lateri ejus archiepiſcopus accommodat. annulum dextero ejus includit indici, ſceptrum dat ferre dextrâ, orbem aureum effigiem ſiniſtræ; preceſque ad ſingula opportunas adjungit. [illegible] in ſolium Leopoldus aſcen-[illegible] Burggravius populum Bohemica voce ter al-[illegible] interrogat. Vultiſne huic regi parentes eſſe, ei [illegible]cto audientes vivere; utque corona regni donetur jam, conſenſione maximâ approbare? ter illi non oſcitanter ubi acclamaſſent, Volumus; venerabundus ab rege ſtipulatur Burggravius, & Vis, inquit, præeſſe huic populo, ejuſque regimen piè & fortiter, more majorum gerere? volo, inquit Leopoldus. quo dicto, regium illi diadema Harrachus in caput impoſuit. epiſcopi coronatum regem poſt altare euntem ſequuntur, oleique ex ſcapulis, & pectore & lacerto reliquias candidiſſimo detergent lanicio, & veſtem illi convenienter aptant. his ita geſtis, evangelii particulam diaconus ritu ſolenni cantat. quo finito ſymbolum Nicenum Pontifex orditur. ubi ad Offertorium ventum eſt canendo, invitatur è ſolio rex, ac inter duos antiſtites medius ad aram proficiſcitur, acceptaque dapiferi, & pincernæ manibus duo panis liba, ac eidem vini vaſcula, archiepiſcopo ſuper altare offert. ad conſecrationem ſubinde pergit archiepiſcopus, & honorem divis præfatus, corpus & ſanguinem domini conficit, atque præſentibus videndum hoſtiâ & calice, manu utraque ſupra caput le[illegible] cæteraque omnia ordine exſecutus quum eſt, abſumit myſteria. & ſereniſſimo Leopoldo in ge[illegible] procumbenti, euchariſtiæ ſacramentū ſub u[illegible] ſpecie manducandum porrigit; Burggravio, & [illegible] regiæ Curiæ magiſtro, mantile niveum, regi [illegible]tendentibus prece omnia ad Deum ſolenniter [illegible], jubetur populus. & rex, delectis aliquot

 viris

1656. viris, qui alter poſt alterum genibus regiis advol-
vuntur, *ſancti regis Wenceslai* gladio, ſiniſtrum hume-
rum tertiò percuti, aurataeque militiæ creat equi-
tes. dum id geritur, eucharistico hymno omnium
aures perſonant, campanumque æs, ac tormenta
muralia, ſclopique & pilularii feſto ſonitu, crepitu-
que tota plaudunt. paulo poſt è templo, eâ qua
venerant, via in regiam revertuntur, fuſi
cens nummi aurei & argentei
utroque tabulati latere conſiſtentem mult
diſpergebantur. dum ad epulas menſis trede
ſidetur, panis in obvios ante regiam homines proj-
citur, vinumque album ac rubens plenis fluit la-
bris, & à propinquis hauſtum largè bibitur. convi-
vio in ſupremi dicaſterii conclavi ante veſperum fi-
nito, in tabularium regni, rex concedit, ornamenti
quæ in templo acceperat, exſuitur. ea ornamen
in divi *Wenceslai* ſacrariū à regni proceribus cont
nuò relata ſunt. ita dies communi omnium lætit
variè exactus. neque Muſæ ab *Ignatianis* è Parna
excitæ his plauſibus defuère, & Cæſaris eruditiſſim
cantu *ſymphoniaci*, cum cæteris pulſandi, inflandi-
que artificibus, gratiores adhuc animis epulas præ-
buère. poſteris diebus rex *Leopoldus* valetudine te
tatur, & publico abſtinet, *Cæſar, imperatrix, archidu*
prandio in veteri urbe apud *Ignatianos* quodam d
ſumto, comicum choragium ſpectavere, illu
actorum comitate, & prudentia peractum. con
matâ regis valetudine, diſceſſum *Praga* Cæſar cu
ſuis molitur: ſeptimo & viceſimo Septembris d
Brandizium venère. ubi proximo die venatura
fecerunt, ſexaginta & octo ferarum captu nobile
Cæſar Viennam redit. hinc *archidux* in *Quadorum* fines *Nyſſam* conten
Cæſar cum uxore, ac filio in Auſtriam rediit,
viana Octobri ineunte receptus. inter proficiſcend
nuntii è *Croatia*, quam veteribus *Liburniam* eſſe
cunt, ad Cæſarem perferuntur; *Georgii Franc*
Turci in Croatia *vigilantia, Turcorum vim repreſſam feliciter, eoſque*
fugam haut incruentam actos. pridie natalem virgi
Ma

[illegible]

.ra [illegible]
hoc o[illegible]
dit, ſed F[illegible] conventum [illegible]
loquen[illegible]
[illegible]
[illegible] omnibus locis, Suedos, qui in Pruſſia, [illegible] ſuis inſtruct præſidiis, deinde [illegible] tempore de pa[illegible] Polonis hæc poſita ſunt [illegible]
[illegible] Polonia [illegible] tempore [illegible]
[illegible] Sigismundi [illegible] Suecia [illegible]

1656. [illegible] hæ *prave* [illegible] ti-
tiones *Ca*[illegible] [illegible] ver [illegible]
ſimos nectebat [illegible] in *Brandeburg* [illegible]
chionem erat [illegible] [illegible] officium
[illegible] *Caſimir* debitum [illegible] cum [illegible]
dis eſſet, [illegible] ejus cum
Brande-burgus ad regem ſcri-bit. *Carolo* conti [illegible] potentia
fuere conjungunt [illegible]
tum poſſont, regis [illegible]
die undecimo [illegible] *Regis Mem*[illegible] *Caſimir*[illegible] li-
teras [illegible] *Brandeburgic*[illegible]
quibus poſtea [illegible] Polon [illegible]
[illegible] pacis [illegible]
[illegible] conſ [illegible]
jungit [illegible] *Pruſſi*[illegible]
[illegible]
[illegible] modo [illegible]
Svecos [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] *Caſimirum* [illegible]
[illegible]
cepiſſe, [illegible] refer-
tur. *Rex* [illegible]
Sed re-ſponde-bat rex. [illegible] in [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] regi [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] *Pruſſiæ* [illegible]
[illegible] non [illegible]
neretur. [illegible]

per [illegible]

[illegible] Rex Regis Mosco[illegible]

[illegible] Poloniæ [illegible] Pruſſi [illegible]

[illegible] Poloniæ [illegible]

[illegible] Brandeburgo [illegible]

[illegible] prudentes duo, quibus [illegible] Andreas Coruus [illegible] Poloniæ [illegible]

1656. *ctis ſuos pro defendenda* [illegible] *& Polonum* [illegible] *congreſſos, armaq;* [illegible] *Svedi* [illegible] [illegible] *ſuis* [illegible] [illegible] *præeligant, aut* [illegible] *nihil ad reſiſti*[illegible]. Rex [illegible] ci nomine *Fortiſſa*[illegible] gnoſcere, utrumque [illegible] *Brandeburgicum* divelli poſſe [illegible] [illegible] cande[illegible] jam ſunt, conglobati [illegible] exercitus utriuſque & prope *Zacrocimum Bugi* fluvium pontem iniecerunt, quo [illegible] portarunt: eorum numerum quinquaginta [illegible] li implebat, quique ex [illegible] militiæ derant. *Primores Duces* [illegible] principia bellici muneris [illegible] [illegible] & [illegible] interclendo abundarunt [illegible] ſto pede ſinique Martem, [illegible] ante diem quartum kalendas Auguſti & aciem [illegible] Poloni [illegible] *Varſoviam* [illegible] *Caſimirus & Sapiehas* [illegible] hoſtium [illegible] tentant, & cruentam pugnam cum [illegible] tur, nocte proxima victoriam differente. [illegible] quartum kalendas Auguſti bene mane ad [illegible] reditum, pilaque [illegible] *Polonis* in Svedos, inde in *Svedis* a Polonis tormentis exploſos [illegible] magnus [illegible] litum numerus utrimque [illegible] Poloni [illegible] tenere ſe, neque in hoſtes [illegible] facere, ſed vim tantum ab ſe defendere [illegible] tenuit Karolus Guſtavus dextram, Fridericus Wilhelmus lævam [illegible] alam, in aciem educere [illegible] ſtem elicere [illegible] acriter, verum ita ne Polonos obrueret Svedus, [illegible] mos alarum cohortes duceret. dum [illegible], cum [illegible] *Hoſtium*, cum [illegible] & ſagittis *Tarta-*

in Brandeburgenses [illegible], qui [illegible] tenebat, [illegible]-
[illegible] ingenti [illegible] 163[illegible]
[illegible] impedimentis [illegible]
ex [illegible]
[illegible] obſidere
[illegible] & novus
adhuc victoriam [illegible] quod per no-
ctem [illegible] pro[illegible], ac
[illegible] haud parum [illegible]-
[illegible] utrinque pugnatum eſt
[illegible] ante diem [illegible]
Kalendarum Sextilis. [illegible] & [illegible] in fi-
[illegible] exercitus [illegible]
Pregan [illegible] cum [illegible], qua[illegible]-
[illegible] tempore [illegible]
[illegible] imperatoris [illegible] ponte Vi-
ſtulæ [illegible] Pregan [illegible] & ne hoſtes [illegible]
[illegible] eos arcerent, [illegible]
[illegible]
Suedos [illegible] victoriam [illegible], in
[illegible]
[illegible] qua [illegible] id numerum [illegible]-
[illegible] devexerant, acceperunt, operibuſque
[illegible], quibus latere [illegible], & Pregan [illegible]-
[illegible] inſequenti, ubi jam [illegible] pugna-
tum eſſet, [illegible]. Lohmanni exercitus
[illegible], cum [illegible] conſultat, [illegible]
[illegible] & [illegible] continuo Pre-
gan [illegible], ac [illegible] ædificiis [illegible]
[illegible] Lohmannus [illegible], ei-
dem [illegible] hoſtem [illegible], &
[illegible] id ſe quum adjunxiſſent,
[illegible] adventum Suedos [illegible]
[illegible] cominus pugnabatur, [illegible] conten-
[illegible] non modo Lohmann [illegible]
[illegible] verum etiam Suedo[illegible]
extorquerent, [illegible] ſub [illegible]
[illegible] Lohmannum [illegible] Vngaros, qui [illegible]-
[illegible] copias [illegible] jubet, [illegible]

1656. omni commeatu, [illegible] deſer[illegible]
Svecis [illegible] rerum [illegible]
aggrediuntur [illegible]
unde [illegible] magis [illegible]
Mendacia [illegible]
[illegible] quamdiu [illegible]
[illegible] de victoria [illegible] in [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] exercitus, [illegible]
[illegible] *[illegible]* [illegible]
[illegible]
[illegible], [illegible]
vabat *[illegible]*, [illegible]
[illegible] Brandeburgi [illegible]
[illegible], [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] à *Lubomirſ*[illegible] [illegible]
& Marchia [illegible]
ut [illegible]
[illegible]
[illegible]
& [illegible] in urbem [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Poloni, Svecique [illegible]
Svecus *[illegible]*, Brandeburgus [illegible]
[illegible]
ſeparatæ [illegible] in *[illegible]* [illegible] &
[illegible]
[illegible] cabant. *[illegible]* [illegible]
[illegible] quem [illegible]
[illegible] [illegible]
in *[illegible]* [illegible] atque oppida [illegible]
[illegible]
tur. *Regem* [illegible]
[illegible] *[illegible]* [illegible]
de ſubmo[illegible] [illegible]
[illegible] Svetico, [illegible]

[illegible]

ut [illegible] insigni audacia contra hostium furores [illegible] itaque merentur, in potio[illegible] *Moscus* non pos-[illegible] tamen id per [illegible] nam et [illegible] habuere, [illegible] mittere [illegible] qui arma [illegible] *Bremenses* [illegible] a [illegible] supplices a *Caesare* [illegible] congessent, [illegible] omnes, cum [illegible] fuerant [illegible] [illegible] quoque in [illegible] [illegible] ei [illegible] [illegible] *Moscum* [illegible] & [illegible] [illegible] quippe ista proximi, qui pactis [illegible] solverant, [illegible] [illegible] prohibebant, captivosque [illegible] *Germaniae* in [illegible] quoque [illegible] amicis, *Danorum* & [illegible] [illegible] habeant [illegible] *Balthico* mari [illegible] ne mercatu-ram [illegible] quippe [illegible] faceret *Caesar* [illegible] quatuor millia e-[illegible] equitum, mille & quingentos [illegible] [illegible] [illegible] parte, [illegible] & [illegible] hostibus [illegible] modo [illegible] quo con-ferre manus posset [illegible] [illegible] omnes [illegible] erat [illegible] numero duum millium & quingentorum equites [illegible] *Prussiam* [illegible] ut *Suecis* jungerentur, hos partem [illegible] *Colbergium* prope [illegible] & [illegible] circumvenit, atque occidione occiderunt. *Bran-[illegible]* [illegible] copias tenebat [illegible] [illegible] ab [illegible]

intercip-

1656. incrementum fuit, quam … quæ … Lithvania …
etiam exercitus … Auguſtum …
a Rege accepit, … Sopiha … undecim millibus …
jungeret … Bealem …
faret, quod … ſtare … Samogitarum multitudinem ad … ſuos …
quibus in Pruſſia … , … inveĉtis …
… agros … & …
agendo … Georgius …
quem equeſtribus … à …
… *Bogoslaus* … *Radzivilius* …
ter, à Peleno ad … horis …
natis obviam … *Lithvani* & *Lituani* …
… poſuerant. … exploraro, …
… hoſtes …
… impedimentiſque …
…
… in …
… cæduntur … *Radzivilius* in
Tarcaminum …

Radzivilius captus ac recuperatur. magna … , … Regi …
… Brandeburgico, …
…
… Pruſſiæ … Poloni …
cis poſt …
…
nu, & *Radzivilium* … captum, … pecuniæ …
…
pianâ … *Carolus Guſtavus* …
… *Fridericum* …
uxor ejus … Poloniæ …
na … Pruſſiæ … latus in …
diam …
…
… communibus … in regni

Regina Polonorum revertitur. …
… Carolo, …
Pillaviensem in portum … Unde …
…

ingreſſa,

00035074

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 05 October, 2018